AD NUEVO LEÓN
UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE

BX1935
.F3
1676
v.4
c.1

1080044939

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

260

46330

# PROSPERI FAGNANI

## COMMENTARIA IN PRIMAM PARTEM TERTII LIBRI DECRETALIUM.




COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Apud IOANNEM WILHELMVM FRIESSEM, Iuniorem.

ANNO M. DC. LXXVI.

*Cum Privilegio Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ad Decennium.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# RUBRICÆ, ET CAPITULA HUJUS PRIMÆ PARTIS

## Tertii Libri Decretalium.


*de Clericis conjugatis.* pag. 27

Ioannes. 27

*de Clericis non reſidentibus in Eccleſia, vel Præbenda.*

Ad audientiam. 70
Clericos. 76
Conquerente. 38
Cùm ad hoc. 74
De cætero. 41
Ex geſtis. 28
Ex parte. 46
Ex tuæ. 63
Qualiter. 57
Quia nonnulli. 31
Relatum. 34
Tuæ. 68

*de Clerico ægrotante, vel debilitato.* 190

Conſultationibus. 201
Cùm percuſsio. 190
De Rectoribus. 193
Ex parte. 199

*de Cohabitatione clericorum, & mulierum.* 5

Quæſitum. 22
Veſtra. 5

*de Conceſsione Præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.* 228

Litteras. 241
Nulla. 228
Poſtulaſtis. 248
Quia diverſitatem. 238

*de Decimis, Primitiis, & Oblationibus.* 388

Cum contingat. 392
Cùm in tua. 400
In aliquibus. 400
Nuper. 402
Quoniam. 388

*de Donationibus.* 301

Prudentes. 301

*de Feudis.* 282

Ex parte. 285
Inſinuatione. 282

*de His, quæ fiunt à maiori parte Capituli.* 272

Cum in cunctis. 272

*de His, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.* 260

Cum Apoſtolica. 260
Etſi membra. 268
Paſtoralis. 261

*de Inſtitutionibus.* 211

Cum veniſſent. 224
Ex frequentibus. 223
Non amplius. 211

*de Locato, & conducto.* 280

Potuit. 280




UANL FONDO
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Ne Sede vacante aliquid innovetur.* pag. 252

Illa. 256
Novit. 252

de *Parochiis, & alienis Parochianis.* 375

Nullus. 376
Si Epiſcopus. 375
Significavit. 382

de *Peculio Clericorum.* 303

Si quis ſanè. 303

de *Præbendis, & Dignitatibus.* 81

Ad hæc. 102
Cùm jam dudum. 115
Cùm ſecundum. 108
De multa. 142
Dilecto. 136
Dilectus, il primo. 125
Dilectus, il ſecondo. 138
Epiſcopus. 83
Expoſuiſti. 177
Extirpandæ. 151
Extirpandæ, §. Qui verò. 153
Grave. 149
Licet. 160
Niſi eſſent. 129
Non liceat. 81
Præterea. 108
Quia in tantum. 91
Referente. 95
Significatum. 97
Super inordinata. 184

de *Rebus Eccleſiæ non alienandis.* 274

Ad noſtram. 279
Nulli. 274

de *Sepulturis.* 359

Fraternitatem. 359

de *Solutionibus.* 289

Ad hoc. 289
Odoardus. 292

de *Succeſſione ab inteſtato.* 356

Cum dilectus. 356

de *Teſtamentis, & ultimis voluntatibus.* 314

Cum eſſes. 329
Ioannes. 354
Nos quidem. 319
Quia ingredientibus. 314
Relatum. 346
Tua nobis. 347

de *Vita, & honeſtate Clericorum.* 1

A Crapula. 1

PRO-



# PROSPERI FAGNANI COMMENTARIA IN PRIMAM PARTEM TERTII LIBRI DECRETALIUM.

## DE VITA, ET HONESTATE CLERICORUM.

### *Cap. A Crapula.*

*SUMMARIUM.*

1 *Clericus crapuloſus, vel ebrioſus monitus non deſiſtens, ab officio, vel beneficio ſuſpenditur.*
2 *Ebrius quid differat ab ebrioſo.*
3 *Ebrietas inducit exilium mentis, & libidinis incentivum.*
4 *Ebrietatis quæ & quanta ſint mala.*
5 *Vinolentum Sacerdotem & Apoſtolus prohibet, & vetus lex damnat.*
6 *Clericis an liceat bibere ultra tertiam vicem.*
7 *Moniales debent vinum fugere ſicut venenum.*
8 *Crapula quid ſit, & unde dicatur.*
9 *Ebrietas quid.*
10 *Cerviſiæ immoderatus potus an ſit crapula, vel ebrietas.*
11 *Sicera quid ſit.*
12 *Crapula quandoque inebriat, & mentis exilium inducit.*
13 *Obligantium ſe ad potus æquales abuſus reprobatur.*
14 *Verſellizantes qui dicantur.*
15 *Sponſio quod alter alterum in bibendo ſuperabit, non eſt rata.*
16 *Clerici bibentes vinum ſive aquas qualiter peccent.*
17 *Cibus nullus, vel potus eſt illicitus, niſi per accidens.*
18 *Vinum bibere an propter ſcandalum ſit peccatum.*
19 *Verba imperativa an obligationem inducant.*
20 *Conſilium perfectionis non eſt obligatorium.*
21 *Canonis imperantis, vel prohibentis transgreſſio ex ſui natura eſt culpa mortalis.*
22 *Suſpenſus ab officio an ſit ſuſpenſus à beneficio.*
23 *Electio in pœnis alternativis eſt Iudicis.*
24 *Ebrietas an ſit peccatum mortale.*
25 *Peccatum nullum adeò eſt veniale, quod non fiat mortale ſi placet.*
*Declaratur* n. 31
26 *Væ eſt comminatio pœnæ æternæ.*
27 *Peccatum veniale an & quomodo poſſit fieri mortale; & n. 32.*
28 *Peccata minima ſi negligantur, occidunt.*
29 *Ebrietas tripliciter poteſt contingere.*
30 *Moralia accipiunt ſpeciem non ab his, quæ per accidens eveniunt præter intentionem, ſed ab eo, quod eſt per ſe intentum.*
31 *Rationis uſu ſeipſum privare, an ſit culpa lethalis.*
32 *Ebrietatem eſſe peccatum mortale, ſi ſit aſſidua, quomodo intelligendum ſit. & n. ſeq.*
33 *Ebrietas voluntaria ad valetudinem recuperandam, an ſit peccatum; & n. ſeqq.*
34 *Ægrotus frequenti ebrietate à periculoſo morbo de conſilio medici liberatus.*
35 *Cibus & potus moderatus ſano poteſt eſſe ſuperfluus infirmo, & è converſo.*
36 *Inebrians ſe ad vomitum provocandum, an peccet.*
37 *Inebriari ſe num liceat ſine peccato ad vitandam tyranni ſævitiam.*
38 *Mutilare ſibi membrum putridum corporis corruptivum num liceat ſine incurſu irregularitatis.*
39 *Membrum ſibi amputare ad vitandam ſævitiam tyranni, non licet.*
40 *Tyranno præcipienti uſum carnium in diebus prohibitis obtemperari non poteſt ſine peccato.*





A Cra-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1 A CRAPULA. Abbas antiquus ſic ponit caſum brevem; Clerici ſe ingurgitare, vel inebriare non debent: alias poſt monitionem legitimam, ab officio, vel beneficio ſuſpenduntur. Sed Joan. Andr. Bald. Butr. Cardin. Abbas Siculus. Jo. à Capiſtrano. & cæteri ſummant ſic. Clericus crapuloſus, vel ebrioſus monitus non deſiſtens, ab officio, vel beneficio ſuſpenditur. & benè, quia hic non punitur actus, ſed habitus, & frequentia.

2 Ebrius enim hoc differt ab ebrioſo ſecundum Bald. n. 1. quod ebrius dicitur actu; ebrioſus habitu, vel conſuetudine ſe inebriandi. Et eſt aliquantulum difficilis probationis, ut notat Innoc. in c. *Cum cauſam de teſtib.* Dividitur in tres partes. Primò, prohibet crapulam, & ebrietatem. Secundò reprobat abuſum obligantium ſe ad æquales potus. Tertio ſtatuit pœnam tranſgreſſoribus. Secunda ibi, *unde illum abuſum*, Tertia ibi, *ſi quis autem*.

3 Nota primò, ebrietatem inducere exilium mentis, & libidinis incentivum. c. 1. 44. *diſt.* Eſt enim fomes omnium vitiorum. c. *Ante omnia.* 35. *diſt.* Unde Apoſt. Epheſ. 5. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.* c. *Eſt Chriſtus* §. *Quadam de jurejur.* & Proverb. 20. *Luxurioſa res eſt vinum, & contumelioſa ebrietas. Qui cum his immiſcetur non erit ſapiens*, refertur in c. *Luxurioſa* 35. *diſt.* Unde ſingulariter

4 Bern. *in lib. de contemptu mundi.* Quid turpius, inquit, ebrioſo, cui fœtor in ore, tremor in corpore, qui promit ſtulta, pandit occulta, cui mens alienatur, facies tranſmutatur; ibi nullum ſecretum ubi regnat ebrietas. Et Auguſtinus relatus à Mar. Socin. in c. *ſi confiteritur.* n. 22. *de Accuſat.* & à Petro de Anch. *hic nu.* 2. Ebrietas aufert memoriam, diſſipat ſenſum, confundit intellectum, & impedit linguam, concitat libidinem, corrumpit ſanguinem, totum denique corpus debilitat.

5 Præcipuè verò hoc damnatur in Eccleſiaſticis, & Dei ſervitio mancipatis. Unde vinolentum Sacerdotem & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet. c. *Vinolentum. ead. diſt.* nec Clerici de-

6 bent bibere ultra tertiam vicem, ut eſt tex. in c. *Quando, il ſecundo* 44. *diſt.* ibi, *& maximè ultra tertiam vicem poculum non contingant.* Unde Lucius Apuleius *Florid.* 1. Prima inquit, cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam. Quare Clerici ultra tertiam vicem bibentes peccant, ut per Navarr. *in man. c.* 25. *n.* 121. Quod intelligit Abbas *hic n.* 2. *verſ. Nam debet clericus*; dummodo appetitus naturalis ultra non exigat, ſed Marian. Socin. in c. *Si confiteritur n.* 19 *verſ. Tertio. quoties ſit bibendum, infr. de accuſat.* putat in hoc ſpectandam eſſe qualitatem complexionis, & temporis, & omnia ad ſobrietatem, & neceſſitatem eſſe reducenda.

7 Moniales verò debere vinum fugere tanquam venenum, ſcripſit Hieronymus, ut in c. *Carnem, de conſecr. diſt.* 5.

8 Secundò nota, aliud eſſe crapulam, aliud ebrietatem. Et quidem crapula eſt exceſſus cibi, ſeu immoderata voracitas, & ingluvies qua ſtomachus prægravatur, c. *Ne tales de conſecr. diſt.* 5. dicit enim lex; Ex nimia ingurgitatione olet os,

l. *Qui clavum* §. *Is cui ff. de edil. edic.* glo. in c. *Cum Apoſtolum. in ver. Sumptu ſuo. inf. de cenſ.* dicitur enim crapula, quaſi cruda epula; quia homines ita voraciter epulantes perfectè non digerunt, ſed ma-

9 teriam indigeſtam emittunt. c. *Sint tibi*, & d. c. *Ne tales de conſecr. diſt.* 5. Ebrietas verò eſt exceſſus vini, & immoderata potatio; & ita diſtinguunt glo. 1. *hic.* Hoſt. n. 2. Jo. Andr. n. 4 Butr. n. 8 Anchar. & Abb. n. 1 & Marian. Soccin. in cap. *ſi confiteritur*, n. 18. *inf. de accuſat.* Sed Ariſt. *in Problem.* ita diſtinguit crapulam ab ebrietate, quod ebrietas una cum mente adimit & ſenſum doloris; crapula verò conſtante animo caput affligat. Unde Auguſtinus *lib.* 10. *Confeſſ. cap.* 31. *ante med. tom.* 1. Ebrietas, inquit, longè eſt à me, miſereberis ne appropinquet mihi; crapula autem nonnunquam ſubrepſit ſervo tuo. Refert S. Thom. in 2. 2. *quæſt.* 150. *art.* 2. *ad* 3. Sed item S. Thom. *d. quæſt.* 150. *art.* 1. dicit crapulam dividi in comeſſationem, & ebrietatem. Quæ duo prohibet Apoſt. ad Rom. 13. *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.* Verum quam Apoſtolus dicit comeſſationem, hæc Decretalis vocat crapulam. Unde tu, quod ſpectat ad intellectum textus, ne recedas ab expoſitione gloſſæ,

10 & Doctorum. Quid de immoderato potu cerviſiæ, an ſit crapula, vel ebrietas? Bald. *hic n.* 4. dicit ebrietatē eſſe exceſſum vini, vel cerviſiæ, quæ fit nimio potu aquæ puræ, ſed ſtatim ſe corrigit dicens: Poteſt dici crapula, ſed non ebrietas, quia corrumpit ſtomachum, generat vomitum, & anguſtiam. Sed certè hujuſmodi effectus etiam ex ebrietate proveniunt, & ferunt immoderatam

11 potationem cerviſiæ, perinde ac vinum inebriare. Unde contra Bald. videtur tex. expreſſus in c. *Vinolentum.* 35. *diſtin.* ubi dicitur. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt. Et infra quidquid inebriat, & ſtatum mentis evertit fuge ſimiliter ut vinum. Ad idem textus in cap. 2 *inf. de homicid.* ibi *mediocri cerviſia utere temperatè* Nam quod hic dicitur, *Vinum ſibi temperent*; ibi dictum eſt, *utere temperatè*; & quod hic dicitur, *& ſe vino*; ibi dictum eſt, *mediocri*: Licet cerviſia vini appellatione non contineatur, ut

12 l. *ſi quis vinum ff. de trit. vin. & oleo lega.* Niſi dixeris etiam crapulam quandoque inebriare, & mentis alienationem inducere, etiam ſine immoderato uſu vini, ut plories ſe vidiſſe teſtatur Marian. Soccin. in d. cap. *ſi confiteritur n.* 18. *verſ. Et idem dicendum, de accuſat.*

13 Tertio nota in verſ. *Unde illum*, à Concilio generali hic reprobari abuſum illarum regionum quæ ad potus æquales ſuo modo ſuos obligant pota-

14 tores, & ille judicio taliũ plus laudatur qui plures inebriat, & calices fœcũdiores exhaurit. Et tales Hoſtien. *in princ.* appellat Verſellizantes, et *n.* 6. *in ver. partibus*, exemplificat in Scotia, et Uvallia. Et ſubdit, ſe id ſæpius, vellet nollet, expertum fu-

15 iſſe. Et in Normannis exemplificat Collectar. *in fine.* Unde infertur, ut ſi aliqui veniant ad ſponſionem, quod alter alterum in bibendo ſuperabit, hujuſmodi ſponſio non ſit rata, quia ut hic patet, inhoneſta eſt cauſa in ſponſionem deducta l. *ſi rem* §. *ſi quis ſponſionis. ff. de præſcript. verb.* Et ita per hanc Decretalem noviſſimè firmant Moderni in *tract. de Mercatura, tit. de ſponſion. par.* 4. §. *Item quæro, n.* 1.

Quar-



16 Quartò nota ibi, *Vinum ſibi temperent*, argumentum quod Clerici bibentes vinum ſine aqua abſq; juſta cauſa, peccant, quia faciunt contra hoc Concilium, cap. *fin.* §. *quod præcipitur*, 14. q. 1. ſecundum Hoſtien. *hic nu.* 2. *in ver. abſtineant.* Intellige venialiter, ſecundum Jo. Andr. *nu.* 1. *in Ver. ſibi temperent.* Anchar. *num.* 3. & Jo. à Capiſtr. in 1. *notab.* qui dicit hoc eſſe peccatum contra conſilium, non contra præceptum, & ſic veniale, niſi per accidens eſſet gravius; nam nullus cibus, vel potus ſecundum ſe eſt illicitus, Matth. 15. *Non quod intrat per os, coinquinat animam*, ſed per accidens poteſt illicitè bibi, quandoque ex conditione bibentis, ut quia de facili læditur vino, vel quia ſpeciali voto obligatur ad vini abſtinentiã; quandoque ex modo, quia immoderatè bibit;

18 quandoque ex conſortio, ne quis ſcandalizetur; hoc enim intendit Apoſt. Rom. 14. *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, in quo frater tuus ſcandalizatur.* De quo per D. Thom. 2. 2.

19 *quæſt.* 149. Ego arbitror verum eſſe quod dicunt DD. videlicet hoc peccatum eſſe tantummodo veniale, non quidem propter rationem Jo. à Capiſtrano, quia textus hic non conſulit, ſed præcipit, cum loquatur imperativè, *Clerici à crapula, & ebrietate abſtineant, & vinum ſibi temperent, & ſe vino.* Unde quod imperatur neceſſe eſt fieri, ut in l. §. *Quod præcipitur.* Et eſt bonus textus in cap. *Integritas*, 32. *quæſt.* 1. dum ibi dicitur, *Virginitas ſuaderi, & non imperari poteſt.* Et ita verba imperativa ex ſui natura eſſe obligatoria, firmat Dec. in

20 cap. *Nam concupiſcentiam*, *num.* 26. *de Conſtitut.* Quod ſi hæc eſſet tantummodò lex conſilii perfectionis, utique ad nullam culpam obligaret, ut in d. cap. *ult.* & in c. *Denique*, §. *Hæc etſi legibus* 4. *diſtin.* gloſ. 2. Abb. & omnes in cap. 2. & ibi dixi *nu.* 43. *de Conſtit.* Sed puto eſſe veniale ex levitate materiæ, ut furtum oboli; nemo enim dixerit Clericum ex eo quod ſemel, aut bis bibat modicum vini puri, mortaliter peccare. Unde Auguſt. *in ſerm. de Purgat.* relatus à Gratiano in cap. *Unum oratium*, §. *Nunc autem*, 25. *diſtin.* & à D. Thom. *in* 2. 2. *quæſt.* 150. *art.* 2. *in* 2. *argum. contrario* dicit; Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit, quam neceſſe eſt, ad minuta peccata noverit pertinere, ideſt ad venialia, ut explicat S. Thom.

21 *ubi ſupra*, licet tranſgreſſio Canonis imperantis, aut prohibentis ex ſui natura ſit culpa mortalis, cap. *Nulli fas*, 19. *diſtin.* & cap. *Violatores* 25. *qu.* 1. Archid. in cap. *Deteſtanda*, *nu.* 4. *de conteſſ. præb. lib.* 6. Et ſcripſi plenè in cap. *fin. nu.* 22. *de Conſtitut.* Addunt, & benè, Cardin. *hic nu.* 3. & Abb. *nu.* 3. in hac materia ſpectandam eſſe vini, regionis, & complexionis qualitatem. Et idem notat Marian. Soccin. in c. *Si confiteritur, nu.* 18. *&* 19. *inf. de accuſat.*

22 Ultimo nota ibi, *ab officio, vel beneficio*, argumentum quod ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio; loquitur enim hic textus alternativè, & electio eſt judicis, ſecundum gl. *fin.* quam ſequuntur Jo. Andr. & communiter DD. hic, ut teſtatur Abb. *nu.* 4. quam tamen declara, ut per

23 eum, & plenius per Felin. in cap. *Inter cæteras n.* 5. *verſ. Fallit quintò*, ubi prædictam concluſionem reſtringit decem modis, *ſupra de reſcript.*

24 QUÆRO, An ebrietas ſit peccatum mortale, Doctores hic tenent eſſe tantummodo veniale, non autem mortale, niſi ſit aſſidua, vel in conſuetudine. Et in hoc reſidet Jo. Andr. *num.* 1. *in ver. Sibi temperent*, Butr. *nu.* 2. *& num.* 5. Cardin. & Anchar. ambo *nu.* 3. Collectar. *nu.* 2. & alii Abb. in cap. *ſi confiteritur, nu.* 3. *in* 2. *notab. infra de accuſat.* ubi dicit ebrietatem, ſi rata eſt, eſſe peccatum veniale, ſed non mortale, & tum eo tranſeunt ibi Marian. Socin. *num.* 3. *in* 2. *notab.* & Felin. *nu.* 2. Idem tenet Lucas de Pen. in l. 1. *verb. Cæterum, C. de erogat. milit. anno. lib.* 12. & probatur apertè in cap. *Unum orarium*, §. *Nunc autem*, *verſ. Alias ea denuo*, 25. *diſtin.* ubi Auguſtinus recenſet peccata capitalia ex ſuo genere, & inter illa connumerat ebrietatem, ibi, *ebrietas ſi aſſidua ſit.* Ad idem optimus textus in cap. *Mali* 2. *quæſt.* 1. ubi referuntur verba Apoſtoli 1. ad Corinth. 5. *Nunc ſcripſi vobis, non commiſceri; ſi quis frater nominatur in vobis aut fornicator, aut idolis ſerviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujuſmodi nec cibum ſumere.* Et decretum Concilii Trident. *ſeſſ.* 6. *de juſtif. cap.* 15. ibi, *Divinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non ſolùm infideles excludit, ſed & fideles quoq; fornicarios, adulteros, avaros, ebrioſos, & c. cæteroſque omnes, qui lethalia committunt peccata*: ponderando utrobique verbum *Ebrioſus*, quod ſecundum Bald. *hic num.* 1. & Collectar. *num.* 2. importat conſuetudinem ſe inebriandi. Ad idem eſt Canon Apoſtolorum 42. relatus in c. 1. 35. *diſt.* Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus aleæ, aut ebrietati deſerviens, aut deſinat aut deponatur. Subdiaconus autem aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione privetur, ſimiliter & laicus. Ponderando illud verbum, *deſerviens*, quod eodem modo conſuetudinem deſignat, ut ibi poſt Hugon. notat Archid. *nu.* 1. *in ver. deſerviens*, Turrecrem. *nu.* 12. & Præpoſ. *n.*

25 3. *verſ. Quæro an ipſi Clerici.* Et huic opinioni videtur ſuffragari dictum Auguſtini in cap. *Unum*, §. *Nunc autem, verſ. Criminis* 25. *diſtin.* videlicet Peccatum nullum eſt adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet.

26 Sed in oppoſitum eſt textus in cap. *Sexto die* 35. *diſt.* Et quod habetur Iſaiæ 5. *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Nam, *væ*, eſt comminatio pœnæ æternæ, quæ non fit niſi pro mortali peccato, ſecundum Turrecrem. in d. cap. *Sexto die*, *n.* 6. & probatur in c. *Væ qui dicitis*, 11. *q.* 3. & in c. *Væ vis, de*

27 *pœnit. diſt.* 4. Præterea, ſi ebrietas eſſet tantummodo peccatum veniale, idem actus ebrietatis ex ſola frequentia, & aſſiduitate non poteſt fieri mortale; quia ea quæ differunt in infinitum, ſicut peccatum mortale, & veniale, non tranſmutantur in invicem, ut declarat S. Thom. in 1. 2. *qu.* 88. *art.* 4. Archid. & Turrecr. in cap. *Tres ſunt, de pœnit. diſtin.* 1. ubi illud Auguſtini *tract.* 12. *in*

28 *Joannem*, Peccata minima ſi negliguntur, occidunt: nec non illud, Venialia multiplicata ita poſſunt obruere, ſicut unum mortale: intelligunt diſpoſitivè, & per occaſionem, non per cauſam

29 Quid tenendũ? Dic ebrietatis culpam conſiſtere in inordinato uſu, & concupiſcentia vini. Hoc autē contingit eſſe tripliciter. Uno modo, quando quis ignorat uſum vini eſſe immoderatum, & inebriare potentem, ut cum neſcit vini fortitudinem & hujuſmodi; & hæc ebrietas poteſt eſſe ſine peccato, ſicut creditur Noe inebriatus fuiſſe, *Gen.* 9. Alio modo quando quis percipit potum

eſſe

eſſe immoderatum, non tamen æſtimat poſſe ine-
briare; & ſic ebrietas poteſt eſſe cum veniali pec-
cato. Tertio modo, quando quis benè advertit
potum eſſe immoderatum, & inebriantem; &
tamen magis vult ebrietatem incurrere, quam
30 à potu abſtinere; & talis propriè dicitur ebrius;
quia moralia recipiunt ſpeciem non ab his, quæ
per accidens eveniunt præter intentionem, ſed
ab eo, quod eſt per ſe intentum; & ſic ebrietas eſt
31 peccatum mortale; quia ſecundum hoc homo
ſciens, & volens privat ſe uſu rationis, quo ſe-
cundum virtutem operatur, & peccata declinat,
& ſic peccat mortaliter, periculo peccandi ſe
committens. Dicit enim Ambr. Vitandam dici-
mus ebrietatem, per quam, &c. c. *Sanè.* 15. *qu.* 1. I-
ta Arch. in c. *Sexto die, n.* 9. 35. *diſt.* qui hanc diſtin-
ctionem ad litteram tranſtulit ex D. Thoma, li-
cet illius non faciat mentionem in 2. 2. *q.* 150. *art.*
2. ubi Cajetanus dicit, privare ſe uſu rationis ex
inordinata concupiſcentia vini, abſque dubio
eſſe mortale peccatum, quia propter delectatio-
nem in potu non curat ſciens, & volens privare ſe
uſu rationis. Atque ita non privatio uſus rationis
abſolutè, quæ aliquando poteſt eſſe ſine culpa, ut
in dormiēte, nec delectatio in potu vini abſolutè
culpā conſtituit; ſed delectatio in potu vini ine-
briantis in ſciente, & volente illam, conſtituit
rationem culpæ mortalis. Eandem diſtinctionē
ſequitur Turrecremata in d. c. *Sexto die, n.* 8. 35.
*diſt.* Jo. à Capiſtr. *hic n.* 7. & Sylveſt. *in ver. Ebrietas,*
*n.* 2. Nec diſſentit Navar. *in Man. c.* 23. *n.* 121.
dum dicit eum qui ſe, vel alium ſcienter inebriat,
mortaliter peccare, quia notabiliter vult nocere
alteri & ſibi eſſe nocumento, cui renunciare non
poteſt volens ſe, vel alium uſu rationis privare.
32 Non obſtat authoritas Auguſtini in d. c. *Vnum*
*orarium in verſ. aliàs ac demum,* 25 *diſt.* dicentis e-
brietatem eſſe peccatum mortale, ſi ſit aſſidua.
Etenim hunc locum reverenter gloſſat S. Tho-
mas *d. art.* 2. *in reſp. Ad primum.* dicens, aſſiduita-
tem facere, ut ebrietas ſit peccatum mortale,
non propter ſolam iterationem actus, (aſſiduitas
enim importat circumſtantiam, quæ non trahit
in aliam ſpeciem peccati; nec poteſt in infini-
tum aggravare, ut de veniali faciat mortale) Sed
quia non poteſt eſſe ut homo aſſiduè inebrietur,
quin ſciens, & volens inebrietatem incurrat,
dum multoties experitur fortitudinem vini, &
habilitatem ſuam ad ebrietatem. Et ſequitur Ca-
jetan. *ibi reſpon. ad primum verſ. Ad hæc dicitur;* ubi
ait locum Auguſtini eſſe intelligendum de aſſi-
duitate quoad effectum, qui eſt cognoſcere for-
titudinem vini, & habilitatem propriam ad e-
brietatem. Et quoniam hujuſmodi cognitio non
eſt effectus proprius aſſiduitatis ebrietatis, quia
ſine tali aſſiduitate poteſt talis cognitio haberi;
idcirco ſine aſſiduitate tam præſenti, quàm præ-
terita eſt ebrietas peccatum mortale, ſi adſit di-
cta cognitio. Neque hoc eſt contra Auguſtinum,
quoniam ipſe dicit affirmativam, ſcilicet, ebrie-
tas aſſidua, id eſt habens talem cognitionem, eſt
mortale, & non negativam, ſcilicet, niſi ſit aſſi-
dua, quamvis etiamſi diceret negativam, gloſſa-
retur, ut dictum eſt, *aſſidua* hoc eſt habens cogni-
tionem fortitudinis vini, & propriæ habilitatis,
quia de aſſiduitate non ſecundum ſe, ſed ratione
talis effectus intelligitur. Hæc Cajetanus. Quod
ipſum docuit idem S. Tomas *in* 1. 2. *quæſt.* 88 *art.* 5
*Ad primum.* Diuturnitas, inquit, non eſt circum-
ſtantia trahens in aliam ſpeciem, ſimiliter nec
frequentia, nec aſſiduitas, niſi forte per accidens
ex aliquo ſuperveniēti. Non enim aliquid ac-
quirit novam ſpeciem ex hoc, quod multiplica-
tur, vel protelatur, niſi forte in actu protelato,
vel multiplicato ſuperveniat aliquid, quod vari-
et ſpeciem, puta inobedientia, vel contemptus,
vel aliquid hujuſmodi. Ebrietas verò ſecundum
ſuam rationem habet ut ſit peccatum mortale.
Quod enim homo abſque neceſſitate reddat ſe
impotentem ad utendum ratione, per quam ho-
mo in Deum ordinatur, & multa peccata occur-
rentia vitat, ex ſola voluptate vini, expreſsè con-
trariatur virtuti. Sed quod ſit peccatum veniale,
contingit propter ignorantiam quandam, vel in-
firmitatem, puta cùm homo neſcit virtutem vi-
ni, aut propriam debilitatem, unde non putat ſe
inebriari; tunc enim nō imputatur ei ebrietas ad
peccatum, ſed ſolum ſuperabundantia potus. Sed
quando frequenter inebriatur, non poteſt per
hanc ignorantiā excuſari, quin videatur voluntas
ejus eligere magis pati ebrietatem, quam abſti-
nere à vino ſuperfluo. Unde redit peccatum ad
ſuam naturam. Hactenus verba D. Th. Et hoc
intendit gloſſ. in d. c. *Vnum orarium.* §. *Nunc autem,*
*verſ. aliàs ea demum, in ver. ebrietas diſt.* 25. dum di-
cit ebrietatem quandoque dici ſtudium ad ine-
briandum ſe, & hoc eſſe mortale peccatum. Al-
legat hanc decretalem, & c. *Ante omnia.* 35. *diſt.*
Quandoque verò ebrietatem dici frequentem a-
ctum bibendi; & hoc modo eſſe veniale, ut in d.
§. *Nunc autem, in verſ. aliquis in cibo.* Quamobrem
dum Canoniſtæ noſtri hic dicunt affirmativè
cum Auguſtino; ebrietas eſt mortale peccatum,
ſi ſit aſſidua, benè dicunt, quia ebrietas aſſidua
ſemper eſt cognita, & voluntaria; & ſic morta-
le. Sed dum dicunt negativè, ebrietas non eſt
mortale peccatum, niſi ſit aſſidua, non benè di-
cunt. Neque hoc dixit Auguſtinus, quia cogni-
tio ebrietatis poteſt aliunde provenire, quàm ex
aſſiduitate, & omnis ebrietas cognita, licèt non
ſit aſſidua, eſt voluntaria, & conſequenter mor-
tale peccatum ex ſupradictis.
Quod autem dixit Auguſtin. in d. c. *Vnum ora-*
*rium* §. *Nunc autem, verſ. Criminis.* 25. *diſt.* videlicet,
Nullum peccatum eſt adeo veniale, quòd non
fiat criminale, dum placet, non eſt intelligen-
dum de qualibet placentia; quia ſi quælibet pla-
centia faceret peccatum mortale, tunc omne
veniale eſſet mortale, quia quodlibet veniale
placet, cùm ſit voluntarium: ſed talis placentia
eſt intelligenda, quæ ad confirmationem ſpe-
ctat, in qua omnis humana perverſitas conſiſtit,
dum rebus utendis fruimur, ut dicit Auguſtinus.
Hæc S. Thom. apud Turrecrem. in d. c. *Vnum o-*
*rarium,* §. *Nunc autem, n* 4. Et concordat ibi Ar-
chid. exponens verbum, *dum placet,* ita ut illa
delectatio præponatur Deo,
33 Limita nunc concluſionem ſuperiùs firmatā
qua dictum eſt ebrietatē voluntariam eſſe pec-
catum mortale, ut non procedat, ſi vinū immo-
deratè ſumatur de conſilio Medici ad valetudi-
nem recuperandam, prout limitat Marian. Soc.
34 in c. *Si conſtiterit, n.* 20. *de accuſat.* ubi refert ſe
Florentiæ vidiſſe Magiſtrum Ugonem Bentium
inſignem Philoſophum, & Medicum cognatum
ſuum



ſuum frequenti ebrietate quendam filium Ber-
35 nardi de Uzano à periculoſo morbo liberâſſe.
Quod videtur ex mente D. Thomæ *in* 2. 2. *q.* 150.
*art.* 1. *ad tertium,* ubi ait: Cibus & potus eſt mo-
derandus ſecundùm quod competit corporis va-
letudini; & ideo ſicut quandoque contingit, ut
cibus, vel potus, qui eſt moderatus ſano, ſit ſuper-
fluus infirmo: ita etiam poteſt è converſo contin-
36 gere, ut ille, qui eſt ſuperfluus ſano, ſit moderatus
infirmo. Et hoc modo cùm aliquis multum com-
edit, vel bibit, ſecundùm conſilium medicinæ ad
vomitum provocandum, non eſt reputandus ſu-
perfluus cibus, vel potus. Hæc ille. Et quamvis
ſubdat: Nec tamen ad vomitum provocandum
requiritur potus inebrians, quia etiam potus a-
quæ tepidæ vomitum cauſat: & ideo propter
hanc cauſam non excuſaretur aliquis ab ebrieta-
te. Quærit tamen ibi Cajetanus in reſponſione ad
tertium: An ebrietas ſcienter non ex delectatio-
ne potûs, ſed propter medicinam ſit licita; & con-
cludit eſſe licitam, ſi medicinæ ars diſponeret
ebrietatem eſſe neceſſariam ad evacuationem,
ſeu curam alicujus infirmitatis, quia ebrietas in
illo caſu non eſſet ebrietas formaliter, quæ eſt
peccatum, ſed materialiter tantùm, quoniam non
eſſet ex delectatione in potu vini. An autem ita
ſit de facto ut medicina diſponat in aliquo eam
ebrietatem neceſſariam eſſe, ut ipſe ait, non eſt
Philoſophi moralis, nec Theologi, ſed ſcientiæ
medicinæ opus. Idem tenet Martin. *in quæſt.* 1. *de*
*ebriet.* relatus à Cajet. *d. ar.* 2. ubi ait, vomitum non
provocari ex potu aquę tepidę in omnibus homi-
nibus. Item vomitum ex alia & alia cauſa provo-
catum alias ſuperfluitates emittere. Ac demū poſ-
ſe contingere, ut quis eſſet talis complexionis, ut
ex vino quantumcumque, & qualitercumque
ſumpto inebriaretur, & ex alio potu graviùs læ-
deretur in corpore: quo caſu ei liceret vinum ſu-
mere, & ut minus malo, ſe ebriando; alioquin
eſſet perplexus, quod eſt abſurdum. Eamdem
limitationem ampleſtitur, & pluribus confirmat
noviſſimè Cardin. Tolet. *de Inſtruct. Sacerdotum*
*lib.* 8. *tit. de ebrietate quale ſit peccatum, cap.* 61. *circa*
*med.* ubi reprobat contrariam opinionem Ange-
li *in Summa, in verſ. Ebrietas,* & ſequitur Car-
din. Cajetanum *ubi ſuprà,* & Sylveſtrum *in eodem*
*verb.*
37 Limitat ſecundò prædictam concluſionem i-
dem Martin. apud Cajet. *ubi ſuprà,* ut locum non
habeat ſi quis inebriaretur ad evitandam ſævi-
tiam tyranni, ut ſic relinqueretur pro communi
bono. Sed hanc limitationem refellit Cajet. *ibid.*
*verſ. Ad alterum verò.* Quia cùm potus talis in ordi-
ne ad primum & proximum finem ſit immode-
ratus, quia in ordine ad corpus, & uſum rationis
eſt immoderatus: & hujuſmodi immoderatio
ſcienter facta ſit peccatum ex ſuo genere, & non
ſint facienda mala, ut eveniant bona; non excu-
ſaretur à peccato non ſolùm qui inebriaretur, ſed
nec ſi medium excederet in cibo, & potu, ut eva-
38 deret ſævitiam tyranni, aut infidelis. Non ſunt
enim hæc congrua media ad hujuſmodi finem.
Ita Cajetanus, cujus opinio mihi magis placet;
Non enim puto valere illationem: ad infirmita-
tem curandam licet ſe inebriare; ergo & ad evi-
tandam tyranni ſæviciam. Quoniam videmus
ad evitandam mortem naturalem licere ſe-
ipſum mutilare, ut ſi membrum putri-
dum ſit corporis corruptivum, c. *Reſecandæ,*
24. *q.* 3. S. Th. *in* 2. 2. *q.* 65. *a.* 1. Sylveſt. *in ver. Homi-*
*cidium* 3. *n.* 4. Adeout nec propterea incurratur ir-
regularitas, niſi ex mutilatione inducatur defor-
mitas, vel impotentia ad ordinis executionem, ut
*in Summa Confeſſ. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 43 Sylveſt. *ubi ſuprà.*
29 Et tamen ad vitandam mortem à tyranno im-
minentem, non liceret ſibi manum, aut pedem
amputare, ut colligitur ex D. Thoma *ubi ſuprà.* Si-
militer propter infirmitatem in diebus jejunij li-
30 cet carnes comedere, c. 2. *de obſerv. jejun.* Et ta-
men tyranno ſub minis mortis eſum carnium
præcipienti in diebus prohibitis non poſſet ob-
temperari ſine reatu mortalis peccati, ut patet
exemplo Machabæorum. Ad hoc ſunt Jura in c.
*Injuſtum,* c. *Si quis Epiſcopus, cum tribus ſequentibus,* c.
*Qui reſiſtit,* c. *Imperatores,* c. *Quid ergo,* & c. *Siu qui*
*præeſt.* 11. *q.* 3. Et eſt ratio diverſitatis, quia ebrie-
tas, abſciſſio membri, & eſus carnium poſſunt eſ-
ſe remedia naturalia, & quandoque neceſſaria ad
ſalutem corporis ſecundùm artem medicinæ, ut
dictum eſt *ſuprà n.* 34. At mortem à tyranno im-
minentem naturaliter depellere non poſſunt, nec
ſunt media ad id ex neceſſitate ordinata, ſed per
accidens tantùm ob pravam intentionem tyran-
ni. Quæ ratio colligitur ex D. Thoma *in quæſt.* 64.
*artic.* 7. *ad quartum* 2. 2. ubi aſſignans differen-
tiam, cur liceat homicidium committere ſe de-
fendendò pro conſervatione propriæ vitæ; & ta-
men non liceat committere ſimplicem fornica-
tionem, vel adulterium, vel quodcunque aliud
peccatum mortale pro conſervatione propriæ
vitæ, cùm vita ſpiritualis præferenda ſit corpo-
rali: Actus, inquit, fornicationis, vel adulterii
non ordinatur ad conſervationem propriæ vitæ
ex neceſſitate, ſicut actus, ex quo quandoque ſe-
quitur homicidium.
An autem liceat aliquem inebriare ad dete-
gendum aliquod ſecretum concernens publicam
ſalutem, latiſſimè examinavi in c. 1. *à n.* 33. *uſq. in*
*fin. infra de reliq. & venerat. Sanctor.*

## DE COHABITATIONE Clericorum, & Mulierum.

### Cap. Veſtra.

*S V M M A R I V M.*

1 A *Clerico fornicario non notorio licitè audiun-*
*tur Divina, & percipiuntur ſacramenta:*
*ſi autem eſt notorius, abſtinendum eſt, &*
*n.* 10. *&* 14. *& ſeqq. Et quid poſt Conſtitutio-*
*nem Concilij Conſtantienſ. n.* 17. (ptivū.
2 *Verba imperativi modi æquipollent verbo præce-*
3 *Miſſa ſacrificium non polluitur ex nequitia Sacer-*
*dotis, & nn. ſeqq. uſque ad n.* 10.
4 *Sacramenta tranſeunt per Sacerdotem ſicut aqua*
*per lapideos canales.*
5 *Sacerdos quantum ad virtutem ſacramenti, eſt*
*merè inſtrumentum, & organum inanimatum,*
*licèt ſit organum vivum quantum ad meritum*
*perſonale.*
6 *Oratio ſancti fulcitur duplici merito; ſed prophà-*
*ni unico tantum.* (ſeqq.
7 *Eccleſia quo ſenſu dicatur pollui ab indignis, & nn.*

8 *Sacerdos quantumcumque pollutus non poteſt divina ſacramenta polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt.*

9 *Sacerdotes mali Sacramenta adminiſtrando ſe tantummodo lædunt, & unde alijs commoda exhibeant, inde ſibi diſpendium præbent.*

11 *Clericus fornicarius eſt ſuſpenſus quoad ſe, ſicut quilibet exiſtens in peccato mortali, & graviſſimè peccat celebrando.*

12 *Non tamen incurrit irregularitatem.*

13 *Suſpenſio illata à Deo irregularitatem non inducit.*

14 *Clericus fornicarius ſi ſit occultus, ſeu ab Eccleſia toleratus, non eſt ſuſpenſus quoad alios.*

15 *Secus ſi ſit notorius notorietate Iuris.*

*Et quid ſi ſit notorius per operis evidentiam, n. 16.*

16 *Sacerdos notoriè concubinarius an ſit vitandus in Divinis officijs, & Sacramentis antequam ſit monitus ab Epiſcopo.*

17 *Poſt Conſtitutionem Concilij Conſtantienſis non eſt vitandus, niſi fuerit nominatim denuntiatus per ſententiam, & n. ſeq.*

18 *Sacerdos notoriè fornicarius an celebrando efficiatur irregularis.*

19 *Notoriè criminoſis, excommunicatis, vel ſuſpenſis à Canone poſt Concilium Conſtantienſe licitè communicamus etiam in Divinis, & Sacramentis, niſi ſint denominatim denuntiati, vel notorij Clericorum percuſſores.*

20 *Ad veritatis notitiam pluribus modis pervenitur, & quilibet modus habet ſuum peculiare vocabulum.*

21 *Argumentum quid ſit, & quot modis ſumatur.*

22 *Præſumptio quid ſit.*

23 *Præſumptio variatur, debilitatur, & fortificatur, prout ſuadent circumſtantiæ.*

24 *Præſumptio alia temeraria, alia probabilis, alia violenta.*

25 *Præſumptio alia Iuris, & de Iure, ſeu Canonis, alia Iuris tantum, alia hominis, alia naturæ, alia facti.*

26 *Indicium quid ſit, & unde dicatur.*

27 *Fama quid ſit, & quotuplex.*

*Fama de homine deſcribitur, ibidem, & n. 41.*

28 *Fama propriè loquendo non poteſt eſſe niſi bona, & n. 42.*

29 *Famam ſuam negligens crudelis eſt.*

30 *De fama cum dubitatur, in loco converſationis eſt quærendum.*

31 *Infamia quid ſit, & quomodo contrahatur, & aboleatur.*

32 *Infamia juris quæ ſit.*

33 *Infamia facti quæ.*

34 *Infamiam facti removere ſolius Dei eſt.*

35 *Infamia ſurgens à malevolis, & inimicis, non ſufficit ad inquirendum, & n. ſeq.*

*Orta ex ſententia Iudicis laici contra Clericum non attenditur, n. 129.*

36 *Ab inimicis, & æmulis quod oritur, ſuſpicione, & invidiâ non caret.*

37 *Infamia Canonica per peccatum contrahitur, & per pœnitentiam abolетur.*

38 *Fama inter homines deſcriptiones variæ, & nn. ſequent.*

39 *Vox populi vulgò dicitur vox Dei.*

40 *Fama eſt pica rei geſtæ, vel quæ reputatur pro geſta.*

42 *Fama vulgaris eſt publicus præco virtutis; infamia vitiorum.*

43 *Famam ſubtractam an, & quando detractores reſtituere teneantur.*

44 *Rumor quid ſit, & in quo differat à fama.*

45 *Occultum propriè quid ſit, & nn. ſeqq. & n. 121.*

46 *Solum Dei judicio relinquitur.*

47 *Eccleſia damnat in genere, & pœnam infligit pro crimine occulto, ſed occultum peccatorem manifeſtè, & ſpecificè non punit.*

48 *Occultum penè quod dicatur, & nn. ſeqq. & n. 121.*

49 *Secretum dicitur quod ſit in præſentia quinque perſonarum antequam judicialiter ſit diſcuſſum, & n. 118.*

50 Penè, & quaſi *dictiones diminuunt aliquid de ſignificatione ejus, cui adjiciuntur.*

51 *Occultum, & penè occultum qualiter differant.*

52 *Publicum quot modis dicatur.*

*Et in quo differat à manifeſto, n. 56.*

53 *Publicum ut quid dicatur, non eſt neceſſe ut ſingulorum auribus inculcetur.*

54 *Manifeſtum quot modis ſumatur.*

55 *Manifeſtum prout diſtinguitur à notorio quid ſit.*

56 *Et in quo differat à publico.*

57 *Manifeſtum ut inducatur quot homines requirantur, & nn. 88. & 89. & 115.*

58 *Populum, ſeu plebem faciunt decem homines.*

59 *Decem homines poſſunt infamare Presbyterum, ut et ſit purgatio indicenda, & n. 117.*

60 *Famam, ſeu manifeſtum facit clamor tot hominũ, quot ex clamore ſcandalum ſuſcitatur & n. 116.*

61 *Manifeſtum inducit acclamatio majorũ partis populi.*

62 *Manifeſtum quot homines inducant, relinquitur arbitrio Iudicis, dummodo non excedat majorem partem populi, & viciniæ.*

*Nec ſint infra decem n. 88. & ſeq.*

63 *Manifeſtum, & famoſum in quo differant.*

64 *Manifeſtum prout diſtinguitur contra omnino occultum, dici poteſt quodlibet probabile per duos teſtes.*

65 *Imò quod unus tantum vidit.*

66 *Notorij materia difficilis eſt, & involuta.*

67 *Notorium quid ſit, & quotuplex, & qualibet ejus ſpecies.*

68 *Notorium in genere ſumptum quid, & unde dicatur, & n. ſeq.*

*Pars major totum populum repræſentat, ibidem.*

69 *Notorium aliud juris, aliud facti, aliud præſumptionis.*

70 *Notorium juris qualiter deſcribatur, & n. 76.*

71 *Confeſſio in jure facta parit notorium.*

72 *Acta Iudicii faciunt probationem notoriam, dummodo ſint publica, & ſit concluſum in cauſa, aliàs ſecus. (n. 140.*

73 *Sententia inducit notorium, ſi ſit canonicè lata, &*

74 *Etiamſi factum, ſuper quo lata eſt, nullo modo ſit probatum.*

75 *Nihil generat ſeipſum.*

77 *Notorij facti deſcriptiones variæ.*

78 *Notorium facti triplex, id eſt, facti permanentis, facti tranſeuntis, & facti interpolati.*

79 *Notorium facti permanentis quod dicatur, & exempla.*

80 *Concubinæ publicæ detentio cadit ſub notorio facti permanentis, copula verò ſub notorio præſumptionis, niſi extaret ſoboles.*

81 *Vox præconis cùm ſit tranſitoria, in notorium non tranſit: Edictum ſecus.*

82 *Notorij facti tranſeuntis exempla.*

83 *Notorium facti interpolati quid dicatur, & ejus exemplum.*

84 *Notorium præſumptionis quid ſit.*

85 *Et illius exempla.*

Fi-



86 *Filiatio verè probari non poteſt, ſed ita vehementer præſumit eum filium, qui natus eſt ex nuptijs.*

87 *Notorium Præſumptionis ut inducatur, quæ requirantur.*

88 *Notorium facti ut inducatur, quot hominum ſcientia ſit neceſſaria, & nn. ſeqq.*

89 *Decem homines faciunt Parochiam, & teſtimonium unius Parochiæ facit crimen eſſe notorium, n. 90. & 117.*

91 *Tres homines faciunt Collegiũ, duo Congregationẽ.*

92 *Iudicis arbitrio relinquitur, quot homines faciant notorium.*

93 *Dummodo non ſint major pars viciniæ, nec pauciores quàm decem.*

94 *In Notorij an ordo Iuris ſit ſervandus.*

95 *Citatio in notorijs an, & quando requiratur.*

96 *Sententia in notorijs an ſit neceſſaria.*

97 *Notorium an requirat probationem.*

98 *Quid in notorio facti permanentis.*

99 *Et quid in notorio juris, vel poſſeſſionis.*

100 *Et quid in notorio facti interpolati.*

101 *Et quid in notorio facti tranſeuntis.*

102 *Notorium per quot teſtes probetur.*

103 *Appellatio an detur à ſententia lata ſuper notorio.*

104 *Notoriè criminoſus non auditur appellans.*

105 *Appellationis remedium non eſt ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum.*

106 *Occultum delictum quando dicatur ad effectum, ut Confeſſores in vim litterarum S. Pœnitentiariæ, vel Epiſcopi in vim Concilij Trid. poſſint diſpenſare ſuper irregularitate ex eo proveniente. Latè diſcutitur, ut nn. ſeqq. uſq. in fin.*

107 *Occultum quandoque accipitur prout diſtinguitur contra notorium, & n. ſeq. & n. 128.*

*Contrarium, n. 109.*

*Declaratur, n. 112. & 128.*

108 *Publicum eſt quod patet omnibus.*

110 *Famoſum omne, & manifeſtum contradiſtingui à notorio.*

111 *Sacerdotibus pro crimine famoſo, & non notorio indicitur Canonica purgatio, & ſi in purgatione defecerint, ſunt deponendi.*

113 *Occultum accipitur prout contradiſtinguitur à publico.*

*Contrarium, n. 116.*

*Declaratur, n. 117.*

114 *Publicum dicitur quod eſt notum in Civitate, vel Parochia, ſeu vicinia, vel majori parte ipſius, dummodo ibi ſint ſaltem decem homines.*

115 *Manifeſtum, vel famoſum ut quid dicatur, duo copulativè requiruntur.*

116 *Diſpenſatio in criminibus exceptis prohibetur propter ſcandalũ.*

118 *Occultum accipitur pro penè occulto, & probabili, & n. ſeq.*

*Quod verum eſt largè, ſecus ſecundùm proprietatem vocabuli, & n. 121. & ſeqq. & n. 127.*

120 *Tridentinum Concilium ſeſſ. 24. c. 6. expenditur, & n. 124.*

*Pœnitentiariæ ſtylus in diſpenſatione utroque machinante, & in abſolutione ab hæreſi, ib. verſ.* Porrò.

121 *Occultum propriè dicitur, quod ex ſui natura, vel ex accidenti probari non poteſt.*

122 *Nihil eſt propriè tale, quod non eſt ſimpliciter tale.*

123 *Verba ſecundùm propriam ſignificationem ſunt accipienda, & propria ſignificatio eſt, quæ ſtricta eſt, & non larga, & n. 127.*

125 *Accuſatus non ſtatim reus eſt, ſed qui convincitur criminoſus.*

*Declaratur, n. 126.*

126 *Accuſatio ſola, vel inquiſitio facit ut delictum non ſit occultum quoad hoc ut Epiſcopus non poſſit diſpenſare.*

127 *Diſpenſatus ab Epiſcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus teſtibus, licèt non ſit notorium, non eſt tutus in conſcientia ex ſententia S. Congregationis Concilij.*

128 *Occultum dici poteſt quod non eſt notorium, ſed Concilium Tridentinum non eſt reſtringendum ad hanc acceptionem.*

129 *Occultum vox conſiderari poteſt in materia Bullarum contra bannitos, & extrahentes frumenta, & ideò hi caſus remittendi per Epiſcopos ad Sedem Apoſtolicam.*

130 *Occultum remanet delictum, etiam deductum ad forum contentioſum, ſi reus fuit abſolutus diffinitivè.*

*Et quid ſi ab obſervatione judicij, n. 133.*

*Et quid ſi mediis depravatis, & falſis teſtibus, n. 134.*

*Et quid ſi accuſator per annum tacuerit, n. 135.*

*Et quid ſi reus fuerit dimiſſus cum cautione de ſe repræſentando, n. 136.*

131 *Reus quando diffinitivè abſolvatur ex capite innocentiæ.*

*Et quando ab obſervatione judicij tanquam non repertus culpabilis, n. 133.*

132 *Innocentia verbum importat omnimodam carentiam criminis, & doli.*

136 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum inquiſitis de delicto, quod non potuit probari, ſi nec diffinitivè,*

137 *nec alio modo fuerint abſoluti, ſed dimiſſi cum cautione de ſe repræſentando.*

138 *Occultum remanet delictum non obſtante ſententiâ Iudicis ſecularis contra Clericum lata, & fama inde ſuborta, & n. ſeq.*

139 *Irregularis non eſt Clericus condemnatus à Iudice laico uti particeps homicidij, quod non commiſit, licet contra eum eſſet publica vox, & fama.*

140 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in materia delicti ad forum contentioſum deducti, & per ſententiam puniti, & refellitur contraria opinio.*

141 *Occultum dicitur delictum ſi complicibus tantùm ſit notum.*

142 *Socij criminis regulariter in criminalibus recipi non poſſunt, nec eis receptis creditur.*

143 *Etiamſi ſint duo, vel plures contra eandem perſonam deponentes.*

144 *Teſtes ubi ſunt prorſus inhabiles ad teſtimonium ferendum, numerus non ſupplet defectum.*

145 *Quod nihil eſt, ſupplementũ non recipit.*

146 *Imperfecta plura in ſua ſpecie non faciunt unum perfectum.*

147 *Socij criminis in criminibus exceptis recipi poſſunt in teſtes, ſed probationem non faciunt.*

148 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum occultè excommunicato, qui publicè celebravit.*

*Secus ſi publicè ſit excommunicatus, & celebraverit occultè. ibid.*

2 VESTRA. A Clerico fornicario non notorio licitè audimus Divina, & percipimus Sacramenta; ſed ſi eſt notorius, abſtinere debemus, non tamen eo animo, ut credamus officia, vel Sacramenta ex illo fore polluta. Hoc dicit Io. Andr. Calderin. Bald. Butr. Cardinal. Anchar. Io. de Anan. & Io. à Capiſtrano. Vel aliter ſecundùm Alios, inhærendo verbis litteræ: A Clerico fornicario quandiù toleratur, nec habet operis evidentiam licitè audiuntur Divina, & percipiuntur Eccleſiaſtica Sacramenta: A notorio



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

verò abſtinendum eſt, non quia in Sacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicatorum emendationem. Hoc dicit, & ſunt duæ partes: conſtitutio, & deciſio. Secunda ibi, *Cæterum*, & eſt famoſum cap. & multum difficile, ac ſolemniter repetitum ab Antonio de Butrio, & Jo. Calderino *vol: 4. Repetentium, fol: 208.*

2 Nota primò ibi, *Nullus audiat*. Verba imperativi modi æquipollere verbis præceptivis, ut hic patet, & in c. *Nullus, 32 diſt.* Nam per hæc verba præcipitur, ut nemo Miſſam audiat Sacerdotis, quem ſcit indubitanter concubinam habere, ut hic per Butr *nu. 5. Abb. in 2. not.* & Jo à Capiſtran. *num. 2.* Ad quod vide bonum textum in c. *Quiſquis præceptis, 14. q. 1.* licet hoc non ſit generaliter verum, ut legitur, & notatur in Clem. *Exivi de Paradiſo, §. Cæterum de ver. ſignificat.* Quod tamen ſpectat ad caſum hujus Decretalis, indubitatum eſt ea verba eſſe præceptiva, quia hoc ſub præcepto formali interdicitur in c. *Præter hoc, 32. diſt.* ibi: Præcipiendo mandamus, ut nullus Miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter.

3 Secundò nota ibi, *quantumcumque pollutus fuerit*, ex nequitia Sacerdotis Miſſæ ſacrificium non pollui, nec inquinari, quia virtutem, & efficaciam habet ex opere operato, id eſt, ex conſecratione Corporis, & ſanguinis Chriſti, in quo conſiſtit eſſentialiter oblatio, c. *Verum, de conſecrat: diſt: 2. c. ult: 1. q. 8.* d. c. *Præter, §. Verum 32. diſt.* & patet ex Concilio Trid. *ſeſſ: 22. de ſacrificio Miſſæ, cap: 1:*
4 ibi: Et hæc quidem munda illa oblatio eſt, quæ nulla indignitate, vel malitia offerentium inquinari poteſt. Et tenent Theologi omnes poſt D. Thom *in 3. part. q. 82. a. 6.* tranſeunt enim Sacramenta per Sacerdotes, ſicut tranſit aqua per lapideos canales, quæ nihil germinat ſuper lapide, nec contaminatur, ut in cap. *Si juſtus fuerit, 1. q. 1.* Abb. *hic in 4. not.* Unde Auguſtin. in c. *Intra Catholicam, ead. cauſ. & quæſt.* Intra Catholicam, inquit, Eccleſiam in myſterio Corporis, & Sanguinis Domini nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote, quia non in merito conſecrantis, ſed in verbo perficitur Creatoris, & vir-
5 tute Spiritûs Sancti. Quod egregiè explicat Scot. *in quodl. 20. §. de ſecundo*, in hæc verba: Sacerdos quantum ad virtutem ſacrificij eſt merè inſtrumentum, quia organum inanimatum, licet enim ſit organum vivum quantum ad meritum perſonale in celebrando, quia ſic meretur eſt ejus in quantum in ſe vivit vita gratiæ: tamen quantum ad illud bonum, quod debetur virtute ſacrificij, eſt organum præciſè ratione ordinis, & æquè provenit effectus iſte virtute ſacrificii, etiamſi miniſter in ſe non vivat vitâ gratiæ. Hæc ille. Et
6 ita hæc eſt differentia inter ſacerdotem ſanctum, & prophanum, quia oratio ſancti fulcitur duplici merito; ſed prophani unico tantùm, ſecundum Hoſt *hic n. 4. in fin.* & Jo. Andr. *n. 2. circa fin. verſ. In-*
7 *ter Sacerdotem.* In oppoſitum tamen videntur jura in c. *Sic populus, 1. q. 1* ibi: Quamvis enim ſancta videantur ſpecie ſui, quæ offeruntur à talibus, tamen quia facta ſunt ab eo, qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur, & in cap. *Multi, ead: cauſ: & quæſt.* ibi: Polluimus itaque panem, id eſt, Corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. At reſpondetur, re verâ nullum polluere Sacramenta, ut hic
8 dicitur. Quid enim firmum, & ſtabile, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur, l. *Si quemquam, C. de Epiſcopis, & Cleric.* Itaque ut legitur in c. *fin. 15. q. ult.* non poteſt aliquis quantumcumque pollutus, ſacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt, nec poteſt ſolis radius per cloacas, & latrinas tranſiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiſcunque Sacerdos ſit, quæ ſancta ſunt coinqui-
9 nare non poteſt. Idcirco ab eo, uſquequo judicio Epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt, quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt, & cerea fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, alijs verò lumen in tenebris adminiſtrat; & unde alijs commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni Sacerdote, &c. Hæc ibi. Verumtamen pollutus quantum in ſe eſt, polluit ſacramenta: vel melius dicitur, polluere ſemetipſum. Et ſic intelliguntur contraria, ut c. *Secundum, 19. diſt.* & d. c. *Si juſtus fuerit, 1. q. 1.* ſecundùm Hoſt. *hic n. 4.* Jo. Andr. *2. verſ: Solutio*, Abbatem *n. 2. verſ. Jura ergo*, & Jo. à Capiſtrano, *num: 8.*

Tertiò nota in verſ. *Cæterum*, tres qualitates delicti: quoddam eſt notorium, quoddam occultum, & quoddam penè occultum. Item nota tria, ex quibus notorium inſurgit, videlicet ex confeſſione, ex ſententia, & ex operis evidentia. Sed de his latius dicam infrà in declaratione materiæ.

10 Quarto nota, in verſ. *Sine dubitatione.* A Clericis fornicarijs licitum eſſe divina myſteria audire, & Eccleſiaſtica ſacramenta percipere ſi ſint occulti, ſeu ab Eccleſia tolerati; ſecus verò ſi ſint notorij per operis evidentiam. Sed hoc ultimum hodie corrigitur per Conſtitutionem Concilij Conſtantienſis, ut dicam *infrà in 2. q. n. 17.*

11 Nunc pro declaratione textûs,

QUÆRO primò, An Clericus fornicarius ſit ſuſpenſus quoad ſe? Et dic breviter eſſe ſuſpenſum ſicut quilibet alius exiſtens in peccato mortali, ut c. *ult. infr. eod.* Unde graviſſimè peccat celebrando, c. *Quotidie, de conſecratione, diſt: 2.* c. *De homine, de celebrat: Miſſar.* & tenet gloſ. in c. *Teſtamentum, in verſ: humiliter, 6. diſt.* & Abb. *hic n. 4.* Hæc tamen ſuſpenſio quoad ſe non eſt cenſura Eccle-
12 ſiaſtica de qua loquitur textus in c. *Quærenti, de verb: ſignif: & de Cler: excom. miniſtr. per tot.* & ideo celebrando irregularitatem non incurrit, cùm hoc non ſit in jure expreſſum, c. *Is qui, de ſent: excom: lib: 6.* & ibi habes bonam gloſſam in verſ: *In jure.* Certum eſt enim ſuſpenſionem illatam à
13 Deo irregularitatem non inducere, ut hic per Ancharan. *n. 12. circa med: verſ: Præterea*, & Jo. de Imol. in c. *fin: n. 6. infrà eod.*

14 QUÆRO ſecundò, An Clericus fornicarius ſit ſuſpenſus quoad alios, ita ut peccet audientes ab eo divina, vel percipientes Eccleſ. ſacramenta?

Pro ſolutione diſtingue: nam aut eſt occultus, ſeu toleratus, & non eſt ſuſpenſus quoad alios, & ideo alij non peccant, ut hic probatur, & in d. c.
15 *ult. infrà eod.* Aut eſt notorius notorietate juris, id eſt, per confeſſionem ſpontaneam in judicio factam, vel per ſententiam judicis: & tunc eſt ſuſpenſus etiam quoad alios, & ideo licitum non eſt eum audire, & peccant contrafacientes, quia veniunt contra præceptum Eccleſiæ, ut ſimiliter
16 probatur hic, & in d. c. *ult.* Sed dubium eſt, quid ſi ſit notorium notorietate facti, ut quia palam, & publi-



publicè habet concubinam in domo, nec fuit in judicio confeſſus, vel per ſententiam condemnatus. Et in hoc ſunt principaliter duæ opiniones. Quidam enim, quos tacito nomine recenſet Abbas *hic n: 6* tenent ſine aliqua monitione eſſe à talibus abſtinendum, ut videntur ſentire multi in cap. *Si qui ſupra eod.* & in cap. *Si celebrat. de Cler. excom. miniſtr.* unde Hoſt. *hic*, Jo. Andr. & Ant. de Butr. non requirunt monitionem. Et pro hac opinione pondero textum in d. c. *ult. infra eadem*, ubi primo deciditur Clericum in fornicationem prolapſum non debere in officiis evitari, quia licet ſit ſuſpenſus quoad ſeipſum, non tamen eſt ſuſpenſus quoad alios. & mox ſubjungit limitatio per hæc verba: niſi peccatum hujuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu per confeſſionem factam in jure, aut per evidentiam rei, quæ tergiverſatione aliqua celari non poſſit. & ſic æquiparantur quoad hoc notorium juris, & notorium facti, nec ulla ſit mentio de monitione. & idem patet in hac Decretali. Sed Hugo, Laurentius, & Archidiaconus in c. *Nullus 32. diſt* & in c. *Si qui 81. diſt.* Jo. de Lignano, & Card. *hic n. 10. in 6. oppoſ.* & *n. 12.* cenſent, monitionem eſſe neceſſariam, quia populus niſi præcedat monitio, non videtur habere indubitatam ſcientiam de concubinatu, ut Canones requirunt, cum poſſit Clericus habere aliquam excuſationem. Pro concordia, hoc jure inſpecto, placet diſtinctio, in qua finaliter reſidet Abbas *hic n. 6. circa med. verſ. ſed cogitari.* videlicet quod aut fornicatio eſt adeo notoria, ut nullam habeat dubitationem, ſicut videmus in pluribus Clericis, qui tenent ita publicè concubinas ſicut uxores, & palam nutriunt filios, ita ut nec ipſi hoc audeant diffiteri: & tunc eſt omnino à talibus abſtinendum ſine alia monitione. & pro hac parte facit textus *hic in fine* ibi, *nec habet operis evidentiã* Et melius in cap. *Tua*, & in d. c. *ult: infra eod*: ubi non tantũ requiritur, ut factum ſit notorium, ſed etiam additur, ut nulla poſſit tergiverſatione celari, nec ulla requiritur monitio. Et ex contrario ſequeretur, ut nunquã fornicatio poſſet eſſe notoria: aut fornicatio non habet illam evidentiam, ſed poteſt probabiliter tergiverſari, puta quia concubina habitat cũ matre Clerici, & aſſerit eã eſſe matris pediſſequã, ſeu ancillam, vel quid ſimile: & tunc procedit cõtraria opinio Hugonis, & ſequaciũ, ut expectetur monitio, & ejus conteptus, & hanc putat Ab. eſſe mentẽ juris

17 Tu verò dicas hanc controverſiã, & diſtinctionẽ hodie ſublatam eſſe per Conſtitutionem Martini V. *Ad evitanda*, in Concilio Conſtantienſi editã, quæ ad evitanda ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere poſſent, indulſit, ut nemo deinceps à cõmunione alicujus in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcunque divinis, vel extra teneatur abſtinere, vel aliquẽ vitare prætextu excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, niſi à judice ſpecialiter, & nominatim fuerint denunciati, vel in ſententiam Canonis, *Si quis ſuadente*, adeo conſtiterit incidiſſe, ut nulla poſſit tergiverſatione celari. Quare illi tantum excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti dicuntur non tolerari ab Eccleſia, ut eos vitare teneamur, & ab eorum communione in divinorum auditione, vel Sacramentorũ perceptione, vel alias abſtinere, qui per ſententiam hominis ſunt nominatim denunciati, aut notorii Clericorum percuſſores. Idq; jam more Eccleſiæ receptiſſimũ eſſe atteſtantur Cardin. Cajetan. *in Summa verſ. Excomm: major*, & *in 2. 2. q. 2 art: 2* Sot: *in 4 ſent. diſt: 22 q: 1. art: 4.* Navarr: *in Manuali c: 27 n: 33.* Covar. in c. *Alma mater p. 1 §. 2 n: 9 verſ: Supereſt igitur.* Verba hujus conſtitutionis retuli in c. *Quod à Prædeceſſore, n. 54 infra de ſchiſmat.* et de illius auctoritate, et intelligentia egi latiſſime ibi à *n: 39 uſq. ad n 57.* ubi plene videas. Itaq; Clericus concubinarius notorietate facti, ſeu per operis evidentiam hodie dicitur toleratus, nec ante denunciationem eſt ſuſpenſus quoad alios quantum ad hoc, ut non liceat ei communicare in divinis, & perceptione ſacramentorum, cujus oppoſitum hic diciditur.

18 Procedit autem hæc concluſio etiamſi teneamus opinionem, quam contra Innocentium Jo. de Lignan. Cardin. et Anchar. tenet Abb. *hic n: 7.* quod Clericus notoriè fornicarius per operis evidentiam ſit ipſo jure ſuſpenſus, non modo ſuſpenſione indirecta reſpectu audientium, quibus verba prohibitionis diriguntur, ſed etiam ſuſpenſione directa, per tex. in c. *Præter hoc, 32. diſt:* adeo ut celebrans efficiatur irregularis. De cujus opinionis veritate latius diſſeram in c. *final: in ult: not: infra eodem.* Quamvis, inquam, teneamus hanc opinionem Abbatis, nihilominus hodie à Clerico notorio fornicario, etiam per operis evidentiam utcumq; ſuſpenſo ab officio ſuſpenſione directa licite audire poſſumus divina, et percipere eccleſiaſtica ſacramenta, quia ex prædicta Conſtitutione Conſtantienſis Concilij licite communicamus ſuſpenſis non denunciatis per ſententiam hominis, etiam in ſacramentorum adminiſtratione, et aliis quibuſcunque divinis, ut oſtenſum eſt ſupra. Ea enim Conſtitutio vendicat ſibi locum etiam in Clericis notoriè fornicariis, ut tenet Navar. in c. 1. §. *Laboret n. 10. de pænit. diſt. 6* Gutier. *Canonicar. quæſt: lib: 2. c. 7. n. 85* Suarez *de Cenſur. tom: 5 diſp. 31 ſect: 4 n: 16* & *tom 5. diſp. 18 ſect. 1 & diſp. 88 ſect ult: circa finem.* Nicol.
19 Garz. *de Beneſ: par: 7 cap: 14 à n: 56* & alii Recentiores. Et quod diximus de fornicariis, idem intelligas de quibuſcunq; aliis criminoſis à Canone excommunicatis, ſuſpenſis, vel interdictis, non enim hodie prohibemur audire divina, & ſacramenta percipere niſi ab iis, qui propter crimen per ſententiã hominũ ſunt publice ſuſpenſi, excomunicati, vel interdicti, nec non ab iis, qui ſunt notorii Clericorũ percuſſores. & ſic inutilis eſt hodie diſtinctio quam facit Abb. *hic n. 9* inter ſuſpenſos ſeu præciſos ab homine, & ſuſpenſos à Canone, & eos, qui nec ab homine, nec à Canone ſunt ſuſpenſi, ſed jacent in peccato; Quandoquidem ex dicta Conſtitutione *Ad evitanda*, ſolũ diſtinguimus, an ſint nominatim denuntiati, & notorii Clericorum percuſſores, necne. & reliquis omnibus criminoſis etiam notoriis per operis evidentiam, et cenſura irretitis à Canone licitè communicamus, ut dictum eſt.

20 Nunc deſcendamus ad materiam notorii. Et ad pleniorem intelligentiam, & declarationem terminorum, præmittendum eſt pluribus, & variis modis ad notitiam veritatis perveniri, & quemlibet modum habere ſuum proprium, & peculiare nomen, ut hic plenè per Jo: Cald. *n. 27* Ant. de Butr, *n. 30* Petrum de Anc. *n; 13* & Abb. *n; 10*

*n.10 circa finem, verſ: ad primum, & n. ſeqq:* et alios communiter. Sunt enim Argumentum, præſumptio Iudicium, Fama, Rumor, Occultum, Publicum, Manifeſtum, & Notorium.

21 Argumentum, ſecundum Calder. *hic n.28.* eſt
illatio rei dubiæ fidem faciens, de quo loquitur
cap. *in quadam, ſupra de celebrat. Miſſar:* ibi, *nec verò
poſſet argumentis probari,* vel ſecundum Anton. de
Butr. *hic ſub n:30 col. 31 ante med.* Argumentum
eſt rei dubiæ oſtenſio in gradu materiæ ſubjectæ
poſſibili. Et hoc dupliciter ſumitur: Primò ſtrictè pro diſcurſu intellectuali in finem ſcientiæ,
ut ſillogiſmus, & enthymema: & hoc ſpectat ad
Dialecticos, & dividitur in quatuor ſpecies, ut
notat Calder. *in rubr. ſupra de Sum. Trin. & fid. Cathol.* & interdum eo utitur etiam judex in concludendo ex probationibus ut in l. *optimam C. de
contrahen. & committen. ſtipulat. & in c. ex tenore,
de teſtib. cum ſimilib.* Nam ſi Titius hodie eſt Romæ, ſequitur ut non ſit Pariſiis, & hæc illatio ſi
trahat originem à ſenſu corporeo, ſit ex argumentis, ut hic patet, & in cap. *Cum ex injuncto de
hæret. lib. & c. Deinde,* ſumitur argumentum large
ſecundum Calder. *hic n.28* prout mentem, vel
intellectum arguit, id eſt de ignorantia reprehendit. Et ſic omne id, per quod intellectus illuminatur qualitercunque dicitur argumentum.
Unde etſi non jure. aut verè inferat, tamen ſi ad
intellectum informandum inducitur, argumentum dici poteſt in dict. c. *Cum ex iniuncto.* ibi;
*quod ſi forte quis arguere,* &c. & ſic ſumptum comprehendit omnem probationis modum plenum,
ſemiplenum, & debilem, ut l. 1. *ff. de teſtib. c. Sola:
4. q. 3 c. Sunt quorum 2 q. 6. c. Præterea, in fin, ſupra
de teſtib.* & l. 2. *C. Quor. appell. non recip.*

22 Præſumptio, ſecundum Speculat. *in tit. de præſump. in princ.* eſt argumentum ad credendum unum factum ſurgens ex probatione alterius, puta ex cohabitatione perſonarum ſuſpectarum
præſumitur coitus, *c. Nec aliqua, 27. q. 1 c. Dixit
Dominus, 32 q. 1 c. Literis de præſumpt.* Vel præſumptio eſt cognitio ex circumſtantiis reſultans,
*c. ex ſtudio, & per totum. ſupra de præſumpt.* ſecundum Calder. *hic n.29.* Alex. *conſ.89. Viſo themate
23 n.7. & ſeq. verſ. & ſimiliter, lib. 3.* Unde variatur,
debilitatur, fortificatur plus, & minus, prout ſuadent circumſtantiæ, ex quibus reſultat. de quo
plene in c. *Ferrum, 50 diſt: in c. Is qui de ſponſal:* in
*c. Primo ſemper, 2 qu. 1* in c. *Quanto de præſumpt.* &
in Speculatore *eod. tit. de præſumpt.* Quo fit, ut quædam præſumptio ſit temeraria, quæ rejicitur, c.
24 *Oves, 6 q. 1* quædam probabilis, quæ quandoque
purgationem indicit, *infra de purgat. Canonica, per
tot.* quædam violenta, quæ ſic appellatur, quia in
applicando animum violentat mentem Judicis,
& ideo ſufficit ad condemnationem, ut cap. *Afferte de præſumpt.* & d. c. *Dixit Dominus, 32 qu. 1* &
notat gloſ. 1. in d. c. *Quanto, eod. tit.* Speculat. *d. tit.
de præſumpt. § Species, n.1* & Butr. *hic n: 30 col.* 11
*poſt medium verſ: Secundum gradum.* Rurſus alia præ-
25 ſumptio eſt legis, vel Canonis, ſeu Juris, & de Jure, quæ probationem in contrarium non admittit: alia eſt Juris tantum, contra quam admittitur probatio, alia hominis, alia naturæ, alia facti,
ut diſtinguit, & declarat gloſ. in c. *Is qui fidem,
in ver. contra præſumptionem, infra de Sponſal.*

Indicium ſecundum Io. Andr. *in Addit. ad Spe-
26*

*culat. in tit. de Probat. § Videndum, n. 19. lit. E.*
eſt notabile ſignum maleficii, vel alterius rei ad
ipſius veritatem habendam. Vel indicium eſt ſignum, ex quo procedit præſumptio, ſecundum
Calder. *n. 30.* vel informans animum ad ſuſpicandum, ſecundum Ant. de Butr. *ubi ſupra.* Vel aliter ſecundum Abbatem *n. 12. in fin.* Indicium
propriè eſt notabile ſignum alicujus dicti, rei,
ſeu facti, quod ſubjicitur neceſſitati probandæ,
& largo modo argumentum poteſt dici indicium, ut dicitur in cap. *Fatum de ver. ſignificat.* &
dicitur Indicium ab indicando, id eſt monſtrando. *c. Quicumſore, infra de ſort. l. ſolent ff. de præſcript. verb. Ceterum* quamvis proportionetur indicium ad quemlibet gradum probationis, tamen ſumitur potius in jure pro gradu animo Iudicis ſuſpicionem ingerente, ut dicit Io. Andr. *in
Addit. ad Speculat. loc. citat:* & Gulîel. de Suza in
*quaſt. Statutorum ſub littera S.* quos refert, & ſequitur Butr. *ubi ſupra.*

27 Fama duplex eſt, ſcilicet de homine, & inter
homines. Fama de homine eſt illæſæ dignitatis
ſtatus, vita, & moribus comprobatus, l. *cognitionum, § exiſtimatio ff. de variis & extraordinar: cognit.* prout originaliter deſcripſit, gloſ. in c. *Infames, in ver: Infamia, 3. qu: 7* Speculat. *in tit: de Notoriis criminibus, § Fama, in princ:* Salycet. poſt Iacob
de Aren. in l. *ea quidem, n:92 C. de Accuſat.* Calder.
28 *hic n: 31* & alii poſt eum. Hæc tamen deſcriptio
convenit bonæ famæ dumtaxat: nam ſi mala eſt,
vulgò quidem fama vocatur, ſed debet dici opinio voce populi nunciata: propriè autem in
queſtio, & ab excellentiori extremo non poteſt
eſſe niſi bona ſit, quia fama eſt argumentum virtutis, ut eleganter inquit Bald. in c. *in Geneſi n:66
29 ſupra de elect:* Et hanc famam, qui negligit crudelis eſt, c. *Nolo, 12 q: 1* Unde Apoſtolus 1. ad Corinth. 9 *Expedit magis mori, quàm ut gloriam meam
quis evacuet,* c. *Sacerdos, 2 qu: 2* & curam habe de
bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi,
quam mille theſauri magni, & pretioſi, ut *Eccleſiaſt: 41* Item melius eſt nomen bonum quam unguenta pretioſa, ut *Eccleſiaſt: 7* Item lux oculorum lætificat animam, fama bona impinguat oſſa, ut *Proverb: 15* Unde quamvis principaliter ſit
cavendum de bona vita: tamen quantum poſſibile eſt, curandum eſt etiam de bono nomine, &
bona fama, ne proximi ſcandalizentur. c. *inter
verba: 11 q. 3* Nobis enim neceſſaria eſt vita no-
30 ſtra, aliis fama, c. *Non ſunt, ead. cauſ. & quæſt.* Quod
ſi de hac fama dubitetur in loco converſationis
eſt quærendum, c. *Poſtquam,* & cap. *Scriptum, de elect:* c. *Cum in juventute, de præſumpt.* c. *penult:* & c.
*Cum dilectus, de purgat. Canonic.* Salicet. in d. l. *ea
31 quidem, n:103. C. de Accuſat.* Famæ contrarium
eſt infamia, ſcilicet læſæ dignitatis ſtatus vita, &
moribus reprobatus, ſecundum Calder. *hic n. 31.*
& Salycetum in d. l. *ea quidem, n. 92. verſ, Mala verò.* Quæ quomodo contrahatur, habetur in § *Tria,
ad fin. 3. q. 7.* & quomodo aboleatur, in c. 2. *6. q. 1.*
Infamia alia juris, alia facti, ut notat præcitata
32 gloſ. in c. *Infames, § Porro, 3. q. 7.* Infamia juris eſt,
quæ à jure irrogatur cum quis per ſententiam
de crimine publico condemnatur civiliter, vel
criminaliter; aut de delicto privato, ſi ſit tale,
quod deſcendat ex actione famoſa, l. *Infamem ff. de
public. Iudic.* & non agatur civiliter, ſed criminaliter, l. 2. *ff. de crimin. Stellion.* niſi in caſibus, de
quibus in eadem gloſ. *poſt med. verſ. Sed ſi civili-*



33 *ter.* Infamia facti eſt cum quis aggravatur, vel infamatur apud bonos, & graves, de quo agitur in
l. 2. & l. *Licet, ff. de obſeq. à liber.* c. *Sunt plurimi, 6.
q. 1.* Scilicet, quando læſa eſt fama alicujus propter factum quod commiſit, apud bonos, & gra-
34 ves. Et hanc infamiam omnino removere ſolius
Dei eſt, c. *Ex tuarum;* & ibi gloſ. *final. de Purgat.
35 Canonica.* Ex infamia tamen ſurgente à malevolis, & inimicis non poteſt procedi contra aliquem, c. *Caveant, 3. q. 9.* c. *Qualiter, il 2. de Accuſat.*
& notat Innoc. in c. *Tua. n. 1* ibi. Hoc adducit inquiſitionem, niſi à recto homine æmulo, vel ini-
36 mico habeat originem *infra eodem.* Quia quod
ab inimicis, & æmulis oritur, ſuſpicione, vel invidia non caret, l. 1 *C. Si quis Imper. male dix.* & ſequitur Baldus in d. c. *Tua, n. 3. verſ. Sed Iudex,* &
Salycet. in d. l. *Ea quidem, n. 104: verſ: Interdum, C.
37 de Accuſat.* eſt et tertia ſpecies infamiæ, quæ appellatur Canonica, de qua c. 2. *6 qu: 1,* et ibi per
Archidiac. *n.2* et in c. *Si Epiſcopus, n:2. 50 diſt:* et
in c. *Teſtes, 2 q. 7* Et hæc irrogatur ex quolibet
peccato mortali, in c. *omnes,* et ibi gloſ. 1. *6 q: 1*
et aboletur per pœnitentiam quando orta eſt ex
crimine occulto; ſed non quando ortum habuit ex crimine manifeſto, gl: in c. *Illi qui, in ver.
Niſi, ead. cauſ: & queſt:* Speculat. *in tit. de teſte, § Opponitur, n. 26.*

38 Fama inter homines eſt publica, ſeu famoſa, et communis inſinuatio, vel proclamatio ex
ſola ſuſpicione, et certo auctore proveniens, cap.
*Sicut nonnulli, 45 diſtin:* c. *Sanctum in fine de conſecr.
diſt: 4* c: *Cum inſinuante, de Purgatione Canonic:* et
*infra* cap: *Proximo,* et ſic deſcribitur à Io: Andr:
*hic n: 9 verſ: Fama verò inter homines,* et Calder:
*n: 32* vel ſecundum Speculat: *in tit: de Notor: criminib: § Fama, n: 1 & 2* et eundem Calder. *ubi ſupra;*
eſt vulgi loci, ſeu majoris partis vehemens opinio rei, de qua quæritur, conſentiens, c: *Inquiſitionis, in fin: infra de Accuſat. l. 3. § eiuſdem ff. de teſtam:* cap; *Sæpe, 4 qu: 3* c. *Litteris,* et c. *Tertio loco, ſupra de præſumpt.* vel ſecundum Bart. in l. *de Minore,
§ Plurimum, n: 7 de quæſtion.* Fama eſt communis
opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione provenie-
39. ens: et groſſo modo dicitur, Vox populi; et in
vulgari dicimus Vox populi, vox Dei, quia opinio, in qua omnes concurrunt, vel major pars,
præſumitur in ſe habere rationem, ut Bald: inquit
*hic n: 2* et in c. *Quoniam, nu: 62, ſupra de probat.* et
40 eſt pica rei geſtæ, vel quæ reputatur pro geſta, ut
idem ait in d. c. *in Geneſi n: 64 de elect.* Utramque
41 famam de homine, & inter homines ſic deſcribit ipſe Bald. in c. *Dilecti n. 3. de Appellat.* Fama naturalis eſt ſtatus hominis ex radice naturæ pro-
42 veniens, & inhærens Fama vulgaris eſt publicus
præco virtutis, infamia vitiorum, & in cap. *Tua,
n. 2 infra eod.* Fama inquit, quoad ſe, id eſt, in ſe ipſa, eſſentialiter, & verè eſt veritas, & integer ſtatus bonæ opinionis; ſed quoad alios eſt proclamatio, & murmuratio populi, & infra *n. 5.* Fama
famans eſt vox in auribus populi ſonans, materiam autem famæ, & infamiæ latè proſequitur
Speculat. *in tit. de Notoriis criminibus, d. §. fama,* &
Jo. Andr. *ibi in Addit.* & Salicet. in d. l. *ea quidem,
C. de Accuſat.* ubi eam declarat per novem quæſtiones à *n. 92. uſque ad finem.*

43 Qualiter autem reſtituatur fama ſubtracta;
Dicas detractorem poſſe alicui auferre famam
tripliciter. Primò, verum dicendo, & juſtè, puta
cum aliquis crimen alterius prodit ſervato ordine charitatis, Matthæi 18. *Si peccaverit in te.* &c.
& cap. *Si peccaverit, 2. qu. 1* & tunc non tenetur
ad reſtitutionem famæ. Secundo, falſum, dicendo, & injuſtè; & tunc tenetur famam reſtituere
confitendo ſe falſum dixiſſe, & injuſtè, & in
præſentia eorum, coram quibus infamavit eum,
quantum fieri poteſt, ut ſi occultè, occultè; ſi palam, palam, ut c. *Quidam, 5. q. 1 & in 4 ſent. diſt: 15*
per Ricchard. & Scot. Tertio, verum dicendo,
ſed injuſtè, ut quia prodit crimen alterius verum, ſed contra ordinem charitatis: & tunc tenetur reſtituere famam quantum poteſt ſine mendacio, ut dicendo ſe malè dixiſſe, & injuſtè diffamaſſe. Quod ſi non poſſit ei commode famam
reſtituere, debet ei aliter recompenſare ſicut in
aliis injuriis, ut c. 1. *de injur. & damn. dat:* Et probantur hæc in c. *Si res, 14. q. 6.* & in c. *Falſas de pœnit. diſt. 5.* & per D. Thom. *in 2. 2. qu. 62. art. 2. ad
2.* & *qu. 73 art. 2. in corpor.* & *in 4. ſent. d. diſt. 15.
qu. 1 art. 5 q. 2 Ad primum,* & Jo. à Capiſtrano *hic n.
26 verſ. Qualiter autem reſtituatur.*

44 Rumor eſt particularis inſinuatio, ſeu proclamatio, c. *Super eo, infra de eo, qui cogn. conſang. uxor.
ſuæ,* ex ſola ſuſpicione, cap. *Officii de elect.* & incerto
auctore proveniens, cap. *Veniens. c. rca princ. de Regular.* Hoſt. *hic n. 3.* Jo. Andr. *n. 11* Calder. *n. 33* &
alii communiter, Speculat. *in tit. de Notor. crimin.
§. Nunc de Rumore, n. 1.* Et ex hoc patet in quo
differat à fama, quia rumor ab incerto, fama à
certo procedit auctore. Item differunt ratione
materiæ, quia fama majoris partis viciniæ, rumor autem alterius partis, vel minoris, ut mediæ, tertiæ, vel quartæ, ſecundum Ant. de Butr.
*hic n. 30. col. 12 in princ, verſ. Ad gradum,* & ante
eum Hoſt. in d. cap. *ſuper eo. n. 1 in ver. aliqua pars,*
ubi ait, rumorem dici clamorem alicujus partis
viciniæ, famam verò totius civitatis. & ſic rumor
eſt quid minus, quàm fama, ſecundum Abb. *hic
n. 12. in fin. verſ. Rumor verò.* & ſentit gloſ. *ult.* in d.
c. *ſuper eo.* Præterea, ut inquit Baldus in prællegat. c. *Proximo, n. 5. infra eod.* Fama vires ſuas eundo, & perſeverando extendit. Unde Virgilius 4.
*Aeneid.* Fama malum, quo non aliud velocius ullum, Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo.
juxta illud Pſalm 18. *In omnem terram exivit ſonus
eorum,* &c. Rumor autem quandoque cito deficit, ut l. *fin. ff. de Heredib. inſtituen.*

45 Occultum propriè dicitur quod nulla ratione
probari poteſt, c. *unico, infra, ut Eccleſiaſt. Ben.* Speculat. *in tit. de Notorio, § Nunc de occulto, n: 1* & hic
tradunt Hoſt. *num. 14* Jo: Andr. *n. 12* Calder. *nu.
34.* Henric. Boic. *num. 7:* Butr. *num. 3. poſt princ.*
Cardin. *n: 18.* Anchar. *n: 14* Abb *n: 10. in fin. verſ.
Occultum propriè* Jo. à Capiſtrano n. 40. & nullus
46 diſcrepat; & ideo ſolius Dei judicio relinquitur, c. *Conſuluiſti, verſ. Spontanea, 2 quæſt. 5* c. *omnia,
6 q. 1.* c. *Erubeſcant, 32. diſt.* cap. *Sicut tuæ, in
fin.* & c. *ſeq. de Simonia.* Facit text. in l. *duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tutel.* quia latentia peccata vindi-
47 ctam non habeant, c. *Chriſtiana, 32. qu. 5.* gloſ. *hic
in ver. occultum,* id eſt humano judicio non ſubjiciuntur, ut hic in gloſ. *marginal. in eod. ver.
occultum.* Adverte tamen, quia Eccleſia in genere damnat, & verbalem pœnã infligit pro crimine occulto, ſed occultũ peccatorem ſpecialiter;
id eſt manifeſtè, & ſpecificè non punit, id eſt, non
publi-

publicè, niſi fiat fides. Et ita intelligas jura præ-
allegata. Et quod notatur in Clemen. *Multorum*,
*ad fin. de Hæret.* ſecundum Calder. *hic d. num.* 34. &
Cardin. *n.* 18 *verſ. Sed in genere quandoque ponitur.*
Et adde quod in propoſito ſcripſi in *c. Dolentes*, à
*n.* 23 *uſque ad n.* 65 *infra de celebrat. Miſſar. maximè*
*n.* 58 *& n.* 64.

Pene occultum eſt ſingularis, & privata inſi-
nuatio ex ſcientia, & certo auctore proveniens,
ut deſcribit Albericus *in Dictionar. in ver. Occultum,*
*verſ. Pene occultum eſt.* Et dicitur quod per paucos,
vel difficulter probari poteſt, puta per duos, vel
49 tres, aut quinque: nam ſecretum dicitur, quod
ſit in præſentia quinque perſonarum antequam
judicialiter ſit diſcuſſum, ut §. *Hæc ergo ſecreta*
*circa medium, verſ. ſilium namque Archiſynagogi*, &
ibi notat gloſ. *in ver. Secreta*, poſt cap. *Quis ali-*
*quando, de pænit. diſt.* 1. & ideò donec clareat ſi-
des, ab Eccleſia toleratur, ut hic; & notant Spe-
culator *in tit. de notor. crimin.* §. *Pene occultum, n.* 1
Hoſt. *hic n.* 15. Calder. *n.* 35 Abb. *n.* 11 Jo. Andr.
Henric. Boic. Butr. & alii in *locis proximè citatis.*
Et dicitur pene occultum ad differentiam occul-
50 ti ſimpliciter, quia dictio, *pene*, diminuit aliquid
de ſignificatione ejus, cui adjicitur cap. *Dudum* il
1 *de elect.* ſicut dictio *quaſi*, c. *Relatum*, & ibi gloſ.
1. *de offic. delegat.* Itaque in hoc differunt occul-
51 tum, & pene occultum, ſecundum Cardin. *hic n.*
18. quia occultum dicitur actu, & habitu; pene
occultum actu, ſed non habitu. Occultum non eſt
poſſibile ut unquam manifeſtetur, vel ſaltem per
modum probationum probari non poteſt, & i-
deo non cadit niſi ſub punitione eccleſiæ. Illud
dicitur occultum propriè; hoc verò non dicitur
propriè occultum, ſed quaſi occultum, ut in tex-
tu. Moderni tamen Theologi accipiunt occul-
tum prout contra diſtinguitur à publico, ut di-
cam infra n. 113.

52 Publicum eſt nomen generale, & verificatur
in notorio, & quandoque in fama, ſecundum
Abb. *hic n.* 11 *verſ. Publicum verò.* Unde notorium
poteſt dici publicum ſicut id, quod conſtat per
famam, ut eſt textus in c. *Tua infra eod.* & idem
quaſi de manifeſto ſecundum eum. Unde ut in-
quit Bart per illum textum in l. 1. §. *conſequens n.*
1. *ff. de ſuſpect. tutor.* Publicum eſt illud, quod om-
nibus patet. Item illud, quod ponitur in porta a-
licujus eccleſiæ, dicitur eſſe publicum, ut idem
Bart. notat in Auth. *Quomodo oporteat Epiſcop.* §.
53 *Sed neque, n.* 2 Ad hoc tamen ut quid dicatur eſſe
publicum, non requiritur ut ipſius noticia ſin-
gulorum auribus inculcetur, ſed ſatis eſt ut pu-
blicè ſit actum, ut legitur in cap. 1 *ſupra de Poſtu-*
*lat. Prælator.* & idem Abb. tradit *in conſ.* 99. *Illud in*
*præſentiarum n.* 1. *lib.* 1. & dicitur quandoque pu-
blicum, quod probari per teſtes poteſt, ut per
eum qui ad hoc allegat gloſſam noſtram in *ver.*
*notorium*, & ſecundum hoc pro eodem accipiun-
tur pene occultum, & publicum, quorum oppoſi-
tum eſt occultum, ut latius dicetur infra *n.* 121.

54 Manifeſtum ſumitur duobus modis, ſecun-
dum Calder. *hic n.* 36 & Cardin. *n.* 19 videlicet, ut
eſt genus, & includit ſub ſe manifeſtum, ut eſt
ſpecies, & notorium. Unde vera eſt aſſertio;
Omne notorium eſt manifeſtum. c. *cum olim*, & c.
*ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* c. *Manifeſta*, & c. *de*
*manifeſta* 2. *q.* 1. Sed non convertitur, quia aliqua
dicuntur manifeſta non notoria, et tunc eſt ſpe-
cies à notorio diſtincta, quia non patet, ſed de
facili poteſt patere, vel probari, cap. *eorum* 11. *q.*
3. Probatur hæc diſtinctio in c. *De hoc, infra de ſi-*
*monia.* Et adde Feder. de Sen. *in conſ.* 8. *incip. Quæ-*
55 *ſtio quomodo accipiatur manifeſtum, per totum.* Eſt
autem manifeſtum, prout diſtinguitur à notorio,
publica, ſeu famoſa inſinuatio, vel proclamatio,
& communis ex certa ſcientia, & certis auctori-
bus proveniens; & ſic deſcribitur à Speculatore
*in tit. de not. crimin.* §. *ſequitur de manifeſto, nu.* 1. Jo.
Andr. *hic n.* 9. *in fin.* Calder. *n.* 36. *verſ. Eſt autem*
*manifeſtum.* Butr. *n.* 33. Henric. Boich. *n.* 2. &
Abb. *n.* 12. Dicitur famoſa inſinuatio, vel procla-
matio, quia oportet ut fama concurrat cum ve-
56 ritate ad inducendum manifeſtum. Et ex hoc aſ-
ſignari poteſt ſubtilis differentia inter publicum
& manifeſtum, ſecundum Ant. de Butr. *ubi ſupra,*
videlicet ut illud dicatur publicum, quod eſt fa-
ctum præſentibus multis, ſed non eſt famoſum.
Ad hoc bonus textus in cap. 1. *ſupra de poſtulat.*
*Prælator.* Manifeſtum verò, quod ſecum habet fa-
mam; & ſecundum hoc omne manifeſtum habet
in ſe publicum, ſed non omne publicum habet
manifeſtum: & ſic illam proportionem habet
manifeſtum ad publicum, quam habet notorium
ad manifeſtum, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſu-
pra *n.* 54. Sequitur in deſcriptione verſ. commu-
nis, quia manifeſtum debet eſſe multorum; nam
ſatis non eſſet duos vel tres teſtes hoc ſciviſſe, ut
ſic differat à probatione, & à publico, ad quod
57 ſufficiunt duo, vel tres teſtes, ut dixi ſupra *n.* 52.
Quot autem requirantur ad inducendum mani-
feſtum, Doctores non conveniunt, & fortè ſuffi-
ciunt decem, ut dicit gloſ. 1. in cap. *de manifeſta*, 2.
*q.* 1 per tex. in cap. *unio verſ. Sed & hoc*, 10 *q.* 3
58 Nam decem homines faciunt plebem, ſeu popu-
lum, ut ibi notat gloſ. *in verbo mancipia.* & Ar-
chid. *n.* 7 gloſ. in cap. 1 *in ver. Duo, de elect.* Bart. in
l. *Prætor. la* 2. *in princ. n.* 2 *&* 3 *ff. de vi bonor. raptor.*
& ex hoc inferunt gloſ. & Archid. in d. c. *Unic.*
ut decem poſſint infamare Presbyterum juxta
59 text. in c. *Presbyter ſi à plebe* 2. *qu.* 5 ubi Presbyter
à plebe ſibi commiſſa mala opinione infamatus,
ſi Epiſcopus legitimis teſtibus hoc probare non
potuerit, jubetur ſuſpendi, ne populus in eo
ſcandalum patiatur, ut ibi dicitur. Sive ergo à
decem, ſive à pluribus de ſuis ſit infamatus, dici-
tur infamatus à plebe; quia nomine plebis etiam
decem intelliguntur, ſecundum Hugon. & Ar-
chidiac. d. *n.* 7 & ideo indicenda eſt illi Canoni-
ca purgatio, ut optime probatur in c. *omnibus poſt*
*medium, verſ. Ipſe ergo Sacerdos* 2. *q.* 5. ubi Leo Papa
ad Carolum Magnum ſcribens ſic ait: Ipſe ergo
Sacerdos ſi ſuſpicioſus aut incredibilis ſuo Epiſ-
copo, aut reliquis ſuis Conſacerdotibus ſive bo-
nis, & juſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe ho-
minibus fuerit: ne in crimine, aut in prædicta
ſuſpicione remaneat, &c. ſe ſacramento coram
populo ſuper quatuor Evangelia dato, purga-
tum eccleſiæ reddat. Hæc ibi. Pauci ergo non in-
famant. c. *Inquiſitionis in fin. de accuſat.* & tot ho-
60 minum clamor facit famam, ſeu manifeſtum,
quot ex clamore ſcandalum ſuſcitatur. cap. *Qua-*
*liter eodem tit.* ut dicunt Jo. & Vincentius in d. c.
*Inquiſitionis* relati ab Archidiacono in d. c. *unic. n.*
7. *verſ. Sed pauci non infamant*, 10. *q.* 3. & idem in-
nuit ibi Goffr. qui exponit verbum Paucorum,
idest duorum, vel trium. Et ſatis eſt fama loci ſi
ſit



ſi ſit fama populi, ut ſatis clare innuit præallega-
tum c. *omnibus*, ſecundum Archid. Nec diſſentit
Anton. de Butr. *hic d. n.* 33. dicit enim ad indu-
cendum manifeſtum in acclamatione tot homi-
nes requiri, quot famam inducant; & ita exigi, ut
hoc acclametur à majori parte populi: et infra *eod.*
*n. verſ. Quot autem exigantur*, concludit non poſſe
62 dari certam doctrinam, quot homines requirantur
ad inducendum manifeſtum, et ideo hoc relin-
quendum arbitrio judicantis, dummodo non ex-
cedant majorem partem populi, vel viciniæ; quia
ſic eſſet notorium. credit tamen ad hoc ſufficere
decem homines per ea, quæ notat Cyn. in l. *ea qui-*
*dem C. de accuſat.* et ſic concordat cum gloſ. in c.
*de manifeſta*, 2. *q.* 1, licet eam non alleget. Addici-
tur in deſcriptione, ex certa ſcientia, et certis au-
ctoribus; quia ad hoc ut ſit manifeſtum, oportet ut
aliqui præſentes fuerint, à quibus ortum habue-
rit, quive ex certa ſcientia poſſint de hoc depone-
re, quia fuerunt præſentes, & aliquo ſenſu natu-
rali, ſecundum quod rei natura exigit, id percepe-
rint. Et hinc apparet differentia inter famoſum
& manifeſtum; nam in famoſo ſufficit ſola ſuſpi-
63 cio. Item in famoſo ſufficit, ut fama habuerit or-
tum à certo auctore, & exinde acclamet tota vi-
cinia, vel major pars; nec eſt neceſſe, ut oſten-
dantur plures auctores, qui hoc habuerint ex cer-
ta ſcientia, vel præſentia: Sed in manifeſto opor-
tet, ut plures adfuerint Auctores, qui per certam
ſcientiam, et ſenſum corporeum hoc apprehen-
derint, & ſuper hoc poſſint teſtimonium perhibe-
re, ſecundum Ant. de Butr. *hic d. n.* 33. *circa fin.* Fa-
cit ad hoc quod notatur in d. c. *de manifeſta* 2. *q.* 1.
& per Legiſtas, maximè Baldum in l. *De minore*, §.
*plurimum, n.* 9. *ff. de Quæſtion.* et notatur in c. *Qua-*
*liter, il* 2. *& c. Cum oporteat, infra de accuſat.* & per
Archid. in c. *omnibus*, 2. *quæſt.* 5. & hæc vera ſunt
ſumendo manifeſtum, prout contradiſtinguitur
à notorio, & pene occulto. Verum prout contra
64 diſtinguitur ab omnino occulto, manifeſtum dici
poſſet omne probabile, quod duo teſtes ſcirent.
Ad hoc, quod notatur in c. *Ex tenore, de tempor.*
*ordinat.* & in cap. *Cum Vintonien. de elect.* Imo poſſet
etiam dici manifeſtum non occultum, quod unus
tantum vidit. § *Sed ſciendum.* 2. *qu.* 1. Et ita accipi-
tur in l. 2. et in l. *ſeq. ff. de furtu*, & ſic dicimus fur-
65 tum manifeſtum, & non manifeſtum, ut in dictis
juribus, ſecundum Anton. de Butr. *hic n.* 33. *in fin.*

Expeditis neceſſariis præjudiis ad intellectum
Decretalis, ſupereſt, ut deſcendamus ad mate-
66 riam notorii, quæ difficilis eſt, & involuta magis ut
ait gloſ. 1. in c. *Manifeſta* 2. *q.* 1. quotidie de noto-
rio loquimur, & quid ſit notorium ignoramus.
De quo per Innoc. & Hoſt. in cap. *Tua, infra eodem.*
& per Speculator. *in tit. de notoriis criminibus*, §. *Item*
*de notor.* Salyc. in l. *ea quidem, à nu.* 58. *uſque ad nu.*
89. *C. de accuſation.* Et per Doctores hic, maximè
per Butr. *à num.* 29. *uſque in finem.* Ego circa hanc
materiam hunc ordinem ſervabo. Nam primo
quæram quid, & quotuplex ſit notorium, & quæ-
libet ejus ſpecies. Secundo, quot hominum ſcien-
tia requiratur ad inducendum notorium. Tertiò
numquid in notorio ſit ſervandus ordo Juris, &
præcipuè an requiratur citatio, vel ſententia.
Quartò numquid in notorio requiratur probatio.
Quintò, quot teſtes requirantur ad probandum
notorium. Sextò, An à ſententia ſuper notorio
detur appellatio. Septimò & ultimo, an occultum
crimen, vel impedimentum in decreto Concilii
Tridentini *cap.* 6. *ſeſſ.* 24. & in litteris S. Pœniten-
tiariæ accipiatur, prout diſtinguitur contra pu-
blicum, et notorium.

67 Redeo igitur ad primum.

QUÆRO, Quid, & quotuplex ſit notorium, &
quælibet ejus ſpecies?

68 Notorium in genere ſumptum prout complecti-
tur omnes ejus ſpecies, ſic definitur ab Antonio
de Butrio *hic n.* 31. videlicet: Notorium eſt proba-
tio indubitata, et ſtrata, nulla diſcuſſione egens.
Sed melius ſecundum Salycetum in d. l. *ea quidem,*
*nu.* 58. *C. de accuſat.* neutraliter, & in genere ſump-
tum ſic poteſt deſcribi, videlicet; Notorium eſt
jus, vel factum tranſiens in notionem omnium, vel
majoris partis eorum. Nam per majorem partem
totus populus repræſentatur, in l. *Nulli*, & l. *Placet,*
*ff. Quod cujuſq. univerſ. nomin.*, & l. *Quod major. ff. Ad*
*municipale*, & l. *Illud*, §. *Refertur ff. de Regul. jur.* Et
dicitur notorium à notione, quia tranſit in cogni-
tionem omnium, ut per eum.

69 Notorium eſt triplex ſecundum gloſ. *hic in ver.*
*Notorium*, & in d. c. *manifeſta*, 2. *q.* 1. Innoc. in cap.
*Tua nos. n.* 2. *infra eod.* & alios communiter, Videli-
cet juris, facti, & præſumptionis. Et quamvis Cal-
der. *hic n.* 36. *verſ. De notorio*, & Abb. *n.* 14. dicant
ſub notorio juris includi etiam notorium præſum-
ptionis; & ſic faciant diſtinctionem bimembrem,
ſcilicet juris, & facti, & primum membrum ſubdi-
vidant in judiciale, & extrajudiciale: tamen hoc
reprehenditur, & bene, ab Anton. de Butr. *hic n.*
32. ubi oſtendit notorium juris, & præſumptionis
eſſe duas ſpecies diſtinctas, nec unam comprehen-
di ſub altera. Dicitur autem hoc notorium juris,
ſeu juridicum, quia oritur in jure, idest in judicio.
c. *final. infra eodem.* Idem Butr. *hic n.* 30. *col.* 12, *ante*
*medium verſ. Et appellant hoc notorium juridicum.* Ad
hoc bona gloſſa in l. 1. *in ver. Confeſſus in jure C. de*
*Confeſſ.*

70 Notorium juris eſt ſpontanea confeſſio, clara
probatio, juſta, & irretractabilis diffinitio, & ſic
deſcribunt hic Hoſt. *n.* 10. Jo. Andr. *to. rim* 1. Cal-
der. *n.* 36. *verſ. De notorio* Abb. *n.* 4 Speculator *in tit.*
*de notor. crim.* §. *Iam de notorio n.* 2.

71 Dicitur primo in deſcriptione, ſpontanea con-
feſſio, quia ex ſpontanea confeſſione in jure facta
oritur notorium, ut *hic*, & in cap. 1. *de Confeſſ.*
Item oritur clara probatio, quia ex probatione ju-
72 diciali, & indubitata ſimiliter ſurgit notorium, ut
in cap. *Cum olim, de ver. ſignif.* Et omne judicialiter
probatum dici poteſt notorium, ut inquit Abbas
in c. *fin. num.* 7. *ſupra de tempor. ordinat.* Imo ſecun-
dum eum omne conſtans ex actis notorium dici
poteſt. allegat Innoc. in cap. *ex inſinuatione in fin.*
*de appellat.* & c. *evidentia de accuſation.* cum ſua glo.
*in ver. non indiget clamore.* dummodo tamen acta
ſint publicata. l. *Geſta. C. de re judicata*, & dum-
modo ſit conclutum in cauſa. Abb. in c. *fin. num.*
4. *in fin. infra eodem.* & non aliter; quia quandiu
poteſt probari contrarium, non dicitur proba-
tio notoria: gloſ. in cap. *Significaverunt, in ver.*
*loquere, ſupra de teſtibus* plene Natta. *conſ.* 51. *viſo*
*proceſſu num.* 18. & ſeq. Jaſ. in l. *Admonendi, in* 2.
*lectura, nu.* 50. *& ſeq. verſ.* & ex iſta 2. lectura, *ff. de*
*jurejuran.*

73 Item dicitur juſta, & irrevocabilis diffinitio, quia
eodem modo ſurgit notorium ex diffinitione ju-
diciali, & ſententia, quæ non poteſt amplius re-
tra-

tractari, ut in hoc c. & in c. *fin. inf. eod.* & in c. *Cum inter*, *de re judicat*, nam res judicata pro veritate habetur. l. *Res judic. ff. de re judic.* & l. *Ingenuum ff. de ſtat. homin.* & in d. cap. *Cum inter*. Dummodo tamen ſententia ſit Canonice lata, ſecus ſi ſit nulla ipſo Iure; nam hæc ſpecies notorii vocatur notorium Iuris, & ideo debet habere validitatem, quæ Iure conſiſtit, ut ait Bald. *hic num.* 1. Verum
74 ſi nullo modo factum eſt probatum, & tamen ſententia condemnatoria alias canonice eſt lata; nihilominus crimen dicitur notorium propter auctoritatem ſententiæ, ut idem Bald. notat *num.* 2.
75 Tria ergo faciunt notorium Iuris, judicialis confeſſio, indubitata probatio, & res judicata. Et ex hoc patet ſupraſcriptam diffinitionem non eſſe bonam, quia confeſſio, probatio, & ſententia ſunt cauſæ efficientes, & productivæ notorii, ergo non ſunt notorium, quia nihil generat ſeipſum, nec aliquid poteſt eſſe cauſa ſuipſius, c. *Diſcrimini*, 24. q. 1. & inter cauſam, & cauſatum debet eſſe diſcretio, cap. *Debitum, de Baptiſmo*, cum concordant.
76 ibi allegat. in gloſ. *in ver. Diſcretio*. Unde poſthabita diffinitione Anton. de Butr. *d. num.* 32. tanquam nimis prolixa, & quæ multas patitur difficultates, exiſtimo hanc ſpeciem notorii breviter ſic poſſe diffiniri. Notorium juris eſt evidentia ex judiciali confeſſione, vel probatione, aut re judicata proveniens. Dixi evidentia, ut ſit genus ad omnes ſpecies notorii, quæ ſive naturæ, ſive juris miniſterio evidentiam habent, & excludat famoſum, publicum, & manifeſtum, in quibus non cadit evidentia. Dixi ex judiciali confeſſione, &c. ad differentiam notorii facti, & præſumptionis, quæ licet evidentiam habeant, tamen hæc non provenit ex auctoritate, & fomento judicii, ſed à natura, vel miniſterio juris extra judicium.

77 Notorium facti in genere, ut deſcribitur à Calder. *hic n.* 40. Eſt factum ſic exhibitum conſpectui hominum, ut nulla poſſit tergiverſatione celari, ut cap. *Ultimo, infra eod.* & cap. *Cum olim, de verb. ſignif.* Vel notorium facti eſt, quod factum ex ſe non dubitatur à populo, vel majori parte populi, ſecundum Vincentium. Vel notorium facti eſt, quod quotidie viget, & in præſenti eſt publicum, ſecundum Ubertum. Vel notorium facti eſt, in quo fama ſuum præbet adminiculum; & ipſa rei evidentia proteſtatur ita eſſe oculis omnium, vel majoris partis loci ſe exhibens, ut nulla tergiverſatione celari poſſit, ſecundum Speculat. *in tit. de notorio crim.* §. *De notorio, nu.* 3. Has partim recenſet Jo. Andr. *hic nu.* 10. partim Calderin. *nu.* 40. & omnes, Ant. de Butr. *num.* 31. Vel notorium facti eſt crimen, vel factum, cujus teſtis populus eſt, & diſſimulationi locus non eſt, ſecundum Archid. in c. *Manifeſta, num.* 4. 2. *queſt.* 1. & Abb. *hic nu.* 14. *verſ. Notorium facti*. Ad hoc textus optimus, quem Butr. dicit eſſe meliorem de corpore Iuris, in c. *Cum dilectis, infra de Purgat. Canonica*. Placet diffinitio Antiquorum, quam hic refert idem Butrius *num.* 31. & probat Abb. *ubi ſupra*, videlicet, Notorium facti eſt publica, vel famoſa vox proveniens ex evidentia rei, quæ nulla tergiverſatione celari poteſt, l. *ſi vicinis, C. de Nuptiis*, c. *Tua*, & c. *Quæſitum, infra eodem*. Unde Petrus de Sampione relatus hic à Jo. Andr. *nu.* 13. ponebat verſus. Quæ vel nemo negat, populo, vel teſte probantur; Vel ſe ſubiiciunt oculis, notoria dicas.

78 Et hoc notorium facti eſt triplex, nam quoddam eſt notorium facti permanentis, ſeu continui, quoddam eſt facti tranſeuntis, ſeu momentanei, & deficientis, & non redeuntis; quoddam eſt facti interpolati, gloſ. *unica in d. c. Manifeſta*, 2. q. 1. Innoc. in c. *Tua, infra eod.* Speculator. *in tit. De notorio crim.* §. *Iam de notorio, n.* 8 gloſ. *hic in ver. Notorium*, quam communiter ſequuntur Doctores.
79 Notorium facti permanentis ſecundum Speculatorem *ibid. num.* 10. dicitur quod ita publicè ſit, ut aliqua tergiverſatione celari non poſſit, & habet facti continuationem; exemplum cum Clericus in carcerem detruditur, c. *Dilectus, ſupra de appellat.* Innoc. in d. cap. *Tua, num.* 2. *in fin. verſ. Si autem ſit continuum, infra eadem*, & Speculator *ubi ſupra*. Quod verum putat Butr. *hic nu.* 34. quando carceres patent oculis hominum, ſecus ſi eſſent
80 carceres occulti. Aliud exemplum in eo, qui detinet domi concubinam publicè, & omnibus ſcientibus, c. *De manifeſta*, 2. q. 1. Præſertim verò ſi infantes audiantur vagire in ejus gremio, cap. *Tua, infra eod.* l. *ſi vicinis, C. de nuptiis*. cap. *Priuſquam*, 29. *diſt.* cap. *Propoſuiſti*, 82. *diſt.* cap. *Significaſti infra de Divortiis*, Calder. *hic num.* 42. Sed tu adverte, quia hoc exemplum benè procedit quantum ad hoc, ut concubinam teneat, quia cum hoc pateat oculis hominum, bene cadit ſub notorio facti permanentis. Ad hoc Concilium Tridentinum *de reformat. matrim. c.* 8. & *ſeſſ.* 25. *c.* 14. Secus verò quantum ad copulam, quia cum hæc non fiat ſub conſpectu hominum, non pertinet ad hanc ſpeciem notorii facti permanentis, ſed ad notorium præſumptionis, cum Jus hoc vehementer præſumat, ut bene hic per Butr. *num.* 34. niſi forte extaret ſoboles, ut per Innoc. in d. c. *Significaſti, num.* 1. *de Divortiis*. ubi dicit eſſe notorium facti actu permanentis, quando manent filii, qui reddunt notoriam incontinentiam. Idem tenet Speculat. *in tit. de notoriis criminibus*, §. *Iam de notorio. n.* 10. ubi ait, quem tenere concubinam eſſe notorium facti continuè, quando eam tenet in domo, menſa, & lecto, & liberi vagiunt gremio ejus bajulantes. Allegat ſupraſcripta Iura, & c. *Conſuluit*, & c. *Relatum, de appellat.* Aliud exemplum materiale ponit Butr. *hic num.* 34. nempe quod Turris Aſinellorum ſit in Porta Ravennati, & aliud Abb. *nu.* 15. quod Palatium Dominorum ſit in platea, hoc enim propriè dici debet notorium facti permanentis, quaſi res nota omnibus inſpicere volentibus. ad hoc c. *Evidentia, de accuſat.* & Auth. *Qui ſemel, l. Quomod. & quand. Iud.* ubi vox præconis, cum ſit tranſitoria, & paucis innoteſcat, in no-
81 torium non tranſit: ſed edictum ſecus, quia per multos diſpoſitum omnibus liquet, ut ibi notat gl. *in ver. Paucis innoteſcit*.
82 De notorio facti tranſeuntis exemplificant Doctores, ut ſi in conſpectu populi aliquis fuit occiſus, §. *quando autem*, 2. q. 1. Innoc. in c. *Tua, nu.* 2. & ibi etiam Hoſt. *n.* 1. *infra eodem*. Speculator *d. tit. de notoriis crimin.* §. *Iam de notorio, nu.* 8 *in fin.* vel ſi Epiſcopus tranſit de Eccleſia ad Eccleſiam, quia tranſitus fit cum apparatu, c. *Illud, de Cler. excommunicat. miniſtran.* c. *Quanto, de tranſlat. Epiſcopi*, Jo. Andr. *hic nu.* 13. *verſ. Circa iſtud notorium*, Calder. *n.* 41. Butr. *n.* 34. & Abb. *n.* 15.
83 Notorium facti interpolati dicitur quod fit ſic publicè, ut aliqua tergiverſatione celari nō poſſit, & quod



& quod ſæpius iteratur, non tamen fit continuè, ſecundum Speculator. *dicto* §. *Iam de notorio, numer.* 9. Exemplum in mutuante ad uſuras, ut cap. *Cum tu, de Uſuris*: quia non ſemper mutuat, ſed interpolatim, licet dici poſſit habere actum continuum reſpectu aptitudinis, ut per Butr. & Abb. *loco citato*.
84 Notorium præſumptionis eſt evidentia juris vehementer præſumpta, ſecundum Hoſt. *hic nu.* 12. Jo. Andr. *num.* 10. *in fin.* Abbatem *num.* 14. *verſ. Et tunc dic quod notorium*. Speculat. *in d.* §. *de notorio in princ.* vel ſecundum Calderinum, *num.* 38.
85 Notorium præſumptionis eſt factum, vel dictum ex publicis circumſtantiis à Jure pro veritate acceptum. Exempla notorię præſumptionis ſunt pa-
86 ternitas, & filiatio. Hoc enim quod quis ſit alterius filius, non poteſt jure probari, l. *Lucius, ff. de condit. & demonſtrat.* Sed jus præſumit vehementer eum filium, qui natus eſt de nuptiis, l. *Filium meum diffinimus ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni juris*, l. *Quia, ff. de in jus voc.* Innoc. in c. *Tua, num.* 3. *infrà eod.* vel qui publicè habitus eſt pro filio alicujus, c. *Michael*, & c. *Quoniam, de filiis Presbyter.* & ita exemplificant gloſ. *hic in ver. Notorium*, item gloſ. *unica* in d. c. *Manifeſta*, 2. q. 1. Speculat. *in tit. de Notoriis criminibus, d.* §. *Iam de notorio, in primo, verſ. Notorium præſumptum*, qui etiam exemplificat in infamato, cui eſt indicta purgatio in Judicio, & deficit cap. *Tua, in fine, infrà eodem*, c. *Inſinuatum, de*
87 *Simonia*. Adverte tamen ſecundum Anton. de Butr. *hic n.* 36. quia ad inducendum notorium præſumptionis duo requiruntur, videlicet ut factum, ex quo à jure trahitur præſumptio, ſit notorium facti, vel juris. Secundò, ut jus vehementer præſumat, vel fingat habendo illud pro violenta præſumptione, quæ æquivaleat probationi ad finem ferendæ ſententiæ. Exemplum: Si quis omnibus videntibus detinet fœminam ſuſpectam in domo, vel id in judicio confitetur, factum detentionis eſt notorium facti, vel juris: & ex hoc jus violenter præſumit inter eos copulam carnalem interceſſiſſe; & hoc eſt notorium præſumptionis. Similiter ſi uſurarius teneat menſam paratam, & pannum rubeum omnibus videntibus, ecce factum notorium per operis evidentiam: & ſi mutat ibi, jus præſumit eum ad uſuras mutuari; ecce notorium præſumptionis: & eodem modo ſi vicinis ſcientibus aliquis tenet fœminam, ut uxorem, cum condecenti tractatu in veſtibus, & aliis, ecce notorium facti: & ex hoc jus elicit præſumptionem matrimonii inter eos, & legitimitatis prolis inde ſuſceptæ; ecce notorium præſumptionis, & ſic de ſimilibus. Et ita intelligas ea, quæ de probatione filiationis leguntur, & notantur in c. *Per tuas, de Probatio.* & in c. *Michael, de filiis Presbyter.* & de probat. filiationis legitimæ, vel illegitimæ in c. *Tranſmiſſa*, c. *Lator*, & cap. *Per venerab. Qui filii ſint legitimi*.
88 QUÆRO ſecundò. Quot hominum ſcientia requiratur ad inducendum notorium facti?

Solutio. In hoc articulo ſunt variæ opiniones, quas recenſet Speculator *in tit. de notor. crimin.* §. *Iam de Notorio. n.* 5. & 6. Quidam enim dixerunt tot homines adeſſe debere, ut eorum præſentia reddat factum notorium, nec ſufficere præſentiam paucorum, puta duorum, trium, vel quinque, ut dictum eſt *ſuprà n.* 48. & 49. Imò putant requiri totius viciniæ notitiam, & ut omnes communiter acclament crimen commiſſum fuiſſe, ut c. *Scelus*, 2. q. 1. & c. *Cum quis, quæ.* 23. q. 4. Quidam, ut Vincentius, tenuerunt ſufficere ſcientiam majoris partis viciniæ, vel Parochiæ, cap. *Conſtitutus, de purgat. Canonica*, c. *De manifeſta*, & ibi gloſ. *in ver. Plurimum*, 2. q. 1. & in hoc reſident Abb. *hic num.* 16. & Salycet. in l. *Ea quidem, n.* 58. *C. de accuſat.* dicentes ad notorium inducendum requiri, ut detur ſcientia totius viciniæ, vel majoris partis ipſius: non enim requiritur ſcientia totius populi, ſed ſufficit ſcientia totius viciniæ, ut bene probatur c. *Cum dilectis, de Purgat. Canonica*, vel majo-
89 ris partis ipſius. Subdit tamen Abb. dummodo non ſint minus decem, & ita intelligit gloſſam in d. c. *De manifeſta*, 2. q. 1. Unde in loco, ubi non ſunt decem perſonæ, non poteſt oriri notorium ſecundum eum. Quod etiam docuit Bart. in l. *Scriptum, n.* 2. *verſ. Quid ergo ſi in villula, ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.*: ubi quærit, Quid ſi in villula, ubi ſunt pauci habitantes, aliquid in conſpectu omnium factum ſit, qui fortè non ſunt ſex, vel octo, numquid dicatur notorium? Et reſpondet, non, quia debet eſſe notum pluribus, & multitudini, c. *final. infra eod.* & vicinia debet ſcire, c. *penult. verſ. ſi. nat. de purgat. canon.* l. *Prætor*, §. 1. *ff. uti bonor. rapt.* l. *Palam, ff. de verbor. ſignificat.* l. *Sed etſi pupil-*
90 *lus*, §. *Præſcribere, ff. de inſtitut.* Alii dixerunt requiri ſcientiam viginti, ut ibi refert Bart. per d. l. *Prætor*, §. *Alii*, ut gloſ. Joannis relata à Speculatore *in tit. de not. crimin. d.* §. *Iam de notorio, n.* 6. & Bartol. *ubi ſupra*, exiſtimaverunt decem hominum ſcientiam ſufficere, ut quid dicatur notorium; nam tot faciunt Parochiam, c. *Unio*, 10. q. 3. & teſtimonium unius Parochiæ facit crimen notorium eſſe, ut d. c. *Cum dilectis, de purgat. canon.* &
91 conſtat ex dictis *ſuprà n.* 58. & 59. Alii verò opinati ſunt tres ad hoc ſufficere, quia tot faciunt Collegium, l. *Neratius ff. de verb. ſignif.* Sed, ut ait Speculat. *d. n.* 6. hoc nihil eſt, quia & eâdem ratione duo ſufficerent, qui faciunt congregatio-
92 nem, cap. 1. *de elect.* Demum alii, & fortè melius cenſuerunt diſcretum Judicem ex variis circumſtantiis, & qualitate actûs, loci, & temporis arbitrari debere factum eſſe notorium, vel non, cùm hoc non reperiatur à jure diffinitum, l. 1. §. 1. *ff. de iure deliberandi*. l. *Continuus*, §. 1. & 2. *ff. de verb. obligat.* c. *de conſti. primæ reſponſo ſupra de offic. deleg.* Et hoc videtur placere Speculat. *in dict.* §. *Iam de notorio, num.* 6. *circa finem, verſ. Quidquam etiam*, & Bart. in d. l. *Scriptum, n.* 2. *verſ. Alii remittunt arbitrio iudicis*: & tenent Calder. *hic num.* 44.
93 *verſ. Ad quæſtionem ergo*, & Abb. *num.* 16. Hoc tamen arbitrium reſtringit Cardin. & benè ad minorem partem viciniæ duntaxat; nam quoad majorem, hoc eſt expreſſum in Jure, & ideo non intrat Judicis arbitrium. Et idem puto ſi in Parochia non ſint decem homines, quia expreſſum eſt in Jure, ut ex minori numero, quàm decem, non conſtituatur Parochia, ut in d. c. *Unio*, 10. q. 3. & ideo Judex arbitrari non poteſt ibi eſſe notorium: quod tenent Speculat. Bart. & Abb. *in locis ſuprà citatis*, & hic junge quæ in propoſito dixi n. 57. & ſeqq.
94 QUÆRO tertiò. Numquid in notorio ordo Juris debeat obſervari?

Reſp. Juriſconſulti non eſſe obſervandum, c. *Manifeſta*, & c. *ſeq. c. de manifeſta*, & c. *Cœlum*, 2. q. 1. l. *Ea quidē*, *C. de Accuſat.* c. *Bone*, *il* 1. *de elect.* c. *Quoniam*,

*niam de filijs Presbyt.* cap. *Super eo, de teſtibus*, cap. *Porrò, de divort.* c. *Evidentia, de accuſat.* cum ſimilibus: & notat Innoc. in cap. *Ex parte, il. 1. nu. 3. poſt med. verſ. quia non ſervatur ordo juris in notorio facti, vel juris, de verbor. ſignif.* Nam, ut colligitur ex prædictis juribus, accuſatio, denuntiatio, libelli oblatio ſeu petitio, litis conteſtatio & probatio non ſunt neceſſaria; & ideo dicitur in notorijs non eſſe ſervandum juris ordinem, qui debet in alijs obſervari, vel non eſſe per omnia obſervandum, ut cap. *Ad noſtram, il. 3. ſuprà de jurejur.* & notat Innoc. in c. *Tua, n. 8. circa fin. verſ. item dicimus, infra*, ubi ait: Quamvis in notorijs procedi poſſit præſentibus partibus lite conteſtatâ, & ſervato alio judiciario ordine, poſſe tamen eis præſentibus procedi lite non conteſtatâ, nec alio judiciorum ordine ſervato, ſicut quando reus eſt abſens & contumax; & concordant hic Jo. Andr. *nu. 20.* Cardin. *nu. 25.* Abb. *nu. 18.* quod latiùs per ſingula capita proſequitur Butr. *nu. 38.* omni tamen caſu requiritur citatio, & quod venienti exponatur factum, pro quo citatus eſt, & quod audiatur ejus defenſio; quod ſi non fiat, ſatis poteſt dici ſententiam non tenere ſuper notorio latam, ut inquit Innoc. ubi ſuprà, & Jo. Andr. *d. n. 20. verſ. Omni tamen caſu*, per cap. *Qualiter, il. 2. § Debet, de accuſat.* & in hoc nullus dubitat, ut dicit Alberic. in l. *Ea quidem, n. 14. in fin. C. de accuſat.* Hanc etiam dicit eſſe magis communem opinionem Aretinus *conſ. 153. n. 7.* quem refert Boſſ. *in tit. de Denunciatoribus, n. 9. in fin.* & *in tit. Quomodo procedatur in crimine notorio, poſt num. 6.* & Jul. Clar. *in pract. criminali, §. fin. qu. 9. verſ. Quæro nunquid.* Sicut enim in alijs cauſis, quæ requirunt ordinem judiciarium, non valet ſententia, quæ fertur non adhibitâ cauſæ cognitione, ut l. *Prolatam, C. de ſent. & interloc. omn. Jud.* l. *Si accuſatoribus*, & l. *Abſentem, C. de accuſat.* Ita videtur in notorijs, ubi, etſi non omnis, aliquis tamen ordo ſervandus, ut in d. c. *Ad noſtram, il. 3. de jurejur.* ſecundùm Jo. Andr. In hoc tamen articulo Innocentius mirabiliter variavit in c. *Tua, infra eodem*, & in cap. *Porrò, de divortijs.* Et multas Doctorum opiniones recitat Calder. *hic n. 47.* Sed communiter ſic diſtinguitur ſecundùm Abbatem *hic n. 18. verſ. Et poſſunt in hoc*, videlicet, aut factum eſt ita notorium, ut certum ſit abſenti nullam defenſionem competere: & tunc non eſt neceſſaria citatio, quia illa fieri debet ad hoc ut reus ſe defendat, & ſic intelligitur textus in c. *Venerabilem, de elect.* & in l. 1. *ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertinen.* & in c. *Cùm olim, de re judic.* & ibi notat gloſ. *in ver. liceat abſenti*, quam pluribus exornat Felin. *ibi n. 11.* Socin. Senior *conſ. 4. n. 24. & 25. lib. 1.* cum ſimilibus, ut dixi cap. *Cùm ex juncto, n. 45. & ſeq. infrà de Nov. oper. nunciat.* Aut poteſt reo competere aliqua defenſio, quod regulariter contingit: & tunc requiritur citatio, alioquin non valeret ſententia, & ſic intellige textum in cap. *fin.* juncto cap. 1. *de offic. delegati, lib. 6.* & in Clem. *Paſtoralis, de re judic.* & in hoc caſu loquuntur Innoc. & Jo. Andr. ſuprà citati: & hanc diſtinctionem fieri per omnes atteſtatur Practica Carrerij *fol. 28. verſ. Et an, & quando*, quem refert Julius Clarus *in pract. criminal. §. fin. d. q. 9. verſ. Quæro nunquid.* Ipſe tamen Clarus indiſtinctè tenet, in quocunque notorio, ſi reus eſt abſens, debere citari non modò ad proceſſum, dummodò non ſit de fuga ſuſpectus; nam eo caſu debet, ſi poteſt, perſonaliter capi, ſecundùm opinionem quam dicit communem Ferret. *conſ. 31. n. 11.* ſed etiam ad ſententiam: non enim apparet quomodo conſtare poſſit nullam defenſionem reo competere, niſi eo monito & audito. Quidquid tamen ſit, honeſtius eſt, & tutius, ut in omni caſu fiat citatio & monitio, ut inquit Calder. *hic n. 47. circa med. verſ. Honeſtius tamen*, quia, ut dicunt Hoſt. & Jo. Andr. in c. *Cùm ſit Romana, in fine de appellat.* multi dicuntur notorij, qui non ſunt, c. *Conſuluit, de appellat.* & ideò juſtius & tutius eſt nullum quantumcunque notorium fore damnandum ſine citatione vel admonitione, dixi in prædicta Decretali, c. *Cum olim, n. 46. & ſeqq. de re judicat.*

96 De ſententia verò, nunquid in notorio ſit neceſſaria? DD. ſimiliter non conveniunt; nam gloſ. in c. *Super eo, in ver. Non requiratur, de teſtib. cogen.* & in c. *Porrò, in ver. Notoria, de divortijs*, & c. *penult. in ver. Non erat illi indicenda, de purgat. Canonica*, & in c. *Evidentia, in ver. Non indiget Clamore, de Accuſat.* Tenuit etiam ſuper notorio ferendam eſſe ſententiam, & hanc gloſſam dicit communiter approbatam, Marſil. *in practica criminal. §. Aggredior. n. 133.* Practica Corradi *fol. 238. poſt n. 4.* Sed contrarium tenet Innoc. in c. *Ex parte, il 1. n. 2. in fin. verſ. Nec ibi neceſſaria ſit ſententia, infrà de verb. ſignif.* Calder. *hic n. 47. verſ. At verò neceſſaria*, dicit in notorio non eſſe neceſſariam ſententiam in ſcriptis, & cum ſolemnitate, ut notatur in Auth. *Ut judici ſine quoquo ſuffragio, §. Neceſſe autem*, in gloſ. *in ver. Sine libello.* Requiritur tamen aliqualis ſententia, ut videtur textus in l. *Si confeſſus, ff. de Cuſtod. & exhibit. reor.* & cap. *Nos in quemquam, 2. q. 1.* & ſatis eſt ut fiat præceptum ſecundùm Calder. quem ſequitur Abbas *hic n. 18. circa finem, verſ. De ſententia verò*: & ita intelligunt Innocentium *loc. cit.* Sed quicquid ſit de jure, certè de conſuetudine indiſtinctè obſervatur, ut etiam in criminibus notorijs requiratur ſententia declaratoria, ut atteſtatur Julius Clarus *in pract. crimin. § fin. q. 9. verſ. Præterea quæro*, & ita etiam hanc ſententiam eſſe in praxi receptam fatetur Covar. *in releçt. c. Alma Mater, fol. 360. 1. p. §. 2. n. 9. verſ. Ipſe verò adhuc indiſtinctè, de ſent. excom. lib. 6.* Imò dicunt aliqui non poſſe dici delictum notorium, quod excuſationem non habeat, niſi prius fuerit ſuper hoc cognitum & declaratum per Judicem illud eſſe notorium, citato etiam ipſo reo. Et hanc opinionem teſtatur eſſe communem Aretin. *conſ. 163.* quem referunt Ferett. *conſ. 31. n. 5. & 35.* & Clar. *loc. cit. verſ. Plus dicunt aliqui*, ubi etiam admonet Judices, ut in hujuſmodi notorijs cautè ambulent, ne ſi nimis properent, ſe ipſos involvant.

97 QUÆRO quartò, Numquid in notorio requiratur probatio.

98 Pro ſolutione diſtingue ſecundùm Ant. de Butr. *hic n. 42.* & Abb. *n. 19.* aut quæritur de notorio facti permanentis, & nulla probatio requiritur, ut in c. *Tua, infra eod.* & in c. *Evidentia, de accu-*
99 *ſat.* Aut de notorio juris; & neceſſaria eſt probatio, ut ſi reus negaret ſententiam contra ſe latam; nam deberet concludenter porbari, ut in c. *Sicut, de re judicat.* Et idem dicendum de notorio præſumptionis, ut in c. *Per tuas, de probat.* ſed circa hoc membrum vide quod dixi *ſuprà n. 87.* Aut
100 quæritur de notorio facti interpolati; & requiritur probatio, licet non multum plena, ut in cap. *Cum in Dioeceſi, de uſur.* & gloſ. 1. in c. *Manifeſta, 2. q. 1.* dicit in notorio facti interpolati requiri ſemi-
101 plenam probationem. Aut quæritur de notorio facti tranſeuntis, & in hoc DD. non conveniunt: nam Innocentius variè locutus fuit, ut hic plenè per Imol. *nu. 42.* Sed in c. *Tua, n. 2. infra eod.* videtur tenuiſſe in hujuſmodi notorio neceſſariam eſſe probationem. Ait enim teſtes debere duo concludere, videlicet ſe vidiſſe id, de quo teſtificantur fieri, & tot alios fuiſſe præſentes ut crimen factum fuerit notorium; alias non probaretur crimen eſſe notorium, & ideo non deberet reus ad ipſorum dicta condemnari; quod ſi fieret, ſententia eſſet nulla, quia lis non eſſet conteſtata, ut l. *Prolatam, C. de ſent.* & *ſuprà ut lit. non conteſt.* *in rubro, & nigro.* Sed contrariam opinionem, id eſt, in hoc notorio facti nullam requiri probationem, tenet Vincentius in c. *Conſuluit, il 1. ſuprà de appellat.* relatus hic à Calder. *nu. 48.* & hanc dicit eſſe communem Aret. in l. *Ea quidem, n. 12. C. de accuſat.* & ita ut dicit Angelus in l. *Ictus fuſtium, n. 4. ff. de his qui notantur infamia*; hodiè mos inolevit, ut Rectores immediatè abſque aliquo proceſſu faciant decapitari, & ſuſpendi de facto malefactores notorios, eiſque membra mutilari, quibus, ut ipſe ait, ita pœnis imponi ſubitò expedit Reipublicæ, ut refert Jul. Clar. *d. qu. 9. verſ. quæro, Pro concordia.* Speculator *tit. de notor. crim. §. Iam de notorio, n. 17. verſ. Vera tamen opinio*, dicit opinionem Innocentij eſſe veram, quando judex procedit ad petitionem alicujus; contrariam verò Vincentij, quando ex officio inquirit. Tu verò ſequere indiſtinctè primam opinionem Innocentij quæ efficaciter probatur in c. *Cùm dilectus, verſ. Dicitur enim, de purgat. canon.* & eam tenet & pluribus confirmat Cald. *hic n. 48.* dicens ſatis eſſe probare qualitatem iſtam, ſcilicet quod eſt notorium, vel major pars populi pro certo aſſerit id publicè factum fuiſſe, vel eſſe, & quod inficiationi locus non fuit, nec eſt, nec ab aliquo contrarium aſſeritur. Idem tenet *n. 19.* ubi ait, in notorio facti tranſeuntis requiri plenam probationē, & eſſe valdè utile, ut judex à principio declaret factum eſſe notorium; allegat textum cum gloſſa *in ver. Declarato*, in Clem. *Paſtoralis, de re judicat.* idem voluit Cayrus in l. *Ea quidem, col. 2. verſ. 2. juxta hoc, C. de accuſat.* ubi concludit probandum eſſe crimen, de quo agitur, notoriè commiſſum fuiſſe. Et in hoc nemo contradicit, ut inquit Julius Clarus *d. q. 9. verſ. Item quæro*, ſubdens opinionem Alberici eſſe valdè periculoſam. Debet igitur Judex ſuper tali notorio informationes aſſumere. Et hæc eſt communis opinio, ut atteſtatur Afflictus *ſuper 2. p. Conſtit. Regni, rubrica 10. poſt n. 30.* Nec ſufficerent informationes ab ipſo judice extrajudicialiter aſſumptæ, ſed debet conſtare judici ut judici, ex actis ſecundùm communem opinionem, ut dicunt Practica Corradi *fol. 240. in fin.* & *fol. 241. n. 14.* & Jul. Clar. *loco cit.* Et ideò rectè Salycetus in d. l. *Ea quidem, n. 91. verſ. Caveant tamen, C. de accuſat.* dicit: Caveat judex ne aſſerat delictum notorium, cùm non ſit; multa enim dicuntur notoria, quæ non ſunt: & propterea conſulit judici, ut majorem partem viciniæ examinet ſuper delicto commiſſo, ne poſtea tempore depoſiti officij puniatur, ſi de notorio non docet. Et hic junge quæ dixi *ſuprà n. 95. verſ. Quicquid tamen ſit.*





102 QUÆRO quintò, Quot teſtes requirantur ad probandum notorium.

Breviter dicendum, ſufficere duos, vel tres teſtes idoneos, ſicut ſufficiunt ad probandam famam, ut c. *Tam literis, ſuprà de teſtib.* c. *Inquiſitionis*, & c. *Teſtamentum, de accuſat.* l. *Bonorum, C. de bonorum poſſeſſ.* l. *Quæſtionem, C. de fideicommiſſ.* & tenet gloſſ. in c. *Deus omnipotens, §. Quando autem, in ver. Indicio, 2. q. 1.* & ita ſe habet communis opinio, ut atteſtatur Butr. *hic n. 48.* & Salyc. in d. l. *Ea quidem, num. 82. C. de accuſat.* ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Imo in hoc concordant omnes, ut dicit Calder. *hic n. 50.* Nec obſtat c. *Inquiſitionis, de accuſat.* quia non dicit duos non probare infamiam, ſed non infamare.

103 QUÆRO ſextò, An à ſententia ſuper notorio lata detur appellatio.

104 In hoc articulo variè locuti ſunt DD. Jura tamen dicunt, notorius criminoſus non auditur appellans, c. *Cùm ſit Romana, §. Præterea, in fin.* & c. *Pervenit*, ibi: Si verò publicum eſt & notorium, appellationis obtentu non prætermittas, quin eos excommunicatos denunties, *ſuprà de appellat.* c. *Conſuluit, il 1.* ibi: Quod ſi aliqui, quos manifeſtum ſit, & notorium uxorem alterius detinere, aut injeciſſe manus violentas in Clericum, appellaverint, eorum appellationi non eſt aliquatenus de-
105 ferendum, c. *Propoſuit, in fin.* & cap. *Cùm ſpeciali, §. Porrò*, ibi: Commonito ad appellationis obſtaculum convolante, ſi ejus exceſſus evidentiâ rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimo fuerit manifeſtus (cùm appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum) non eſt provocationi hujuſmodi deferendum, *eod. tit.* & c. *Romana, §. Si autem, de appellat. lib. 6.* & ita dicit communiter teneri Jo. de Anan. in c. *Quàm pernicioſum, poſt n. 1. de uſur.* & Butr. *hic n. 45.* Sed Calder. *nu. 51. verſ. Breviter puto*, diſtinguit, an judex proceſſerit contra abſentem non citatum, aut ipſo citato probationibus receptis, vel non receptis. Tu autem recurre ad Anton. de Butr. in c. *Paſtoralis, de appelat.* ubi hunc articulum pleniſſimè examinat: & adde Salycet. in d. l. *Ea quidem, num. 88. & ſeqq. de accuſat.*

106 Septimò, & ultimò, Cùm in Brevibus Sac. Pœnitentiariæ Apoſtolicæ pro diſpenſationibus matrimonialibus in gradibus prohibitis, & ſuper irregularitate apponatur clauſula, Dummodo impedimentum inde proveniens ſit occultum: vel, Dummodo præmiſſa occulta ſint. Item cùm in decreto Concilij Trid. *ſeſſ. 24. c. 6.* detur facultas Epiſcopis diſpenſandi in irregularitatibus omnibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum: nec non abſolvendi in foro conſcientiæ pœnitentes in quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis.

QUÆRO, Quando impedimentum, vel crimen dicatur occultum ad hoc, ut Confeſſoribus in vim dictorum Brevium, & Epiſcopis in vim Concilij liceat diſpenſare, & abſolvere?

Aliqui ex modernis involvunt materiam, & confundunt terminos non diſtinguentes inter occultum, & penè occultum, famoſum, manifeſtum, & notorium. Sed pro clariori ſolutione, tu dicas

in hoc articulo reperiri in univerſum quatuor
opiniones.
107 Prima opinio eſt aliquorum exiſtimantium oc-
cultum accipi prout diſtinguitur contra noto-
rium; inter quos Majol. *de irregul. c. 51. n. 4.* Vi-
wald. *in Candelabro Sacramentorum in 2. parte, ubi de*
*irregular. nu. 315.* Sayrus *in Theſauro Caſuum Con-*
*ſcientiæ, tom. 1. lib. 4. c. 17. nu. 21. & lib. 7. c. 13.*
*nu. 12.* & Emanuel Sa. *in Summa, in ver. Epiſcopus,*
*n. 53.* Pro quibus facere videtur, quia omne quod
108 non eſt publicum, poteſt dici occultum. & pu-
blicum definitur eſſe, quod patet omnibus, ſecun-
dum Bartol. in *l. 1. §. Conſequens, nu. 1. ff. de ſuſpect.*
*tutor.* & ita oportet eſſe notorium, ut conſtat ex
dictis ſupra *num. 77.* Item pro his allegari poteſt
Abbas in cap. *fin. nu. 3. ſupra de tempor. ordinat.* ubi
ex eo textu elicit regulam, ut omne delictum
quantumcumque grave, excepto homicidio, in-
telligatur occultum, prout diſtinguitur contra
notorium; probabile tamen, ad effectum ut poſt
peractam pœnitentiam non impediat ad Ordines
aſcendere, & in ſuſceptis miniſtrare. & in c. *Quæ-*
*ſitum, nu. 4. de pœnit. & remiſ.* ubi ſimiliter ex illo
textu colligit occultum dici quod eſt aliquibus
notum; & capit occultum pro ſpecie diſtincto à
notorio: & loquitur ad effectum, ut Sacerdotibus
Græcis, ex quorum incuria parvuli in cunis ſuffo-
cati reperiuntur, non imponatur pœnitentia pu-
blica, ſi id occultum ſit.
109 Verum hæc prima opinio eſt apertè falſa, quia
ſi occultum acciperetur prout diſtinguitur contra
notorium, omne famoſum, vel manifeſtum dice-
retur occultum; nam omne famoſum, & manife-
110 ſtum diſtinguitur contra notorium, ut probatur in
c. *De hoc, infra de ſimon.* & hic notant Calder. *n. 36.*
& Cardin. *n. 19.* & conſtat ex dictis ſupra *nu. 54.*
*& 55.* Unde ſecundum hanc opinionem Pœni-
tentiariæ, & Epiſcopis liceret diſpenſare in om-
nibus impedimentis, & irregularitatibus non ha-
bentibus operis evidentiam, utcumque aliàs eſ-
ſent famoſa, & manifeſta; quod abſurdum eſt af-
firmare, tum propter ſcandalum publicum, ut no-
tat gloſ. in c. 2. *in ver. Non valebit, de Apoſtat.* tum
111 quia pro crimine famoſo, & non notorio Sacer-
dotibus indicitur canonica purgatio, & ſi in pur-
gatione defecerint, ſunt deponendi, ut ſunt jura
clara in d. c. *De hoc, de ſimon.* in c. *Presbyter ſi à ple-*
*be*, & in c. *omnibus, 2. q. 5.* & in c. *Cum dilectus, de*
*purgat. canon.* cum multis concordantibus. Tum
quia abſonum videtur, ut hæc vox occultum ex-
ponatur, ideſt famoſum, & manifeſtum. nam etſi
quandoque occultum accipiatur pro penè occul-
to, vel probabili, ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſu-
pra *n. 48.* nullibi tamen in jure cautum reperitur,
ut famoſum, & manifeſtum dicatur occultum. &
quod Sanctorum patrum documento ſancitum
non eſt, &c. c. *Conſuluiſti, 2. q. 5. c. Inter corporalia,*
*de Tranſlat.* Nec Abb. in locis ſupracitatis habuit
112 hunc ſenſum: quamvis enim dixerit occultum ac-
cipi prout diſtinguitur contra notorium, tamen
pro occulto non intellexit famoſum, vel manife-
ſtum, ſed probabile tantum, quod idem eſt, ac pe-
nè occultum, ut illius verba demonſtrant in d. c.
*fin. n. 3.* ibi, probabile tamen. Quod etiam convin-
citur ex eo, quia ibi loquitur ad effectum, ut cri-
minoſus occultus poſſit promoveri. At certum eſt
infamatum promoveri non poſſe, niſi ſe purgave-
rit, ut in d. c. *De hoc, de ſimon.* cum aliis ſupracitatis.
Ergo Abb. non potuit accipere occultum pro fa-
moſo, vel manifeſto, ſed pro penè occulto, & pro-
babili, & ſic potuiſſet potius allegari pro tertia
opinione, de qua infra *n. 118.*
113 Secunda opinio eſt eorum, qui putant occultum
accipi prout contradiſtinguitur à publico; & in-
114 telligunt eſſe publicum quod eſt notum in civita-
te, vel parochia, ſeu vicinia; aut majori parte ip-
ſius, dummodo ibi decem ſaltem perſonæ inve-
niantur. Et in hac ſententia fuerunt in terminis
litterarum S. pœnitentiariæ Navar. *in Manuali, c.*
*27. n. 254. verſ. Undecimò. & n. 255.* ubi ait occul-
tum eſſe quod non eſt publicum, publicum autem
quod non eſt notorium, manifeſtum, vel famo-
ſum: & *infra verſ. Tunc autem dicitur.* affirmat ad
hoc non requiri, ut ſit notum provinciæ, civitati,
vel parochiæ, ſed ſufficere, ut ſit notum majori
parti ipſius, modo ibi ſint ſaltem decem homines,
& eum ſequitur Thom. Sanchez *de matrim. lib. 8.*
*diſput. 34. n. 55.* & *lib. 2. diſput. 37. n. 11.* & in ter-
minis Concilii Tridentini firmant idem Navar-
rus *ibidem*, Suarez *de Cenſuris diſput. 41. ſectione 3.*
*num. 6.* Azor. *Inſtit. Moral. lib. 8. tit. 1. cap. 10. q. 9.*
Henric. *in Summa lib. 14. de irregular. cap. 20. n. 4.*
Manuel. *in Bulla Cruciata, §. 9. num. 129. in fin. &*
*in Sum. tom. 1. cap. 166. nu. 3.* Lodovic. Lop. *2. p.*
*Inſtructorij de Clavibus, cap. 8. de Bulla fol. 825. col.*
*1. §. Igitur antiquam Bullam*, quos refert, & ſe-
quitur Sanchez *loco citato*, Tolet. *in Summa lib.*
*1. cap. 89. numer. 5.* Molin. *de Inſt. & Iur. tract. 3.*
*diſputat. 79. nu. 8. verſ. Secundò*, & alii apud Mo-
dernos *in tract. de offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 2.*
*allegat. 39. nu. 21. & 24. verſ. Quare textum illum.*
Moventur, quia ratio cur detur facultas diſpen-
ſandi in occultis, & in alijs denegetur, eſt ut ob-
vietur ſcandalo publico, juxta cap. *Nihil, de præ-*
*ſcript.* cui ſatis obviatur non diſpenſando in no-
toriis manifeſtis, ſecundum Navar. & alios præ-
allegatos.
115 Sed tu adverte, quia hæc ſententia in effectu ac-
cipit occultum prout diſtinguitur à manifeſto, vel
famoſo; nam, ut ſupra diximus, *nu. 54. & 55.* ad
manifeſtum inducendum duo copulativè requi-
runtur, alterum ut ſit notum toti viciniæ, vel ma-
jori parti ipſius; alterum ut non ſint ibi pauciores,
116 quam decem homines: quæ duo etiam requirun-
tur ad inducendum notorium, ſecundum Abba-
tem *hic nu. 16.* & dictum eſt ſupra *n. 88. & 89.* Un-
de ſecundum iſtam opinionem ſi in parochia eſ-
ſent v. g. mille parochiani, & factum eſſet notum
quadringentis, vel quingentis, non eſſet manife-
ſtum, vel famoſum, quia non eſſet notum majori
parti parochiæ, prout neceſſariò exigitur ad con-
ſtituendum manifeſtum, vel famoſum, ut dictum
eſt. In parochia enim, ubi ſunt mille parochiani,
quadringenti, vel quingenti non conſtituunt ma-
jorē partem, ſed dimidiam, vel infra, ut palam eſt;
& conſequenter caſus diceretur occultus, cum ſe-
cundum opinionem hanc dicatur occultum om-
ne, quod eſt manifeſtum vel famoſum; & Major
pœnitentiarius ex ſuis facultatibus, & Epiſcopi
ex Concilio poſſent ſuper eo diſpenſare; quod ta-
men nemo ſani capitis auderet aſſerere. Nec puto
præallegatos Authores habuiſſe hunc ſenſum, tū
quia fundantur in ratione ſcandali; & negari non
poteſt, quin tot hominum clamor ſufficiat ad ſcan-
dalum ſuſcitandum, ut ex Joanne, Vincentio, &
Archidiacono dictum eſt ſupra *num. 60.* nam de-
licti



licti manifeſtatio diſpenſationem prohibet pro-
pter ſcandalum, ut inquit gloſ. in c. 2. *in ver. Non*
*valebit*, & ibi Hoſt. *n. 5. in ead. ver. infra de Apoſtat.*
tum quia præcitati Authores ponderant ad exclu-
dendum occultum ſufficere, ut factum ſit proba-
bile per aliquot teſtes, ſecundum ea, quæ de penè
117 occulto dicta ſunt *n. 48. & ſeqq.* Unde hæc opinio
dum dicit occultum eſſe omne, quod non eſt no-
tum toti viciniæ, vel majori parti ipſius, videtur
temperanda, dummodo perſonæ, quibus factum
eſt notum, ſint infra decem; nam ſi eſſent decem,
vel plures, factum nullatenus poſſet dici occul-
tum, cum decem homines faciant plebem, ſeu
populum, & ſufficiant ad infamandum Presbyte-
rum, ita ut ei ſit purgatio indicenda, ut cap. *Vnis,*
*cum ſua gloſ. in ver. Mancipia, 10. q. 3.* juncto c. *Pres-*
*byter ſi à plebe*, & c. *Omnibus, 2. q. 5.* & fuſius dictum
eſt *ſup. n. 58. & 59.* Item decē homines faciunt Pa-
rochiam, & teſtimonium unius Parochiæ facit
crimen notorium, ut ex Specular. & alijs ſimili-
ter dictum eſt *ſupra n. 89. & 90.*
118 Tertia opinio eſt illorum, qui accipiunt oc-
cultum pro penè occulto, & probabili ad diffe-
rentiam illius occulti, quod probari non poteſt
vel ex ſui natura vel ex accidenti, ſecundum ea,
quæ tradit Navar. *d. c. 27. n. 255. verſ. Occultū item*
*triplex*, & conſtat ex dictis *ſuprà num. 45. & ſeqq.*
Quare ſecundum hoc dicitur impedimentum, vel
crimen occultum, licet aliquibus ſit notum, puta
quatuor, vel quinque, juxta §. *Hac ergo ſecreta, de*
*pœnit: diſt: 1. ſupracit: nu. 49.* cum ſua gloſſa *in ver.*
*Secreta.* Et hanc tertiam opinionem ſervat S. Pœ-
nitentiaria, & videtur ex mente Navarri, & alio-
rum, quos ſuprà retulimus pro ſecunda opinio-
ne, eique in terminis Bullarum ipſius Pœniten-
tiariæ videtur adhærere Nicolaus Garz. pluri-
mos citans *de benef: par: 2. cap. 11. n. 45.* & videtur
probari poſſe, tum quia cum factum paucis eſt no-
tum, non militat ratio ſcandali, propter quam
denegatur diſpenſandi facultas, ut dicunt gloſ.
119 & Hoſt. in d. c. 2. *de Apoſtat.* Tum quia non eſt de
occulti eſſentia, ut ſuaptè naturâ, vel ex acciden-
ti non ſit probabile; quia hoc eſſet contra *d. §. Hac*
*ergo ſecreta, de pœnit: diſt: 1.* cum ſua gloſſa, *in ver:*
*Secreta*; quatenus probat dici occultum, quod fa-
ctum eſt in præſentia quinque, & contra d. c. 2. *de*
*Apoſtat.* quatenus probat miniſterium Acolythi
juvantis Presbyterum rebaptizantem poſſe oc-
cultum eſſe, ſecundum Navar. *loco citato*, & tamen
ibi præter Acolythū adfuerunt ſaltem duo, ſcili-
cet rebaptizans, & rebaptizatus, licet ille textus
parum faciat, quia cum illi duo eſſent ſocij cri-
minis, per eorum confeſſionem crimen Acolythi
probari non poterat, c. 1. *de Confeſſ:* c. *Veniens, de*
*Teſtibus*, l. *Quoniam*, & ibi Bald: *nu. 2. C. Eodem*, tum
quia ſecundùm Navar: ubi ſuprà, penè occultum
videtur eſſe ſpecies occulti, quod videtur proba-
ri in hoc c. dum dicit occultum, quod ab Eccleſia
toleratur, & gloſ. *unica*, in c. *Manifeſta, 2. q. 1.* Si-
militer ait quandoque occultum dici, quod po-
teſt probari, & quod quinque ſciunt: tum quia
nulla irregularitas contrahitur ſine facto ſuâ na-
turâ probabili, & paucæ ſunt, quarum factum ali-
120 quo modo probari non poſſit. Quod autem ſpe-
ctat ad Concilium Tridentinum d. c. 6. *ſeſſ. 24.* hæc
opinio videtur probari poſſe, quia ſancta Syno-
dus à regula diſpenſandi in occultis excipit duos
tantùm caſus, videlicet homicidium volunta-
rium, & deducta ad forum contentioſum: ergo
in alijs occultis, quæ probari poſſunt, firmat re-
gulam in contrarium, ad l. *Nam quod liquidè, §. fin:*
*ff. de pœna: legata*, cum ſimil.
Porrò in duobus caſibus manifeſtum eſt hunc
ſacræ Pœnitentiariæ ſtylum ſervari nō poſſe. Pri-
mus eſt in diſpenſationibus, quæ conceduntur o-
mnibus, qui per adulterium ſe carnaliter cogno-
verunt, & ut matrimonium inter ſe contrahere
poſſent in mariti oratricis mortem cum affectu
machinati fuerint: opponitur enim in literis clau-
ſula infraſcripta, videlicet; Dummodo omnino
occultum ſit, quod uterque oratorum in mortem
d. mariti machinatus ſit, & planè ignoretur, quòd
illius mors inde ſecuta ſit: atque ita cum Sac. Pœ-
nitentiaria hoc caſu non utatur termino occulti
ſimpliciter, ſed omnino occulti, & cum gemina-
tione illorum verborum, & planè ignoretur, ſuc-
cedit doctrina Hoſt. *hic n. 14.* & Jo. Andr. *n. 12.* di-
centium occultum omninò eſſe, quod nullâ ra-
tione probari poteſt. Secundus caſus eſt in abſo-
lutione ab hæreſi; nam in Bulla Urbani VIII. *Re-*
*giminis Univerſalis Eccleſiæ*, *edita die 28. Septembris*
*1634.* cautum eſt, ut infrà, videlicet, & circa ab-
ſolutionem ab hæreſi nihil aliud volumus eſſe
permiſſum majori Pœnitentiario, quam quod à
ſan. mem. Pio Papa V. fuit ſibi conceſſum per ejus
vivæ vocis oraculum, tenoris, &c. Ut hæretici,
qui cum nemine de ſuis hæreſibus loquuti ſunt,
neque aliquem actum anteriorem fecerunt, unde
argui poſſint hæretici, quorum denique hæreſes
nulli prorſus, niſi ſibi ipſis notæ ſunt, eiſq; omni-
nò occultæ ſunt, ſi petant abſolvi, in foro con-
ſcientiæ tantùm poſſint eos abſolvere abſq; alia
abjuratione coram Ordinario, & Inquiſitore fa-
cienda: idem etſi feciſſent aliquos actus, ex qui-
bus argui poſſint hæretici, ſi tamen hujuſmodi
actus adhuc remanent occulti, quia nullus,
quantum ipſi ſciant, advertit, licet ſui naturâ
ſint noſcibiles, ſeu ad notitiam deducibiles,
&c.
121 Quarta & ultima opinio eſt aliorum, qui acci-
piunt occultum prout contradiſtinguitur à penè
occulto, & ex ſui natura, vel ex accidenti probari
non poteſt: unde ſi impedimentum, vel crimen
ſit notum duobus, vel tribus teſtibus, non erit oc-
cultum, nec licebit majori Pœnitentiario, vel E-
piſcopis ſuper eo diſpenſare. Et nititur hæc opi-
nio validiſſimo fundamento; quia etſi occulti vo-
cabulum varijs modis accipiatur, & quandoque
idem importet quod penè occultum, & proba-
bile; quandoque verò occultum dicatur omninò
id, quod non eſt publicum, aut famoſum, manife-
ſtum, vel notorium, ut ex dictis conſtat, & plenè
notatur per Albert. *in Dictionario, in ver. Occultum.*
Tamen ex proprietate vocabuli occultū dicitur
illud tantum, quod nullâ ratione probari poteſt,
ſive id proveniat ex ſui natura, ut in mentalibus
c. *Erubeſcant, 32. diſt.* c. *Tua nos, de Simonia.* Sive ex
accidenti, puta ſi homicidium fuerit veneno per-
petratum, aut parvuli in lecto ſuffocati nemine
præſente, ut c. *Conſuluiſti, 2. q. 5.* c. *Vnica, Ut Eccle-*
*ſiaſtica beneficia.* Aliæ verò acceptiones omnes
occulti ſunt impropriæ & abuſivæ, ut declarant
Cardin. *hic num: 18.* & Canoniſtæ omnes ſupra-
citati *num: 45. & 50.* & propterea quod per teſtes
probari poteſt, ſed difficulter, non dicitur occul-
tum ſimpliciter, ſed penè occultum, ut hic no-

tant Hoſt.nu.15.Joan.Andr.nu.12.Calder.nu.35. Henric. Boic,num.5. Butr.nu.30.poſt prin. Cardinal.n.18.Anchar.nu.14.Abb.nu.11.& Jo.à Capiſtrano nu.40. Et illa dictio, *penè*, diminuit ſecundum Abbat.d.n.11. & dictum eſt ſupra num.
122 50. & ſic penè occultum, & probabile non eſt ſimpliciter occultum, quia nihil eſt propriè tale, quod non eſt ſimpliciter tale, l. *Hoc legatum, in ſine. ff. de legat.* 3. & per illum textum dixit Bald: in l. *De quibus, n. . ff. de legib.*, cujus dictum refert Paulus de Caſtro conſ. 292. *Videtur dicendum, n.* 1.
123 *lib.* 1. Et verba ſecundum propriam ſignificationē ſunt accipienda, l. *Non aliter, ff. de legat.* 3. c. *Ad audientiam, de decimis cum ſimilibus*, ut per Gemin. *conſ.* 76. *Licet ex forma, n.* 1. & propria verbi ſignificatio eſt, quæ ſtricta eſt, non larga, l. *Labeo, de verb. ſign.* Plautius *ff. de aur. & argen. legat.* c. *Oratorium*, & c. . . . 42 *diſt.* Calder in *conſ.* 7. *Propria verbi ſignificatio, de verb. ſignif.* Et ex his patet reſolutio ad
124 objecta, de quibus *ſuprà n.* 118. & 119. Nec quidquam facit ponderatio Authorum contrariæ ſententiæ, de qua *ſuprà n.* 120. Quod Concilium excipiendo à regula homicidium voluntarium, & crimina ad forum contentioſum deducta, firmet regulam in contrarium in aliis occultis, quæ probari poſſunt. Etenim hæc ratiocinatio non procedit, quia regula Concilij non eſt in occultis, quæ probari poſſunt, ſed in occultis ſimpliciter: unde in his occultis ſimpliciter per exceptionem firmatur regula in oppoſitum, & non in occultis, quæ probari poſſunt, & quæ non dicuntur occulta, ut ſæpius repetitum eſt. Nec dicatur, Exceptio Concilij, niſi ſint deducta ad forum contentioſum, loquitur de occultis, quæ probari poſſunt: ergo & regula, quia exceptio declarat regulā de materia exceptionis eſſe intelligendā, ut notat Bald. *conſ.* 401. *Supra facto n.* 2. *verſ. Secundò quæritur, lib.* 5. Nam reſpondetur, imo illam exceptionem generaliter loqui etiam de occultis, quæ probari nequeunt: poteſt enim contingere, ut delictum ſit ſimpliciter occultum, & improbabile, veluti ſi unus tantum teſtis adfuerit, & tamen poteſt eſſe deductum ad forum contentioſum, puta ſi is, qui interfecit, vel alius qui ab eo audivit, homicidam accuſaverit. Unde hoc caſu delictum erat occultum, & poterat ſuper eo Pœnitentiaria, & Epiſcopus diſpenſare: Secus verò poſteaquam in judicio fuit deductum. Nec obſtat textus in c.
125 *Illi in fine* 15. q. 5. ibi: Ante probationem accuſationis illatæ neminem à communione ſuſpendas, quia non ſtatim, qui accuſatur, reus eſt, ſed qui convincitur criminoſus. Nam reſpondetur hoc
126 procedere ad effectum puniendi, non autem ad effectum impediendi diſpenſationem, de qua Concilium loquitur, quia ad hoc ſola accuſatio, vel inquiſitio ſufficit ſine alia probatione, ut ex ſententia S. Congregationis Concilij dicam *n. ſequenti*. Unde hanc ultimam opinionem in terminis Concilij Trid. amplectuntur Gutierez *Quæſt. Canonicarum lib.* 1. c. 13. n. 27. Angles Flores *par.* 1. *ubi de Confeſſ. quæſt.* 4. *ar.* 5. *diff.* 6. Manuel *in addit. ad bullam Cruciatæ*, §. 9. n. 69. Jacob. de Graff. *tom.* 2. *conſil. ſub tit. de homicid. conſ.* 2. n. 2. & *in deciſ. aur. lib.* 1. c. 13. n. 41. Nicol. Garz. *de benef. part.* 7. c. 11. n. 46. Armendar. *in Addit. ad Recopilationem leg.* Navarr. *lib.* . . *tit.* 8. *leg.* 3. *de irregular. in declarat.* n. 25. & ſaltem quod ſpectat ad d. c. 6. *ſeſſ.* 24. Ab hac ſententia nullatenus eſt recedendū, tum quia validioribus rationibus fulcita, tum quia eam ſæpius probavit Sac. Congr. ejuſdem Concilij interpres, cujus declarationes non ſunt ſimpliciter doctrinales, ſeu probabiles, ſed neceſſariæ, & habentes legis auctoritatem, ut lariſſime pro-
127 bavi in cap. *Quoniam ſuprà de Conſtitut.* Nam cum fuerit quæſitum, An delictum coram uno, aut duobus teſtibus dicatur occultum, adeo ut Epiſcopus cum delinquente poſſit diſpenſare in foro conſcientiæ, juxta d. c. 6. S. Congregatio primum cenſuit hoc pendere ex diſpoſitione juris communis. Sed poſtea cum dubitatum fuerit, an abſolutus & diſpenſatus à proprio Epiſcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus teſtibus, quod tamen non fuit notorium; eſſet tutus in conſcientia: Reſpondit non eſſe tutum, quia Concilium utitur termino occulti, quod propriè loquendo eſt illud, quod probari nō poteſt, Abb. in c. *Veſtra, de Cohab. Cleric. & Mulier.* At per duos teſtes probari poteſt, & verba Concilij debent
128 accipi ſecundum proprietatem. Hactenus verba deciſionis. Et alias cenſuit, quod non eſt notorium, poſſe dici occultum, ſecundum quod opponitur notorio, non tamen c. 6. *ſeſſ.* 24. eſſe intelli-
129 gendum ad hanc acceptionem. Et iterum cum Epiſcopus Civitatis Caſtelli petiiſſet declarari, an ex c. 6. *ſeſſ.* 24. poſſet abſolvere in foro conſcientiæ delinquentes in Bullam Pij V. contra bannitos, & Gregor. XIII. contra extrahentes frumenta: S. Congr. cenſuit referendum Sanctiſſimo, qui dixit vix poſſe conſiderari caſum occultum in iſta materia, ideo ſcribendum Epiſcopo, ut iſtos caſus remittat ad Sedem Apoſtolicam.
130 Veruntamen ſi delictum alias occultum deductum quidem ſit ad forum contentioſum, non tamen probatum, ſed reus abſolutus, poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia adhuc manet occultum, cum non fuerit deductum cum effectu, ex quo non fuit probatum. Et ita graviſſimi Doctores Salmanticæ tenuerunt (licet alij contra) ut per Jacobum Graffium *in deciſ. aur. lib.* 1. *diſt. cap.* 13. & alios plures apud Nicol. Garz. *de benef. p.* 7. *diſt. cap.* 11. *num.* 48. & *ſeqq.* Et eſt ex mente Sacræ Congregationis Concilij, ut patebit *infrà num.* 137. & ſatis placeat, quia ſequuta abſolutione jam ceſſat ratio ſcandali, propter quam prohibita eſt diſpenſatio, juxta gloſ. in d. c. 2. *in ver. Non valebit*, & *infrà de Apoſtat.* & conſequenter ceſſare debet ipſa prohibitio, cap. *Et ſi Chriſtus*, § *Quadam*, cum gloſ. *in ver. Ceſſante cauſa, ſuprà de jurejur.* Quod ſine difficultate procedit ſi inquiſitus fuerit abſolutus diffinitivè tanquā repertus innocens & nō culpa-
131 bilis, quod fieri ſolet quando teſtes fuerunt convicti, aut condemnati de falſo, ut ſervatur in Tribunali Sanctiſſimæ Generalis Inquiſitionis, vel quando alias conſtat delictum non fuiſſe
132 commiſſum, puta quia vivit ille, de cujus homicidio aliquis imputatur, vel quid ſimile. Nam verbum Innocentiæ denotat omnimodam immunitatem, & carentiam criminis & doli, l. *Abſentem ff. de pœnis*, & notat Bald. in l. *Si quis adulterij, num.* 3. *verſ. Secunda ſolutio, C. Ad legem Jul.*
133 *de adulter.* Sed quid ſi abſolutus fuerit à proceſſu ex hactenus deductis, vel ab obſervatione judicij, ſeu tanquam non repertus culpabilis, nec jure punibilis; vel ſtantibus rebus prout ſtant, prout ſervari in Hiſpania atteſtatur Covar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. In Gal-



lia Igneus in *repetit.* §. *Non aliàs poſſumus.* 180. & Rebuf. *in proœm. Conſtitut. Franciæ, gloſ.* 5. n. 118. & Mediolani Jul. Clar. *in pract. crimin.* § *fin. quæſt.* 57. *verſ. ſed hic quæro*, & q. 62. *verſ. Extima autem.* Et fieri ſolet quando reus purgavit indicia per torturam, tunc enim venit abſolvendus non diffinitivè, ſed ab obſervatione judicij, ſecundum Bart. in l. *final.* § *qui fine, num.* 1. *verſ. certè hoc non debet fieri, ff. de quæſtionibus.* Petr. de Bellaperti-ca, & Salycet. in d. *Si quis adulterij. C. de Adulter.* Alex. in l. *Varus*, §. *Reus*, *in ver. Nec confitetur, ff. de quæſt.* Et ſervatur de conſuetudine, ut poſt alios atteſtatur Jul. Clar. *d.* § *fin. d. quæſt.* 62. *verſ. forma autem.* Pro negativa facit, quia licet reus fuit aliquo modo abſolutus, tamen cum id non contigerit ex eo, quòd verè delictum non commiſerit, ſed quia illud probari non potuit, vel purgavit indicia per torturam, negari non poteſt, quin ejus fama remaneat aliquo modo gravata apud homines, ſicut dicitur de ceſſatione bonorum, quæ licet infamiam non eroget, ſigillat tamen ſtatum cadentis quantum ad infamiam facti, ut inquit Collect. in cap. *Odoardus, n.* 7. *de ſolut.* & ante eum Hoſt. in cap. *Quidam, n.* 6. *verſ. nam ſi ceſſit, de renunciat.* Sed tamen hoc caſu delictum cenſeri occul-
134 tum, & licere Epiſcopo diſpenſare, videtur ſenſiſſe S. Congregatio Concilij, ut dicam *inf. n.* 137. & tenent communiter moderni, qui amplius putant id habere locum, etſi reus mediis depravatis, & falſis teſtibus ab obſervatione judicij abſolutus fuerit. Inter quos Avila *de Cenſur.* 2. *par. cap.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 11. *concl.* 3. *ad fin.* Sayr. in *Theſaur. caſ. conſc. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. n. 12. Suarez *de cenſur. diſp.* 4. *ſect.* 3. n. 6. & alij, quos refert, &
135 ſequitur Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 34. *nu.* 57. & 58. & *ſuper Decalog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 21. *verſ. quod ſi delinquens.* Campanil. *in Diverſor. Juris Canonici rubr.* 7. *cap.* 3. n. 8. & *rubr.* 11. *cap.* 23. n. 144. qui amplius opinatur poſſe Epiſcopum elapſo anno diſpenſare, etiamſi judicium per ſententiam abſolutoriam non ſit finitum, ſi accuſator per annum tacuerit, ex notatis per gloſſ. in c. *Tantū, in ver. obrepſit*, 81. *diſt.* & Majolus *de irregul. cap.* 17. n. 9.
136 Sed quicquid ſit de his, illud certum eſt, ſi reus non fuerit abſolutus, ſed relaxatus ſub fidejuſſione de repræſentando, tunc non licere Epiſcopis diſpenſare; nam etſi talis relaxatio quodammodo habeat vim tacitę abſolutionis ab obſervatione judicij, & in ejus locum ſucceſſerit ſecundum practicam, quam ſervari teſtatur Boſſ. *in tit. de ſent. n.* 6. & Jul. Cla. *d.* § *fin. qu.* 46. *verſ. Pariter etiam*; tamen negari non poteſt quin delictum ſit deductum ad forum contentioſum, nec adhuc judicio finitum; unde intrat exceptio, de qua *in d.* c. 6. *ſeſſ.* 24. Et hanc ſententiam alias probavit
137 S. Congregatio ejuſdem Concilij interpres: nam propoſito dubio: An illi, qui occaſione delictorum fuerunt inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, non fuerunt quidem diffinitivè, vel alio modo abſoluti, ſed ſimpliciter dimiſſi, recepta promiſſione de ſe repræſentando, poſſint uti beneficio c. 6. *ſeſſ.* 24. S. Congregatio cenſuit non poſſe, quia ſcriptura eſt deducta ad forum contentioſum, itaque ſufficit ſola deductio quic-
138 quid inde ſequatur. Rurſus certum eſt delictum adhuc manere occultum ſi Clericus fuerit condemnatus à judice ſæculari, licet ex hujuſmodi ſententia ſuborta fuerit contra eum fama perpetrati delicti, ex iis quæ leguntur & notantur in c.
139 *At ſi Clerici, de judiciis.* Et alias cenſuit eadem Sac. Congregatio: nam Presbyter Sarſinatenſis in contumaciam à judice laico condemnatus uti particeps cujuſdam homicidij, cujus verè ipſe innocens erat, obtinuit à Congr. Concilij declarationem ex hac ſententia nullam ſe infamiæ notam aut irregularitatem contraxiſſe. Sed quoniam Ordinarius ſub prætextu, quod in ſua Diœceſi eſſet publica vox & fama ipſum fuiſſe complicem dicti delicti, illum non admiſit ad celebrandum: petijt declarari ſe non eſſe irregularem etiam ex prætenſa fama, quæ ſi modò extat, certè duxit originem vel à dicta ſententia, vel à fratribus eorum, qui ob dictum homicidium fuêre ad triremes tranſmiſſi. Die 25. Maij 1615. S. Congreg. cenſuit oratorem nullam hac de cauſa irregularitatem contraxiſſe; ideoque ſignificandum Epiſcopo, ut illum, niſi aliud obſtiterit, ad miniſtrandum admittat in ſuſceptis Ordinibus.
140 Non tamen admittimus quod ait Sanchez *ſuper Decalog. cap.* 11. *d. n.* 21. *ver. Sed quid ſi delictum*; videlicet licere Epiſcopo diſpenſare, etiamſi delictum ſit deductum ad forum contentioſum, & jam judicio finito punitum; hoc enim reprobant Gutierez *Canonicarum qq. lib.* 1. c. 3. *ad fin.* Suarez *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 22. *num.* 5. *ad fin.* & alij apud modernos *de offi. & poteſt. Epiſcop.* . . *alleg.* 39. n. 35. Et quidem jure optimo, tum quia per ſententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium, ut hic eſt textus, ibi: Notorium dicitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur, & in cap. *fin. infrà eod.* ibi, Niſi peccatum hujuſmodi ſit notorium per ſententiam, cum concordantibus ſupracitatis *nu.* 73. Ergò ridiculum eſt, ut poſt ſententiam remaneat occultum, c. *De hoc*, *de Simon.* Tum quia ſi in delictis deductis ad forum contentioſum quando adhuc incertum eſt, an inquiſitus ſit culpabilis nec ne, non licet Epiſcopo diſpenſare: longè minus licebit quando per ſententiam condemnatoriam certum & notorium eſt reum eſſe culpabilem: hoc enim caſu multò magis ex diſpenſatione ſcandalum ſuſcitatur, juxta gloſ. ſæpius allegatam, in cap. 2. *in ver. non licebit, de Apoſtat.*
141 Sed quid ſi crimen ſit notum complicibus tantùm, numquid adhuc dicatur occultum, adeo ut non liceat ex vi Concilij Tridentini & interarum Sac. Pœnitentiariæ diſpenſare? Videtur re-
142 ſpondendum adhuc cenſeri occultum: nam propriè occultum dicitur quod probari non poteſt, ut plenè oſtenſum eſt *ſup. n.* 121. At per complices non poteſt probari, quia regulariter ſocij criminis in criminalibus recipi non poſſunt, nec eis receptis creditur, l. *Quoniam*, ibi, Si ſocij & participes criminis non dicantur, ubi Salycet. n. 5. *C. de teſtib.* c. *Perſonas*, ibi, Morbo conſimili laborantes, *ſup. de teſtib.* & c. *Veniens, il* 1. ibi, Eò quòd ille, qui eodem erat infectus crimine inde contra eum teſtificari non poſſet, nulliſque de ſe confeſſo adverſus alium in eodem crimine ſit credendum, *eod. tit. cap.* 1. *de Confeſſis*, ibi *de reatu proprio*, confitentis periculoſa confeſſio non eſt adverſus quemlibet admittenda, & per hæc jura generaliter firmārunt Speculator, *in tit. de teſtib.* §. 1. n. 57. *verſ. item quod eſt ſocius criminis*, Marſil. in l. *Si fortè*, n. 15. & 16. *ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Bald. *conſ.* 95. Be-

*Regula, lib: 1.* Boer. alios citans *diſt: 319. in princ: verſ: Vel è contra*, & alij paſſim. Quod locum habet etiamſi ſocij criminis ſint duo, vel plures contra eandem perſonam deponentes, quia nihilominus non probant, Bald. in d. l. *Quoniam, n. 2.* nam ut ipſe ait, ſi ex quatuor, qui in rixa intervenerunt, tres volunt deponere, quod ille alter fuit culpabilis, non creditur ipſis de ſe confeſſis in alium, allegat text. in l. *final. C. de accuſat.* Anchar. *conſ: 246. In cauſa agitata*, Felin. plura cumulans in c. *Teſtimonium, in 2. notab. de teſtib.* Natta *conſ: 298 Viſo. & diligenter conſiderato, n. 9. in fin. verſ: Præterea, & num. 10. vol: 2.* reddens rationem

144 cur ſocij criminis etiamſi ſint numero plures, & confeſſi, tamen non probent, quia ubicunque teſtes laborant eo defectu, qui non diminuat de ejus fide, ſed ex toto reddat eum inhabilem, ut eſt hoc caſu, quia ſocius criminis inhabilitatur à jure ad teſtimonium perhibendum, ut in præci-

145 tatis juribus: tunc numerus non tollit inhabilitatem, nec ſupplet probationem, quia quod nihil eſt, ſupplementum non recipit, l. *Sed ſi manente, ff. de Precar:* & ex pluribus imperfectis in ſua ſpecie non poteſt unum perfectum reſultare, l. 1. C. *Qui mun: tutel: ſe excuſ.* Grammat: *conſ: 21. poſt n.*

146 *10.* ubi poſt Andr. de Iſern. concludit, ſi plures ſint confitentes de nominato, horum tamen depoſitiones non valebunt tantum, quantum dictum unius teſtis. & idem repetit *in conſ: 61 poſt n. 1.* & *conſ: 35. poſt n. 25.* & *deciſ: 28. poſt n. 17.* Boſſ: *in tit: de inquiſit: n. 51.* Quinimo hoc vendi-

147 cat ſibi locum etiam in criminibus exceptis, puta hæreſis, læſæ majeſtatis, & conſimilibus. Nam etſi in his ſocij criminis admittantur in teſtes, ut c. *In fidei favorem, de hæret. lib: 6.* & c. *Nemini, 15. q. 3.* tamen ſic admiſſi probationem non faciunt. Hippolytus de Marſil: *in pract: §. diligenter, n. 68.* Boer. *diſt: 319. n. 4 in fin,* Blanchar. *de indit: ad 1. fin. n. 384.* pariter ad finem, *ff. de quaſt.* Cum itaque occultum propriè ſit, quod probari non poteſt, ut oſtenſum eſt *ſuprà n. 121.* & per ſocios criminis etiamſi multi ſint, delictum non poſſit probari; neceſſario ſequitur, ut ſuper eo liceat diſpenſare tanquam in occulto, ſi ad forum contentioſum non ſit deductum, ut ex dictis conſtat, & in hanc ſententiam videtur reſpondiſſe S. Congregatio Concilij, ut in deciſ. Presbyteri Sarſinatenſis ſuperiùs relata *num: 139.*

148 Ad extremum pro complemento materiæ admonendi ſumus ad hoc ut liceat Epiſcopo diſpenſare, non ſufficere, ut actus, ex quo incurritur irregularitas, ſit materialiter publicus, ſed oportere ut publicus formaliter in quantum eſt delictum, id eſt, ut publicè ſciatur illum eſſe delictum arg: l. *In delictis, §. Si extraneus, ff. de Noxalib: act.* & tenet Navar: *in Manual: c. 27. num. 255. in fin. verſ: Duodecimo,* & *n. 241. verſ: Circa hoc dico 3.* Sayr. *in in theſ: caſ: conſcient: tum: 1. lib: 7. c. 13. n. 13.* & alij apud Sanch: *de matrim: lib: 8 diſp: 34. n. 56.*

Quò fit, ut ſi occultè excommunicatus publicè celebraverit, liceat Epiſcopo diſpenſare in vim *d. c. 6. ſeſſ: 24.* quia licet actus celebrationis ſit publicus, non tamen publica eſt illius malitia, ut per Navar: *ubi ſuprà,* ubi refert ita diffinitum fuiſſe in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ. Licet quod ſpectat ad *d. c: 6.* ſecus ſit in caſu converſo. Et ita aliàs declaravit S. Congregatio Concilij, ut in ſubjecta declaratione, videlicet:

An vigore *cap. 6. ſeſſ. 24. de reform:* poſſit Epiſcopus abſolvere ab irregularitate proveniente à delicto, quod licèt publicum ſit in ſe, tamen tanquam cauſa irregularitatis occultum cenſeri poteſt; quia licèt actus publicus ſit delictum, publicè tamen neſcitur eſſe delictum, Die 9. Septemb: 1582 S. Congr cenſuit quando delictum, ex quo provenit irregularitas, eſt publicum, quamvis actus ille, quo interveniente irregularitas incurritur, occultus ſit, Epiſcopum diſpenſare non poſſe, veluti ſi Sacerdos publicè excommunicatus, vel notoriè ſimoniacus occultè Miſſam celebraverit: quod ſi delictum occultum eſt; ut puta excommunicatio, vel fornicatio, actus verò Miſſam celebrandi, ex quo irregularitas incurritur, publicus, poſſe nihilominus Epiſcopum ab omni irregularitate abſolvere, ex *d. c. 6.*

# DE COHABIT. CLERIC. & Mulier.

## *Cap. Quæſitum.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Clericus concubinarius in officijs vitandus non eſt, niſi ſit notorius.*

2 *Clericum à jure ſuſpenſus propter notoriam fornicationem illicò poſt pœnitentiam recuperat officij executionem quoad alios. & n. 17.*

3 *Clericus non tantum pro fornicatione, ſed & pro quolibet peccato mortali eſt ſuſpenſus quoad ſe, & peccat graviſſimè miniſterium alicujus Ordinis exercendo. & n. 21.*

4 *Non tamen propterea efficitur irregularis. & n. 21.*

5 *Sacerdos notoriè crimi noſus non eſt ſuſpenſus quoad alios, nec eſt vitandus niſi ſit præciſus notorius fornicator, vel ſimoniacus.*

6 *Et quid poſt extravagantem Martini V.* Ad evitanda. *& n. 26.*

7 *Notorius fornicator an celebrando efficiatur irregularis. & nn. ſeqq: uſq: in fin.*

8 *Suſpenſus ab homine ſi celebrat antequam ſententialiter abſolvatur, irregularis efficitur. & n. 20.*

9 *Concubinarius notorius eſt ipſo jure ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios: & quamvis pœniteat, non debet celebrare ante diſpenſationem, aliàs fit irregularis. & n. 12.*

*Contrarium n. 12.*

*Diſtinguitur n. 21.*

*Concluditur n. 22.*

10 *Suſpenſio minor irregularitatem non inducit. & n. 22.*

11 *Intellectus, c.* Præter hoc, 32. diſt. *& n. 19. & 24.*

13 *Notorius fornicator celebrando non fit irregularis, niſi monitus non deſiſtens ſit ſuſpenſus ab homine. & nn. ſeqq: uſque in finem.*

14 *Irregularitas non contrahitur niſi ſit expreſſum à jure.*

15 *Suſpenſus à Canone propter crimen, celebrando non fit irregularis, niſi Canon hoc exprimat.*

16 *Suſpenſus à Canone tunc demum incurrit irregularitatem, quando per modum ſententiæ ſit in Canone ſuſpenſio.*

17 *Concubinarius notorius non eſt ſuſpenſus ſimpliciter, ſed quamdiu non pœnituerit.*

18 *Suſpenſus uſque ad congruam ſatisfactionem, cum citò ſatisfacit, officiū ſuum & beneficiū recuperat.*

22 *Suſpenſio quoad ſe non eſt cenſura, ſed eſt ſuſpenſio illata à Deo, quæ irregularitatem non inducit.*

23 *Sicut, dictio importat omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia, & qualitate, & modo ſimul.*

*ſu-*



25 *Suſpenſio quoad alios eſt ſuſpenſio inducta non inducens irregularitatem.*

26 *Et hodie etiam quoad notorios fornicatores ſublata eſt per extravagantem Martini V.* Ad evitanda.

27 *Quod tacet eſſe, caret virtute, & operatione.*

28 *Tridentinū Concilium cap. 14. ſeſſ. 25. de reformat. circa concubinarios exprimitur, & n. ſeqq.*

*Nihil ex veteri jure immutat, vel ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed tantum juri communi addit, n. 31.*

29 *Concubinarij Clerici, & Epiſcopi ex Concilio Trid. quas pœnas incurrant.*

30 *Suſpenſus ab officio cenſetur etiam ſuſpenſus à Beneficio tribus concurrentibus.*

1 QUÆSITUM. Propter fornicationem non notoriam non reſpuuntur ab officio Clerici. Hoc dicit ſecundum Abb. Antiq. communiter tamen ſic ſummatur: Clericus concubinarius in officiis vitandus non eſt niſi ſit notorius. Jo. Andr. Butr. Cardin. Anch. Abb. Siculus, Jo. de Anan. & Jo. à Capiſtrano, communis deciſio. Secunda ibi, *Verum.*

2 Nota primo, ibi, *Priusquam pœnituerit.* à contrario ſenſu Clericum à Jure ſuſpenſum propter notoriam fornicationem illico poſt pœnitentiam recuperare officii executionem quoad alios, ita ut licitè poſſint ab eo audiri Divina, prout notant Petr. de Anchar. in cap. *Veſtra, numer. 12. poſt m. d. verſ. Et ex iſta opinione infertur, ſupra eod.* Abb. *hic in primo notab.* & voluit Innoc. in cap. *Sicut, numer. 2. verſ. Vel dic quod licet, ſupra eod.* ubi ait, pœnam juris ceſſare, ſi ceſſet à peccato, quantum ad hoc, ut alii poſſint audire ejus officia. Ad hoc bonus textus in cap. *Si qui ſunt Presbyteri,* & ibi gloſ. *in ver. Emendent, 81. diſtinct.* Licet hæc ſuſpenſio à jure inducta quoad alios hodie ſit penitus ſublata per ea, quæ dicam *infra num. 26.*

3 Secundo nota, ibi, *quemlibet pro mortali peccato.* non tantum pro fornicatione, ſed & pro quolibet peccato mortali Clericum eſſe ſuſpenſum quoad ſe, ut hic in littera, id eſt non debet cum peccato miniſterium alicujus Ordinis exercere, ut cap. *fin.* ibi *in teſtimonium ſuæ damnationis in ſuſceptis etiam ordinibus non miniſtrent. Supra de tempor. ordinat.* & notat Innoc. in d. cap. *Sicut, numer. 2. in ver. Suſpendatur, ſupra eod,* & Abb. *hic in 3. notab.* Præcipuè autem non debet attingere Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, ut c. *Sacerdotes, 1. q. 1.* cap. *Teſtamentum, in fin. 6. diſtinct.* alioquin peccat graviſſime, cap *Quotidie, de conſecrat. diſtinct. 2.* cap. *De homine, de celebrat. Miſſar.* cap. *habuiſſe, 33. diſtinct.* Abb. in cap. *Veſtra, numer. 4. Supra eodem: Qui enim manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans Corpus Domini,* 1. ad Corinth. 11. cap. *Sicut Judas, de Conſecrat. diſt.*

4 2. Jo. à Capiſtrano *hic nu. 2.* Non tamen ſic celebrando irregularis efficitur; quia hæc ſuſpenſio quoad Deum non eſt propriè cenſura Eccleſiaſtica, & ideo irregularitatem non inducit, ut notat Petr. de Anchar. in d. cap. *Veſtra, nu. 12. circa med. verſ. Præterea,* & Jo. de Imol. *hic n. 6.* & latius dicam infra *n. 6. & 21.*

5 Tertio nota ibi, *Niſi peccatum hujuſmodi ſit notorium;* non quemlibet notoriè criminoſum eſſe vitandū in Divinis Officiis, ſed tantummodo notorium concubinarium, qui eſt ſuſpenſus, non tantum quoad ſe, ſed etiam quoad alios, hoc jure inſpecto: nam cum textus ſe [illegible] ſuſpenſioni quoad ſe prius generaliter egiſſet de quolibet mortali peccato, poſtea cum agit de ſuſpenſione quoad alios, reſtringit ſe ad peccatum fornicationis, ut innuit illa dictio *hujuſmodi,* quæ relationem habet ad caſum fornicationis, de qua egit ſupra proximè ibi, *etiam in caſu prop*[illegible] ſcilicet, fornicationis, ut explicat gl. 3. hic, reddens rationem, quia in hoc crimine magis eſt vitandus, cum in aliis non ſit quis ipſo jure ſuſpenſus, quantumcumque crimen ſit notorium, excepto crimine ſimoniæ, ob quod ſuſpenſus ipſo jure, etiamſi crimen ſit occultum, c. *Præter, §. Verum, 32 diſtinct.* c. *Reperiuntur, 1. q. 5.* c. *Tanta, de ſimon.* In aliis ergo à Clerico notorio criminoſo non tenemur in Divinis abſtinere, quandiu ab Eccleſia toleratur, ut probatur in d. *c. Præter;* per locum à ſpeciali, & in hac opinione fuit Vincentius, quem ſequitur hic Bernar. in d. gloſ. 3. item gloſſa Joannis in d. cap. *final. in ver. Suſcitantibus, ad finem 15. q. 5.* ubi ait, Sacerdotem in mortali exiſtentem non eſſe ſuſpenſum quoad alios, niſi ſit præciſus, vel notorius fornicator, vel ſimoniacus. Item gloſ. 1. in cap. *Cum non liceat, de præſcript.* quæ ſimiliter tres caſus excipit, videlicet hæreſis, ſeu ſchiſmatis, notoriæ fornicationis, & ſimoniæ. In aliis autem criminibus, etiamſi ſint notoria, dicit expectandam eſſe ſententiam, ut in d. c. *fin. 15. q. 5.* & c. *Nonne, 8. q. 4.* & conſentiunt *hic* Abb. *in 5 not.* & Jo. de Anania *n. 1.* licet aliud videatur ſenſiſſe Innocentius in c. *Veſtra, n. 2. ſupra eod.*

6 Sed tu adverte, quia hujuſmodi differentiæ hodie ſublatæ ſunt per Extravag. Martini V. *Ad evitanda,* in Concilio Conſtantienſi editam, qua indultum eſt, ut liceat communicare in quibuſcumque Divinis, & perceptione Sacramentorum excommunicatis, ſuſpenſis, vel interdictis, niſi ſint nominatim denunciati, vel notorii Clericorum percuſſores. Unde jam more Eccleſiæ receptum eſt, ut hi tantum dicantur ab Eccleſia non tolerati, & ſint vitandi; reliqui verò ſive fornicarii, ſive hæretici, vel ſchiſmatici, & ab Eccleſia præciſi, utcunque notorii, dicuntur tolerati, & licitè ab eis audiuntur Divina officia, & percipiuntur Eccleſiaſtica Sacramenta, ut dixi in d. c. *Veſtra, num. 17. & 18. ſupra eod,* & fuſius in c. *Quod à prædeceſſore, infra de ſchiſmaticis,* ubi egi latiſſime de auctoritate, & intellectu hujus extravagantis à *nu. 39. uſque ad nu. 57.* Quare hæc Decretalis dum determinat Clericum concubinarium in Divinis officiis eſſe vitandum, ſi ſit notorius per ſententiam, vel per confeſſionem factam in jure, vel per operis evidentiam, remanet correcta quoad duas ſpecies notorii, ſcilicet per confeſſionem judicialem, & per evidentiam facti; & ſervari debet tantummodo quoad nominatim denunciatos per ſententiam hominis, & quoad notorios percuſſores Clericorum, quod etiam cenſent Navar. *in c. 14. Lectores, nu. 10. de pœnit. diſt. 6.* & alii plures relati à Nicolao Garzia *de benefic. part. 7. c. 14. nu. 36.*

Ultimò nota ex textu, Clericum notoriè concubinarium eſſe ſuſpenſum quoad ſe, & quoad alios: concordat cap. *Si qui ſunt Presbyteri, 81. diſtinct.* & cap. *Veſtra, ſupra eod.* Sed qualis ſit hujuſmodi ſuſpenſio, patebit ex dicendis in *quæſt. ſequenti.*

7 QUÆRO, an notorius fornicator celebrando incurrat irregularitatem?

Si

8 Si ſit notorius per ſententiam, planum eſt irregularitatem incurrere, quia ſuſpenſi ab homine celebrando irregulares ſiunt. cap. 2. cap. *Latores*, cap. *Poſtulaſti*, & cap. *Si celebrat*, & ibi Innoc. & Hoſt. *num.* 2. Jo. Andr. *num.* 3. & Henric. Boich. *num.* 12. *poſt. med. verſ. Si in foro judiciali, de Cler. excomm. miniſtr.* Speculat. *in tit. de diſpenſat.* §. *Juxta* 3 *numer.* 20. *verſ. Sicut autem eſt in ſuſpenſis ab homine*, Innoc. in cap. *Sicut*, *num.* 4. *ſupra eod.* Hoſt. in cap. *Quod tranſlationem*, *num.* 3. *ſupra de tempor. ordinat.* Archid. in cap. *Lugdunen. num.* 4. 9. *quæſt.* 2. Tales enim nunquam debent celebrare, niſi prius ſententialiter abſolvantur per Judicem, arg. cap. 1. *de regul. jur.* & cap. *Presbyter ſi à plebe*, 2. *quæſt.* 4. & ſi celebrant ante abſolutionem, ſunt irregulares, cap. *Si quis Presbyter*, & c. *ſeq.* 11. *quæſt.* 3. cap. *Cum dilecta*, *de reſcript.* c. *Apoſtolicæ*, *de except.* ſecundum Innoc. Hoſt. Speculat. & Henric. Boich. *locis ſupra citatis*, & in hoc conveniunt omnes.

9 Si verò ſit notorius per operis evidentiam, tunc ſunt quæ principales Doctorum opiniones. Prima eſt eorum qui affirmant notorium fornicatorem eſſe ſuſpenſum ipſo jure ſuſpenſione directa, & ideo celebrando irregularitatem contrahere: & hæc videtur communis, cujus Authores ſunt Hoſt. in d. cap. *Si celebrat*, *nu.* 4. *verſ. Cum igitur ſimoniaca*, ubi ait, ſimoniacos, & notorios fornicatores eſſe ab officio ſuſpenſos propter crimen, quamvis à Canone § *Verum*, 32. *diſtinct.* Ideoque ſi celebrent, incurrunt irregularitatem, quia quantumcumque pœnitentiam agant, nunquam celebrare debent, quouſque cum eis per Sedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum, cap. *Tanta*, *infra de ſimonia*, & cum Hoſtienſ. concordant ibi Calder. Henric. Boich. *nu.* 14. dicens ſe credere hanc opinionem eſſe veriorem, & idem Hoſt. & Jo. Andr. in cap. *Cum æterni*, *ſuper ver. involvat*, *de re judic. lib.* 6. Ant. de Butr. *hic num.* 9. & Jo. de Imol. *nu.* 6. & idem Butr. in cap. 1. *nu.* 32 *de Judic.* Jo. de Anan. *num.* 1. & Felin. *in* 4. *notab.* in cap. *Cum dilectus*, *de Accuſat.* Præpoſ. in cap. *Præter hoc*, *numer.* 1. 32. *diſt.* Abb. in c. *Veſtra*, *num.* 7. *ſupra eodem* Gloſſa Pragmaticæ ſanctionis tit. *de concubinariis in ver. Inhabiles*, Rebuff. *in concordatis*, *tit. de Publicis concubinariis*, *in princ.* Guido Papa *quæſt.* 558. *Fuit dubitatum*. Gonſalus à Villadiego *de irregularit.* c. *de Suſpenſione*, *col.* 3. Jo. Bernardus Diaz Epiſcopus Calagurritanus *in practica criminali Canonica cap.* 73. Abulenſis *in tract. de concubinariis Clericis concluſ.* 7. Petr. de Palude in 4. *ſent. diſt.* 27. *quæſt.* 4. *col.* 2. S. Antonin. in 3. *part. tit.* 27. *c.* 3. Sylveſter dicens hoc verius in *Summa in ver. Concubinarius*, *quarto*, *num.* 4. Bernard. *in tract. de concubin. pag.* 270. ubi atteſtatur hanc opinionem eſſe communem, quod etiam fatentur, licet eam non ſequantur. Navar. in cap. *Si quando*, *col.* 53. *de reſcript.* & Covar. in Clem. *Si furioſus*, §. 1. *nu.* 5. *poſt princ. verſ. Sunt tamen, qui ab hac tertia illatione, de homicid.*

Pro hac opinione inducitur primo hæc Decretalis, ubi patet notorium fornicatorem eſſe ſuſpenſum, & quoad ſe, & quoad alios, & ſic ſuſpenſione directa, quæ dirigitur etiam in ſubjectum, hoc eſt in ipſum Clericum concubinarium, non tantum in objectum, hoc eſt in ipſos Parochianos, qui prohibentur Divina officia ab eo audire, & Sacramenta percipere, ſecundum Anton. de Butr. *hic d. n.* 9. & conſequenter ſi celebret, irregularis efficitur, c. 1. *de re judicat. lib.* 6.

10 Sed certè, ut inquit Imola *hic in ult. notab.* hoc dictum non benè probatur in hoc cap. Quia hic dicitur Clericum fornicatorem eſſe ſuſpenſum quoad ſe, ſicut quilibet exiſtens in peccato mortali, Talis ergo ſuſpenſio quoad ſe cenſetur eſſe ſuſpenſio minor, quæ irregularitatem non inducit, ut plenè notatur per Innoc. Hoſt. & alios in c. *Si celebrat*, *infra de Cler. excom. miniſtran.* & latius dicam infra *nu.* 21. Neque [illegible] colligitur hanc ſuſpenſionem quoad ſe eſſe ſuſpenſionem majorem, & directam.

11 Secundo igitur loco allegatur text. in cap. *Præter hoc*, 32. *diſt.* ubi dicitur, *Ex parte Dei Omnipotentis, & auctoritate Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, ut Miſſas non cantet, nec Evangelium, aut Epiſtolam ad Miſſam legat*, &c. nam, ut inquit Abb. in d. cap. *Veſtra*, *numer.* 7. *ſupra eodem*, nulla apparet differentia inter hæc verba *Suſpendo ab officio*, & *interdico tibi officium*. Sed per prima verba infligitur ſuſpenſio directa ipſo jure, adeo ut ſic celebrans efficiatur irregularis juxta tex. in cap. 1. *de re judic. lib.* 6. & in cap. 1. *de ſent. excom. eodem lib.* Ergo & per ſecunda verba, quia non refert quid ex æquipollentibus fiat c. *Licet ex quadam de teſtibus*. Ad idem textus in cap. *Si qui ſunt*, 81. *diſt.* ubi dicitur, *Si qui ſunt Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, qui in crimine fornicationis jaceant, interdicimus ex parte Dei omnipotentis, & Sancti Petri auctoritate Eccleſiæ introitum*, &c.

12 Tertio loco huic opinioni ſuffragatur §. *Verum*, *in fin. verſ. Prohibentur*, poſt dictum cap. *Præter hoc*, 32. *diſt.* ubi ſimiliter probatur notorium concubinarium eſſe ſuſpenſum ipſo jure quoad ſe, & quoad alios, nec ibi adjiciuntur illa verba *Sicut quilibet exiſtens in mortali peccato*. Ergo celebrando efficitur irregularis: nam, ut notat Hoſtien. in c. *Tanta*, *nu.* 2. *de ſimon.* Clericus propter aliquod crimen ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios, etiam poſt peractam pœnitentiam celebrare non poteſt. & idem notant Archidiac. Henric. Boic. & Jo. Faber. relati à Covar. in d. Clem. *Si Furioſus*, §. 1. *nu.* 5. *verſ. His accedit Gratiani ſententia.*

13 Contrariam opinionem, idest, notorium fornicatorem non eſſe ipſo jure ſuſpenſum ſuſpenſione directa; & ideo ſi celebret, in irregularitatem non incidere, uti veriorem amplectitur Innocentius in c. *Si celebrat*, *num.* 3. *verſ. De notorio autem fornicatore*, *infra de Cleric. excom. miniſtr.* ubi ait, notorium fornicatorem non eſſe ſuſpenſum principaliter à Canone, ſed à Deo, quod ex eo apparet, quia quam citò pœnitet, licitè celebrat, ut hic, *Licet per Canonem in odium criminis aliquid adjectum ſit quoad evitationem eorum*, cap. *Tua*, *ſupra eodem*, cap. *Nullus*, & §. *Verum*, 32. *diſt.* Sed certè, ut ſubdit Innoc. *quam citò pœnituerit, & hujus Sacerdotis officia ſunt audienda*, & cum eo videtur tranſire Jo. Andr. *ibid. num.* 4. *verſ. Alii dicunt* contra Speculat. *in titul. de diſpenſat.* §. *Juxta*, *numer.* 20. *verſ. Quod autem dixi de excommunicato minori*, Jo. de Lignano in cap. *Veſtra*, *ſupra eodem*, ubi intermiſcet quæſtionem, An ad hoc ut notorius fornicator dici poſſit, requiratur monitio, nec ne? & refert antiquos, & modernos variare invicem in hoc paſſu, & loquitur admodum intricatè, ſed tandem concludit notorium fornicatorem non eſſe ſuſpenſum ſuſpenſione directa, ita ut celebrando efficiatur irregularis, niſi prius monitus non deſiſtens ſit ſuſpenſus ab homine. Idem voluit Jo. de Fano relatus ab Archidiacono in d. cap. *Si qui ſunt*, *num.* 2. *in ver. Maluerunt*, 81. *diſt.* & idem Archid. in d. cap. *Nullus*, *circa fin.* 32. *diſt.* dicens duram eſſe opinionem illorum, qui tenuerunt notorium fornicatorem etiam non præmiſſa monitione ſuſpenſum eſſe ipſo jure, & quoad ſe, & quoad alios, & contrarium innuere textum in d. cap. *Si qui ſunt Presbyteri*; ubi primo ſuſpenditur quoad ſe, & poſt perſeverantiam quoad alios, & *num.* 2. & 3. ſequitur opinionem Laurentii, & Hugonis dicentium notorium concubinarium celebrando non fieri irregularem, niſi præcedat monitio. Idem firmant in d. cap. *Veſtra*, *ſupra eod.* Cardin. *num.* 1. & Petr. de Anchar. *num.* 12. ubi plenè Jo. de Imol. in cap. 1. *num.* 23. *de Judic.* ubi reprobata opinione Antonii de Butr. ſequitur opinionem Innocentii, dicens eam benigniorem, & ideo amplectendam; licet ſubdat cautius eſſe, propter opiniones vitandas, diſpenſationem impetrare. Nicol. Plovius *de irregularit. reg.* 41. Navar. in cap. *Si quando*, *in* 17 *except. numer.* 8. *de reſcript.* Quibus ſubſcribit Covar. in Clem. *Si furioſus*, §. 1. *numer.* 5. *poſt medium*, *verſ. Ego quidem*, *de Homicid.* dicens primam opinionem licet communem, tamen ſibi nimis duram videri, & ſe non auſurum ſecundum eam judicare quemquam irregularem eſſe; quamvis conſulat, ut abſolutio, aut diſpenſatio impetretur à Romano Pontifice.

14 Præcipuum hujus opinionis fundamentum eſt, quia irregularitas non contrahitur niſi in caſibus in jure expreſſis, & qui dicit aliquem irregularem, debet dare caſum juris, cap. *Is qui*, *de ſent. excom. lib.* 6. Speculat. *in tit. de diſpenſat. d.* §. *Juxta*, *n.* 21. Hoſt. in c. *Si quis Presbyter*, *n.* 4. *de Cler. excom. miniſtr.* & ibi dixi, *num.* 4. & idem Hoſt. in cap. *quod tranſlationem*, *num.* 3. *de tempor. ordinat.* ubi ait. Ego de facili neminem irregularem judico, niſi jus expreſſum ad tale judicium me compellat. Et hanc dicit eſſe optimam regulam, & tenendam Cardin. in cap. *Si celebrat*, *num.* 4. *col.* 3. *verſ. Sed inter cætera*, & *col.* 4. *verſ.* 4. *Regula optima eſt*, *de Cler. excomm. miniſt.* Ad hoc quod notat Archid. in

14 cap. *Cum æterni*, *num.* 5 *in verſ. involvet*, *de re judicata*, *libro* 6. relatus ab Anchar. in d. cap. *Veſtra*, *num.* 12. *poſt med. verſ. Præterea non reperitur*, ubi poſt Vincentium ait, Suſpenſum propter crimen tunc demum irregularitatem incurrere, cum Canon hoc exprimit. At nullibi reperitur expreſſum in jure, ut notorius fornicator miniſtrans in Ordinibus irregularitatem incurrat, merito, &c. Nec relevat ſi dicas id ſatis cautum eſſe, cum notorius fornicator ſit ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios, ut hic dicitur, & in d. §. *Verum*, *circa fin. verſ. Prohibentur*, 32. *diſt.* Quoniam ut reſpondent Doctores, & in ſpecie Cardin. in cap.

16 *Veſtra*, *num.* 1. *ſupra eod.* ſuſpenſus à Canone tunc demum incurrit irregularitatem, quando per modum ſententiæ fit in Canone ſuſpenſio, ſicut fit in cap. 1. *de re judicat. lib.* 6. & in cap. *Is cui*, *de ſent. excom. eodem*, *lib.* At non ſic eſt in Clerico fornicario, qui non per modum ſententiæ, ſed enunciativè dicitur in Canone ſuſpenſus, ut hic, & in d. cap. *Veſtra*. Ergo non ſit celebrando irregularis, arg. d. cap. *Is qui*, *de ſent. excomm. lib.* 6. Præterea, ut

17 ponderat Imola, in d. cap. 1. *num.* 23. *de Judiciis*, notorius fornicator non eſt ſuſpenſus ſimpliciter, & abſolutè, ſed quandiu non pœnituerit, ut *hic* patet *in princip.* ibi, *priusquam pœniteat*, & in cap. *Si qui ſunt Presbyteri*, 81. *diſt.* ibi, *Interdicimus eis Eccleſiæ introitum uſque dum pœniteant, & emendent.* Et ita eſt de mente Canonis, ut cum primum pœnituerit, ceſſet ſuſpenſio, nec requirit aliam diſpenſationem Papæ, prout requireret ſi notorius fornicator eſſet ſuſpenſus ſuſpenſione directa. Unde gloſſ. 2. in d. cap. *Si qui ſunt Presbyteri*, ponderans illa verba *donec pœniteant*, *& emendent*. Ex hoc, inquit, videtur, quod ſicut tales ipſo facto ſuſpenduntur, ſic ipſo facto per contrarium reſtituitur eis officium. Idem notat gloſſ. in cap. *Nullus*, *in ver. audiat*, 32. *diſt.* ubi ait: Si adhuc poſt pœnitentiam corrigi voluerit, non dicam eum ſuſpenſum ipſo jure. Et paulo infra: licet notorius fornicator ipſo actu ſit ſuſpenſus, tamen propter contra-

18 rium actum ipſo jure reſtituitur ei officium. Unde quàm citò pœniteat, licitè celebrat. Facit quod notat Innoc. in c. *Sicut*, *num.* 1. *ſupra eodem*, ubi ait eum, qui ſuſpenſus eſt uſque ad congruam ſatisfactionem, ſeu quouſque emendaverit, quam citò ſatisfecerit, ut debet, ſtatim officium ſuum, & beneficium recuperare, idque verius eſſe poſt alios affirmat Sylveſter *in ver. ſuſpenſio*, *num.* 5. *verſ. Quadam verò eſt ab eo*; & hoc ſatis probari per illud [illegible] quia dicit eum eſſe ſuſpenſum uſque ad congruam ſatisfactionem: ergo poſt dignam ſatisfa-

19 ctionem priſtinum ſtatum recuperat. Nec obſtat textus in contrarium allegatus in d. c. *Præter hoc* 32 *diſt.* quia non loquitur in ſuſpenſo donec pœniteat, ſed ſimpliciter, ſecundum Jo. de Imola, in d. *cap.* 1. *num.* 23. *de Judic.*

20 Pro eadem opinione, Anchar. in d. cap. *Veſtra* *num.* 12. *ſupra eod.* ponderat textum, in cap. *ut Clericum*, *de vita, & honeſt. Cleric.* ibi enim primo ab omni libidinis vitio præcipit Clericos abſtinere, & tamen ſubdit: *Quod ſi ſuſpenſus hac de cauſa præſumpſerit celebrare divina, deponatur*, &c. Ecce igitur quod in quolibet genere incontinentiæ, ad hoc ut fieri poſſit privatio, vel depoſitio Clerici fornicatoris, requiritur, ut præcedat ſuſpenſio Epiſcopi, & ea ſuſpenſione durante in divinis miniſtret. Quid dicendum? Abbas, in c. *Veſtra*, *num.* 6. *verſ. Sed cogitari*, & *num.* 7. *verſ. Sed ego diſtinguerem*,

21 *ſupra eadem*, quem ſequitur Sylveſt. *in ver. Concubinarius*, *num.* 4. Pro concordia opinionum diſtinguit ſic: Nam aut fornicatio eſt ita notoria per operis evidentiam, ut nullam habeat dubitationem ſicut videmus in pluribus Clericis, qui tenent ita publicè concubinas ſicut uxores, & publicè nutriunt filios, ita ut nec ipſi hoc audeant diffiteri, & tunc omnino abſtinendum eſt ab eis ſine alia monitione, & tales ſunt ſuſpenſi à Canone ſuſpenſione directa, ita ut ſi celebraverint, irregulares efficiantur, ad hoc, d. c. *Præter hoc*, & §. *Verum*, 32. *diſt.* Aut fornicatio non habet illam operis evidentiam, ſed poteſt probabiliter tergiverſari, puta quia concubina habitat cum matre Clerici, & dicit illam eſſe matris pediſſequam, vel quid ſimile: & hoc caſu neceſſaria eſt monitio, & ejus contemptus, alioquin celebrando non incurrit irregularitatem. Et in hoc caſu procedit ſecunda opinio Innocentii, & ſequacium.

22 Ego verò indiſtinctè exiſtimo opinionem Innocentii hodie eſſe indubitatam: nam in Clerico no-





to-

torie concubinario, aut conſideramus ſuſpenſionem quoad ſe, aut ſuſpenſionem quoad alios. Prima ſpecies ſuſpenſionis quoad ſe non eſt cenſura Eccleſiaſtica, de qua in cap. *Quærenti, de verb. ſignif.* Sed eſt ſolummodo illata à Deo, quæ irregularitatem non inducit, ut notat Innoc. in cap. *Si celebrat, num: 2. circa medium, verſ. In ſuſpenſis autem à Deo, de Cler. excomm. miniſtr.* ubi ait; ſuſpenſos à Deo, qualis eſt omnis peccator, qui indignè Corpus Domini ſumit, & judicium ſibi manducat, & bibit, nunquam eſſe irregulares, ſi celebrant, niſi in certis criminibus, ut homicidio, & ſimonia, de quibus notatur, in cap. *Niſi cùm pridem, §. 1. de renunt.* & in cap. *Quæſitum, de tempor. ordinat.* Hi enim etſi peccent, nunquam tamen in Canone reperitur quod celebrando fiant irregulares; quia irregularitas jure tantùm Canonico inducta eſt. Ita Innoc. cum quo totidem ferè verbis concordant, ibi Hoſtienſ. *num: 4. verſ. de ſuſpenſis autem*, Joan. Andr. *eodem numer. 4. verſ. ſuſpenſi vero*, Butr. *num: 12. verſ. in ſuſpenſis*, dicens ſuſpenſos à Deo tantùm dici qui ſunt ſuſpenſi quoad ſe tantùm, & non quoad alios, ut ſunt in peccato conſtituti non carentes ordinis executione; quia non eſt tale delictum, ut ordinis executionem impediat poſt peractam pœnitentiam: & concludit tales celebrando non incurrere irregularitatem, Cardin. *num: 4, col. 4, in princ. verſ. Et facit differentiam*, Abb. *num. 4.* ubi ait tales ſuſpenſos à Deo celebrando non fieri irregulares ſecundùm omnes, quia jure non cavetur, & quia directè non eſt eis officium interdictum à jure, ſed peccant miniſtrando. Hoc etiam dicit eſſe certum, Petr. de Anchar. in d. cap. *Veſtra, num: 12. poſt medium, verſ. Et ex iſta opinione, ſupra eodem*, & Joan. de Imola *hic num: 6.* & probatur apertiſſime in hac Decretali, *in princ.* dum dicit Clericos fornicatores eſſe ſuſpenſos quoad ſe, ſicut quilibet in mortali peccator: nam dictio illa, *ſicut*, importat omnimodam ſimilitudinem, ut cap. *Olim, de verb. ſignif.* & hoc non tantùm in ſubſtantia, ſed & in qualitate, & modo ſimul, cap. fin. & ibi notat Butr. *in 4. not. ab de reſtitut. ſpoliat.* Sed exiſtentes in mortali, exceptis criminibus, quæ poſt peractam pœnitentiam impediunt Ordinis executionem, non ſunt ſuſpenſi ſuſpenſione majori, & directa, quæ irregularitatem inducat, ut oſtenſum eſt ſupra. Ergo nec Clerici fornicatores; alioquin quilibet peccator, utcumque occultus, eſſet ſuſpenſus ſuſpenſione directa, & celebrando fieret irregularis, quod nemo ſani capitis auderet

24 affirmare. Nec obſtat c. *Præter hoc, 32. diſtinct.* quia non dicit, *interdicimus et officium*, aut *eum ab officio ſuſpendimus*, ſed dicit, *Præcipimus, & omnino contradicimus, ut Miſſam non cantet, nec Evangelium*, &c. & ſic non ſuſpendit, ſed improbat, & damnat, ut Sacerdos fornicarius in divinis miniſtret. Hoc autem facit Eccleſia cum quolibet exiſtente in peccato mortali, ut in cap. fin. de tempor. ordinat. ibi: *Quiſi non pœnituerint; monendi ſunt, & ſub interminatione divini judicij obteſtandi, ut in teſtimonium ſuæ damnationis in ſuſcepto etiam ordinibus non miniſtrent.* Ecce igitur quod Eccleſia improbet, & damnat eorum miniſterium, ſed tamen eos directè ab officio non ſuſpendit: ideoque, ut ibi dicitur: *non debent hi (præter reos homicidij) poſt pœnitentiam in jam ſuſceptis vel ſuſcipiendis ordinibus impediri.* Quare conſiderata hac ſuſpenſione quoad ſe tantùm, notorius fornicator celebrando non efficitur irregularis. Aut conſideramus ſuſpenſio-

25 nem quoad alios; & ſimiliter irregularis non efficitur, non ſolum quia hæc eſt ſuſpenſio indirecta reſpectu aliorum ad effectum, ut ab eo non audiant divina; nec eſt bona conſequentia: Præcipio vobis ut non audiatis Titium legentem: ergo Titius eſt ſuſpenſus à lectura, ut inquit Abbas, in d. cap. *Veſtra, num: 7. ſupra eod.* ſed potiſſimum, quia hæc ſuſpenſio quoad alios etiam in notorio fornicatore, niſi ſit ſuſpenſus ab homine, & nominatim denunciatus, hodie prorſus ſublata eſt per extravag. Martini V. editam in Concilio Con-

26 ſtantienſi, ut dictum eſt ſupra, *num. 6.* Unde quatenus etiam talis ſuſpenſio quoad alios de jure fuerit apta producere in fornicatore celebrante effectum irregularitatis; tamen cùm hodie hæc cauſa jam penitus ceſſaverit, ceſſare etiam debet omnis illius effectus, cap. *Quod pro remedio, 1. qu. 7. c. Et ſi Chriſtus de jurejur. c. Poſt translationem*, cum concordant ibi in gloſſ. *in ver. Ceſſante, de renunciat.* impoſſibile enim eſt ut non ens aliquid ope-

27 retur, Bellam. *conſ. 35. Quod ſi ad perſonas, num. 39. verſ. Secundo probo*, plenè Oldrad. *conſ. 203. ſaltem tale eſt collata, verſ. Ad ſecundam quæſtionem*, & quod caret eſſe, caret virtute, & operatione. Alex. *conſ. 236. Placet, num: 2. verſ. Nam non eſſet, lib. 4. & fuit dictum* Bald. *in repetit. l. 1. num: 56. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Quare cùm ſuſpenſio quoad ſe non ſit cenſura Eccleſiaſtica inducens irregularitatem, & ſuſpenſio quoad alios per dictam extravag. Martini V. omnino ſublata fuerit, reſtat ut notorius fornicator celebrando nullatenus fiat irregularis, niſi monitus non deſiſtens per ſententiam hominis fuerit ab officio ſuſpenſus.

28 Nec prædictis adverſatur, quin potius favet Concilium Tridentinum, *cap. 14. ſeſſ. 25. de refor-*

29 *mat.* Nam ibi prohibetur primò, ne Clerici concubinas, aut alias mulieres ſuſpectas in domo, vel extra retineant, aut cum iis veram conſuetudinem habeant, alioquin pœnis à jure, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. Secundò ſtatuitur, ut ſi moniti non abſtinuerint, tertia parte fructuum beneficiorum, ac penſionum ipſo facto ſint privati. Tertiò, ut ſi monitioni ſecundæ non paruerint, fructus omnes ut ſupra amittant, & ab adminiſtratione beneficiorum ſuſpendantur arbitrio Ordinarii. Quartò, ut ſi ita ſuſpenſi adhuc in concubinatu perſeveraverint; tunc etiam beneficiis, & penſionibus, ac officiis Eccleſiaſticis perpetuò priventur, & ad alia obtinenda inhabiles reddantur, donec poſt pœnitentiam cum eis per ſuperiores fuerit diſpenſatum. Quintò, ut ſi dimiſſas mulieres reaſſumpſerint, excommunicationis gladio plectantur. Sexto, ut beneficia non obtinentes juxta delicti, & contumaciæ perſeverantiam, & qualitatem ab Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab Ordine, aliiſque modis juxta ſacros Canones puniantur. Ultimò, ut Epiſcopi ſi moniti à Synodo ſe ab his non emendaverint, ipſo facto ſint ſuſpenſi, & ſi perſeverent, etiam ad Papam ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per privationem in eos animadvertat. Ex quo contextu potius colligitur Clericos concubinarios non eſſe ſuſpenſos ſuſpenſione directa; tum quia poſt ſecundam monitionem amittunt ſolum fructus, & ab adminiſtratione beneficiorum ſuſpenduntur arbitrio Ordinarii; & ſi adhuc non paruerint,



præcipit Concilium, ut beneficiis priventur, ſcilicet per ſententiam, ſecundùm gloſſam notabilem, in l. *Iubemus nulli, § Oeconomus, in ver. Priva-*

30 *tur, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ſic non ſunt ipſo jure ſuſpenſi à beneficio, & conſequenter nec ab officio, quia ſuſpenſus ab officio, ſi duo concurrant, videlicet ut ſit ſuſpenſus propter crimen grave, & ſit in mora petendi abſolutionem, prout concurrunt hoc caſu, cenſetur etiam ſuſpenſus à beneficio, ut concludit gloſſ. in Clem. *Cupientes, in ver. ſuſpenſi, ad fin. de pœnis*, quam dicit meliorem de corpore juris, Jo. de Imola in c. *Cùm dilectus, num: 51. de conſuetud.* Tum quia Clericos non beneficiatos pro qualitate delicti, & contumaciæ Concilium puniri præcipit ab Epiſcopo pœna ſuſpenſionis ab Ordine. Ergo non ſunt ſuſpenſi à Canone ad gloſſ. ſecundam, in cap. *final. de jure patronat.* & in l. *In criminali, in ver. habeatur, verſ. Et dic, C. de jurisd. omnium judic.* Tum denique quia ſpeciale eſt in Epiſcopis, quos in impudicitiæ ſordibus verſari longè deteſtabilius eſt, ut ſint ipſo jure ſuſpenſi, ut in d. c. 14. *in fin.* graviùs enim peccant propter altiorem gradum, c. *Homo, 40. diſt. c. Quæſitum* & ibi Jo. Andr. *n. 2. de Pœnit. & remiſſ.* & ideo plus puniuntur. cap. *Excommunicamus, il 1. §. Credentes* cum gloſſ. *in ver. graviùs exerceatur, de hæret.* Et nihilominus etiam in Epiſcopis ad incurrendam ſuſpenſionem ipſo facto Concilium requirit monitionem, ut patet ibi: *& à Synodo Provinciali admoniti ſe non emendaverint, ipſo facto ſint ſuſpenſi.*

31 Demum S. Congregatio ejuſdem Concilii interpres conſulta, an concubinarii publici, cum quibus ex decreto Concilii, *cap. 14. ſeſſ. 25.* actum non eſt, ipſo facto in irregularitatem incurrant, licet non celebrent, dum ſunt in peccato: cenſuit hoc decretum nihil ex veteri jure immutare, vel ex ſtatutis Eccleſiæ, ſed tantum juri communi addere.

## DE CLERICIS CONIVGATIS.

### *Cap. Ioannes.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus conjugatus non beneficiatus non cogitur deferre cenſuram.* *Declaratur num. 2.*

2 *Clericus conjugatus non bigamus habitum, & tonſuram non deferens retinet privilegium Canonis, & Eccleſiæ inſerviens etiam privilegium fori, ſed reliqua privilegia perdit ipſo jure.*

3 *Nec poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi in ſpiritualibus, ſed benè in temporalibus.*

4 *Clericus conjugatus in habitu laicali in contumaciam condemnatus in curia ſæculari, an poſſit reaſſumpto habitu, tonſura, & ſervitio Eccleſiæ pro eodem delicto à judice laico perſonaliter diſtringi, & nu. ſeqq.*

5 *Clericus ut gaudeat fori privilegio quoad perſonam inſpicitur in quo ſtatu reperiatur, cùm judex laicus incipit eum diſtringere.*

6 *Iudex laicus ſi cauſam prævenit contra Clericum in habitu non incedentem, poteſt cauſam, modò à perſona abſtineat, ad finem deducere, non obſtante reaſſumptione habitus: ſi verò prævenit perſonam, reaſſumptio habitus non impedit quominus judicium etiam contra perſonam proſequi valeat.*



1 IOANNES. Clericus conjugatus non beneficiatus non cogitur deferre tonſuram, hoc dicit, ſecundùm Andr. qui hanc Decretalem ſolemniter reperit; cum quo concordant Butr. Cardin. Abb. & reliqui omnes. Primò ponitur Joannis quæſtio. Secundò Papæ definitio, ibi, *Quoniam igitur.*

In textu ibi, *etiam tonſuratum non poteſt privilegio clericali gaudere*, nota Clericum conjugatum, non gaudere clericali privilegio, licet habitum & tonſuram deferat, ut hic eſt expreſſum. & notat

2 Bernardus poſt caſum, & Jo. Andr. *n. 8. verſ. Item quod conjugatum.* Sed cave ne decipiaris, quia per conſtitutionem Bonifacii VIII. in c. *unico, infra eodem lib. 6.* innovatam à Concilio Tridentino, *cap. 6. in fin. ſeſſ. 23.* Clerici conjugati non bigami gaudent duobus tantùm privilegiis, videlicet Canonis *Si quis ſuadente, 17. q. 4.* & fori, ne ſcilicet pro commiſſis exceſſibus trahi poſſint criminaliter, vel civiliter ad judicium ſæculare. Ad hoc tamen ex dicto c. unico requiritur, ut tonſuram, & veſtes deferant clericales, & ex dicto *c. 6.* & quoad fori privilegium, præter habitum, & tonſuram requiritur etiam ut alicui Eccleſiæ inſerviant. Dixi *quoad fori privilegium*, quia quoad privilegium Canonis decretum Concilii nihil novi ſtatuit, ut alias fuit reſolutum. Quare licet hodie non cogantur deferre tonſuram præcisè, coguntur tamen cautative, id eſt, ſi velint Canonis, & fori privilegio potiri, ut hic per Abb. *num: 7. verſ. Et conclude latius*, quia ſine tonſura & habitu non retinent privilegium Canonis, & ſine tonſura habitu, & ſervitio non retinent privilegium fori. Dum ergo hæc Decretalis dicit Clericum conjugatum etiam tonſuratum non gaudere Clericali privilegio, non intelligas tu de prædictis duobus privilegiis, ſed de reliquis privilegiis Eccleſiaſticis, quæ Clericus conjugatus perdit ipſo facto, ut in dict. cap. *unico, verſ. In cæteris*, & ibi notat gloſſ. communiter approbata. Neque ad hoc requiritur monitio, ſed ſufficit ſolus contractus matrimonii, nam ex contrario actu hæc privilegia amittuntur. Et ita limitant, & intelligunt hunc text. gloſ. 1. Abb. antiq. *num. 1. in verb. Gaudere*, Hoſt. *poſt princip. in verb. Privilegio*, Jo. Andr. *num: 24.* Abb. ſen. *num. 3.* & alii communiter.

3 Quo fit ut Clericus conjugatus, quamvis bigamus non ſit, & habitum clericalem, & tonſuram deferat, tamen eſſe non poteſt Officialis, ſeu Vicarius Epiſcopi, nec ipſius delegatus ad cauſam ſpiritualem, quia per dictam Decretalem *unicam de Clericis conjugatis, lib. 6.* cenſetur Clericus in duobus tantùm, in reliquis verò ut laicus judicatur. Ad hoc cap. *Innovæ, cum duobus cc. ſeqq. 16. quæſt. 7.* cap. *Eccleſia de conſtitution.* cap. *fin. de reb. Eccleſ. non alien.* Et ita hic determinat Joan. Andr. *n. 20.* qui amplius ſubdit ſententiam latam per talem eſſe ipſo jure nullam, quia judex non eſt, cap. *Clericum nullus, 11. qu. 3.* cap. *Ad noſtram, ſupra de conſuetud.* & cum Jo. Andr. concordant hic Butr. *n. 16.* Anchar. *nu. 11.* Cardin. *nu. 8.* Quarta q. Imol. *n. 18* & Jo. de Anan. *in fine*, Anchar. in d. cap. *unico, n. 3.* Gemin. *nu. 8.* & Franc. in gloſ. *in verb. Reſpondent*, Abb. in cap. *Decernimus, n. 12. in fin.* & Dec. *ibidem num. 123. de Iudic.* Quod tamen intellige, ſi con-

ſtituatur Vicarius in ſpiritualibus, aut Vicarius Generalis, ſecus verò ſi in temporalibus tantum, ut ſi Epiſcopus haberet temporalem juriſdictionem in loco, juxta text. in cap. *Romana*, §. *Debet, de appell. lib. 6.* quia tunc Clericus conjugatus bene poſſet eſſe Vicarius Epiſcopi, ſicut quilibet alius laicus, ut notat Archid. in d. cap. *in nova, num. 1. & 3.* & ibi etiam Turrecr. *num. 1. & 2. 16. quæſt. 7.* Jo. Franciſc. Pavin. *de offic. & poteſt. Cap. ſed. vacant. in 2. part. princip. il. quæſt. 10. num. 15.* Lap. Abb. in cap. *1. num. 2. de conſuetud. lib. 6.* & tenent in dicto cap. *Decernimus, de Iudic.* Butr. *num. 6. in fin. verſ. Si quæritur.* Abb. *num. 12. in fin.* Felin. poſt alios *num. 6. verſ. Quinto* & Dec. *num. 125.* qui etiam reſpondet objectis Andreæ Sicul. contrarium ſentientis.

4 QUÆRO, An Clericus conjugatus, qui pro delicto commiſſo in habitu laicali in curia ſæculari ante reaſſumptum habitum, & tonſuram clericalem fuit in contumaciam condemnatus, poſſit poſtquam reaſſumpto habitu cœpit ſervire Eccleſiæ, pro eodem delicto à judice laico in carcerem conjici, & perſonaliter puniri?

5 Videtur reſpondendum non poſſe. Ratio eſt, quia eo tempore, quo judex laicus incipit Clerici perſonam diſtringere, reperit eandem ſibi non ſubeſſe, Quandoquidem hoc tempore, cùm habeat qualitates per d. cap. *unicum, de Cleric. conjug. lib. 6.* & *cap. 6. ſeſſ. 23.* Concil. Trident. requiſitas, non poteſt ei non ſuffragari fori declinatoria, quia poteſt dicere, Mea perſona tibi non ſubjacet: & hoc eſt, quod ſibi volunt DD. poſt Joan. Andr. *hic quæſt. 4.* & inter cæteros Cardin. & Anchar. ibi. qui in hac materia hoc ſolum conſiderant, an Clericus poſſit dicere; Hoc tempore, quo incipio à te conveniri, ſeu diſtringi, gaudeo privilegio

6 fori. Idem videtur ſentire Jo. Andr. Abb. & cæteri in cap. *unico, de obligat. ad ratiocin.* qui ſolùm conſiderant præventionem judicii reſpicientem cauſam, & reſpicientem perſonam: nam ſi judex laicus prævenit cauſam, aſſumptio habitus non tollit juriſdictionem, quo minus cauſam, modò à perſona abſtineat, ad finem deducat: Si verò prævenit perſonam capiendo eam in ſtatu non exempto, videlicet ſine habitu incedentem, reaſſumptio habitus non impedit, quominus judicium contra dictam perſonam proſequatur. Hoc idem probat Joan. Monach. in d. c. *unico, de Cler. conjugat. lib. 6.* qui etiam utitur verbo, *ſaltem*, in effectu concludit Clericum conjugatum reaſſumere privilegium etiam pro delictis, quæ commiſit quando habitum non geſtabat. Unde Franc. ibi, hoc ideo ſine trepidatione aſſerit, & cæteri DD. qui dum abſolutè dicunt Clericum conjugatum eo ipſo quod habitum reaſſumit, exemptionem reaſſumere, abſolutè etiam intelligunt quoad omnia delicta per eum ſive tempore quo geſtabat, ſive quo dimiſerat habitum commiſſa. Unde hoc caſu ſolum habetur ratio, an quando judex apprehendit Clerici perſonam, dictus Clericus ſit in habitu, vel non, ut primo caſu remittatur ad Eccleſiaſticum: Secundò non item, ut poteſt ſatis clarè deduci ex Capell. Toloſ. *deciſ. 104. 144. 147.* & ibi addentes, ubi nunquam conſideratur tempus delicti, ſed ſolum tempus captivæ perſonæ, & ſequitur Clar. in § *fin. quæſt. 39. verſ. Sed quid ſi Clericus*, ubi ait, Clericum conjugatum, qui fuit condemnatus à laico eo tempore, quo non ferebat habitum, ſi ante capturam illum reaſſumpſerit, non poſſe amplius à judice ſæculari nec capi, nec puniri. Idem expreſſius tradit Marſil. *ſingul. 428.* ubi ait, communem eſſe opinionem judicem ſæcularem non poſſe Clericum conjugatum incedentem in habitu, & tonſura punire pro delicto per eum perpetrato eo tempore, quo non incedebat in habitu. Et quamvis Alex. *conſ. 8. vol. 1.* teſtetur communem eſſe, ut attendatur tempus delicti; tamen hoc ultimum dictum procedit in alio caſu, ſcilicet, in illo de Clerico, qui modo deſiit eſſe vel privilegiatus, vel Clericus, de quo diſtinguitur, nam aut delictum, pro quo modo à judice ſæculari moleſtatur, fuit ab eo perpetratum eo tempore, quo incedebat in habitu & tonſura, & pro quo fuit tunc à judice eccleſiaſtico citatus: & ei prodeſt fori declinatoria, alias non, quia hoc caſu attenditur tempus delicti; Alioquin Alexander contradiceret alteri concluſioni, quam paulò ante poſuit pro hac ſententia, aſſerendo cauſam eſſe communem, & hoc poſtremum dictum Marſil. & Alex. ſic, & non aliter eſſe intelligendum expreſsè patet ex doctrina Bart. cui Alexander innititur in l. *affinitatis jure, C. commun. de ſucceſſ. in fin.*

His adde, quod in propoſita dubitatione ſcripſi in cap. *Magnæ, num. 81. & ſeqq. ſupra de obligat. ad ratiocin.* & ibi vide reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii *num. 73.*

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

### *Cap. Ex geſtis.*

*SVMMARIVM.*

1 *Cardinalis deponitur, qui in titulo ſuo non reſidet, & n. 17.*
2 *Geſta in Concilio perpetuam fidem faciunt.*
3 *Dummodo ſint deſcripta per perſonam publicam, vel reperiantur in archiviis authenticarum perſonarum.*
4 *Geſta extrajudicialia ſunt; acta verò judicialia.*
5 *Cardinalis an poſſit per Papam deponi ſine Concilio.*
6 *Imperator per Papam depoſitus, præſente, non autem approbante Concilio, & cur.*
7 *Cardinalis an poſſit per Papam deponi ſine conſilio fratrum.*
8 *Papa de honeſtate non debet ardua expedire ſine Cardinalium conſilio, poteſt tamen de plenitudine poteſtatis.*
9 *Cardinalis in ſuo titulo non reſidens privari non debet, niſi legitimè monitus non redeat.*
10 *Cardinales tenentur in Romana Curia reſidere, nec poſſunt inde abſcedere ſine licentia Papæ, & cur, & num: ſeqq. uſque ad n. 17.*
*Fallitur in Cardinalibus qui Cathedralibus, & majoribus Eccleſiis præfecti ſunt, num. 16. & n. 24.*
11 *Cardinalis in ſuo titulo curam habet animarum tam fori pœnitentialis quàm contentioſi.*
12 *Cardinales ſunt Sacerdotes Levitici generis, coadjutores & conſiliarii Papæ, & cum eo judicant orbem.*
13 *Sunt membra, & pars corporis Papæ.*
14 *Ejuſque Collaterales.*
15 *Reſidentes in Curia æquiparantur ſtellæ fixæ, legati verò planetis.*





17 *Cardinalis, qui ſpreta Parochia ſua tamquam vagus in aliena demoratur, deponi poteſt.*
18 *Et tempus, quo expectari debet eſt arbitrarium.*
*Secus poſt Bullas Leonis X. & Sanctiſſ. D. N. Innocentii X. n. 19. & 22.*
19 *Cardinalis officium verſatur in frequenti Papæ aſſiſtentia, & Sedis Apoſtolicæ negotiis.*
20 *Cardinales à Romana Curia abſentes ex Bulla Leonis X. quas pœnas incurrant.*
21 *Et quid ex Decreto Pauli III.*
*Et quid ex Bulla S. D. N. Innocentii X. n. 23.*
22 *Conſtitutio S. D. N. Innocentii X. ſuper receſſu Cardinalium à ſtatu Eccleſiaſtico ſine licentia Papæ, & reditu eorum ad Romanam Curiam, compendioſè per partes refertur.*

1 EX GESTIS. Deponitur Cardinalis, qui in titulo ſuo non reſidet. Hoc dicit ſecundùm Jo. Andr. & omnes: & eſt textus multum notabilis ſecundùm Abb. & Alex. de Nævo. Dividitur in duas partes. In prima narrat depoſitionem Cardinalis. In ſecunda depoſitionis cauſam aſſignat, ibi, *eo quod.*

2 Nota primò ex principio textus geſta in Concilio perpetuam fidem facere, ut hic, & in l. *Geſta, C. de re judic.* & in c. *fin. de probat.* ſecundùm Hoſt. *hic.* Jo. Andr. Butr. Cardin. & Jo. à Capiſtr. omnes *in principio.* Quod tamen Abb. & Alex. de Nævo uterque *in prima notab.* intelligunt verum eſ-

3 ſe, dummodo geſta ſint deſcripta per perſonam publicam, ut in juribus præall. & idem eſt ſi reperiantur in archiviis authenticarum perſonarum, putà eorum, qui poteſtatem habent authenticas ſcripturas faciendi, ut notat Innoc. in c. 1. *n. 3. ſupra de Procurator.* & ibi vide quot modis dican-

4 tur geſta: differunt autem ab actis, quia acta judicialia ſunt, geſta verò extrajudicialia, ut l. 1. *ff. de offic. Procur.* Cæſar. & ibi notatum in gl. 1. De quo tamen vide ibi per Bart. *n. 1.*

5 Secundò nota ibi, *ab omnibus*, argumentum quod Cardinalis nō debet, & ſecundùm aliquos non poteſt deponi à Papa ſine Concilio, & in hanc partem propendit Hoſt. *hic n. 1.* Butr. *in 1. notab.* & Abb. *n. 3.* Verum gloſſ. 1. exponit verbum, *ab omnibus*, id eſt approbantibus, quoniam ſolus Papa hunc Cardinalem depoſuit, & Innoc. *in princip.* dicit in illius amotione Synodum congregatam, & ſuper ea totius Synodi conſenſum fuiſſe habitum, ſed tamen Papa depoſitionem fecit. Hæc ultima opinio videtur omnino amplectenda, quia in Summo Pontifice abſq; Concilio reſidet plenitudo poteſtatis, ut eſt text. notab. in c. *Cuncta per mundum 9. q. 3.* ibi, *nec ulla Synodo præcedente*, nec non ibi, *damnandi nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuit facultatem*: & ſcripſi latiſſimè in cap. *Significaſti, ſupra de elect.* ideoq; Bonifacius ſine Concilio Cardinales Columnenſes

6 depoſuit, ut in c. *un. de ſchiſmat. l. 6.* Item Papa depoſuit Imperatorem præſente, nō autem approbante Concilio, ut in c. *Ad Apoſtolicæ, de re judic. eod. lib.* ubi gloſſa prima: Nota, inquit, quod in ſuprâſcriptione dicitur, ſacro præſente Concilio ad memoriam ſempiternam, quod dicit de Concilio potius eſt ad honeſtatem, quàm ad neceſſitatem: nam ſine ſententia Concilii ſententia Papæ ſufficeret contra Imperatorem, & quemcunque alium, cap. *Alius, 15. qu. 6.* ubi non dicitur quod in Concilio facta fuerit depoſitio. Et infra in eadem gloſſa ſuper verbis inſcriptionis, Sacro præſente Concilio, ſic legitur: Præſente, non dicit approbante, ſicut in c. *Sacro, de ſent. excom.* Fortè ex cauſa, ne crederet aliquis ſine approbatione Concilii depoſitionem Imperatoris fieri non poſſe, & ſequuntur ibi totidem verbis Joan. Andr. *in Novella n. 5. verſ. in gloſſ. 1.* Gemin. *col. 3. verſ. In eod.* gloſ. ibi, *præſente*: & ad propoſitum depoſitionis Cardinalium illam gloſſam ponderat, & dicit valde notabilem Abb. *hic circa fin. verſ. Et contra dictum eſſet etiam valde grave*, & fortaſſe multis periculis expoſitum ſi pro cauſa depoſitionis oporteret Synodum univerſalem indicere, & ſententiam protrahere uſque ad illius celebrationem, arg. c. *Ubi periculum, de elect. lib. 6.* Quod obſervat Andr. Sicul. *in tract. de præſtan. Cardin. q. 8. n. 5.* ubi ait non eſſe opus Concilio ad deponendum Cardinalem propter difficultatem, quæ ſubeſſet in congregando Concilio univerſali, & hoc tene incunctanter.

7 Major eſt difficultas, an Papa poſſit Cardinalem deponere legitima ſubſiſtente cauſa, ſine fratrum ſuorum conſilio.

Diſputat hanc quæſtionem in utramq; partem Andreas Barbatia in præallegat. *tract. de præſtan. Card. q. 8. per totam*, & præmiſſa proteſtatione quod non intendit in aliquo derogare poteſtati Romani Pontificis, tandem concludit pro opinione negativa dicens, *n. 6.* eam tenere illuſtres Doctores Hoſt. Jo. Andr. Butr. Cardin. & Modernos *hic*, & eum refert, & ſequitur Dec. *in rubr. de Conſt. in 2. lectura, n. 12.* ubi Sylv. Aldobrand. *in addit. in ver. Deponere*, teſtatur ita ſervari. & allegat Hippol. de Marſil. *in ſingul. 669.* Cæterum fundamenta Barbatiæ videntur ſatis infirma, & Hoſt. *hic n. 1.* Joan. Andr. *n. 2.* & ſequaces proponunt quæſtionem de Synodo, ut dixi ſupra *nu. 2.* non autem de conſilio Cardinalium, licet aſſeverant Papam non debere, & ſecundùm aliquos, non poſſe Cardinales excommunicare, vel aliquod præceptum facere ſine conſilio, & conſenſu ſuorum fratrum, arg. c. *Irrefragabili. §. 1. de offic. Ordinar.* & cap. 1. *de exceſſ. Prælat.* & nihilominus Hoſt. tandem concludit his verbis: Quidquid tamen dicamus, hoc de plano fateor, quod in ſolo Papa plenitudo reſidet poteſtatis, c. *Ad honorem, ſupra de uſu pallii*, contra quam ſcribere non intendo, ex his, quæ leguntur, & notantur in c. *Propoſuit, infra de conceſſ. præben.*

8 Tu dicas Papam de honeſtate non debere Cardinalem deponere, vel alia ardua expedire ſine fratrum conſilio, unde in c. *un. de ſchiſmat. l. 6.* ſic legitur: *De fratrum noſtrorum conſilio depoſuimus à Cardinalatu, &c.* & in cap. *Ad Apoſtolicæ, de re judic. eod. lib.* Depoſitio Henrici Imperatoris legitur facta cum fratribus noſtris, & Sancto Concilio, deliberatione præhabita diligenti. & in cap. *1. de renunc. eod. lib.* Cæleſtinus depoſuit ſeipſum renunciando Papatui deliberatione habita cum ſuis fratribus S. R. E. Cardinalibus. Sed de plenitudine poteſtatis Papa poteſt procul dubio ardua expedire, & Cardinalem deponere ſine ulla requiſitione fratrum, Ita Alex. de Nævo *hic n. 12.* Communis enim concluſio habet Papam poſſe ardua explicare, etiam Cardinalibus inconſultis ut teſtatur Gemin. in c. *Super eo, circa med. verſ. Communis concluſio.* Dec. *in rubr. de Conſtit. in ſecunda lect. num. 10.* & ante eum Felin. *ibi num. 2. verſ.*

*verſ. Sed quod non Papa*, ubi hanc partem juribus, & rationibus comprobat, & pluſimos cumulat idem ſentientes, & contrariam opinionem dicit procedere de honeſtate, prout etiam loquitur textus in cap. *Per venerabilem, §. Rationibus infra. qui fil. ſint legit.* in quo tantam vim faciunt Abbas *num. 4. verſ. Sed tu vide textum optimum*, & Philipp. Franc. in d. c. *Super eo, circa fin. verſ. Et videtur de hær. de hæret. lib. 6.* Et prædictis adde quod in noviſſima conſtitutione Innocentiana, de qua *infra nu. 22.* ubi agitur etiam de imponenda pœna privationis dignitatis Cardinalatus, legitur infraſcripta clauſula, videlicet, *perinde ac ſi in Conſiſtorio noſtro ſecreto de eorundem venerabilium fratrum noſtrorum conſilio, & unanimi aſſenſu emanaſſent.* De his tamen conſule, Cardin. Paleott. *in tract. de Sacr. Conſiſt. conſult. part. 1. quæſt. 3.* ubi per octo diſtinctos articulos de hac materia luculenter diſſerit.

9 Tertiò nota ibi, *Canonicè eſt depoſitus*, Cardinalem in ſuo titulo non reſidentem eſſe prius legitimè commonendum, ut redeat, ut hic, & in c. *Inter quatuor* & c. *ult. infr. eod.* alias quantumcunque vagabundus diſcurrat, non eſt privandus, ut infra, c. *Ex tuæ*, & tenet hic gloſſ. *ult.* Hoſt. *n. 4. in ver. Canonicè.*

10 Quartò nota ibi, *contra Canonum inſtituta*, ex Sacrorum Canonum præſcripto Cardinalem teneri in ſuo titulo, & ſic in Romana Curia reſidere, ut hic patet, & notant Hoſt. *in prin.* Jo. Andr. *n. 1. ver. Inſtituta.* Abb. *in 3. notab.* & alii communiter. Quare inde abſcedere non poteſt ſine licentia Papæ cùm habeat alas ligatas, ut inquit Præpoſ. in c. *Filium noſtrum, n. 1. & 2. q. 1.* poſt Hoſt. in cap. *Bona, il 1. n. 1. ſup. de Poſtul. Prælat.* & ſequitur Sarnen *in reg. de impetr. benefic. vac. per obit. famil. Cardin. q. 17. n. 4.* & conſtat ex Conſtitutionibus, de quibus infra in *ult. notab. à n. 19. uſq. in fin.* Cujus aſſertionis multiplex ratio reddi poteſt.

11 Prima ratio, quia Cardinalis in ſuo titulo curã habet animarum tam fori pœnitentialis, quam contentioſi, c. *Ita quorumdam*, & ibi plenè ſcripſi ſupra de major. & obed. & propterea iſte Cardinalis ſancti Marcelli dicitur hic deſeruiſſe Parochiam ſuam, ſcilicet titulum, cum eſſet Presbyter Cardinalis, ut hic per Abb *in 3. notab.* omnes autem, quibus animarum cura commiſſa eſt, tenentur in ſuis Eccleſiis perſonaliter reſidere, cap. *Quia nonnulli*, & c. *Relatum, infr. eod.* c. *Extirpandæ, §. Qui verò, de præben.* Conc. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 1.*

12 Secunda ratio, quia, ut inquit Innocentius III. in cap. *Per venerabilem, §. Rationibus infra. Qui fil. ſint legit.* (Sunt autem Sacerdotes Levitici generis fratres noſtri (ſcilicet Cardinales, ſecundùm communem expoſitionem) qui nobis jure Levitico in executione paſtoralis officii coadjutores exiſtunt) & ut legitur in Conſtitutione Sixti V. quæ incipit, *Poſtquam verum, in prœm. tom. 2. Bullar. pag. 560.* (Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales repræſentantes perſonas SS. Apoſtolorum, dum Chriſto Salvatori regnum Dei prædicanti, atque humanæ ſalutis myſterium operanti miniſtrarent, eidem Pontifici in executionem Sacerdotalis officii, & in dirigenda ipſa Eccleſia Catholica, cui præeſt, conſiliarii, & coadjutores aſſiſtunt.) Hæc ibi: Quamobrem cum Summo Pontifice orbem judicant, & diſponunt, ut per illum textum dixerunt, Hoſt. *hic nu. 3. verſ. Sed.* & cum Jo. Andr. *nu. 1.* & reliqui poſt eos, & ut verbis Oldradi utar, *in conſ. 48. ſui crimmine, n. 1.* Cardinales aſſumunt partem ponderis diei, & æſtus ſicut illi, qui in partem ſollicitudinis ſunt vocati, & de quorum conſilio Summus Pontifex agenda ordinat, & diſponit, cap. *Fundamenta, §. Decret. de elect. lib. 6.* quod ſuſius proſequere, ut in præalleg. Sixti V. conſtitutione. Quæ omnia nequaquam ab iis præſtari, & impleri poſſunt, qui ſummo Pontifici perſonaliter non aſſiſtunt, & à conſpectu ſunt remoti, Sarnen *d. quæſt. 17. n. 5.*

13 Tertia ratio, quia Cardinales ſunt membra, & pars corporis Papæ, l. *Imperitus. ff. de excuſ. Tutor.* l. *Quiſquis*, ibi, *Senatores etiam; nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. C. Ad leg. Jul. Majeſt.* c. *Si quis, 6. qu. 1.* cap. *Felicis de pœnis lib. 6.* Hoſt. *hic, nu. 3.* Abb. *eod. n. verſ. Sunt enim Cardinales*, Oldrad. *d. conſ. 48. in fin.* & conſtat ex præcitata conſtitutione Sixti V. Ubi Cardinales dicuntur Summo Pontifici aſſiſtere, quaſi oculi, & aures, ac nobiliſſimæ ſacri capitis partes, & præcipua illius membra à Spi-
14 ritu Sancto conſtituta; Et ſic etiam ſunt Collaterales Papæ, cap. *Excommunicatus ſupra de off. Leg.* Hoſtien. in c. *Dilectus, il 1. nu. 2. de præben.* Oldrad. *loco citato.* Ergo contra naturam rei eſt ut ſe ab illius latere ſubducant: nam & à capite non licet membra recedere, cap. *Cùm non liceat, ſupra de præſcript.* Unde, ut eleganter dixit Bald in cap:
15 *Bona, il 1. n. 5. de poſtul. Prælat.* Cardinales reſidentes in Curia æquiparantur ſtellis fixis, quæ non moventur, niſi motu orbis; ſic & Cardinales non moventur niſi motu Papæ. Sed Cardinales Legati, qui de licentia Papæ abſentes ſunt, æquiparantur conſtellationibus, ſive planetis, qui moventur motu proprio, nutu Dei, ſicut Legati nutu Papæ. Sequitur Sarnen. *in præallegat. quæſt. 17. num. 4. in fin.*

16 Fallit concluſio ſuperius firmata in Cardinalibus, qui Cathedralibus, & majoribus Eccleſiis præfecti ſunt: tales enim non excuſantur à reſidentia in prædictis Eccleſiis eo prætextu quod reſideant in ſuis titulis, aut etiam in Epiſcopatibus quos habent propè urbem, ut ſcripſi in c. *Qualiter, n. 22. infr. eod.* & patebit *infra n. 24.* Quidquid contra incautè ſcripſerit Anaſtaſ. *ſerm. de indult. Cardin. §. Tibi quoad vixeris, n. 9.*

17 Ultimò nota ibi, *in alienis uſq; hodie demoratur*, unam legitimam cauſam deponendi Cardinalẽ à dignitate Cardinalatus, videlicet, ſi deſerto titulo, ſeu Parochia ſua, in alienis partibus demoretur, ſcilicet, tanquam vagus, Eccleſia ſua ſpreta, ut exponit Hoſt. *hic in fin.* & Jo. Andr. *num. 1. in ver. in alienis*: captivis enim ſubvenitur, & non transfugis, l. *Inter ff. ex quibus cau. major.* & videtur hic argumentum quod antequam depona-
18 tur, expectari debeat per quinquennium, ſicut fuit expectatus iſte Cardinalis S. Marcelli, ut per Butr *hic in 3. notab.* Sed dicendum eſt, quod hic legitur de quinquennio, denotare facti contingentiam, alias enim tempus eſt arbitrarium per id, quod habetur in c. *Quoniam frequenter, §. 2. ſupra, ut lit. non conteſt.* ſecundùm Jo. de Anan *hic n. 2.* & dicetur, in cap. *Ex tuæ, infr. eod.*

19 Porrò adverſus Cardinales extra Romanam Curiam demorantes, aut ab ea recedẽtes ſine licẽtia, Pontifices Maximi ſanctiones diverſas ediderunt: Nam Leo X. in conſtitutione incipien. *Sub pœna diſpoſitionis arbitrio*, edita in Concil. Lateranenſi, *§. 28. in Bull. tom. 1. pag. 474.* ſanxit in hæc verba (Ita cum Cardinalis officium in primis verſetur in frequenti Rom. Pontificis aſſiſtentia, & Sedis Apoſtolicæ negotiis: propterea ſta-
20 tuimus, ut omnes Cardinales in Romana Curia reſideant, & qui ſunt abſentes, ſi in Italia, intra ſex menſes, ſi extra Italiam, infra annum à die publicationis præſentis Conſtitutionis revertantur; alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum ſuorum emolumenta amittant, omnibuſque privilegiis generaliter, & ſpecialiter Cardinalibus conceſſis quamdiu abfuerint omninò careant: exceptis tamen illis, quos ratione officii ab Apoſt. Sede, injuncti, vel de Romani Pontificis mandato, aut licentia vel juſto metu, aut quavis alia legitima cauſa impediente, vel ægrotationis abeſſe contingat privilegiis, indultis, & immunitatibus eiſdem Cardinalibus conceſſis, & in Bulla noſtra ſub data coronationis noſtræ contentis, & expreſſis in ſuo robore nihilominus permanentibus.)

21 Similiter Paulus III. edidit decretum conſiſtoriale, quo Cardinales jubentur reſidere in Romana Curia, quod ſi non fecerint, privantur ipſo facto durante abſentia omnibus indultis, & privilegiis, quibus alii Cardinales gaudent, & gaudere poſſunt, niſi cum expreſſa licentia Papæ apud Eccleſiam Metropolitanam, ſeu cathedralem, cui præſunt, reſideant, ut refert Caputaq. *deciſ. 86. n. 1. & 2. par. 2.* & Anaſtaſ. Germon. *de indult. Cardin. d. §. Tibi quoad vixeris, n. 18.*

Sed & alia decreta prodierunt receſſum Cardinalium à Romana Curia ſine licentia Papæ prohibentia ſub diverſis pœnis etiam per Romanos Pontifices arbitrandis.

22 Noviſſimè verò emanavit conſtitutio S.D.N. Innocentii X. ſub datum Romæ ſub annulo Piſcatoris *die 19. Februarii 1646.* Pontificatus ſui anno ſecundo, quæ incipit, *Cùm juxta*, ſuper receſſu S.R.E. Cardinalium à ſtatu eccleſiaſtico ſine licentia Summi Pontificis, & reditu eorum, qui ſine licentia hujuſmodi receſſerunt, ad Romanam Curiam; cujus tenorem per partes ſin-
23 gulas compendiosè hic referendum putavi. Dividitur ergo hæc Conſtitutio in octo partes.

In prima, ponitur conſtitutionis cauſa, nempe obligatio Cardinalium reſidendi apud Papam in Romana Curia, Decreta contra ſic recedentes edita, & illorum tranſgreſſiones.

In ſecunda ibi, *quia verò.* Cardinales, qui poſt Bullam non obtentâ Papæ licentiâ ſe transferent extra ſtatum eccleſiaſticum, primò privilegiis, & indultis omnibus, etiam beneficia conferendi penſiones, & fructus eccleſiaſticos transferendi, & facultate teſtandi privantur, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdicuntur, ultra alias pœnas arbitrio Papæ infligendas: mandatur que deveniri ad ſequeſtrum fructuum, officiorum, & beneficiorum, necnon penſionum, ac fructuum reſervandorum. Secundò, ſi infra ſex menſes à die receſſus ad Curiam non redierint, privantur iiſdem fructibus arbitrio Papæ diſtribuendis. Tertiò, ſi non redierint infra alios ſex menſes immediatè ſequentes, ultra memoratas pœnas privantur omnibus officiis, beneficiis, penſionibus, & fructibus reſervatis ut ſupra diſtribuendis.

In tertia ibi, *Cardinales autem*, Cardinales, qui ante Bullam ſine licentia Papæ extra ſtatum eccleſiaſticum jam ſe tranſtulerunt, ſi infra ſex menſes à die publicationis non redierint ad Curiam, primò interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, privantur facultate teſtandi, ac privilegiis, & indultis, necnon fructibus officiorum, beneficiorum, ac penſionum. Secundò, ſi non redierint infra alios ſex menſes immediatè ſequentes, ipſis officiis, beneficiis, penſionibus, ac fructibus reſervatis privantur.

In quarta ibi, *Si autem Cardinales*, ſtatuitur, ut contra Cardinales, qui ante Bullam ſine licentia Papæ extra ſtatum eccleſiaſticum jam ſe tranſtulerunt, aut poſt Bullam ſe transferent, ſi per alios tres menſes immediatè ſequentes, qui pro tribus canonicis monitionibus, ac peremptoriis terminis aſſignantur, & ſic in totum infra quindecim menſes ad Romanam curiam non redierint, deveniri poſſit ad alias pœnas per Papam declarandas, etiam uſque ad privationem dignitatis Cardinalatus incluſivè.

In quinta ibi, *ac demum.* Cardinalibus quide cætero ſine dicta licentia extra ſtatum eccleſiaſticum ſe transferent, adimitur facultas ſubſtituendi Cardinalem, Prælatum, vel alium quemcumque in ſuis officiis, Legationibus, Præfecturis, Gubernis, Protectionibus, necnon adminiſtrationibus Tituli, vel Diaconiæ, aut etiam Epiſcopatus, & Eccleſiarum etiam Patriarchalium, ac beneficiorum quorumcumque, & caſſantur indulta ſuper his conceſſa.

In ſexta ibi, *ab omnium* declaratur ab antedictis pœnis non excuſari Cardinales prætextu ſervitii, aut juſſus etiam Imperatoris, & Regum, aut diſtantiæ locorum, niſi ex cauſa in corpore juris clauſa, coram Papa allegata, & expreſſè admiſ-
24 ſa. Præſervatur tamen conſtitutio Urbani VIII. ſuper reſidentia Epiſcoporum etiam Cardinalium.

In ſeptima ibi, *Ac ulterius*, reſervatur Papæ abſolutio, & relaxatio earundem pœnarum privativè etiam quoad Collegium Cardinalium Sede vacante.

In octava ibi, *Decernentes*, Præmiſſorum obſervantia injungitur, decretum irritans apponitur, contrariis derogatur cum clauſulis adnodum urgentibus, Conſtitutio publicari, & illius tranſumptis fides adhiberi jubetur.

## DE CLERICIS NON reſidentibus.

### Cap. *Quia nonnulli.*

1 *Dignitates plures, vel Eccleſiæ uni conferri non debent, & cur. & nu. ſeqq.*
2 *Beneficia plura obtinens ex diſpenſatione an teneatur plures officium recitare.*
3 *Canonum inſtituta beneficiorum pluralitatem prohibentia unde originem duxerint.*
4 *Beneficia perſonalem reſidentiam requirentia ſunt incompatibilia.*
5 *Beneficia ſimplicia obtinentes an teneantur in Divinis deſervire per ſeipſos.*
6 *Collatio ſecundæ dignitatis, vel Parochialis ex Lateranenſi Concilio an valeat, & nu. ſeq.*

7 Amittat verbum an importet privationem ipſo jure, & nu. ſeqq.
8 Subjaceat verbum eſt latæ ſententiæ.
9 Dignitas quot modis accipiatur.
10 Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis quale ſervitium requirant, & an eas obtinentibus liceat quotannis ultra tres menſes ab Eccleſia abeſſe. & n. ſeq. uſq. in fin.
11 Trident. Concilii decreta cap. 3. ſeſſ. 21. & c. 3. ſeſſ. 22. expenduntur, & conciliantur, & nu. ſeqq.
12 Dignitatum duo genera à Concilio Tridentino conſtituuntur in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis.
13 Dignitates habentes reditus ſeparatos à Capitulo de jure communi non obligant ad reſidentiam.
14 Nec ſunt incompatibiles cum aliis beneficiis reſidentiam requirentibus.
15 Fructus præbendæ dignitatum qualiter in diſtributiones ſint convertendi, & num. 21.
16 Diſtributiones quando accreſcant inſervientibus, vel applicentur fabricæ Eccleſiæ, & num. 21.
17 Jus accreſcendi in quibus dignitatum redditibus habeat locum.
18 Appellatio à converſione fructuum in diſtributiones quando ſublata ſit à Concilio Tridentino.
19 Dignitatibus ſeparatos reditus habentibus poteſt Epiſcopus arbitrio ſuo competens ſervitium aſſignare.
20 Dignitates Cæſarauguſtanæ eodem jure cenſeri debent, quo aliæ, de quibus agitur à Concilio Tridentino, ſeſſ. 22. cap. 3.
21 Et Archiepiſcopus poteſt illis congruum ſervitium ſtatuere, & diſtributiones pro tertia parte fructuum deductis penſionibus aſſignare.

1 QUIA NONNULLI. Uni plures Dignitates, vel Eccleſiæ conferri non debent, & Eccleſia illi eſt conferenda, qui reſidere, & regere valeat per ſeipſum, alias perdet Eccleſiam, & donans conferendi poteſtate privabitur. Hoc dicit ſecundùm Joann. Andr. & omnes. & tria facit ut dicebat Hoſt. ponit vitium, adhibet remedium, imponit pœnam. Ponendo vitium tria facit. Primò ipſum nominat, ſecundò, exemplificat, tertiò, reprobat.

Nota primò ex principio textus quatuor rationes, ob quas non debet clericus eſſe pluralis in beneficiis eccleſiaſticis; Prima eſt, quia hoc procedit ex fomite avaritiæ, quæ modum non habet, ut hic, & in cap. Sicut ii, 47. diſt. & in cap. Quid dicam, 24. qu. 4. Secunda, quia vix poteſt clericus congruè in officio deſervire, & in duo diviſus plenam ſui non habet poteſtatem, ut ei, à quo ſtipendium recipit, plenius famuletur. dicit textus in c. Diverſis, ſuprà de Cler. conjug. Unde ſu-
2 mitur argumentum, ut obtinens plura beneficia ex diſpenſatione teneatur plures officium recitare, ſi poteſt, ſecundùm Petr. de Anchar. in 4. notab. Hoc tamen communiter non ſervatur, ut inquit Imola, n. 2. & Alex. de Nævo in 2. notab. quia diſpenſatus ad plura videtur ex conſequenti diſpenſatus ut in altero tantùm reſideat, & illi deſerviat, cùm in utroq; reſidere non poſſit. Facit quod notatur in c. Quia in tantum, infr. de præben. & in cap. Non poteſt, in gloſ. in ver. Retinere, eodem tit. lib. 6. Tertia ratio, quia ſic unus occupat ſtipendia plurium, & pauperes Clerici, qui poſſent hujuſmodi Eccleſias obtinere, ſtipendiis
3 privantur. Ad hoc cap. 1. 16. q. 7. Quarta, quia id obviat ſacrorum Canonum inſtitutis, ut 21. q. 1. per totam, cum concord. de quibus hîc in gloſ. 2. Quæ quidem inſtituta originem duxerunt ab Apoſtolo dicente, 1. ad Corinth. 7. Unuſquiſq; in qua vocatus eſt permaneat apud Deum, cap. 1. 21. diſt. ſecundùm Hoſt. n. 7. Jo: Andr. n. 10. & Cardin. in 3. notab. Alias rationes prohibitæ pluralitatis recenſent Hoſt. Joan. Andr. Abb. & alii in cap. Ad hæc, & ibi dixi in 1. notab. infrà de Præb. & rationes decem congeſſit Rebuff. in Praxi benefic. in tit. de diſpenſ. ad plur. à n. 2. uſq. ad n. 21. & adde S. Thomam Quodl. 8. art. 13. & quod ſcripſi in cap. Quia in tantum, à num. 3. uſq. ad n. 14. infrà de Præb. & in cap. Dudum, il 2. in 2. notab. ſuprà de elect.

4 Secundò nota ibi, Eccleſiaſticum miniſterium, non tantùm dignitates, ſed etiam alia beneficia eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam requirentia de jure communi eſſe incompatibilia. Quod intelligit Innoc. in ver. Miniſterium, ſive hujuſmodi reſidentiam requirant ex conſuetudine, ſive ex privilegio, vel ſtatuto, aut alio quovis modo legitimo. Et conſentiunt Hoſt. n. 7. & Jo: Andr. n. 10. ambo in ead. ver. Hodie hoc eſt expreſſum in decreto Concilii Trid. ſeſſ. 24. cap. 17 ibi, dummodò utrumq; perſonalem reſidentiam non requirat. Hanc materiam latiùs proſequor in c. Cùm jam dudum, & in cap. De multa, infrà de Præb. ubi plenè videas quæ beneficia hodie ſint incompatibilia, & quando per aſſecutionem ſecundi vacet primum ipſo jure.

5 Tertiò nota ibi, per ſeipſum, in beneficiis eccleſiaſticis clericos teneri per ſeipſos deſervire, nec poſſe muneri ſuo ſatisfacere per ſubſtitutũ, quia hic eſt actus, in quo cenſetur electa induſtria perſonæ, l. Inter artifices, ff. de ſolut. cap. Quoniam Apoſtolica, de offic. deleg. & hanc regulam ex hoc textu eliciunt Butr. & Imol. ambo n. 3. & Alex. de Nævo n. 5. Contrariam regulã in beneficiis ſimplicibus conſtituit Lap. in pluribus allegationibus, quia cùm de generali conſuetudine perſonalem reſidentiã non requirant, oneri deſerviendi in Divinis poteſt per alium ſatisfieri, niſi ſecus in eorũ fundatione cautum reperiatur: & illius allegationes Rota multoties ſequuta eſt, quinimò, & S. Congregatio Concilii, ut plenè ſcripſi in c. Ut Abbates, n. 62. & ſeqq. ſup. de ætat. & qualit. Nec obſtat hæc Decretalis, quia loquitur in dignitatibus, & Eccleſiis Parochialibus, aut etiam ſecundùm Innoc. in beneficiis ſimplicibus ex conſuetudine, vel ſtatuto, aut alio jure ſpeciali requirentibus perſonalem reſidentiam, ut dictum eſt in præcedenti notab. & in his ſalvari poteſt opinio Ant. de Butr. & ſequacium.

6 Quartò nota ibi, amittat, collationem ſecundæ Dignitatis, vel beneficii Curati hoc jure inſpecto non valere, prout hanc litteram intelligunt Butr. n. 4. Anchar. n. 5. & Imol. n. 3. verſ. Item
7 nota pœnam, & ita ſecundùm eos verbum, amittat, importat privationem ipſo jure. Quod etiam voluit Abb. in c. Cùm in cunctis n. 6. verſ. Non obſtat, ſuprà de elect. dicens verbum, amittat, eſſe intelligendum ipſo jure, quia de illius ſignificatu eſt, ut non requirat actualem executionem,
8 ſeu miniſterium alterius, ad inſtar verbi ſubjaceat, quod ſimiliter eſt latæ ſententiæ, ut notat gloſ. ult. in cap. un. de injur. lib. 6. & ſequitur Felin in cap. Rodulphus, n. 24. in ver. Amittat, ſuprà de reſcript.



reſcr. Quibus videtur ſuffragari hæc littera ibi, quod contra ſacros Canones recepit, amittat, quaſi dicat, quod de facto accepit, de facto amittat. Contrarium, videlicet recipientem plures Dignitates, vel beneficia curata non eſſe ipſo jure privatum, ſed privandum ſecundo, quod eſt incompatibile cum primo, tenent hîc Abb. & Alex. de Nævo ambo in ult. notab. Card. in conſ. 3. circa cividationem num. 4. Caſſad. deciſ. 2. in tit. de Conſtit. Pro quibus facit, quia verbum, amittat, non ſonat in præteritum, ſed in futurum, niſi addatur, ipſo jure. gloſ. in l. Amiſſione, §. 1. in ver. Relegati, ff. de Cap. dimin. quam rarò invenies alibi ſecundùm Baldum ibi, quem videas: tamen alia ſimilis videtur eſſe in l. Si quis in tantam, in ver. amittat, C. Unde vi, ut per Felin. ubi ſuprà. Quidquid tamen ſit, hodie hoc corrigitur per Decretalem, de multa, infrà, de Præbend. ubi recipiens ſecundam Dignitatem, vel beneficium curatum, nec eſt privatus ipſo jure, nec privandus ſecundo, ſed eſt ipſo jure privatus primo. In hac tamẽ materia tu diſtingue quinque tempora, ut dixi in c. Referente, in 1. quæſt. infrà de Præben.

9 Gloſſa 1. ponit quot modis dicatur Dignitas. Dic ut in ea, & adde Archid. & Jo: Andr. in c. 1. de conſuet. lib. 6. & Bart. in l. 1. C. de Dignit. lib. 12. Prout tamen accipitur hîc, & in cap. De multa, infrà de Præb. Dignitas eſt adminiſtratio perpetua rerum eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu, ut dixi in cap. Ad hæc, à n. 20. ead. tit. ubi plenè videas.

10 QUÆRO, Quale ſervitium hodie requirant Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis: & in ſpecie, an Dignitates, de quibus agitur à Concilio Tridentino in cap. 3. ſeſſ. 22. comprehendantur in c. 12. verſ. Præterea obtinentibus, ſeſſ. 24. ita ut illarum ſervitium ita ſit moderandum, ut eas obtinentibus non liceat quotannis ultra tres menſes ab Eccleſia abeſſe.

11 Emerſit hæc quæſtio in Eccleſia Cæſarauguſtana. Pro cujus ſolutione procedendo juxta cõſiderationes alias à S. Congregatione admiſſas circa intellectum, & concordiam cap. 3. ſeſſ. 21.
12 & c. 3. ſeſſ. 22. videtur animadvertendũ Conciliũ duo genera dignitatum, & officiorum in Collegiatis eccleſiis diſtinxiſſe, quod etiam animadvertit Navarr. in Manual. c. 27. Unum, earum dignitatum, quæ participant de reditibus Menſæ Capitularis, de quibus intelligitur cap. 3. ſeſſ. 21. Alterum, earum, quæ proprios, & ſeparatos habent reditus, & nihil habent commune cum Ca-
13 pitulo; quas etiam agnovit jus commune, ut per Oldrad. conſ. 150. & non obligant ad reſidentiã, Hoſt. in Summa tit. de cler. non reſid. §. Qualiter, n. 2
14 verſ. Item poſſunt eſſe Canonici, poſſuntque retineri cum aliis beneficiis requirentibus reſidentiam, c. Dudum, il 2. ubi Abb. n. 9. verſ. & facit optimè, de elect. & in cap. De multa, n. 21. verſ. Secunda concluſio, cum ſeq. de Præb. Staphil. de litter. grat. tit. de ætat. & qualit. benefic. n. 44. cum ſeq. & de his intel-
15 ligitur cap. 3. ſeſſ. 21. In utriſque autem dignitatibus non idem jus Concilium ſtatuiſſe, videre eſt primò in ſeparatione tertiæ partis, quia in illis fit deductio ex neceſſitate quando nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur. In his fit etiam ceſſante hac ratione, & etiamſi diſtributiones eſſent tales, quæ veriſimiliter non negligerentur, dummodò non aſcendant ad tertiam partem fructuum, & ſic in odium non reſidentium.

16 Secundò, in applicatione diſtributionum, quæ amittuntur; quia in illis diſtributiones non ſervientium accreſcunt deſervientibus in his applicantur fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco
17 arbitrio Ordinarii. Et ratio diverſitatis inter utrumque caſum non alia profectò reddi poteſt, quàm quia ubi reditus ſunt communes, inter participantes ex illis habet locum jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi. Ubi autem ſunt ſeparati, reditus qui amittuntur, nemini accreſcunt, ſed Eccleſiæ applicantur gloſ. in Clem. 2. in ver. Pars dimidia, ubi etiam Imol. col. penult. n. 10. Card. in §. Ille verò, n. 21. Vitalin. nu. 15. in fin. de ætat. & qualit. Felin. in c. Apoſtolicæ, n. 12. de ex-
18 cept. Covarr. variar. reſolut. lib. 3. c. 13. n. 7. Tertiò, in illis Epiſcopus exequitur non obſtantibus appellationibus: In his Concilium appellationes non ſuſtulit. Quartò, notanda eſt diverſitas in modo loquendi, quo Concilium de utriſque diſponens utitur: nam illa tertia, quæ deducitur vigore cap. 3. ſeſſ. 21. expreſſè mandatur converti in diſtributiones quotidianas dividendas inter dignitates, & cæteros Divinis intereſſentes, juxta diviſionem ab Epiſcopo faciendam: hæc, de qua in ſeſſ. 22. cap. 3. dividitur in diſtributiones Epiſcoporum arbitrio aſſignandas, ut
19 ſcilicet obtinentes Dignitates, ſi perſonaliter competens ibi ſervitium quolibet die ſtatuto non impleverint, illius diei diſtributiones amittant; cùm credi poſſit non abſque conſilio factum, ut in hoc Decreto ſeſſ. 22. nullam mentionem habeamus de diſtributionibus quotidianis, neque de diſtributionibus Horarum; ſiquidem de diſtributionibus quotidianis expreſſit in cap. 12. ſeſſ. 24. §. Diſtributiones verò. Nec abs re Patres Concilii Tridentini conſcii de qualitatibus harum dignitatum, quibus plerumque varia onera juriſdictionis, vel officiorum imminent; & ſcientes ſervitium, ad quod de jure aliàs præſtandum tenerentur: voluerunt competens ſervitium ab illis requirere, quod ſignificat arbitriũ hominis potiùs, quàm rigorem juris; in quo arbitrio innuerunt habendam eſſe rationem perſonarum, ibi, perſonaliter competens ſibi ſervitium. Secundùm primam editionem Aldinam in folio majori. Alii enim codices habent, competens ibi ſervitium, cum onerum talibus dignitatibus imminentium, ibi, quod ſi alicui ex prædictis.

Ex quibus minus videtur abſurdum hanc etiam differentiam inter utriuſque generis Dignitates conſtituere, ut illæ, de quibus in cap. 3. ſeſſ. 21. ultra tres menſes juxta §. Præterea, d. cap. 12. abeſſe non poſſint, teneantur ſingulis horis intereſſe, & diſtributiones ex tertia parte deducta, pro ſingulis Horis aſſignentur. Hæ verò, de quibus in cap. 3. ſeſſ. 22. ſufficiat præſtare illud ſervitium, quod competens boni viri arbitrio judicabitur, etiamſi non expleat numerum novem menſium, nec obliget ad ſingulas Horas Canonicas; & conſequenter pro ſingulis horis non ſint aſſignandæ diſtributiones quotidianæ, ſed pro illis diebus, & horis in competenti ſervitio comprehenſis. Cùm igitur Dignitates hujuſmodi Cæſarauguſtanæ ex ſententia S. Congregationis eodem jure cenſeri debeant, quo cenſentur aliæ, de quibus in cap. 3. ſeſſ. 22. declaratum-

tamque ſit Archiepiſcopum potuiſſe, & poſſe ipſis ſtatuere competens ſervitium juxta primū decretum: competens harum dignitatum ſervitium non videtur eſſe præciſè determinandū ad novem menſes, & omnium, ſingularumq; horarū intereſſentiam juxta § *Præterea*. Nec urget quod Concin d. § *Præterea*, generaliter loquatur, aptumq; ſit comprehendere obtinentes quaſcunque dignitates; quia diſpoſitio generalis ſubſequens non refertur ad ea, de quibus ſpecialiter ſupra cautum eſt, ad l. *Doli clauſula, de verb. oblig.*

21 Itaque ad dubium videtur reſpondendum; Dignitates, & officia obtinentes in prædicta Eccleſia non comprehendi in d. § *Præterea*, nec teneri illud ſervitium præſtare ad eum modum, qui præſcribitur, d. § *Præterea*. Sed Archiepiſcopum poſſe ſervitium illis congruum ſtatuere, ex *cap. 3 ſeſſ. 22*, illudque pro muneribus, & oneribus ipſis dignitatibus incumbentibus moderari, ſimulque rationem habere habitantium extra clauſtrum, in præſcribendis videlicet horis, quibus intereſſe quiſque teneatur. Et juxta horas, & dies ſervitii ad hunc modum determinatum dividendas eſſe diſtributiones in tertia parte quorumcumque fructuum, & proventuum earum Dignitatum, & officiorum deſumptas, deductis tamen penſionibus, aliiſque legitimis oneribus quamdiu duraverint. Quæ quidem diſtributiones ab iis, qui ſpecialiter ſtatuto tempore non deſervierint, amittantur, & fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco juxta Decretum ejuſdem, *cap. 3*, applicentur, Et ita S. Congregatio reſpondit.

## De Clericis non reſidentibus.

### *Cap. Relatum.*

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentatus ad Eccleſiam non confirmatus ſi nolit reſidere, non inſtituitur; & confirmatus privatur appellatione remota.*

2 *Verba in quacumque diſpoſitione cum effectu ſunt accipienda.*

3 *Beneficia ſunt illis conferenda, qui velint, & poſſint reſidere, & curam per ſeipſos exercere.*

4 *Beneficium recipiens non intendens reſidere, vel intendens donec aliud pinguius adipiſcatur, non dicitur canonicè promotus.*

5 *Prælatus inferior poteſt ex juſta cauſa impertiri licentiam Clerico à ſua Eccleſia abſcedendi. Declaratur num. 7.*

6 *Prælatorum appellatione veniunt etiam inferiores Epiſcopo.*

8 *Prælatus dicitur qui habet in loco ordinariam juriſdictionem.*

9 *Prælatus largè dicitur quilibet Clericus habens curam animarum.*

10 *Beneficiatus ut licitè abeſſe poſſit, copulativè requiritur honeſta cauſa, & Prælati licentia, & num. 29.*

11 *Prælati etiam in caſibus à jure permiſſis ſine juſta cauſa non diſpenſant contra jus.*

12 *Beneficiatus ut licitè abeſſe poſſit, requiritur Prælati licentia petita, & obtenta. & n. 29.*

13 *Et Prælato renuente, poteſt adiri ſuperior, qui eum compellat licentiam concedere ſubſiſtente legitima cauſa.*

14 *Beneficiatus ſi neceſſitas repentina occurrat, poteſt abſcedere etiam Prælato inconſulto, & n. 33. & ſeqq.*

15 *Licentia Epiſcopi an requiratur ut beneficiati abeſſe poſſint temporibus à Concilio permiſſis.*

16 *Canonici ut abeſſe poſſint tribus menſibus à Concilio permiſſis, nec Epiſcopi, nec Capituli licentia, nec cauſa requiritur.*

17 *Epiſcopi ut æqua ex cauſa poſſint quotannis duos, vel tres menſes abeſſe, Papæ, vel Metropolitani licentia non exigitur.*

18 *Licentia an requiratur, ut docentes, vel ſtudentes in Theologia percipiant in abſentia fructus Præbendarum ſuarum.*

19 *Dictio omninò, quid importet.*

20 *Parochi etiam per duos, vel tres menſes abeſſe non poſſunt, niſi cauſa prius per Epiſcopum probata, ac de illius licentia in ſcriptis.*

21 *Dictio*, quandocumque, *comprehendit omne tempus.*

22 *Conſtitutio Epiſcopi, ut Parochi abeſſe non poſſint ultra duos dies, valida eſt.*

23 *Statum prohibentes quempiam Curatus ab Eccleſia abſit, etiam unicum diem ſine Epiſcopi licentia ſub pœnis pecuniariis, non eſt contra Concilium Tridentinum.*

24 *Addendum tamen ſtatuto ut detur facultas Vicariis foraneis concedendi talem licentiam.*

25 *Parocho licet abeſſe ſex, vel ſeptem dies ad inviſendum parentes ſenes, & pauperes.*

26 *Requiritur tamen licentia Epiſcopi, & n. 32. & 49*

27 *Parochus an poſſit abeſſe ſine Epiſcopi licentia ob ſolam diſtantiam loci ab Epiſcopo cum æqua diſcedendi cauſa, & n. 29, uſq; ad n. 50.*

28 *Et an habens juſtam cauſam abſcedendi per duos, aut tres menſes ſatisfaciat ſuæ conſcientiæ, ſi juret gravem ſe habere cauſam, & licentiam petat, licet non obtineat, & n. 49. & ſeqq.*

29 *Parochus de jure communi abeſſe non poteſt etiam ex juſta cauſa ſine Ordinarii licentia petita, & obtenta.*

30 *Licentia ſuperioris ubi requiritur, videtur eidem reſervata cognitio, an caſus ſit licitus.*

31 *Abſentia illicita Beneficiato non permittitur, etiam cum licentia.*

32 *Curatis inferioribus non licet abeſſe etiam per hebdomadā abſq; licentia Epiſcopi in ſcriptis, & n. 49*

33 *Parochus abeſſe non poteſt ſine licentia, niſi cauſa tantam requirat celeritatem, ut Epiſcopus conſuli non poſſit.*
*Etiam per hebdomadam, num. 49.*

34 *Cauſa repentina an in foro conſcientiæ excuſet Parochum ab obtinenda licentia abeundi extra Parochiam, & n. 45.*

35 *Abſentia quæ cenſeatur remota, arbitrarium eſt.*

36 *Cauſas abſentiæ repentinas Epiſcopus non tenetur Metropolitano ſignificare.*

37 *Caſus repentini æquiparantur neceſſitati, quæ non ſuccumbit legi.*

38 *Reſidentiæ decreta non ſunt amarè intelligenda.*

39 *Statuta Epiſcoporum ne Parochi abſint ultra duos dies, licet non ſint contra Concilium Tridentinum, ex iis tamen jubetur tolli pœna excommunicationis.*

40 *Excommunicatio non infligitur, niſi pro culpa mortali.*

41 *Parochi ab Eccleſia abſentes contra decretum Concilii Tridentini peccant mortaliter, niſi modicitas temporis eos excuſet*

42 *Vicarii foranei licentia permittitur ſufficere ut Parochus abeſſe poſſit in caſibus repentinis.*

43 *Vicarius foraneus non eſt ordinarius.*

44 *Vicarius Generalis an poſſit concedere Parocho licentiam abſcedendi.*

45 *Parochus abſens ex cauſa repentina, ac neceſſaria ſine licentia an excuſetur in foro fori.*

46 *Epiſcopi judicium qualiter ſit informandum in cauſis abſentiæ Parochi.*

47 *Parochus abſcedens ſine licentia ex cauſa repentina non excuſatur à pœna, niſi aut ſtatim revertatur, aut Epiſcopum certiorem faciat.*

48 *Licentia debet præcedere, nec ſufficit tacita ubi requiritur expreſſa.*

49 *Ignorantia juris non excuſat Parochum abſentem per hebdomadam, etiam ex juſta cauſa, ſine licentia Epiſcopi.*

50 *Juramento Parochi ſuper neceſſitate cauſarum abſentiæ non ſtatur.*

51 *Conſcientiæ ſuæ quis relinquitur in materia indifferenti, non autem in prohibita.*

1 RELATUM. Præſentatus ad eccleſiam non confirmatus, quem apparet nolle reſidere, non inſtituitur. Et confirmatus ſine juſta cauſa non reſidens, privatur appellatione remota hoc dicit. Sunt duæ partes. In prima ponitur exceſſus. In ſecunda proviſio, ibi, *Cùm igitur*.

2 Nota primò in quacunque diſpoſitione verba cum effectu eſſe accipienda, ut hîc in littera, & in § *Has autem verba de pœniten. diſt. 1.*, & in l. 1, § *Hæc autem verba ff. quod quiſq. jur.* cum concord. de quibus hîc per glo. 3. & Hoſt. *n. 1, in ver. Cùm effectum*. Nam rebus, & non verbis legem imponimus, cap. *Pſalmiſta, 23. diſt.* cap. *In Canonibus, verſ. Cuſtodes chartarum, 2. q. 1.* l. 2 *in fin. C. commun. de legat.* Ergo ut Abbas *hîc* dicit *in 3. notab.* rejiciendus eſt intellectus, qui ſolum ſervit de vento, & deſervit verbis, & non rei, ut in cap. *Commiſſa*, § *Porrò, de elect. lib. 6.*

3 Secundò nota, beneficia eccleſiaſtica eſſe illis conferenda, qui velint, & poſſint reſidere, & curam per ſeipſos exercere, ut hîc in littera, & in cap. *Quia nonnulli ſupra eod.* unde deducit Hoſt.

4 *hîc n. 2. in ver. Amoveri*, ut ſi quis recipiat Eccleſiam, vel Præbendam non intendens reſidere, vel intendens quouſque aliam pinguiorem poterit adipiſci, minus Canonicè promoveatur. Simile in c. *fin. infra de conceſſ. præb.* & in cap. *Sicut vir, 7. q. 1.* Ex tali enim animo ſequitur ambitio, cap. *Quia in tantum*, & cap. *Cùm jam dudum, infrà tit. præb.* licèt hujuſmodi peccatum per pœnitentiā aboleatur, arg. c. *fin. inf. de ſimon.* Et hæc dicta Hoſt. ſequuntur Jo: Andr. *n. 3. in ver. Amoveri*, & Card. *in 3. not.* De quo tamen dic plenius, ut habetur in d. cap. *Commiſſa*, § *Cæterum, de elect. lib. 6.*

5 Tertiò nota, non tantum Epiſcopum, ſed etiā Prælatum inferiorem poſſe ex juſta cauſa impertiri licentiam clerico, ut à ſua eccleſia, vel beneficio abeſſe poſſit. Ad hoc cap. *Licet Canone, in fine de elect. lib. 6.* & tenent hîc Innoc. *in fine*, Hoſt. *n. 3.* & communiter DD. ut teſtatur Abb.

6 *n. 4.* & ſtatim clarè deducitur ex hac littera, quæ non loquitur de epiſcopis, ſed de Prælatis, ibi, *ſuorum Prælatorum*, quorum appellatione veniunt etiam inferiores Epiſcopo. cap. *Cùm ab Eccleſiarum*, ubi optimus textus *ſupra de offi. Ordin.* cap. *fin. infra de regular.* gloſſ. in Clem. 1. *in ver. Prælatum, de elect.* plenè Abb. in cap. 2. *num. 16. de judic.*

7 Cæterum etſi DD. ſimpliciter tranſeant, hoc tamen ego intelligo ſi inferior Prælatus habeat proprium territorium, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem privativè ad Epiſcopum, alias enim abſcedendo, licentia non ab inferiori Prælato, ſed ab Epiſcopo petenda eſſet, ut meo tempore reſpondit S. Congregat. Concilii ad Archiepiſcopo Theatino conſulta, & ſæpè alias. Ad hoc gloſſ. notab. in Clem. 1. *in ver. diutiſſime, de foro*

8 *compet.* Et quod ſcripſi in cap. *Accedentibus, in ſi. de exceſſibus Prælator.* & in cap. *Significaſti, ſupra de offic. ar. bis.* Et videtur de mente Innoc. & Doctorum hic, quia ſtrictè, & propriè Prælatus dicitur, qui habet in loco ordinariam juriſdictionem, ut in d. c. 2. *de judic.* & ibi gloſſ. *ult.* & Abbas, *n. 16.* licet, latè ſumpto vocabulo, quilibet Clericus

9 habens curam animarum dicatur Prælatus, ut probatur in cap. *Tua de Cler. ægrotan.* & minùs latè Prælatorum appellatione intelligantur etiam alii habentes prærogativam majorem ſine juriſdictione, ut Plebani, Decani, Archipreſbyteri, & conſimiles, ut in cap. 1. *de ætat. & qualit.* & in cap. *Romana*, § *Nec etiam, de foro compet. lib. 6.* ſed ſtrictè, ut prædixi, inferiores Epiſcopo non dicuntur Prælati, niſi habeant ordinariam juriſdictionem, & ad effectum, de quo agitur nullam habeant excluſis Epiſcopis, juxta gloſſ. ante prædictam in d. Clem. 1. *de foro compet.* quam ita ſequuntur Cardin. Anchar. & alii communiter.

10 Ultimò nota, in verſ. *Niſi forte*, ad hoc ut clericus beneficiatus licitè abeſſe poſſit à beneficio, duo copulativè eſſe neceſſaria, videlicet honeſtam cauſam, & Prælati licentiam. Ergo ſola cauſa utcunque honeſta, & rationabilis ſine Prælati licentia, & diſpenſatione non ſufficit, ut *hîc*, & in cap. *Non oportet, de conſecrat. diſt. 1.* & in cap. *Magnæ, de voto.* Sicut neque è converſo ſufficit licentia Prælati ſine honeſta, & rationabili

11 cauſa. Et eſt ratio, quia Prælati etiam in caſibus à jure permiſſis ſine juſta cauſa non diſpenſant contra jus, cap. *Inſtructio*, 25. *quæſt. 2.* & cap. *Dilectus*, & ibi, Dixi, *de tempor. ordin.* Plenè Archid. in cap. *Licet Canon. num. 3. verſ. Et ibi, aſſertive dixit, de elect. lib. 6.* Et hodie eſt expreſſum in Decreto Concilii Trident. *cap. 18. ſeſſ. 25.*

Nec prædictis obſtat, quod cum hæc Decretalis dicit, vel ſtudio litterarum, videatur velle ut ſtudii cauſa beneficiatus abeſſe poſſit ſine alia licentia, ponderando disjunctivam, *vel*, quæ facit caſum diverſum à præcedenti, Sicut de copula, not. gloſ. *Rubr. ff. de jur. & fact. ignoran.* Etenim verba illa, *de licentia Prælatorum*, referri debent ad ſequentes caſus de ſtudio, & de aliis honeſtis cauſis. Et poſteriora verba, *vel ſtudio litterarum*, &c. debent intelligi expoſitivè, non autem disjunctivè, ut poſt gloſſ. *penult.* declarat Hoſt. *n. 3. in ver. Suarum*; dicens hunc eſſe verum intellectum, & Card. *n. 6. in 2. oppoſit.* ut hic ſenſus facilè percipitur legendo litteram ordine inverſo, videlicet, *Niſi forte aut ſtudio litterarum, aut pro aliis honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe de licentia ſuorum Prælatorum.* Simile in cap. *De cætero inf. eod.*

12 QUÆRO, An ut beneficiatus licitè abeſſe poſſit, ſufficiat Prælati licentia petita, licèt non obtenta.

Reſp. non ſufficere, ut probatur in c. *Non oportet, 1. primo*, & ibi gloſ. *penult. de conſ. diſt. 5.* & in c. *Cùm cœtu, de elect. lib. 6.* Ubi enim lex requirit licentiam ſuperioris, duo intelligitur requirere, id eſt, ut petatur, item ut obtineatur, l. 2. juncta gloſ. *C. de in jus vocan.* Et hanc eſſe generalem regulam dicit Ripa *in tract. de Peſte, in tit. de privileg. contract. n. 142.* poſt Jaſ. in §. *Pœnales, col. 3.* per illum textum, *inſtitut. de act.* Unde non ſufficit petita, niſi in caſu in jure expreſſo, ut in c. *Licet, infr. de regular.* ut hic per Card. *n. 4. in 4. notab.* & Abb. *n. 5.* Et eſt ratio, ut dicam infrà *num. 28. & ſeqq.* Nec refragatur, quod jura nonnunquam exprimant licentiam petitam, & obtentam, ut in cap. *Religioſus de teſtam. lib. 6.* & in Clem. *un. eod. tit.* Etenim hoc factum ad majorem declarationem, quia in caſu illo controverſum erat apud Doctores, An Religioſus poſſet eſſe executor teſtamenti de licentia ſui Superioris petita, licet non obtenta. Ad quam dubitationem ſubmovendam facta eſt illa expreſſio, ut not. gloſ. in d.

13 Clem. in ver. *Obtenta*, Quod ſi Clerico poſtulanti Prælatus renueret licentiam impertiri, poſſet haberi recurſus ad ſuperiorem ipſius Prælati; & ſubſiſtente rationabili cauſa, poſſet idem ſuperior Prælatum compellere ad eam concedendam, arg. c. *Nullus, de jurepatr.* ſecundùm Abb. *hic n. 6. verſ. Sed diceres tu*, & Ripam *de Peſte in d. tit. de privilegiis contractuum n. 139.* & cenſuit S. Congregatio Concilii, ut dixi in cap. *Licet, n. 7. infrà tit. prox.*

14 Ceterùm ſi neceſſitas ſubitò occurreret, beneficiatus poſſet abſcedere, etiam ſuo Prælato inconſulto: nam multoties tempus, ſeu locus non patitur licentiam peti, Ad hoc l. 1. *ff. de exercit. action.* & l. *Tutor qui repertorium, ff. de adminiſtr. tutor.* & tenent Doctores in cap. *Inter quatuor, infrà eod.* Ripa *loco cit.* & Abb. *hic n. 6. verſ. Item adde.* Quod tamen intellige, ut dicam infrà n. 35. & 45.

15 QUÆRO ſecundò, An temporibus à Concilio Tridentino permiſſis beneficiati abeſſe poſſint ſine Epiſcopi licentia.

16 Pro ſolutione diſtingue, Aut agitur de obtinentibus Dignitates, Canonicatus, Præbendas, vel portiones in Cathedralibus, & Collegiatis eccleſiis. Et hoc primo caſu jam reſpondit S. Cõgregatio, ut prædicti abeſſe poſſint tribus menſibus à Concilio permiſſis, in c. 12. §. *Præterea, ſeſſ. 24.* nec Epiſcopi, nec Capituli licentiam, nec cauſam requiri. Circa quod tamen vide quæ ſcripſi in d. c. *Licet, à n. 48. & præſertim n. 52. infrà tit. prox.*

17 Aut agitur de Parochis, & aliis obtinentibus beneficia, quibus cura animarum incumbit. Et in his difficultas emergit, quia Concilium in *d. c. 1. ſeſſ. 23. in verſ. Quoniam*, declarat epiſcopis licere duos, aut tres menſes ſingulis annis abeſſe à ſuis eccleſiis, cùm ex veterum Canonum ſententia qui aliquantiſper tantùm abſunt, non videntur abeſſe. Manifeſtum eſt autem ut epiſcopi hos tres menſes abeſſe poſſint, Summi Pontificis, aut Metropolitani licentiam non requiri; quia Concilium etſi præcipiat legitimas abſentiæ cauſas eſſe à Romano Pontifice, vel Metropolitano examinandas, tamen cauſam in prædictis tribus menſibus abſentiæ dicit tantummodò debere æquam eſſe, eamque abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam, & timoratam fore, cùm Deo corda pateant, cujus opus non fraudulenter agere ſuo periculo tenentur. Itaque & epiſcopi duos, vel tres menſes abeſſe poſſunt, non requiritur ut cauſa ſit probata à ſuperioribus, & conſequenter alia licentia non exigitur, cùm id faciant authoritate illius

18 Decreti. Ad hoc gloſſ. in c. *Super ſpecula, in ver. de licentia, infrà de magiſtr.* ubi cùm textus dicat, Docentes, & ſtudentes in Theologica facultate per annos quinque percipere debere de licentia Sedis Apoſtolicæ proventus præbendarum ſuarum, Gloſſa exponit illud verbum, *licentia*, id eſt generali conceſſa authoritate illius Conſtitutionis, ita ut non ſit neceſſe aliam indulgentiam impetrare. Simile in c. *Non debere, 80. diſt.* in cap. *Conſtit. 16. q. 1.* & in c. *Quoniam, 100. diſt.* cum aliis allegatis in gloſſa. Ergo idem videtur dicendum de Curatis inferioribus; quia quæ fuerunt diſpoſita de Epiſcopis, Concilium ad inferiores Curatos extendit in illis verbis, (eadem omninò etiam quoad culpam, fructuum amiſſionem, & pœnas de Curatis inferioribus SS. Sy-

19 nodus declarat, & decernit.) Maximè ponderando illam dictionem, *omninò*, quæ idem importat quod *totaliter*, ut per Jo. Andr. in c. *Si beneficia, de Præb. in 6.* Et in omni caſu ſecundùm Bartol. in l. Græce §. *poſt litem, ff. de fidejuſſor.* Quas ſignificationes, præter alias plures, ponit etiam Felin. in c. *Ex parte, il primo, in prin. verſ. Dicunt hic Moderni, de offic. deleg.*

20 Sed his non obſtantibus, tenendum eſt inferiores Curatos non poſſe ab Eccleſia abeſſe, etiam per illud ſpatium duorum, vel trium menſium ſine licentia Epiſcopi in ſcriptis obtenta. Quia Decretum d. *cap. 1. ſeſſ. 23. in verſ. Eadem*, etſi totaliter extendat diſpoſita circa reſidentiam Epiſcoporum ad Curatos inferiores; tamen immediatè ſubnectit limitationem his verbis: (ita tamen, ut quandocunque eos, cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata, abeſſe contigerit, Vicarium idoneum relinquant. Diſcedendi autem licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam ultra bimeſtre tempus, niſi ex gravi cauſa,

21 non obtineant.) Pondera primò illam dictionem, *quandocunque*, quæ comprehendit omne tempus, & conſequenter etiamſi contigerit Parochos abeſſe duos, aut tres menſes, oportebit cauſam priùs cognoſci, & approbari ab Epiſcopo. Deinde pondera ſequentia verba, quæ apertè innuunt abſcedendi licentiam eſſe omni tempore in ſcriptis, & gratis concedendam. Sed *ultra bimeſtre, non niſi ex gravi cauſa.* Quæ cùm ita ſint, non licet inferre ab Epiſcopis ad inferiores Curatos, in quibus verba Concilii clara non admittunt interpretationem, ſeu voluntatis conjecturam. l. *Licet Imperator, ff. de legat. primo.* Abb. *conſ. 97. Viſo inſtrumento, n. 1. verſ. Et primò quia, lib. 2.* Atque ita ſemper intellexit hoc Decretum S. Congregatio, imò conſulta, an valeat conſtitutio epiſcopi, ut Parochi non poſſint abeſſe ultra duos dies ſine licentia; reſpondit valere.

23 Quinetiam cùm Epiſcopus Brixien. eſſet editurus conſtitutionem prohibentem ne quiſpiam curatus abeſſet à ſua Eccleſia, etiam unicum diem ſine ejus licentia ſub pœnis pecuniariis. Et Parochi ejus diœceſis dubitarent, An id epiſcopo liceret, cùm ex Concilio *cap. 1. ſeſſ. 23.* qui pauliſper abeſt à ſua eccleſia non videatur abeſſe: S. Congregatio cenſuit non poſſe declarari

tale



tale ſtatutum eſſe contra Concilium, quod videtur velle ne paulum poſſit abeſſe Rector abſque licentia Epiſcopi, etiam per unum diem.

24 Expectandum tamen ut Epiſcopus edat Conſtitutionem quæ [illegible] cum aliquo temperamento, poterit permitti; Sin minus, S. Congregatio curabit addi, ut alicui ex Vicariis foraneis detur facultas concedendi talem licentiam.

25 Nec prætermittendum ad effectum, quod dum Parochus quidam Ordinis poſtulaſſet declarari, an liceret ſibi à ſua Eccleſia ſex, vel ſeptem dies abeſſe [illegible] cauſa ſuos parentes ſenes, & pauperes [illegible] locum diſtantem per dietam à Parochia-

26 li, Reſponſum fuerit licere, ubi quidem S. Congregatio tunc conſulta ſolùm tantummodò ſuper cauſa abſentiæ; & ad conſultationem reſpondit, exiſtimavit eandem illam eſſe æquam, & qualem exigit Concilium in d. c. 1. *ſeſſ. 23. ibi, dummodo id æqua ex cauſa fiat.* Sed de licentia nihil fuit quæſitum. Unde hoc reſponſum intelligi debet de licentia Epiſcopi, juxta declarationes aliàs editas.

27 QUÆRO tertiò, An ob ſolam diſtantiam loci ab Epiſcopo cum æqua diſcedendi cauſa Parochus poſſit abeſſe à ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta.

28 Anne habens juſtam cauſam abeundi extra Parochiam per duos, aut tres menſes, ſatiſfaciat ſuæ conſcientiæ, ſi petat licentiam, jurans gravem ſe habere cauſam, quam non expediat manifeſtare, ut ſic petita licentia abeſſe poſſit, licet Epiſcopus non concedat.

29 Pro ſolutione dubii præmittendum, Curatos ex diſpoſitione juris communis non poſſe à reſidentia abſcedere, etiam ex juſta cauſa, ſine licentia Ordinarii, ut eſt textus hic, ubi not. Abb. *n. 1.* poſt gloſ. in c. *Præſentium*, & c. *Si quis in Clero, 7. q. 1.* & diffuſè eſt ſuprà in ultimo notabili, nec ſufficit licentiam fuiſſe petitam, niſi obtenta fuerit, c. *Tua*, ubi Abb. *n. 3. infrà eodem*, & pariter eſt

30 diſtinctum ſuprà in *quæſt. 1. n. 12.* Ratio eſt, quia ubi requiritur Superioris licentia, videtur ſibi reſervata cognitio, utrùm caſus ſit licitus, Abb. in cap. *Vt ſuper, n. 17. de rebus Eccleſ. non alienan.* quaſi jus voluerit occurrere ne quis indiſcretè agatur, &

31 providere etiam in caſibus licitæ abſentiæ; nam illicita abſentia non permittitur etiam cum licentia, ut hic per Abb. *n. 1.* conſtat ut tradita per eundem Abb. in cap. *Ex parte, 1. cum ſequent. de Eccleſ. ædifican.*

Hanc juris communis diſpoſitionem Concil. Tridentinum non ſolùm probavit ſuis decretis, ſed expreſſius, & arctius ſtatuit Epiſcopos, & inferiores Curatos non poſſe à ſuis Eccleſiis abeſſe, niſi ex certis cauſis, & modis explicatis in cap. 1. *ſeſſ. 23.* ubi quamvis Epiſcopis indulgeatur aliquando longius abſentiæ ſpatium, ibi, *duos, aut ad ſummum tres menſes*, & relinquatur eorum conſcientiæ judicium ſuper æquitate cauſæ, nec requiratur licentia pro dicto tempore, ut oſtenſum eſt ſuprà n. 17. inferioribus tamen Curatis [illegible] non eſſe idem indulgendum. [illegible] verſ. *Eadem omnino*, ad [illegible] in verſ. *Ita ta-*

32 *men*, ut dixi latiùs in *præced. quæſt. num. 20.* Unde judicavit non valere argumentum [illegible] Hoc licet Epiſcopis per Concilium, ergo & inferioribus. Hinc S. Congregatio cenſuit non poſſe Parochos etiam per duos menſes, imò nec per hebdomadam abeſſe abſque licentia Epiſcopi, quæ cauſa cognita, & in ſcriptis concedenda eſt.

33 Quibus præmiſſis ad primum dubium reſpondetur, non poſſe, niſi cauſa gravi, & neceſſaria immineret, quæ tantam celeritatem requireret,

34 ut Superior pro licentia conſuli non poſſet. Quia ſola diſtantia, aut caſus repentinus non relevant à petitione licentiæ, argumento eorum, quæ de conſenſu Superioris requirendo in alienatione rerum Eccleſiæ tradit Abb. in cap. *fin. num. 8. de Eccleſ. ædifican.* & cumulat. Redoan. *in tract. de reb. Eccleſ. non alienan. ſol. 271. & ſol. 308. num. 9.* Nam etiam de jure illa tantum abſentia cenſetur excuſat, quæ habetur pro impotentia, Bellam. *deciſ.*

35 662. *num. 1.* facit cap. *Conſtitutum, de reſcript.* Quæ autem abſentia cenſeatur remota, arbitrarium eſt, ſecundum gloſ. 1. in cap. *unic. Ne ſede vacan. lib. 6.*

36 Non obſtat Concilium in dicto c. 1. *ſeſſ. 23. ibi, niſi cum aſperitate inciderit.* Ubi videntur excipi cauſæ notoriæ, & repentinæ, ut eaſdem ſignificari quidem ſit neceſſe. Quia illud ſpeciale eſt in abſentia Epiſcoporum, quibus, ut præmiſſum eſt, plus indulgetur, quàm inferioribus. Et illæ cauſæ non aptantur ad inferiores, ut patet ibi, *propter aliquod munus Epiſcopale ab eis abſentem.* Imò retorquetur argumentum: Nam ſi neceſſe fuit ponere hanc exceptionem in Epiſcopis, ut excuſarentur; Cùm non ſit eadem repetita in inferioribus, quoad ipſos manebit regula, de qua in verſ. *Ita tamen.*

Hæc autem ſuprapoſitæ Regulæ exceptio circa celeritatem deſumi poteſt, argum. l. 1. *in princ. ff. de exercit. act.* & eſt de mente Hoſtienſ. & aliorum in cap. *Inter quatuor, infrà eodem*; & præſertim Abb. in *num. 6.* ut dixi *ſuprà num. 14.* Quibus adde Archid. *deciſ. 13. num. 34.* Felin. *in c. Quærelam, num. 1. de jurejur.* & in cap. [illegible]

37 [illegible] Ratio eſt, quia talis caſus æquiparatur neceſſitati, & neceſſitas non ſubjacet legi, Felin. *in d. cap. Quærelam*, Dec. in l.

38 *Quæ propter neceſſitatem, de regul. jur.* Et quæ ſtatuta ſunt de reſidentia, non ita ſtrictè intelligenda ſunt, ut tradit poſt gloſſam in Clem. 1. *§. penult. n. 21. de foro compet.*

39 Neque aliter Decreta Concilii S. Congregatio videtur intellexiſſe, quando in nonnullis ſtatutis Epiſcoporum circa prohibitionem abſentiæ, etiam ad paucos dies, [illegible] deſideravit aliquod temporis ſpatium, licet ſenſerit non poſſe talia ſtatuta declarari eſſe contra Concilium, ut dixi ſuprà *n. 23. & ſeq.* Et propterea ſtatuit pœnam excommunicationis impoſitam adverſus

40 eos, qui per duos dies abfuiſſent; Cùm alioqui legitimè imponatur ubi [illegible] peccati mortalis, 11. *q. 3. c. Nemo* & cap. *Nullus*, quærentes tamen utrùm abſentes contra Decre-

41 tum Concilii, *d. c. 1. §. Dum autem*, niſi modicum

42 temporis excuſet. Hinc ideò S. Congregatio permiſit in caſibus repentinis pro abſentia modici temporis ſufficere licentiam Vicarii foranei, cùm alioquin Concilium requirat licentiam Ordinarii

43 *c. 1. Eadem omnino.* Et Vicarius foraneus non eſt Ordinarius, ſed ſolùs Vicarius Generalis, ut not. per gloſſ. & DD. in cap. *Romana, in princ. de appell. lib. 6.*

44 Imò ſatis poterit dubitari etiam de Vicario Generali, maximè exiſtente in diœceſi Epiſcopo, per cap. 2. *de offic. Vic. lib. 6.* & cap. *Cùm ſuis, de temp. ordinat. lib. 6.* & not. per gloſ. & Card. in Clem. 1. §. *Porro, de foro compet.*

poſt eorum obitum per N. & N. quos elegit in patronos dictæ Eccleſiæ, manuteneri debeant duo Capellani, qui omni die reſidentiam faciant in dicta Eccleſia, & qui celebrent, & celebrare debeant Miſſas in eadem.

Præſens quæſtio duas habet inſpectiones. Altera eſt, an capella, de qua agitur, ſit Sacerdotalis. Altera an requirat Sacerdotium actu. Quoad primam inſpectionem, omiſſa priori clauſula fundationis, de qua inter partes non controvertitur, videtur reſpondendum capellam eſſe Sacerdotalem ex poſterioribus illis verbis; Manuteneri debeant duo Capellani, qui omni die reſidentiam faciant: Non quia directè teſtator juſſerit eligi Capellanos Presbyteros, ſed quia cenſetur voluiſſe, ut eligantur Capellani, qui per ſeipſos Miſſas celebrent, quod perinde eſt, ac ſi voluiſſet ut Pres-
11 byteri eligerentur. Quamvis enim ſæpè alias S. Congregatio Concilii, & præſertim *die 6. Iulij* 1581. quam Rota ſecuta eſt in cauſa Romana Capellaniæ coram Card. Pamphil. declaraverit non teneri Capellanum ſacros Ordines ſuſcipere, ſed per alium Miſſarum oneri ſatisfacere poſſe, dummodò in fundatione cautum non ſit, ut Capellanus per ſeipſum celebret, ſecuta opinionem
12 Lap. *in ſuis allegat. videlicet 36. 116. & 117.* Nihilominus in caſu præſenti ſatis videtur cautum in fundatione, ut capellanus debeat per ſeipſum inſervire ex illis verbis. Et qui omni die reſidentiam faciant in dicta Eccleſia, ex pluribus.
13 Et primò, quia cùm dicta capella nec parochialis ſit, nec collegiata, ac proinde onus non habeat curæ, vel chori, ex nullo alio capite poterat exigere reſidentiam, quàm ratione celebrationis Miſſarum. Sed oneri reſidentiæ de jure etiam in beneficiis ſimplicibus non poteſt per alium ſatisfieri, ut hic, & in cap. *Super inordinata*, ubi DD. infra de præben. Ergo nec Miſſis celebrandis, quarum ratione in caſu præſenti requiritur reſiden-
14 tia, id eſt perſonale ſervitium. Nam alioquin onus reſidentiæ fruſtrà fuiſſet impoſitum à teſtatore, niſi Capellanus teneretur per ſeipſum inſervire, cap. *Quia nonnulli ſupra, eod.* Benè Card. in Clem. *unica num. 22. de ſoro compet.* ubi ait onus reſidentiæ eſſe intelligendum cum effectu, præſertim cùm hoc caſu Capellani arctentur ad reſidentiam continuam, ut in verbis, *omni die.*
15 Et per hoc reſpondetur ad *allegat.* Lap. 116. *n. 9. in fin. verſ. Etſi dicat,* ubi dicit Parochum licet teneatur ad reſidentiam, poſſe tamen per alium celebrare, cum non teneatur per ſeipſum. Id enim ſi verum eſt, procedit, quia illa reſidentia in Parocho ſatis operatur, id [illegible] quoad Sacramentorum adminiſtrationem, Verbi Dei prædicationem, &c. At in caſu, de quo agitur, eſſet omninò inutilis, cùm nullum aliud onus adſit, quàm celebratio Miſſarum.
16 Secundò, Reſidere nihil aliud eſt, quàm deſervire, ut hic eſt textus apertus in illis verbis, *vel quod eidem Eccleſiæ non deſerviat,* & notat Hoſt. in *Sum. de cler. non reſid. n. 2. verſ. Qualiter autem,* & expreſſius Card. in Clem. 1. *n. 22. verſ. Decimo tertio quarto, de foro comp.* Sylv. *in verbo Reſidentia, in princ.* Præpoſit. in cap. *Pervenit, n. 4. verſ. Et nota quòd reſidere eſt deſervire, 7. quæſt. 1.* Sed Capellani hoc caſu tenentur reſidere per ſeipſos, cùm non admittatur reſidentia per ſubſtitutum, d. c. *Super inordinata*; ergo etiam tenentur per ſeipſos inſervi-
re. Unde Navarr. *conſ. 6. n. 3. de cler. non reſid.* aſſe-
17 rit hæc verba *reſideat, interſit, canter,* vel *ſerviat,* eſſe æquipollentia, cùm præſertim reſidentia, de qua in caſu noſtro, ſit de illa ſpecie arctiori, quam ponit Innoc. in cap. *fin. in fin. de Preb.* ob verba illa fundationis, *omni die.* Quo caſu requiritur ſervitium magis præciſum, ut per Innoc. *ibi*: & Navarr. *conſ. 4. n. 4. de cler. non reſid.*

Tertiò. Cùm teſtator locutus eſt de reſidentia, dicendus eſt intellexiſſe de illa, quam requirunt hujuſmodi beneficia ſimplicia de jure comm. ut in hoc c. *Oldr. conſ. 140. num. 3. ver. Etſi dicatur.* Rebuff. *in prax. tit. de non reſid. n. 7.* Anch. *conſ. 235. n. 3.*
18 Sed beneficia de jure communi requirunt reſidentiam perſonalem, ut dixi ſuprà *in 1. notab.* & tradit Abb. in d. cap. *Super inordinata, num. 5.* ubi nota, inquit tex. apertum, quòd quis tenetur per ſe deſervire etiam in beneficio ſimplici. Et eſt communis DD. concluſio, ut teſtatur Navarr. *conſ. 6. n. 2. de cler. non reſid.* Ergo & beneficium de quo agitur requirit perſonalem reſidentiam, quaſi videatur rediiſſe ad primævam naturam ſuam, arg. l. *Si unus, §. Pactus ne peteret, ff. de pact.*
19 Quartò, Verba illa fundationis, *& qui celebrent, &c.* faciunt relationem præcedentium cum omnibus qualitatibus, Bartol. in l. *Si quis ſervus, §. fin. verſ. Sed quare, de leg. 2.* Alex. *conſ. 112. num. 2. lib. 1. & conſ. 141. num. 1. lib. 2.* Sed verba illa antecedentia, *qui omni die reſidentiam faciant, &c.* important onus perſonale, ut ſuperius dictum eſt. Ergo etiam illa immediatè ſequentia, *& qui celebrent, & celebrare debeant, &c.* idem onus perſo-
20 nale important præſertim ob dictiones geminatas, *celebrent, & celebrare debeant, &c.* quæ oſtendunt magis enixam fundatoris voluntatem, ut in terminis Pariſ. *conſ. 50. n. 15. lib. 4.*

Quintò, Hanc opinionem videtur ſequi Lap. *alleg. 129. n. 2. verſ. Nec etiam requirit.* Ubi inquit Presbyterum tunc poſſe per alium inſervire, cùm verba fundationis illum non arctant ad reſid. Et idem Lap. *alleg. 35. num. 4.* ubi ait ſatis eſſe per Vicarium deſervire, ubi non exigitur à jure perſonalis reſidentia, quaſi ſentiat oportere deſervire per ſeipſum, ubi perſonalis reſidentia requiritur, ut in caſu præſenti: & loquitur in terminis Ca-
21 pellaniæ, & de communi uſu loquendi fundatorum in hac ſpecie teſtatur Navarr. *conſ. 6. num. 6. de Cler. non reſid.* ubi ait ſecundum vulgarem modum intelligendi eorum, qui fundant hujuſmodi Capellanias, per reſidentiam intelligi perſonalem.
22 Quæ confirmantur ex proviſionibus immediatè ſubſecutis de Sacerdotibus, quæ multum faciunt ad cognoſcendum an Capella ſit Sacerdotalis, ut in ſpecie Pariſ. *d. conſ. 50. num. 19. lib. 4.* Lamber. *de jurepatr. in 1. parte lib. 1. in 2. quæſt. principali, art. 4. & lib. 2. quæſt. 7. art. 3. num. 22.* Et dixit Rota *in Salamantina Capellaniæ 12. Iunii 1598.* coram Otano. Et in *Alexandrin. Decanatus 19. Iunii 1598.* coram eodem, & in *Recanaten. Beneficii 14. Martii 1608.* coram Cardinali Lancellotto, quæ habetur in Recen. *deciſ. 216. num. 2. part. 2.*
23 Nec obſtat, quòd ultimo loco fuerit præſentatus ſimplex Clericus, Aym. *conſ. 100. n. 11.* Siquidem hæc præſentatio tanquam longè facta poſt fundationē capellæ non poteſt deſervire pro ob-
ſer-



ſervantia interpretativa actus fundationis, ut decidit Rota, Rom. *19. Octobris 1588. in Taraſonen.* Juris præſentandi coram Bubalo, & in *d. Alexandrin. Decanatus*, coram Orano, 12. *Iunii* 1598. Præter-
24 quam quòd hodie ex Decreto Concilii Trident. *c. 5. ſeſſ. 25. de reform.* non eſt in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundatione appoſitis, etiam de conſenſu patronorum, ut cenſuit S.
25 Congregatio, & dixit Rota in d. Alexandrin. Et ubi conſtat de certo ſtatu præcedenti, ut hoc caſu, non attenditur ultimus ſtatus contrarius, ut in puncto dicitur fuiſſe reſolutum in cauſa Caputaq. ſeu nullius juriſpatr. coram Clemente VIII. *prima Martii* 1574. & 11. *Martii* 1575. & in alia *Peruſin. S. Aſſignati* coram Cardin. Pamph. 13. *Martii* 1588. & *in eadem 17. Martij* 1589.

Ultimò, pro hac ſententia videtur in terminis eſſe indicta deciſio S. Congregationis edita tempore Cardinalis Matthæi, videlicet:

Poſito tenore fundationis; Sint tres voces in præſentando Sacerdotem, & Capellanum d. Capellæ, qui ſerviat in Divinis eidem Capellæ, & ibidem continuè Divina celebret, Miſſam, & officia diurnia, & nocturna, & reſidentiam continuam faciat, &c.

Quæritur an Rector dictæ Capellæ teneatur reſidere, ac munia ſupradicta adimplere per ſeipſum. S. Congregatio cenſuit, hujuſmodi Rectorem teneri reſidere, ac munia hujuſmodi explere per ſeipſum.
26 Ubi notandum eſt, S. Congregationem non fuiſſe motam ex illis verbis: *ſint tres voces in præſentando unum Sacerdotem, &c.* quia ex hoc ſolum infertur, ut Capella ſit Sacerdotalis, ſed non infertur, ut Sacerdos teneatur per ſeipſum inſervire: jam enim S. Congregatio declaraverat ex verbis fundationis, quòd debeat eligi Presbyter Capellanus, inferri tantùm, ut Capella ſit ſacerdotalis, ſed tamen Presbyterū poſſe per aliū inſervire. Sed S. Congregatio mota eſt ſimpliciter ex illis verbis: *& reſidentiam continuam faciat,* quæ important onus perſonale. Ex quibus cùm huic parti videantur favere jus commune, vulgaris uſus loquendi teſtatorum, obſervantia ſubſecuta, ac reſolutio S. Congregationis, videtur poſſe tutò reſponderi dictos Capellanos teneri per ſeipſos celebrare, ac propterea Capellā eſſe Sacerdotalem.
27 Quoad ſecundam inſpectionem, videlicet an requiratur ut Capellani præſentandi ſint actu Sacerdotes, quod eſt alterum caput dubitationis per manus tranſmiſſum. Videtur negativè reſolvendum; quia quotieſcunque verba fundationis non reſpiciunt actum præſentationis, ſed potius illius proſecutionem, ſatis eſt, ut præſentatus ſit Sacerdos habitu, licèt non actu, Abb. in c. *Cùm in cunctis, § Inferiora, ſub n. 10.* & ibi etiam Dec. *n. 12. de elect.* Vital. in Clem. *2. §. In illa n. 16.* poſt Imol. *col. 10. de ætat. & qualit.* & ſenſit ſæpiùs Rota; & præſertim in cauſa *Rom. Capellania 19. Martii 1586* & *die 14. Novemb. 1586.* & 23. *Ianuarii* 1589.
28 Et confirmatur, quia regula eſt in beneficiis Sacerdotalibus, ſufficere ſolam habilitatem ad Sacerdotium, cap. 2. *cum ibi not. de inſtit. lib. 6.* Abb. & Dec. poſt Innoc. in *d. § Inferiora*, Rolan. *conſ. 42. n. 59. lib. 1.* ubi teſtatur de communi, & in terminis Capellaniæ Sacerdotalis de recepta opinione
29 teſtatur Navar. *conſ. 7. in fin. de Preb.* Unde S. Congregatio cenſuit hujuſmodi capellanias poſſe cō-
ferri ſimplici Clerico, in ea tamen ætate conſtituto, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri queat, niſi alia eſſent verba in fundatione poſita, quæ requirerent obtinentem tempore collatio-
30 nis eſſe actu Presbyterum. Verba autem præſentia fundationis ſunt, *Manuteneri debeant duo Capellani*: quæ habent potiùs tractum ſucceſſivum, quo caſu non requiritur qualitas actu, ſed ſufficit aptitudo, Alex. *conſ. 101. n. 13. lib. 7.* Soc. in l. *Seleucum, in fin. ff. de cond. & demonſtr.* Dec. *conſ. 480. n. 8.*
31 Ruyn *conſ. 9. n. 8. lib. 1.* Hoc enim verbum, *manutenere*, in caſu præſenti idem importat, quod *alere*, ſeu *ſuſtentare*, quod vulgariter dicitur (*mantenere*) ut in ſimili conſuluit, Bald. *conſ. 110. per totum*, &
32 *conſ. 145. per totum, nu. 3.* In verbo autem, ſuſtentationis, quod æquipollet verbo, manutentionis, adeſt in puncto deciſio Rotæ in d. *Rom. Capellania die 19. Martij 1586.* Ubi deciditur, verba illa in fundatione capellaniæ Sacerdotalis appoſita, nempe *pro ſuſtentatione unius Clerici, qui in Divinis inſerviat, &c.* non reſpicere actum præſentationis, ſed illius proſecutionem; ideoque non requiri Sacerdotium actu. Atque ex his videtur concludendum, capellam prædictam eſſe quidem Sacerdotalem, ſed non requirere Sacerdotium actu, & hæc pars mitior videtur, & magis conſona voluntati fundatoris, qui in ſecunda parte fundationis non meminit qualitatis Presbyteratus, ſicut fecerat in priori parte.

De hac materia ſcripſi latiſſimè in cap. *Ut Abbates*, & in cap. *Quæro, ſupra de ætat. & qualit.* ubi plenè videas.

## De Clericis non reſidentibus.

### *Cap. De cætero.*

*SUMMARIUM.*

1 *Canonicus exiſtens in ſervitio Epiſcopi, percipit fructus beneficij, ſed non diſtributiones quotidianas.*

2 *Et quid de exiſtente in ſervitio inferioris Prælati, & num. 6.*

3 *Beneficiatis abſentibus de jure communi nihil debetur ex redditibus beneficii.*

4 *Abſentes pro ſervitio domini ſui pro præſentibus ſunt habendi.*

5 *Epiſcopi habere poſſunt duos Canonicos tantùm pro ſervitio ſuo, etiam ſine Capituli conſenſu, & non probata utilitate Eccleſiæ. Declaratur num. 12.*

6 *Prælati inferiores an uti poſſint opera duorum Canonicorum ſine Capituli licentia, vel non probata Eccleſiæ utilitate.*

7 *Epiſcopus an, & qualiter pro ſuo ſervitio habere poſſit ultra duos Canonicos, & num. ſeq.*

8 *Licentia Capituli non requiritur ut plures Canonici, quam duo abeſſe poſſint ex cauſa utilitatis Eccleſiæ, ſed ſufficit licentia Epiſcopi.*

9 *Diſtributiones quotidianæ abſentibus non debentur, quantumcunque abſint ex juſta cauſa.*

10 *Diſtributionum quotidianarum quæ ſit natura.*

11 *Canonici duo, vel Beneficiati abſentes pro ſervitio Epiſcopi an percipere debeant ſine diminutione diſtributiones quotidianas, in quibus univerſi Ca-*



 pituli

*pituli reditum conſiſtunt, & n. ſeq. uſque in finem.*

12 *Abſentes pro ſervitio Epiſcopi, quatenus Epiſcopus eſt, cenſentur abeſſe pro ſervitio Eccleſiæ.*

13 *Eccleſia eſt in Epiſcopo.*

14 *Beneficiati Cathedralis Eccleſiæ, ſicut & Canonici abſentes pro ſervitio Epiſcopi percipiunt integrè fructus beneficiorum ſuorum.*

15 *Canonici duo cogi poſſunt, etiam inviti, Epiſcopo inſervire.*

16 *Abſentiæ cauſa quædam probabilis eſt, quædam neceſſaria.*

17 *Diſtributiones quotidianas de jure communi integrè lucrantur duo Canonici in ſervitio Epiſcopi exiſtentes, ſi univerſi Capituli reditus hujuſmodi diſtributionibus conſtent. Et quid poſt Concilium Tridentinum n. 29. uſq. in finem.*

18 *Diſtributiones quotidianæ ſuccedunt loco fructuum Præbendæ, ubi nulli ſunt reditus à diſtributionibus diſtincti, & n. 23.*

19 *Intellectus, cap.* Olim de verbor. ſignificat.

20 *Privilegia juris ita intelligi debent, ut aliquid aperiantur, & non ſint eluſoria.*

21 *Abſentes pro ſervitio Epiſcopi, & ſtudiorum cauſa æquiparantur.*

22 *Studiorum cauſa abſentes de jure communi integrè percipiunt diſtributiones quotidianas, in quibus reditus omnes conſiſtunt.*

23 *Idem in abſententibus ex diſpenſatione Apoſtolica Canonicatum, & Parochialem.*

24 *Canonici nullum detrimentum ſentire debent ex abſentia, cùm conſtat per eos quominus reſideant.*

25 *Diſtributiones quotidianæ debentur Canonico ab Eccleſia per vim expulſo.*

26 *Item injuſtè excommunicato, aut carceri mancipato, ſi antea ſolitus erat Divinis intereſſe.*

27 *Vitualia cur dicantur diſtributiones quotidianæ.*

28 *Diſtributiones quotidianæ propter quæ ſint.*

29 *Canonici abſentes pro ſervitio Epiſcopi poſt Concilium Tridentinum percipere debent duas tantum tertias partes diſtributionum, ubi alii non ſunt reditus à diſtributionibus ſeparati, & num. ſeq. uſq. in finem.*

30 *Diſtributiones ubi nullæ ſunt, vel tenues, tertia pars fructuum ſeparari debet, & in diſtributiones converti.*

31 *Fictio non eſt tantæ potentiæ, quantæ eſt veritas, & naturalis actus.*

32 *Natura primæva facilius reſurgit, quam nova inducatur.*

33 *Naturalis cauſa præfertur accidentali.*

34 *Canonici ſtudiorum cauſa abſentes poſt Concilium Tridentinum lucrantur duas tertias partes quotidianarum diſtributionum, in quibus reditus omnes conſiſtunt amiſſa alia tertia, quæ accreſcit inſervientibus.*

1 DE CÆTERO. Legitur dupliciter. Primò exponendo litteram, ibi, *In ſervitio tuo,* id eſt, Epiſcope; nam Epiſcopo loquitur ſecundùm Hoſt. in princ. Et juxta hanc lecturam ſummatur ſic. Qui eſt in ſervitio Epiſcopi percipit fructus beneficii tanquam reſidens, ſed non
2 diſtributiones quotidianas. Secundò legitur intelligendo litteram generaliter non tantum in Epiſcopo, ſed etiam in quocumque alio Prælato habente in ſubditos ordinariam juriſdictionem, prout intelligit Innocentius, cujus opinionem ſequuntur communiter Doctores, ut hic teſtatur Abb. n. 3. Nam littera ſimpliciter dicit, *In ſervitio tuo,* nec colligitur ex ſupraſcriptione, cui hæc Decretalis epiſtola directa fuerit. Et fortè Pontifex reſcripſit inferiori Prælato. Et eadem ratio militat in omnibus Prælatis reſpectu ſubditorum, ut dicunt J. Andr. Butr. Abb. & alii. Niſi tamen Canonici, vel inferiores clerici hoc malitioſè procurarent, vel affectarent, arg. l. 2. §. *Si quis caution.* & l. *qui mittuntur, cum duabus ſeqq. ff. ex quibus Can. major.* ſecundùm Innoc. Hoſt. & Joan. Andr. Et juxta hanc lecturam Decretalis hoc intendit; Canonicus, qui in ſervitio Prælati, fingitur reſidere. Dividitur in duas partes. Primò ponit dictum. Secundò exceptionem, ibi, *Niſi fortè.*

3 Nota primò caſum in jure expreſſum, in quo Canonici percipiunt in abſentia fructus præbendæ: Regula enim eſt in oppoſitum, quia abſentibus nihil debetur ex reditibus beneficii; & hoc eſt jus commune, cap. *Cùm omnes;* ubi hoc notat gloſſ. 1. *ſuprà de Conſtitution.* cap. *Pervenit, il ſecondo, de appellat.* cap. *Inter quatuor,* & cap. *fin. infra eodem,* gloſ. in cap. *prox. inver. deſerviat ſupra eodem* Butr. *hic num.* 2. & alii apud Covarr. *lib. 3. variar. reſol. cap. 13. n. 3. verſ. Verùm.* Sed fallit in Canonicis in ſervitio Epiſcopi exiſtentibus, ut hic patet. Et
4 ſufficit ut abſint pro ſervitio Epiſcopi, quatenus Epiſcopus eſt, licèt verè utilitatem Eccleſiæ non proſequantur, ſecundùm Doctores, ut latiùs dicam *infra num.* 12. Ad hoc textus optimus, in l. *Teſtamento, ff. de alimen. & cibar. lega.* & in l. *Prædia, §. 1. ff. de fund. inſtrum.* ubi abſentes pro ſervitio domini ſui pro præſentibus ſunt habendi.

5 Dicit tamen notabiliter Hoſt. *hic n. 1. verſ. Dicas,* hoc eſſe privilegium Epiſcopi ſpeciale, ut poſſit pro ſervitio ſuo uti opera duorum Canonicorum, etiam ſine Capituli conſenſu, & non probata utilitate eccleſiæ, iidemque Canonici percipiant in abſentia fructus Præbendarum ſuarum:
6 Sed in aliis inferioribus Prælatis neceſſariam eſſe licentiam Capituli, vel ſaltem probationem neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, cap. *Ex parte tua, infra eod.* Et ſequitur Jo. Andr. *nu. 1.* Et hoc modo conciliari poſſunt opiniones, & lecturæ, de quibus ſupra *in princ.* licèt Butr. & Abb. ambo *num. 3.* haud fideliter videantur retuliſſe verba Hoſtien.
7 Nam ſecundùm eos Hoſt. dicit Epiſcopum habere poſſe in ſuo ſervitio duos Canonicos, licèt non probet utilitatem eccleſiæ; ſed ultra duos habere non poſſe, niſi de Capituli conſenſu, & probata Eccleſiæ neceſſitate, vel utilitate. Sed verè Hoſt. nihil expreſſit de Canonicis ultra numerum duorum; ſed de Prælatis inferioribus, inter quos, & Epiſcopum conſtituit illam differentiam utilita-
8 tis Eccleſiæ, ut ex illius verbis videre eſt. Præterea in ſecundo caſu Hoſtienſ. non requirit conſenſum Capituli, & probationem prædictam copulativè, ſicut referunt Butr. & Abb. ſed alternativè; ait enim, In aliis autem Prælatis inferioribus requirenda eſt Capituli licentia, vel ſaltem probatio, &c. Et meritò, quia ſufficit licentia Epiſcopi ut Canonici abeſſe poſſint ex cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, c. *Cùm non deceat, de elect. in 6.* & cap. *un. de Cler. non reſid. eod. lib.* dictum tamen ipſorum eſt in ſe verum, quia Epiſcopus non poteſt in ſuo ſervitio adhibere ultra duos Canonicos, ut probatur in dicto cap. *Ad audientiam, infra eod.*



*eodem,* ubi omnes notant. Et quamvis hæc Decretalis loquatur ſimpliciter de Canonicis ſine ulla numeri præfinitione; tamen declarari, & reſtringi debet per d. cap. *Ad audientiam,* quod ſpecialiter loquitur de duobus, idque Eccleſiarum uſus approbavit.

9 Secundò nota in *verſ. Niſi fortè,* victualia, ſeu diſtributiones quotidianas non deberi abſentibus, quantumcumque abſint ex juſta cauſa, ſicut non debentur Canonicis in ſervitio Epiſcopi exiſtentibus, ut hic patet, & not. Petr. de Anchar. *in ſtatim*
10 *de notabili.* Etenim harum diſtributionum ea eſt natura, ut non debeantur his, qui fictè, & per juris interpretationem, ſed his tantum, qui verè ſtatis horis interfuerint, ut in cap. *unic. infra eod. libro 6.* innovato à Concilio Tridentino in *cap. 12. verſ. Diſtributiones verò, ſeſſ. 24.* & tradit Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 2. verſ. Nam harum diſtributionum.*

An autem, & in quibus caſibus obtinentes beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis licitè percipere poſſint in abſentia fructus præbendæ, vel diſtributiones quotidianas, ſcripſi latiſſimè in cap. *Licet, infra tit. prox. à num. 15. uſque ad num. 171.*

11 QUÆRO, An duo Canonici, vel Beneficiati abſentes pro ſervitio Epiſcopi percipere debeant integrè diſtributiones quotidianas, in quibus univerſi Capituli reditus conſiſtunt.

Contigit hic caſus in Eccleſia Cathedrali Leirienſi, in qua non ſunt præbendæ diſtinctæ, neque aliqui fructus, ut vocant, groſſi, ſed omnes reditus Menſæ Capitularis conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quæ dividuntur inter beneficiatos horis Canonicis, & divinis officiis intereſſentes, ac inter eos, qui pro intereſſentibus habentur. Sed cùm ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus duos ex his beneficiatis in ſuo ſervitio detineat, & eorum opera utatur in cauſis viſitationum, & aliis ſimiliter juſtis & honeſtis, ab eodem Epiſcopo quæſitum eſt.

An ſtante decreto *cap. 12. ſeſſ. 24.* Concilii Tridentini iidem duo beneficiati, ut præfertur, in ſervitio Epiſcopi exiſtentes percipere debeant ſine diminutione hujuſmodi diſtributiones.

12 Pro ſolutione præſentis dubii ſupponendum eſt duos Canonicos, qui abſunt pro ſervitio Epiſcopi, percipere fructus præbendarum ſuarum, juxta textum hic, & in d. cap. *Ad audientiam, infra eodem,* & utrobique notant Doctores. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Vicar. Epiſc. num. 5.* & *tit. de diſpenſ. de non reſiden. à num. 37.* Sylveſt. *in ſumma, in ver. reſidentia num. 7.* & Navarr. *in Man. cap. 25. numer. 121.*

Ratio eſt, quia abſentes ab Eccleſia pro ſervitio Epiſcopi, ubi ſervitium vel neceſſarium, vel utile eſt Eccleſiæ, & reſpicit Epiſcopum, quatenus Epiſcopus eſt, juris cenſura præſentes reputantur, & cenſentur inſervire Eccleſiæ, d. c. *Ad audientiam,* ibi, *cùm abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſervitio commorantur.* Et ſervitium Epiſcopi quatenus Epiſcopus eſt, cenſetur quaſi ſervitium Eccleſiæ, cui præſidet, cùm Eccleſia ſit in Epiſcopo, cap. *Scire debes, 7. q. 1.* c. *Si mihi et ſimiliter, 16. q. 1.* cap. *Ite et cum plantis 12. q. 2.* & notat hic gloſſ. *in princ.* & reliqui omnes. Et cùm Innocentius dicat oportere ut neceſſitas, & utilitas vel Epiſcopi, vel Eccleſiæ adſit, tamen intellexit de Epiſcopo, ut Epiſcopus eſt, tum quia allegat textum in d. cap. *Ad audientiam,* qui hunc habet ſenſum, ut mox patebit. Tum quia Innocentius ſubdit alias cum non pertinerent ad officium ſuum, non poſſet eis præcipere, cap. *Quia frater, 7. quæſt. 1.* & notatur in cap. *Ad aures, ſupra de temp. ordinat.* Itaque ſicut abſens pro utilitate, & ſervitio ſuæ Eccleſiæ percipit fructus beneficii, quia reſidere, & illi inſervire cenſetur, cap. *Ex parte tua, infra eod.* cap. *Cùm non deceat, de elect. libro 6.* Sic eadem cenſura juris abſentes in ſervitio Epiſcopi dummodo ſervitium ad eundem, quatenus Epiſcopus eſt, & ad Eccleſiæ utilitatem ordinetur, omnes beneficii fructus percipere debent. Idque apertè elicitur ex textu in d. cap. *Ad audientiam, inf. eod.* qui cùm in principio egerit de abſentibus pro ſervitio Epiſcopi; poſtea in fine dicit eos in Epiſcopi, & Eccleſiæ ſervitio commorari, planè ſignificans ſervitium Epiſcopi uſque adeò cum Eccleſiæ ſervitio eſſe conjunctum, ut qui pro ſervitio Epiſcopi abſunt, in Eccleſiæ ſervitio commorari dicantur.

14 Quæ omnia habent locum non ſolùm in Canonicis, verùm etiam in quibuſvis aliis ejuſdem Eccleſiæ beneficiatis, prout ſupponit Innoc. *hic in princ.* & ferè omnes in d. cap. *Ad audientiam,* Sylveſt. *in ver. reſidentia, n. 7.* Rebuff. *ubi ſupra, n. 36.* & Navarr. *d. cap. 25. n. 121.*

15 Qui ſanè duo Canonici, vel Beneficiati non ſolùm ultrò debent ſuo Epiſcopo inſervire in his, quæ reſpiciunt ipſius, & eccleſiæ utilitatem, ut ex proximè relatis patet; verùm etiam ad id inviti ab eodem poſſunt cogi, ut tenuit gloſſ. in d. cap. *Ad audientiam, in ver. Tu duo, in fine,* ibi, *ultra duos non poſſe cogere,* & ibi etiam Abb. *num. 4.* poſt Innocen.
16 in d. cap. *De cætero.* Quo fit ut cauſa abſentiæ pro ſervitio Epiſcopi non ſolùm ſit juſta, & probabilis, verùm etiam neceſſaria, propterea quod eſt juſtificata, & approbata à jure, atque inducens neceſſitatem, quia poteſt quiſpiam illorum ad abſentiam neceſſariò cogi, prout in cauſa militiæ, legationis, & ſimilium reſolvunt gloſſ. *fin. in princ.* Bart. & DD. in l. *nit. ff. de in integr. reſtitut.* Jaſ. *num. 3. ibidem,* & recentiores, in §. *Rurſus inſti. de action.* dum diſtinguunt cauſas abſentiæ, ut quædam ſint probabiles, & neceſſariæ ſimul; aliæ verò probabiles tantum, & non neceſſariæ, veluti cauſa ſtudii, ex qua etſi quis poſſit abeſſe, non tamen cogitur neceſſariò.

17 Quibus ita ſuppoſitis, veriùs videtur in caſu de quo agimus, duobus Canonicis, ſeu beneficiatis Eccleſiæ in ſervitio Epiſcopi abſentibus, quod ſpectat ad juris communis diſpoſitionem dari debere ſine diminutione hujuſmodi diſtributiones, ex ſequentibus.

18 Primò, quia in Eccleſiis, in quibus non ſunt præbendæ diſtinctæ, neque etiam fructus groſſi, ſed omnes reditus conſiſtunt in diſtributionibus, quæ ſingulis diebus & horis diſtribuuntur inter illos qui interſunt, & nihil datur non intereſſentibus, tales diſtributiones ſuccedunt in locum præbendarum, & fructuum, quos groſſos communiter appellamus, ut expreſſè notat gloſſ. *penult. verſ. Et ad hoc faci.* & *verſ. Sed quid dicis,* in cap. *un. infra eod. lib. 6.* quam ibi ſequuntur Gemin. *4. ſub verò, num. 14.* Franc. *num. 2.* & reliqui omnes. Sed in eccleſia prædicta nullæ ſunt præbendæ, aut fructus groſſi, ſed totum in diſtributionibus conſi-



ſtit

ſtit, quæ intereſſentibus diſtribuuntur, & nihil datur eis, qui non interſunt. Ergo tales diſtributiones jure debentur beneficiatis in Epiſcopi ſervitio commorantibus, cum ex juris diſpoſitione illis debeantur fructus ſuarum præbendarum.

19 Secundò, pro hac ſententia facit textus in cap. *Olim, de verbor. ſignif.* juxta intellectum gloſſ. *pe-nult.* & aliorum ibidem poſt Hoſt. & Joan. Andr. quos referunt, & ſequuntur gloſ. pragm. ſanctionis, *tit. Quo tempore quiſque debet eſſe in Choro, §. Jubet, ver. Diſtributiones.* Pariſ. *conſ. 52. num. 7. lib. 4.* Anton. de Butr. & alii complures *hic,* ſecundum quos in d. cap. *Olim,* manualia beneficia, hoc eſt diſtributiones quotidianæ debentur ei, qui non intererat horis, & juris cenſura reſidere fingebatur, quia videlicet in Eccleſia, de qua textus ille agit, non erant præbendæ diſtinctæ, aut aliqui fructus groſſi, ſed omnes reditus conſiſtebant in illis manualibus beneficiis, ſeu quotidianis diſtributionibus, quæ cùm ſuccedant in locum fructuū præbendæ, quos Canonici ſinguli habere debent, cap. *Relatum de præben.* ne detur Canonia ſine præbenda, cap. *Dilectus, il. eod. tit.* hæ diſtributiones ſapiunt naturam fructuum præbendæ, in quorum locum ſubrogantur in his eccleſiis, quæ alios fructus non habent, juxta regulam textus in cap. *Eccleſia, ut lit. penden.* Unde ſicut in eccleſiis habentibus præbendas, & fructus groſſos, tales fructus debentur his, qui in epiſcopi ſervitio commorantur, ut ex initio relatis patet: ſic in aliis eccleſiis, ubi nec præbendæ, nec alii groſſi fructus habentur, ſed reditus omnes in diſtributionibus conſiſtunt, illas abſentes in epiſcopi ſervitio habere debent.

20 Tertiò, ſuadetur hæc ſententia ex hoc, quia certum eſt privilegia à jure communi indulta ſemper ita eſſe intelligenda, ut juxta concedentis intentionem operentur, ne alias ſint fruſtratoriæ, cap. *In his, verſ. Cùm autem, de privileg.* cap. *Si Papa, eod. tit. lib. 6.* tradunt Ant. de Butr. *conſ. 19. n. 3.* Cravett. *conſ. 137.* Rebuff. *in prax. tit. de differentia inter reſcriptum, & privilegium, n. 10.* Si autem in his eccleſiis, in quibus nulli ſunt fructus groſſi, & totum in diſtributionibus conſiſtit, hujuſmodi diſtributiones non deberentur abſentibus in ſervitio epiſcopi, utique privilegium, de quo in hac Decretali pro his, qui in epiſcopi ſervitio commorantur, nihil omninò operaretur, ſed eluſorium eſſet, quod abſurdum eſt, & contra juris intentionem, prout arguit, & concludit gloſ. *fin.* communiter recepta, in cap. *Licet, infra de praben.*

21 Quartò, urget maximè pro hac parte quod juxta communes traditiones æquiparantur in jure qui in ſcholis ſtudiorum cauſa abſunt, & qui in epiſcopi ſervitio exiſtunt, ut hic per gloſſ. *fin.* & Doctores, & per Hoſt. *in ſumma hoc tit. §. Qualiter,* Hoied. *de benef. plur. in cap. 10, num. 8.* ſed ſtudentibus debentur omnes præbendarum, ſeu benefi-
22 ciorum fructus integri, exceptis diſtributionibus quotidianis, cap. *fin. de Magiſtr.* cum ſimil. Ergo & abſentibus in ſervitio epiſcopi, ita ut aliquid eis non ſubtrahatur præter quotidianas diſtributiones, ut hic patet in verſ. *neque quidquam ſubtrahi debeat,* &c. At jure conſtitutum eſt ut in eccleſiis, in quibus beneficiati non habent alias præbendas, aut maſſam groſſam, & totum in diſtributionibus conſiſtit, hujuſmodi diſtributiones dentur abſentibus in ſtudio, ut conſtat ex his, quæ notant gloſſ. *fin.* in d. cap. *Licet de praben.* Hoſt. *in ſumm. tit. de Magiſtr. num. 9.* Oldrad. *conſ. 300. num. 10.* gloſſ. pragmat. ſanct. *tit. quo tempore quiſque debet eſſe in Choro, §. Jubet, in ver. diſtributiones,* Rebuff. *de privileg. ſcholar. privileg. 31. num. 12.* & Cravett. *conſ. 125. num. 24.* Ergo eo caſu dari etiam debent abſentibus pro ſervitio epiſcopi. Quod in hac ſpecie probat idem Hoſtienſ. *ubi ſupra.* & Abb. *hic verſ. Secundo quæritur.* Quibus addo à fortiori eaſdem diſtributiones dari debere abſentibus in ſervitio epiſcopi: nam cauſa ſtudii quamvis ſit juſta & probabilis, nihilominus non eſt neceſſaria; cùm tamen hæc inſerviendi epiſcopo non ſolùm juſta & probabilis, ſed etiam neceſſaria ſit, ut ex ſupra notatis conſtat.

Et confirmatur hoc ipſum ex nonnullis declarationibus S. Congregationis Concilii. Aliquando enim cenſuit legentem Theologiam quamdiu legit, pro reſidente haberi ut recipiat omnes fructus, præter diſtributiones quotidianas, ſuppoſito quod adſit maſſa groſſa, ſeu præbenda, &c. Sanè verba illa *ſuppoſito,* &c. declarant ea, quæ immediatè præcedunt, ibi, *præter diſtributiones quotidianas,* &c. et ita ſenſus eſt ut non debeat illas percipere ſi adſit maſſa groſſa, ſeu præbenda; Quod ſi non adſit, ut quia totum conſiſtat in diſtributionibus, eas percipere debeat. Ergo ſuppoſita prædicta æquiparatione eorum, qui ſtudent, & qui epiſcopo inſerviunt, declaratio illa ſatis concludit utroque caſu deberi quotidianas diſtributio-
23 nes, ubi nulla adſit maſſa groſſa, ſeu præbenda. Id ipſum conſtat ex alia declaratione Eugub. in hæc verba (Si nullæ ſint præbendæ eo quod Canonicatus tantùm diſtributiones habeant, idem ſtatuendum eſt, quod de præbendis, cùm in illarum locum ſuccedant, &c.) Item ex alia Caſalen. quæ ſic ſe habet. (Canonicatum & Parochialem habens ex præſcripto Bullæ Pii V. diſtributiones quotidianas lucratur, ſi Canonicatus conſiſtat ſolùm in diſtributionibus quotidianis non habens præbendam.)

24 Poſtremò, ſi epiſcopus poteſt, ut ſupra notavimus, compellere beneficiatos ut ad ipſius ſervitium accedant, & ita abſentiæ hæc non ſolum probabilem, verum etiam neceſſariam inducit. Contra juſtitiam videtur ut qui poteſt ad epiſcopi ſervitium per cenſuras, vel aliter cogi, & parere tenetur, dum ſic coactus & impeditus ab eccleſia recedere compellitur, amittat hujuſmodi diſtributiones; Cùm imputari non debeat ei, per quem non ſtat ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum, ut in Regula ſexti *imputari,* & in regula *cùm non ſtat.* Et nemo debeat incurrere in pœnam, aut detrimentum ſentire pro eo, ex quo præmium & laudem promeretur, quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, cap. 2. ubi gloſſ. *de fidejuſſor.* & cap. *Cùm non deceat, in princ.* ubi gloſſ. 2. *de elect. libro 6.* Itaque ubi Canonicus ſuo epiſcopo obtemperans inſervit eidem, & propterea abeſt; non debet ipſi imputari quod horis & divinis officiis non intereſt: Inſuper ſic obtemperans in re licita, & neceſſaria, præmium & non diſpendium ſentire debet. Sed imputaretur ſibi, diſpendiumque ſentiret, & officium ſuum ei damnoſum eſſet; ſi quandiu ſic invitus & obediens degit in ſervitio Epiſcopi, amitteret quotidianas diſtributiones.
25 Ergo, &c. Porrò is, per quem non ſtat, quo minus in ſuo beneficio reſideat, nullum ob non reſiden-



tiam detrimentum ſentire debet. Ac propterea reſolvunt Doctores Canonicum expulſum per vim, cui reſiſtere non poteſt, veluti per potentiam alicujus coactum ab Eccleſia recedere, diſtributiones quotidianas percipere debere. Calder. *conſ. 17.* notatur in d. cap. *un. infra eod. tit. 6.* Et teſtatur communem eſſe opinionem, Pariſ. *conſ. 52.*
26 *num. 19. lib. 4.* Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 8. verſ. Decimo.* Idemque in eo qui abeſt, & non inſervit propter excommunicationem, vel carcerem abſque ſua culpa, tradit Felin. in cap. *Apoſtolicæ, num. 12. de except.* Pariſ. & alii, ut per Gutierrez in *Quæſtionibus Canonicis, cap. 1. num. 137.* declarantes hoc procedere in eo, qui ante excommunicationem vel carcerem ſolitus erat divinis intereſſe. Ergo ſaltem in caſu, ubi nulli ſunt fructus, idem dicendum in eo, qui abſque ſua culpa, vel fraude aliqua cogitur invitus commorari in ſervitio Epiſcopi.

27 Quibus non obſtat hæc Decretalis, ubi eſt expreſſum, abſentibus in ſervitio Epiſcopi dari non debere victualia, ubi gloſſ. & Doctores interpretantur victualia eſſe diſtributiones quotidianas, quia ſic appellantur multis in locis, eo quod in victum quotidianum præſtentur, ut videre eſt in d. c. *un.* ibi *quotidianæ diſtributiones, quæ alias manualia beneficia, ſeu victualia nuncupantur,* & in c. *Olim, de verbor. ſignificat.* Unde hinc multi deducunt hujuſmodi quotidianas diſtributiones nunquam deberi abſentibus pro ſervitio Epiſcopi: nam reſpondemus textum noſtrum, ac jura omnia, quæ in contrarium facere videntur, procedere in diſtributionibus quotidianis, quæ diſtinguuntur à fructibus groſſis, & à præbenda, hoc eſt in illis, quæ ultra fructus groſſos aut præbendas diſtribuuntur inter eos, qui horis Canonicis interſunt; quia hæ ſunt veræ & propriæ diſtributiones, de quibus agunt textus & DD. in contrarium citati, dum dicunt diſtributiones quotidianas non dari his, qui Epiſcopo inſerviunt, docent aut ſtudent in Scholis, prout conſtat ex ſupra relatis, & explicant gloſſ. in Extravagan. *in ver. In totum, Ne ſede vacante,* inter Commun. & gloſ. *penult.* & DD. in eod. cap. *un. de Cler. non reſident. in 6.* gloſſ. & alii in cap. *Licet, de præben.* gloſſ. prag. ſanct. *tit. Quo tempore quiſque debet eſſe in Choro, §. Jubet, in ver. Diſtributiones.* Rebuff. *in concordatis, tit. de collat. §. Primum, verſ. Diſtributionum,* Pariſ. *conſ. 52. num. 5.* & *conſ. 53. num. 2. lib. 4.* Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. in princ.* quæ procedere non poſſunt in aliis diſtributionibus, quæ diſtribuuntur in Eccleſiis, ubi nulli ſunt fructus groſſi, aut Præbendæ, & omnes reditus in diſtributionibus conſiſtunt. Nam cùm ſuccedant in locum præbendæ, & maſſæ groſſæ, non incongruè fructus dici poſſunt. Quapropter de jure communi ſine diminutione dari debent abſentibus in Epiſcopi ſervitio, cum illis alias dari debeant fructus ſuarum præbendarum. Quod verum eſſe conſtat etiam ex hac Decretali, ex dict. cap. *Licet,* & cap. *Cùm non deceat, de elect. in 6.* dum diſponunt abſenti in Epiſcopi ſervitio, vel in Scholis, aut pro Eccleſiæ utilitate deberi omnes fructus, præter diſtributiones quotidianas.

29 Cæterùm quæ ſuperiùs dicta ſunt, procedunt quidem inſpecta juris communis diſpoſitione, ſecundum quam abſentes ex legitima cauſa percipere debent integras diſtributiones, in quibus univerſi Capituli reditus conſiſtunt. At poſt Concilium Tridentinum ita ſunt temperanda, ut ſic abſentes percipiant duas tertias illarum partes duntaxat, amiſſa alia tertia, quæ inſervientibus accreſcit.

Differentiæ ratio ea eſt, quia de jure communi ne privilegium ſit eluſorium, & ne detur Canonia ſine Præbenda, ut conſiderant gloſ. & DD. in d. c. *un.* diſtributiones omnes eo caſu ſuccedunt loco fructuum; ideoque abſentes pro ſervitio epiſcopi illas percipere debent abſque diminutione, quemadmodum ſine diminutione fructus præbendæ perciperent, ſi à diſtributionibus eſſent diſtincti, ut habetur in d. c. *Ad audientiam, infra eod.* ponderan-
30 do verbum, *integrè.* Sed aliud dicendum eſt poſt Concilium, quia decreto *cap. 3. ſeſſ. 21.* ſtatuitur, ut ubi nullæ ſunt diſtributiones, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, ab epiſcopo ſeparetur tertia pars fructuum præbendæ, & in diſtributiones quotidianas convertatur, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros divinis intereſſentes pro-
31 portionabiliter dividantur. Ex mente igitur S. Synodi eſt, ut in illis caſibus, in quibus diſtributiones ſuccedunt loco fructuum, tertia illarum pars retineat primam naturam diſtributionum, in quas etiam veri fructus ex præſcripto Concilii debuiſſent converti: abſurdum enim eſſet, ac magis operaretur fictio in caſu ficto, quam veritas in caſu vero, cùm fictio non ſit tantæ potentiæ, quantæ eſt veritas, & naturalis actio, ut inquit Bald. in l. 4. *C. de Vellejanum,* & *conſ. 357. in primo [illegible] col. 2. verſ. Item nec debet, lib. 1.* & Paul. de Caſtr. *conſ. 21. Primum dubium in fine lib. 1.* Sed in caſu vero abſentes ex juſta cauſa, ſi veri fructus extarent, deberent amittere tertiam illorum partem ob converſionem ab epiſcopo faciendam in diſtributiones quotidianas. Ergo illam amittere debent etiam in caſu ficto, id eſt, cùm diſtributiones per fictionem ſeu juris interpretationem in locum fructuum ſubrogantur. Præterquam quod ex contrario ſequeretur, ut plus perciperent abſentes in illis eccleſiis, in quibus reditus omnes conſiſtunt in diſtributionibus, quam in illis, in quibus extarent fructus à diſtributionibus diſtincti, quia hoc ſecundo caſu abſentes pro ſervitio epiſcopi perciperent ſolummodo fructus, amiſſis diſtributionibus, cùm tamen in primo nihil prorſus amitterent. Et ſic diſtributiones quotidianæ inductæ ad divini cultus augmentum, operarentur illius diminutionem contra juris regulas, & contra rationem expreſſam in d. *cap. 3. ſeſſ. 21.* ibi, *ne quia in parte minuatur divinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur.*

32 Quibus accedit, quod faciliùs primæva natura retinetur, quàm nova inducatur, arg. l. *per retentionem, C. de uſufr.* & l. 2. ubi Bald. in 3. *notab. C. de ſ. [illegible] dicendum.* Et naturalis cauſa præfertur accidentali, Abb. *conſ. 70. Videtur, num. 2. verſ. Præterea lib. 1.*
33 Sed fructus præbendæ ex præſcripto Concilii debent eorum naturam immutare pro tertia parte, & novam accidentalem diſtributionem inducere. Ergò longè magis eandem naturam retinere debent pro tertia parte reditus illi, qui jam à principio ſunt veræ diſtributiones quotidianæ.

34 Poſtremò ſæpius reſpondit S. Congreg. Concilii, abſentes ſtudiorum cauſa percipere debere fructus præbendæ tantùm, amiſſis diſtributionibus quotidianis.

Quod

26 cia Cajetanus, Sotus, & Vaſq *locis citatis*; qui om-
nes docent Epiſcopos, & Prælatos curam anima-
rum habentes teneri ad perſonalem reſidentiam
præcepto divino, non quidem expreſſo per hæc
formalia verba *Epiſcopi reſideant*, nuſquam enim
hoc legitur in Evangelio; ſed per verba æquipol-
lentia, & idem importantia; *nam, & hoc jus divi-
num appellatur*, ut explicat Sotus *dict. art. 1. in 2.
col. verſ. Ad horum autem perſpicacem intelligentiam.*
licet fateantur Epiſcopos, & inferiores Curatos
poſſe aliquando ex legitimis cauſis à ſuis Eccle-
27 ſiis abeſſe. Quibus addi poſſunt Canoniſtæ, qui te-
nent non poſſe conſuetudine introduci, ut quis
percipiat fructus beneficii Curati in abſentia, &
illi inſerviat per Vicarium; videntur enim tacitè
ſentire reſidentiam non eſſe de jure poſitivo hu-
mano, quod poteſt contraria conſuetudine abo-
leri, ut in cap. *fin. de conſuet.* Hi autem ſunt Innoc.
in cap. *Quia nonnulli, ſupra eod.* Abb. in cap. *Extir-
pandæ, § Qui verò, col. 16. num. 36. de præben.* Archid.
Gemin. & Præpoſ. in cap. *Sacerdotibus, 33. diſt.* Ge-
min. in cap. *ult. de reſcr. in 6. ſuper gloſſ. ſructibus.* Fe-
lin. in cap. *Cum omnes, num. 33. de Conſt.* & Jo. de Se-
lua *de benef. in 4. p. q. 2.* Quorum ſententiam pro-
bavit Concilium Tridentinum in *d. cap. 1. ſeſſ. 23.*
ibi; *conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius cor-
ruptela cenſenda eſt.*
28 Ego verò arbitror cum Cajetano *loco citato* præ-
ceptum de perſonali reſidentia eſſe de jure divi-
no; & obligare ſemper, & ad ſemper ex ſui natu-
ra, licèt per accidens quandoque non obliget. Hæ
tres aſſertiones ſunt ſigillatim probandæ.
29 Et quidem prima aſſertio, id eſt præceptum de
perſonali reſidentia eſſe de jure divino, omiſſis
Patrum teſtimoniis, quæ copiosè adducit Miran-
da, & epiſtolis Athanaſii, quas referunt Franci-
ſcus Torrenſis, & Sotus locis ſupra citatis.
Probatur primò, nam Epiſcopi, & omnes, qui-
bus cura animarum incumbit, tenentur præcepto
divino oves ſuas agnoſcere, verbique divini præ-
dicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac
bonorum omnium operum exemplo paſcere, &
in cætera munia paſtoralia incumbere. Sed hæc
omnia ab his impleri non poſſunt, qui gregi ſuo
non aſſiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt:
ergo Epiſcopi, & omnes curam animarum haben-
tes, tenentur præcepto divino gregi ſuo aſſiſtere,
eumque more mercenariorum non deſerere, &
conſequenter eodem præcepto divino tenentur
in ſuis Epiſcopatibus & Parochiis perſonaliter
reſidere. Major propoſitio habetur diſertis verbis
in Concilio Tridentino *dict. cap. 1. in princ. ſeſſ. 23.*
& patebit ex dicendis *infra num. 34. & ſeqq.* Mi-
nor propoſitio ſimiliter eſt ad litteram expreſſa in
eodem Concilii decreto in verſ. *Quæ omnia*, & in
*cap. 1. ſeſſ. 6.* ibi, *Implere autem illud ſe nequaquam
poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum mo-
re deſerant.* Et eſt per ſe nota, quia non eſt poſſibi-
le ut oves paſcantur ab eo, qui illas deſerit more
mercenariorum, & fuſius patebit ex dicendis in-
fra, *num. 35. 38. & ſeq.*
30 Conſequentia eſt clara, quia eadem obligatio-
ne, qua quis tenetur ad finem, tenetur etiam ad
medium, ſine quo finis eſſe non poteſt, S. Tho-
mas in *1. part. quæſt. 19. art. 3.* cùm omnia ordinata
ad finem habeantur ſub ratione finis, ut l. *Nam &
Padius ff. de legibus*, S. Thomas *in 1. 2. in princ.* & no-
tant in propoſito, Cajet. & Soto *ubi ſupra*. Quod ſi
paſtores tenentur præcepto divino ovibus ſuis aſ-
31 ſiſtere, & illas non deſerere; conſequens etiam eſt,
ut eodem præcepto divino teneantur perſonali-
ter reſidere, quia verbum *aſſiſtere* ex propria ſigni-
ficatione importat nedum vigilantiam & ſollici-
tudinem animi, ſed etiam corporalē præſentiam,
l. *ult. in fin. C. de Advoc. diverſ. judic.* & idem eſt quod
*adeſſe*. cap. *Si quem*, juncto, cap. *Quamvis in fine de
procurat. lib. 6.* Concil. Trident. *in cap. 4. in fine, ſeſſ.
15.* ſimiliter verbum *deſerere*, quamvis aliquando
ſignificet idem quod negligere, ut ſuperius teti-
gimus: tamen ex proprietate vocabuli importat
ſubtractionem corporalis præſentiæ, & receſſum
ab Eccleſia. Unde abſentes à ſacris Canonibus
paſſim dicuntur Eccleſias deſerere, ut in cap. *Si
quis Presbyter.* ibi, *deſerta Eccleſia ſua ad aliam tran-
ſeundum eſſe crediderit. 7. quæſt. 1.* cap. 2. *ſupra eod.*
ibi, *Parochiam ſuam per annos quinque contra Cano-
num inſtituta deſeruit*, cap. *Inter quatuor. in princ.* &
cap. *Ex tua*, ibi: *Qui ſe fraudulenter abſentant, & ultra
ſex menſes ſuas deſeruerint Eccleſias, infra eodem* cum
multis ſimilib.
32 Secundò, principaliter eadem propoſitio pro-
batur, quia Epiſcopus ex neceſſitate præcepti di-
vini juris tenetur ad curam animarum propter il-
larum ſalutem, qui eſt finis obligationis epiſco-
palis, S. Thomas dicta *quæſt. 185. art. 5.* ſecundùm
illud Actor. 20. *Attendite vobis, & univerſo gregi,
in quo Spiritus Sanctus vos poſuit Epiſcopos regere Ec-
cleſiam Dei, quam exquiſivit ſanguine ſuo.* cap.
33 *Suggeſtum, 7. quæſt. 1.* Concil. Trident. *cap. 1. ſeſſ. 6.*
Dignitas enim epiſcopalis inſtituta eſt à Chriſto
Domino propter officium, ſicut Auguſtinus dicit
in *Iſaiam homilia 7.* Qui vocantur ad epiſcopatum,
non ad Principatum vocantur, ſed ad ſervitium
totius eccleſiæ, ut patet in cap. *Qui Epiſcopatum,
8. quæſt. 1.* & cap. *Multi 40. diſt.* cap. *Niſi cum pri-
dem de renunc.* & in *cap. 1. ſeſſ. 25.* Concil. Trident.
ubi epiſcopi dicuntur eſſe vocati ad ſollicitudi-
nes, & labores pro Dei gloria, & animarum ſalu-
te, & paſſim alibi. ergo ex eadem neceſſitate præ-
cepti juris divini tenetur ad medium neceſſarium
pro cura animarum, ut oſtenſum eſt *ſupra nu. 30.*
34 Media verò, quibus epiſcopum uti oportet ad e-
juſmodi finem conſequendum, ſecundùm Cajeta-
num ſunt infra ſcripta, videlicet Doctrina, Sacra-
mentorum adminiſtratio, Conſecratio, Viſitatio,
Cuſtodia, ac Vigilantia. Quæ ſingula partim ex-
plicitè, & partim implicitè continentur in præal-
legatis decretis Concilii Tridentini, *cap. 1. ſeſſ. 23*
& *cap. 1. ſeſſ. 6.* Hujuſmodi autem actus tenetur e-
35 piſcopus præcepto divino per ſeipſum exercere:
nam de doctrina Apoſtolus ait 1. ad Titum 3. *O-
portet Epiſcopum eſſe doctorem*, & non dicit oportet
epiſcopum habere Doctorem, & in ordinatione
epiſcopi dicitur, vade, prædica populo Dei, ut in
Pontificali Romano, & non dicitur; Mitte ad præ-
dicandum, & Paulus 1. ad Corinth. 9. *Væ enim mi-
hi eſt ſi non Evangelizavero, neceſſitas mihi incumbit*,
36 & in cap. *Diſpenſatio 43. diſt.* Anacletus, vel ſecun-
dùm alios Nicolaus Papa; Diſpenſatio, inquit, eſt
nobis cœleſtis ſeminis injuncta, Væ ſi non ſparſe-
rimus, Væ ſi tacuerimus, & in cap. præced. Paſtor
dicitur eos occidere, quos tacendo noluit incre-
pare; & non eſſe mundum à ſanguine qui Dei cō-
ſilium non annunciat. et plura ſacrarum littera-
rum teſtimonia habentur in cap. *Sit Rector.* & in
cap. *Epheſiis, 43. diſt.* & in dict. cap. *Niſi enim pridem*





*de renunc.* ut propterea non mirum ſi prædicatio-
nis munus dicatur Epiſcoporum præcipuum eſſe
à Concilio Tridentino, *cap. 4. ſeſſ. 24.* At non eſſet
præcipuum ipſius Epiſcopi, ſi abſque legitimo im-
pedimento poſſet per alium adimpleri. Unde
meritò S. Synodus in *d. cap. 4.* Epiſcopis mandat,
ut in Eccleſiis ſuis per ſe, aut ſi legitimè impediti
fuerint per eos, quos ad prædicationis munus aſ-
ſument, in aliis autem Eccleſiis per Parochos, ſi-
ve iis impeditis per alios ab Epiſcopo deputan-
dos ſacram ſcripturam, & divinam legem annun-
tient.
De adminiſtratione Sacramentorum patet,
quia quædam ſunt ſacramenta, quæ ſolus Epiſco-
pus poteſt miniſtrare, ut Confirmationis, & Ordi-
nis, c. *Quanto, de conſuet.* c. *unico*, §. *Per frontis chriſma-
tionem de ſacra Unct.* Concilium Florentinum in
decreto fidei Eugenii IV. §. *Secundum Sacramen-
tum*, & § *Sextum Sacramentum*: & Tridentinum
*ſeſſ. 7. de Confirmatione can. 3.* & *ſeſſ. 23. de Sacram.
Ordin. cap. 4. & can. 7.* Idemq; patet de Conſecra-
tionibus Virginum Baſilicarum, de unctione Al-
tarium, confectione Chriſmatis, & hujuſmodi, in
cap. *Quamvis, Chorepiſcopi, 68. diſt.* cap. *Perlectis*, §.
*Ad Epiſcopum, 25. diſt.* cap. *Aqua, infra de conſecr. Eccl.
vel Altar.* & d. c. 4. *de Sacram. Ordin. ſeſſ. 23.*
38 De viſitatione, cuſtodia & vigilantia ſimiliter
patet, quia niſi ad hæc Epiſcopus perſonaliter te-
neretur, non eſſet ipſe Paſtor cuſtodiens gregem,
& vigilans ſuper eo, & agnoſcens vultum peco-
ris ſui, ſed potius eſſet dominus ovium habens
mercenarium, cui committit ut vigilet, cuſtodiat,
& viſitet. At manifeſtum eſt Epiſcopos ipſos jure
Evangelico eſſe Paſtores ovium Chriſti, juxta
verbum Domini ad Petrum, *Paſce oves meas*, Joan.
21. non enim dixit, fac paſcere oves, & quamvis
ſoli Petro hæc verba dicta fuerint, cap. *Significa-
ſti, ſupra de elect.* tamen Auguſtin. *in libro de Paſtore
cap. 13.* obſervat idcirco Chriſtum injunxiſſe ſin-
gulariter Petro id, quod omnibus erat commune,
ut unitatem commendaret: multi enim, inquit,
erant Apoſtoli, & uni dicitur: *Paſce oves meas*,
Ad hoc cap. *In novo, 21. diſt.* & cap. *Loquitur Domi-
nus, 24. quæſt. 1.* Quod clarius explicans Ambro-
ſius in *Paſtorali*, (Nobis, (inquit) in verbis divi-
nis credita eſt diſpenſatio, gregemque Chriſti
alendum ſuſcepimus. & infra: Repetitum eſt à
Domino tertiò: *Paſce oves meas*; Quas oves, &
quem gregem non ſolum tunc Beatus ſuſcepit Pe-
trus, ſed nobiſcum illas ſuſcepit, & cum illo nos
ſuſcepimus omnes. Juſſit Dominus Petro paſcere
oves, per quem ad reliquos omnes poteſtas & au-
thoritas paſcendi manat à Deo.) Hæc ille. Sed &
39 *Proverbiorum 27.* dicitur, diligenter *Agnoſce vultum
pecoris tui, tuoſque greges conſidera*; & non dicitur,
fac agnoſcere. Ex quo teſtimonio eliciunt Docto-
res perſonalem viſitationem prælati eſſe de jure
divino. Extravag. *Salvator. de præben. inter com-
40 munes.* Similiter de bonorum operum exemplo
dicitur Matth. 5. *Vos eſtis lux mundi*, &c. *ſic luceat
lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bo-
41 na, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Pon-
dera, quia non dicit, ut audiant opera veſtra bo-
na, ſed, ut videant; & hæc verba omnibus Epiſco-
pis Apoſtolorum ſucceſſoribus à Domino dicta
fuiſſe, advocavit Sot. *de juſt. & jure lib. 10. quæſt. 3.
art. 1. col. 3. verſ. Hæc quippe verba.* & ad Titum ſe-
cundo. *In omnibus præbe teipſum exemplum bonorum*
operum, & 1. ad Timoth. 3. *Oportet Epiſcopum irre-
prehenſibilem eſſe, ſobrium, prudentem, ornatum, pu-
42 dicum*, &c. *& teſtimonium habere bonum ab iis, qui
foris ſunt.* Item ab iis, qui intus ſunt, cap. *unico*,
§. *Ad exhibendum de ſacra unctione.* cap. *Licet ergo 8.
quæſt. 1.* Nihil eſt enim quod alios magis ad pie-
tatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quam eo-
rum vita, & exemplum, qui ſe divino miniſterio
dedicarunt. Cùm enim à rebus ſæculi in altiorem
ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam ſpe-
culum reliqui oculos conjiciunt, ex iiſq; ſumunt,
quod imitentur, ut legitur in decreto Concilii
Tridentini, *ca. 1. in princ. ſeſſ 22.* & hoc veluti per-
petuum quoddam prædicandi genus eſſe dicitur,
43 in *cap. 1. ſeſſ. 25.* At ridiculum eſt affirmare epiſco-
pum eſſe poſſe irreprehenſibilem, ſobrium, caſtum
& ſuis ſubditis poſſe prælucere, & exemplo eſſe
per Vicarium, vel ſubſtitutum, cùm in ſeipſo de-
beat oſtendere qualiter alios in domo Dei opor-
teat converſari, dicit textus in c. *Cùm in cunctis, ſu-
pra de elect.* & ſalus ſubditorum ſit integritas præ-
ſidentium, ut in cap. *Miramur, 61. diſt.* & in *cap. 1. in
princ. ſeſſ. ejuſdem Concilii*, item vanitas eſt ſubditos
poſſe imitationis exemplum ſumere ab epiſcopo
in longinquis partibus moram trahente. Unde pa-
ret officium hoc paſcendi per bonorum operum
exemplum, ad quod præcepto divino obligantur
epiſcopi, eſſe perſonaliſſimum, nec ullatenus poſ-
ſe per miniſtros adimpleri.
Denique de cuſtodia & vigilantia idipſum pa-
tet ex authoritate Apoſtoli 2. ad *Timoth. 4.* Non e-
nim dicit, Fac vigilare, ſed dicit, *Tu verò vigila, in
omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum
imple.* Quamobrem cùm ſingula munia, ad quæ e-
piſcopi præcepto divino obligantur, exigant cor-
poralem ipſorum præſentiam, & perſonale mini-
ſterium; hinc manifeſtè ſequitur, ut eodem præ-
cepto divino ad perſonalem reſidentiam tenean-
tur.
44 Non obſtat ſi dicatur epiſcopi poterunt hæc mu-
nia exercere per alios epiſcopos pauperes; quoniā
ut verbis Cajetani utar, abuſionis eſt deteſtabilis,
ut pauper epiſcopus relicta ſua eccleſia alteri ſer-
viat, cùm ſinguli epiſcopi teneantur ad hæc omnia
per ſe explenda in ſua Diœceſi. Hinc ſtatutum le-
gitur in Concilio Antiocheno c. 21. epiſcopum de
diœceſi ad diœceſim alteram non debere tranſire,
neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fue-
rit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab e-
piſcopis ſuadeatur. Manere autem debere eum in
eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab
ea alio demigrare, ſecundùm regulam ſuper hoc
olim à patribus conſtitutam, refertur in cap. *Epi-
ſcopum, 7. q. 1.* Item agris ſuis ſitientibus alieni nō
ſunt irrigandi, l. *Præſes*, C. *de ſervit. & aqua.* ibi,
(Cum ſit durum, & crudelitati proximum ex tuis
45 prædiis aquæ agmen ortum ſitientibus agris tuis,
ad aliorum uſum vicinorum injuria propagari)
46 cap. *Quia per ambitiones, 64. diſt.* l. 1. C. *Ut nemo pri-
vat.* l. *Pupillus*, & ibi Bart. *ff. de excuſat. tutor.* gloſ. in
cap. *Qui, vult in ver. ſeipſo, de pœnit. diſt. 3.* & vulgare
eſt non debere unum altare diſcooperiri, ut aliud
cooperiatur. Clem. *Quia contingit, de Relig. domib.*
cap. *Cùm cauſam de præben.* & in Authen. *Quomodo
oporteat Epiſcopos*, §. *Si verò.*
Quod ſi inſiſtas. Saltem exerceri hæc poterunt
per epiſcopos titulares. Reſpondet Cajetanus eſ-
ſe per accidens, ut in eccleſia ſint epiſcopi titula-

res idenim contingit, quia Eccleſiæ aliquæ ſunt 47 ab infidelibus occupatæ vel deſtructæ, ut in cap. *Paſtoralis 7. quæſt.* 1. Quod autem eſt per accidens ab arte, relinquitur, nec infirmat rationem per ſe ſolidam, *L. naturalem, §. Pavonum, ff. de acquir. rer. domin. l. Jura, cum trib. ſeqq. ff. de legib.* Ut enim 48 creentur Epiſcopi titulares ſine ulla rationabili cauſa, & eo tantùm fine, ut ea dignitate alicujus perſona qualificetur, ſeu decoretur, abuſionis eſt.

49 Præterea tollitur prædicta objectio, quia quilibet Epiſcopus ſive titularis, ſive non, in alterius diœceſi non eſt Epiſcopus proprius, ſed alienus & mercenarius, cap. 1. cap. *Nullus primas, & per totam 9. quæſt.* c. 1. 2. 3. & *per tot. 71. diſt.* cap. 3. *infra de Paroch.* & cap. *Cùm nullus, de tempor. ordinat. lib. 6.* cum mult. ſimil. & in ſpecie de Epiſcopis Titularibus patet in decreto Concilii Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 2. ibi: (Nonnulli Epiſcopi Eccleſiarum, quæ in partibus infidelium conſiſtunt, Clero carentes, & populo Chriſtiano, cùm ferè vagabundi ſint, & permanentem ſedem non habeant, non quæ Jeſu Chriſti, ſed alienas oves inſcio Paſtore quærentes, &c.) Argrex à Domino jubetur paſci, non per mercenarium, ad quem non pertinet de ovibus, cap. *Adverſitas, §. Hoc tunc ſervandum, 7. quæſt.* 1. ſed per ipſummet Paſtorem: ait enim Dominus Joann. 10. *Qui autem intrat per oſtium Paſtor eſt ovium, cujus vocem oves ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oves emiſerit, ante eas vadit, & oves illum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus, alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.* Hæc ibi. Pondera ſingula verba quæ evidenter demonſtrant officium Paſtoris animarum eſſe omnino perſonale ex præcepto Evangelico, nec poſſe ex ſui natura per alienum adimpleri.

50 Demum tollitur eadem objectio. Quia tametſi aliquo ſpeciali caſu æquè benè poſſet eſſe conſultum utilitati Eccleſiæ per deputationem optimi Vicarii, vel Epiſcopi ſuffraganei; non tamen propterea proprius Epiſcopus eximeretur à perſonali reſidentia, quia tenetur præcepto divino non tantum ad providendum utilitati Eccleſiæ ſuæ, ſed etiam ad paſcendum per ſeipſum, ut proximè oſtenſum eſt. In debitis autem, ſeu muneribus perſonalibus non abſolvitur debitor, ſi per alium facit, ut Caietanus obſervat in 2. 2. *diſt. quæſt.* 185. *art.* 5. & probatur in l. 1. *& per tot. ff. de excuſ. munet. & C. qui ætate ſe excuſ. & tit. ſeq. lib.* 10. & cap. *Pervenit, de immun. Eccleſ.* & tradit Bald *conſ.* 165. *Propenitur lib.* 5. Textus optimus in l. *Inter artifices, ff. de ſolution.* Sicut Sacerdos 51 ſi divinum officium vel Miſſam celebret per aliquem devotum Presbyterum, ſatisfacit quidem illis, pro quibus tenetur officium, vel ſacrificium offerre, ſed non propterea excuſatur à celebratione officii, vel Miſſæ, ad quam tenetur; quia debi- 52 tum perſonale eſt, cap. *Nihil, 7. quæſt.* 1. Concilium Tridentinum in c. 4. *ſeſſ.* 22. *& in c.* 12. *verſ. Omnes vero, ſeſſ.* 24. Quòd multò magis procedit in muneribus publicis, præſertim ubi agitur de regimine animarum, c. *Cùm ſit, ſupra de ætat. & qualit.* In his enim cenſetur electa induſtria perſonæ; & ideo non admittitur ſubſtitutus, per regul. cap. *fin. §. Is enim de off. deleg.* & ſunt jura aperta in cap. *Quia nonnulli,* ibi: *Qui reſidere in loco, & curam per ſeipſum* *valeat exercere,* & cap. *Relatum, ſupra eod.* cap. *Clericos, ibi: alios ſubſtituere non permittas, cùm id ſatis ſit abſonum, & abſurdum, de offic. Vicar.* cap. *Extirpandæ, §. Qui verò de præben.* ubi dicitur: *Qui Parochialem habet Eccleſiam, non per Vicarium, ſed per ſeipſum deſerviat,* & notat Archid. in cap. *Sacerdotibus* 11. *quæſt.* 1. Abb. in *d. §. Qui verò, num.* 32. *verſ. Quia in commiſſione curæ eligitur induſtria perſonæ, cui committitur;* ideo non eſt rationabile quod ipſe alii committat, Dec. in cap. *Cùm omnes, in* 2. *lect. in* 1. *notab. de Conſtit.* Ferrett *conſ.* 32. *num.* 15. & pluribus probat Sotus *de juſt. & jure lib.* 10. *d. quæſt.* 3. *art.* 1. *col.* 20. *verſ. Ad eorum ergo argumentationem,*

53 Unde meritò B. Bernardus ab Hoſtienſi relatus in dict. cap. *Extirpandæ, num.* 10. dicit (Qui per vicarium inſervit, per vicarium remunerabitur.) Quo loco libet referre verba graviſſima Damaſi Papæ *epiſt.* 4. quæ habetur *tom.* 1. *Concil. pag.* 164. Ait enim (Curam vobis à Deo demandatam negligitis. Qui talia ſtatuunt, videntur mihi meretricibus eſſe ſimiles, quæ ſtatim ut pariunt infantes, aliis nutricibus tradunt educandos, ut ſuam citiùs libidinem explere valeant, ſic & iſti infantes ſuos, id eſt populos ſibi commiſſos aliis educandos tradunt, ut pro ſuo libito curiis ſæcularibus inhient, & ad principes, & ad eorum favores confugiant, & quod unicuique viſum fuerit liberiùs peragant: pro talibus enim animæ negliguntur, oves pereunt, morbi creſcunt, hæreſes & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proveniunt. Non enim ita Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi, qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant. Nam Dominus ovem perditam diligenter quæſivit, ipſe invenit, ipſe propriis humeris reportavit. Si Dominus pro ovibus tantam curam habuit, quid nos miſeri dicturi ſumus, qui etiam pro populo nobis commiſſo curam impendere negligimus, & aliis educandum tradimus?) Hæc Sanctus Pontifex. Et ſanè cùm nihil magis inculcent ſacræ Litteræ, Canones, & Concilia, quàm ut ad majorum Eccleſiarum regimen non aſſumatur niſi qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, cap. *Licet ergo, 8. quæſt.* 1. cap. *Cùm in cunctis, ſupra de elect.* & hoc munus ejuſmodi eſſe cenſeant, ut ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquam ſatis cautum de eo videri poſſit, ut legitur in decreto Concilii Tridentini, *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. & ſcripſi plenè in cap. *Niſi cum pridem ſupra de renunc.* utique tam exquiſitæ diligentiæ, & cautelæ eſſent prorſus ſupervacaneæ, ſi Epiſcopi poſſent muneri ſuo per alium ſatisfacere.

Rurſus non obſtat ſi dicatur: Epiſcopi accipiunt poteſtatem immediatè à Summo Pontifice, cap. *Qui ſe ſcit,* & cap. *Decreto* 2. *q.* 6. cap. *Sacroſancta,* & cap. *Omnes,* 22. *diſt.* & docent Alex. de Ales, Albertus Magnus, S. Thomas, & S. Bonaventura relati à Cardinale Turrecrem. in d. cap. *Omnes,* 22. *diſt.* ubi latè hanc ſententiam tuetur. Ergo Epiſcopi tenentur perſonaliter reſidere jure Pontificio, non autem Divino.

54 Id inquam non obſtat; primò, quia Epiſcopi accipiunt immediatè à Romano Pontifice poteſtatem juriſdictionis tantùm. Et ita loquuntur Canones, & DD. ſupra citati, ut ſcripſi latiſſimè in cap. 1. *à num.* 31. *ſupra de offic. ordin.* At verò poteſtatem Ordinis, quæ non ex injunctione hominis, ſed



ſed per conſecrationem confertur, accipiunt immediatè à Chriſto, cap. *In novo,* & ibi gloſſ. *in ver. Petr.* 21. *diſtinct.* & dixi in cap. 1. *in* 2. *notab. de ſuppleneg. Prælat.* Cum autem Epiſcopi teneantur præcepto divino oves paſcere, etiam Sacramentorum adminiſtratione, ut habetur in decreto præalleg. Concilii Trident. *cap.* 1. *ſeſſ.* 23. Et hoc ſpectet ad poteſtatem Ordinis, utique ſaltem hoc reſpectu præcepto divino tenentur perſonaliter reſidere.

55 Deinde & fortè meliùs prædictum argumentum dicimus non obſtare, quia etſi quilibet Epiſcopus accipiat juriſdictionem immediatè ab Eccleſia Romana, tamen inſtitutio ipſa Ordinis, & gradus Epiſcopalis eſt Dei, ut eſt diffinitum à Concilio Trident. *ſeſſ.* 23. *de Sacram. Ordin. can.* 6. & dixi pleniùs in cap. *Quanto, ſupra de conſuet.* & in cap. 1. *de ordinat. ab Epiſc.* Et huic inſtitutioni ab ipſo Deo ſuit annexum onus paſcendi oves, ut ſæpius repetitum eſt, & conſequenter quamvis Romanus Pontifex promoveat Epiſcopos, eiſque juriſdictionem conferat; ipſam tamen divinam inſtitutionem immutare, aut onus illi annexum à Deo adimere non poteſt. Et quemadmodum, ut Soti exemplo utar, qui morum ſerit, efficere non poteſt ut prunus inde, aut alia arbor germinetur quàm morus, ita nec qui Epiſcopum facit, efficere poteſt, ut ejus natura divinitus inſtituta non ſit per ſe paſcere.

56 Similiter non obſtat ſi dicatur, Papa aliquando diſpenſat ſuper reſidentia: Concilium Tridentinum in *cap.* 2. *ſeſſ.* 6 ibi: *indulgentiis verò, & diſpenſationibus temporalibus,* &c. Quinimò, & Epiſcopos, ut patet in cap. *Cùm ex eo, de elect. libro* 6. ubi eſt expreſſum Epiſcopos diſpenſare poſſe cum habentibus Parochiales Eccleſias, ut ad ſeptennium abſint ſtudiorum cauſa. Et generaliter ex juſta cauſa, ut in cap. *Relatum, in fine.* & ibi gloſſ. *fin. ſupra eod.* Item aliquando diſpenſat Papa ſuper retentione plurium Epiſcopatuum, aut plurium beneficiorum curatorum, ut in cap. *De multa, in fin. de præben.* cap. *Dudum, il ſecundo, de elect.* Clem. *Si plures,* & Extravag. *Execrabilis, de præben.* Ergo reſidentia non eſt de jure divino, ſuper quo Eccleſia non diſpenſat, cap. *Sunt quidam,* 25. *quæſt.* 1. cap. *Sicut, cum ibi not.* 15. *diſtinct.* D. Thom. in 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 4. *ad* 3.

57 Reſpondetur enim ex Richardo de Mediavilla in 4. *ſent. diſt.* 38. *quæſt.* 9. *art.* 1. & Cardinal in c. *Cum ad monaſterium, §. Abbas, num.* 16. *infra, de ſtatu Monachor.* diſpenſationem poſſe accipi dupliciter. Uno modo pro juris relaxatione, ut notatur in §. *Sed rigor,* 1. *quæſt.* 7. Alio modo pro juris de- 58 claratione, & hoc tantum reſpectu dicimus Papam diſpenſare ſuper jure divino, videlicet illud declarando, & interpretando, cap. *In nomi, de teſtib.* addo gloſſ. *unic.* in d. c. *Sunt quidam,* quæ dicit Papam diſpenſare in Evangelio, interpretando ipſum, c. *Licet, in fine, de teſtib.* Itaque Summus Pontifex propriè non diſpenſat cum Epiſcopo ſuper reſidentia, ſed potiùs interpretatur jus divinum eo caſu propter aliquam circumſtantiam non obligare; & ita reſpondet Covar. *variar. reſol. lib.* . *cap.* 13. *num.* 9. *verſ. Fateor enim.* Sot. *de juſt. & jure, lib.* 10. *qu.* 3. *art.* 1. & Vaſq. in *opuſc. moral. in tract. de benef.* c. 4. §. 2. *dub.* 1. *nu.* 122. *in fin.* Quod egregiè expli- 59 cat D. Thom. *Quodl.* 9. *art.* 15. ait enim: (Sunt quædam actiones, quæ abſolutè conſideratæ inordinationem, & deformitatem quandam important, quæ tamen aliquibus circumſtantiis advenientibus bonæ efficiuntur, ſicut non reſidere propter incompatibilitatem in beneficio curato eſt per ſe malum; tamen aliæ circumſtantiæ poſſunt ſupervenire ita honeſtantes actum, ut prædictæ inordinationes totaliter evacuentur, ut puta ſi ſit neceſſitas in pluribus Eccleſiis ejus obſequii, & poſſit plus ſervire Eccleſiæ, vel tantundem abſens, quàm alius præ- 60 ſens, & ſi quæ alia ſunt hujuſmodi, & tunc iſtis conditionibus ſupervenientibus cum recta intentione non erit peccatum, etiam nulla diſpenſatione interveniente, ſi conſideretur tantum ſecundum jus naturale, quia diſpenſatio ad jus naturale non pertinet, ſed ſolum ad poſitivum. Nunc autè certum eſt per antiqua jura hoc eſſe prohibitum, unde ideo neceſſaria eſt diſpenſatio, etiam illis circumſtantiis ſupervenientibus, quæ ſecundum conſiderationem juris naturalis actum poterant hone- 61 ſtare.) Hæc S. Thom. Nec refert quod Innoc. in d. c. *Cùm ad monaſterium, n.* 3. teneat Papam diſpenſare poſſe etiam ſine ulla cauſa, ut quis obtineat duo beneficia curata, ut dixi *ſupra n.* 23. nam huic doctrinæ Innocentii in ſpecie reſpondet Abb. in cap. *Extirpandæ, §. Quia vero, n.* 44. *de præben.* dicens illam procedere quoad forum militantis Eccleſiæ, in quo non licet diſputare de factis Papæ, c. *Si quis ſuadente, §. Qui autem,* 17. *qu.* 4. quia ipſe de aliis judicat, ſed à nemine judicatur, cap. *Si Papa,* 40 62 *diſt.* ſed quoad Deum non procedere: nam jus ſcripti fundatum eſt ſuper bono communi, c. *Erit autem lex,* 4. *diſt.* hoc autem privata conſideratione iſtius, vel illius non debet dimitti, cap. *Miramur,* 61. *diſt.* cap. *Licet, de Regular.* cum ſimil. Diſpenſatio autem per privatam conſiderationem illud remittens irrationabilis eſt, cum apud Papam non debeat eſſe acceptio perſonarum cap. *Novit, de ju-* 63 *dic.* cum concord. Sed negari non poteſt quin ſit acceptio unius perſonæ quod aliis communiter denegatur. Item ſi Papa eſſet negligens, vel remiſſus, & non intentus circa bonum publicum, graviùs puniretur à Deo, ut in dicto cap. *Si Papa* & maximè circa bona eccleſiaſtica, quæ ſunt Dei, ut in cap. *Ex eo, de elect. lib.* 6. Et in Extravagan. *Execrabilis, de præben.* inter communes, Innoc. in cap. *Cùm ſuper de cau. poſſ. & propriet.* Nam quæcumque Eccleſiis offeruntur, dicuntur eſſe oblata Deo, cap. *Videntes,* 12. *quæſt.* 1. & cap. *Res quæſt.* 2. Unde non debet attentâ carnalitate & affectione ſpeciali de ſuis rebus diſponere, ſed attento bono publico ſpirituali. Debet enim eſſe fidelis, & providus diſpenſator, & non infidelis, & ejus judicium debet de vultu Dei prodire, ut in cap. *Ut noſtrum, Ut Eccleſ. benefic.* & cap. *Cum eterni, de ſent. & re judic. libro* 6. ita Abb & hoc ipſum dicit Jo. de Lign. 65 in Clem. *Gratiæ, de reſcript.* ubi ſimiliter concludit poſſe Papam diſpenſare generaliter, ut unus habeat plura curata, & conſequenter ſuper reſidentia. (Totum tamen (ut ipſe ait) debere referri ad cultum divinum, alias ſi nuda voluntate, non habita relatione ad bonum publicum, non foret diſpenſator, ſed diſſipator. De fideli diſpenſatore loquitur textus Lucæ 12. ibi: *Quis putas fidelis eſt diſpenſator, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam,* &c. Infidelis autem diſpenſator eſt, qui non habet notitiam rationis, & boni publici. Item imprudens non conſiderans cauſas motivas in bonum publicum directivas. Ex quo ſequitur ut

ut quoad Deum non ſit tutus , cum quo ſic diſpenſatur, imò verius diſſipatur. cap. *Non eſt*, & ibi not. in 2. *gloſ. in verb.* facit cap. *Si is qui preceſ.* 1. *q.* 1. *quaſt.* 3. & c. *Literas*, 2. *q.* 1. Hæc Jo. de Lignano, quem refert, & ſequitur Aufr. in d. 3. *Qui vero*, num. 29. *verſ. Etiam tamen*, & num. 36. *verſ. Alia conclusio*, & cum his conſentit D. Thomas in 1. 2. *quaſt.* 97. *artic. ult.*

Nec ad rem pertinet deciſio S. Congregationis adducta in contrarium *ſupra num.* 24. ſiquidem Papa, ut ibi, non eximit Parochum à reſidentia; ſed ſimul cum Parochialitatem ſupprimit, & in locum Parochi Capellanum ſubrogavit ; quod non excedit poteſtatem Papæ. Ideoque Concilium Tridentinum in *ſeſſ.* 7. c. 7. *ſeſſ.* 21. etſi prohibeat ne beneficia curata convertantur in ſimplicia, etiam aſſignata Vicario perpetuo congrua portione, tamen præſervat gratias, quæ jam plenarium effectum ſunt conſecutæ.

66 Item non obſtat cap. *Extirpandæ*, §. *Qui vero, de præben.* ubi obtinens dignitatem, cui eſt annexum beneficium curatum, debet reſidere in dignitate, & conſtituere Vicarium in Parochiali, quia ſieri non poſſet ſi reſidentia in beneficio curato eſſet 67 de jure divino. Nam reſpondeo eo caſu Vicarium ipſum eſſe Paſtorem animarum, ut patet ex litera, ibi, *idoneum*, & *perpetuum habeat Vicarium canonicè inſtitutum*. Et propterea quæ de Eccleſiis curam animarum habentibus per receptionem aliarum ſimulum amittendis, ac de ipſarum rectoribus promovendis ad ſacerdotium, & de cura eiſdem à jure ſtatuta noſcuntur , in perpetuis Eccleſiarum Parochialium Vicariis, & aſſumptis ad eas jubentur obſervari in Clem. *unica de offic. Vicar.* Et Vicarium perpetuum eſſe Curatum probat textus, ibi, in cap. *fin.* ibi, *reſideant, & ſervire teneantur, ut curam earum* §. *ſui.* juxta *premiſſam*, & notat gloſ. fin. in d. Clem. *unica*.

Denum non obſtat quod dictum eſt de delegatione *ſupra num.* 11. Nam, ut reſpondet Cajetan. *d. art.* 5. *verſ. Ad ſecundum argumentum*, cum perſonali officio ſibi, ut perſonæ Epiſcopi, ſalva conſcientiæ puritate, ex rationabili cauſa abſtineat ab aliquo proprio ſibi actu , & per alium exerceat illum, potuit prædicet per alium , ubi hoc magis expediens fuerit, exemplo Valerii, qui per Auguſtinum prædicabat. Et hanc Cajetani reſponſionem in effectu olim probavit S. Congregatio Concilii in Curato inferiori, ut ego dixi in cap. *Extirpandæ*, §. *Qui vero, in* 1. *artic. verſ. Cæterum, ſupra de præben.* Advertit tamen Sot. *d. art.* 1. *col.* 19. *verſ. Ergo ſi tota*, Valerium hoc feciſſe ingraveſcente jam ætate, quando vires ſibi non ſuppetebant.

Itaque rationibus firmatum eſt quemlibet Epiſcopum, vel Curatum, per ſe loquendo teneri ex divino jure præcepto perſonaliter reſidere in ſuo Epiſcopatu vel Parochia: licet non me lateat de hoc articulo ingentem controverſiam, & diuturnam altercationem extitiſſe inter Patres Concilii Tridentini, imò & inter ipſos Cardinales præſidentes ; & propterea Decretum ea forma verborum fuiſſe conceptum, ut neutri ſententiæ formaliter adverſaretur, prout refert P. Sfortia Pallavicinus multis in locis ſuæ admirabilis Hiſtoriæ.

68 Secunda itidem aſſertio, videlicet præceptum de perſonali reſidentia Epiſcopi vel inferioris Curati per ſe obligare, non tantum ſemper, ſed etiam

69 ad ſemper, probatur: Quia etſi præcepta affirmativa obligent ſemper, non autem ad ſemper, ſed pro loco & tempore , & in hoc formaliter differant à præceptis negativis, ut per D. Thom. in 1. 2. *qu.* 71. *art.* 5. *ad* 3. & *qu.* 88. *art.* 1. *ad* 2. & *q.* 100. *art.* 10. *in corp.* nihilominus aliud dicendū eſt de per-

70 ſonali reſidentia, quoniam licet ſit affirmativum, tamen includit etiam præceptum negativum obligans ad ſemper, quia præcipitur Paſtori, ut oves non dimittat, aut deſerat more mercenariorum, ut oſtenſum eſt *ſupra n.* 19. & *ſeqq.* Simile habetur in cap. *Super hoc*, *de renunc.* & in c. 1. in *gloſ. verb. Non timore, ſupra de iis, qui vi metuve, cauſ.*

71 Præterea, ut obſervat Cajetan. initio citatus, actus Epiſcopales ſunt in triplici differentia: nam quidam exigunt certum & determinatum tempus, ut collatio Ordinum, c. 3. *de tempor. ordinat.* & confectio Chriſmatis, can. *Literis de conſecr. diſt.* 3. cap. *Quoniam deſunt excommun. lib.* 6. gloſ. in can. *Presbyteri, de conſecr. diſt.* 4. & ratione actuum hujuſmodi ſatis eſſet ut Epiſcopus reſideret temporibus ab Eccleſia præceptis ad illos exercendos. Quidam verò actus ſunt temporis indeterminati, ſed tamē non frequenter occurrunt , ut conſecrationes & benedictiones, de quibus in cap. *Quamvis*, 68. *diſt.* & *tota tit. de conſecr. Eccl. vel Altar.* & *de conſecr. diſt.* 1. & horum ratione ſufficeret Epiſcopum ita reſidere , ut ex defectu eorum actuum Eccleſia non

72 pateretur detrimentum. Quidam denique ſunt actus temporis indeterminati, & frequentis, ita ut nullum tempus ſit exceptum, in quo non facile, & crebrò occurrat eorum neceſſitas, ut eſt actus paſcendi gregem Chriſti ; oportet enim muniis paſtoralibus ita aſſiduum eſſe Paſtorem, ut actum paſcendi ferè nunquam intermittat : ſcriptum eſt enim: *Qui præeſt, in ſollicitudine*, cap. *Quia præſumitur* 1. *quaſt.* 4. & 2. ad Corinth. 11. 28. *Inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor ? Quis ſcandalizatur, & ego non uror.* Sic & Apoſtolicus à paſtorali ſollicitudine circa omnes Eccleſias nunquam omnino ceſſat, ut dicit text. in cap. *Cum inſtantia, de cenſ.* & nocteſque ducit inſomnes pro omnibus cogitationem ſuſcipiens, ut in Auth. *Ut judices ſine quoquo ſuffrag. in princ.* Amplius à Paſtore exiguntur ſex actus, qui habentur Ezechiel. *cap.* 39. quos manifeſtum eſt exigere tempus continuum , aut valde frequens prout explicant Cajetan. & Sotus, qui propterea irrident, & redarguunt Epiſcopos, qui opinantur ſe muneri ſuo ſatiſfeciſſe, ſi per aliquot horas cauſis decidendis aſſiſtant.

Et ratione actuum hujus tertiæ ſpeciei Epiſcopus jure divino obſtrictus eſt aſſiduè in ſuo Epiſcopatu reſidere ; quoniam tanta temporis frequentia continuam exigit reſidentiam, tum ex frequentia exercitii actuum hujuſmodi ; tum ex præparatione ad eoſdem actus: nam etſi non omne tem-

73 pus inſumatur in exercitio actuum paſtoralium, nullum tamē tempus excipitur, in quo non oporteat Epiſcopum eſſe paratum ad paſtorales actus exercendos S. Thom. in 2. 2. *quaſt.* 185. *art.* 5. *ad* 3. at quia actus paſcendi ſecundum Cajetan. eſt principalis actus Epiſcopi, & ex principali actu judicium eſt ſumendum, idcirco per ſe loquendo Epiſcopus adſtringitur præcepto evangelico ad continuam reſidentiam in ſuo Epiſcopatu , ita ut hoc præceptum quamvis affirmativum, tamen ex natura rei quæ præcipitur, obliget ſemper , & ad ſem-



ſemper, id eſt aſſiduè, quia ſemel habet determinatum locum, ſcilicet propriam diœceſim, cap. *Si quis Epiſcopus*, 92. *diſt.* cap. *Pervenit*, 7. *quaſt.* 1. & in certis temporibus ipſam Cathedralem Eccleſiam cap. *Statuit, ead. cau. & quaſt.* Concilium Trident. *in d. c.* 1. *verſ. Eaſdem interim admonet, ſeſſ.* 23. ita & determinatum tempus, id eſt aſſiduè, & quaſi ſemper.

Dixi, quaſi, quia brevis, & modica interpellatio continuam reſidentiam non interrumpit : ut not. Petr. de Anchar. in c. *un. num.* 1. *verſ. Quandoq. verbum reſidere adjicitur dictioni continuæ, de Cler. non reſid. lib.* 6. Et ita ſecundùm eum intelligitur quod de habitatione continua tr[illegible] dicitur in c. *fin. de frigid. & malef.* Nam & ille [illegible] non ſemper cādem dicitur habere cauſam continuam in l. *Foramen*, ff. *de ſervit. urban. præd.* & l. 1. §. *Quotidianæ*, ff. *de aqua quotid. & æſtiv.* facit l. *Si quis ita legaverit*, ff. *de condition. & demonſtrat.* & l. *Mævia*, ff. *de ann. legat.* Unde Concilium Trident. in præcit. c. 1. *ſeſſ.* 23. admittit ut Epiſcopi duos, aut tres menſes ſingulis annis abeſſe poſſint. Quoniam, inquit, qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reverſuri ſunt; dum tamen id æqua ex cauſa fiat, & abſque ullo gregis detrimento, quod an ita ſit, abſcedentium conſcientiæ graviſſimis verbis reliquit.

74 Tertia demum aſſertio, videlicet per accidens quandoque Epiſcopum non teneri ad perſonalem reſidentiam ſecundùm Cajetan. *in* 2. 2. *d. q.* 185. *art.* 5. *verſ. Frequentare*, probatur, quia cùm hæc obligatio ad ſemper ſit ex parte materiæ, & materia ipſa ſit mutabilitati, & variationi obnoxia, propterea contingit, ut abſque violatione præcepti Epiſcopus non ſemper reſideat.

75 Cauſæ verò excuſantes Epiſcopum à vinculo neceſſariæ continuitatis reſidendi in diœceſi ex Decreto Concilii *in ead. cap.* 1. Sunt infraſcriptæ, videlicet, Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, ac evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas. Quæ omnia Cajetan. loco citato, & poſt eum recentiores Theologi perſtringunt ad tria capita. Primum eſt neceſſitas impedimenti. Secundum qualitas negotii. Tertium conditio perſonæ.

76 Neceſſitatem tamen impedimenti nemo dubitat quin excuſet, & eſt expreſſum in d. cap. 1. & in c. *Inter quatuor, ſub eod.* cum concord. Impedimen-

77 tum autem eſt in duplici differentia; Aliud enim eſt ab intrinſeco, aliud ab extrinſeco. Impedimentum ab intrinſeco eſt quod provenit ex infirmitate, & hoc præbet juſtam cauſam abſcedendi ad tempus ab Eccleſia, ut ſi oporteat cœlum mutare, vel ire ad balnea, ſecundùm Cajetan. *ubi ſupra.* Ad hoc cap. *Nihil*, 7. *quaſt.* 1. cap. *Ad evidentiam infra eod.* cap. *unic. eod. tit. lib.* 6. & *de Cler. ægrot. per totum.* Quòd ſi morbus ſit incurabilis, permittitur reſignatio juxta terminos c. *Niſi cum pridem*, §. *Alia verò cauſa eſt debilitas corporis, ſupra de renunciat.* Sic Silvanus Epiſcopus Philenenſium propter aëris intemperiem renunciavit Eccleſiæ, & Atticus Patriarcha Conſtantinopolitanus Eccleſiam Troadis illi commiſit inquiens: ( Ecce quomodo nullam habes excuſationem, cum Dominus tibi providerit de loco temperato, & commodo pro corporis morbis tolerandis. ) Vel datur coadjutor, ut in cap. 1. & cap. *fin. infra, de Cler.*

*ægrot.* & cap. *unic. eod. tit. lib.* 6. Non enim conſuevit Sedes Apoſtolica abſolutè diſpenſare, ut quis non reſideat, ſed ad tempus, & ex legitima cauſa, c. *fin. de reſcript. lib.* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.* 6. *c.* 2.

78 Impedimentum ab intrinſeco eſt, quod provenit ex perſecutione. Perſecutionum autem duæ ſunt ſpecies ſecundum gloſſ. in cap. *Adverſitas*, *in ver. Hæc etiam*, 7. *quaſt.* 1. Alia extrinſeca, quam patitur Eccleſia à tyranno, vel manifeſtis inimicis, de qua dicam *infra num.* 87. Alia intrinſeca, quæ conſiſtit in eis, qui ab unitate Eccleſiæ non ſunt præciſi, ſed tamen nec pati ab Epiſcopo, nec corrigi volunt, juxta textum in d. cap. *Adverſitas*, & cap. *ſeq.* & in cap. *Niſi cum pridem*, §. *propter malitiam*, *ſup. d. de renunc.* Et hæc ſpecies ait, & quando præbeat Prælato juſtam cauſam non reſidendi, notatur plene in cap. *Poſt translationem*, *à num.* 2. *uſq. in finem, eod. tit.*

79 Negotium autem excuſans Epiſcopum à reſidentia triplicem ſe habet ad ſuam Eccleſiam. Primò, in ordine ad ſe ipſam, ſicut totum ad partes. Secundò, in ordine ad alias Eccleſias, ſicut pars ad comparem. Tertiò, in ordine ad Eccleſiam univerſalem, ſeu Romanam, ſicut pars ad totum ; ſeu membrum ad caput.

80 Primo caſu, quando ſc. licet negotium ſe habet ad ſuam Eccleſiam, ut totum ad partem, puta quia imminet neceſſitas defendendi Eccleſiam, & jura ipſius, ob quam oporteat Epiſcopum ad remotiores partes migrare ; tunc manifeſtum eſt jure excuſari à reſidentia, textus eſt in cap. *Ex parte, ſupra eod.* & notat gloſſ. 1. in c. *fin. de reſtit. in* 6. Quinimò ſi neceſſitas poſtulet, poteſt, & debet Epiſcopus ad ſublevandam Eccleſiam ſuam, quæ calamitate conflictatur, accedere ad Curiam, vel Romanam, vel Regiam, idq; jure Divino, & naturali, dummodo id per alium perficere non poſſit ut[illegible] Sot. *de juſt. & jur. lib.* 10. *quaſt.* 3. *art.* 2. *verſ. Quia* [illegible] *tum*; & eſt ratio, quia Epiſcopus tenetur *ex proprio* [illegible] non ſolum illos actus Paſtorales, ſed etiam illum, qui eſt defendere, vel procurare bonum ejus, cap. *Suggeſtum*, ibi, *quia* [illegible] *debeat Eccleſia*, 7. *quaſt.* 1. Ac proinde ex hac cauſa licitè poteſt ab Eccleſia abeſſe, ut probatur in prælleg. cap. *Ex parte*, ibi, *Perſequi verò tua jura* [illegible] *proſequeris, dum per hoc* [illegible] *debeas reſidere*. Quantum enim Eccleſiæ ſuæ ; tunc enim eſt negotium ejus, ut dicit ibi Innoc. & Hoſt. *num.* 2. *in ver. Seſſiones*.

81 Secundo caſu, quando ſcilicet negotium ſe habet in ordine ad alias Eccleſias, ſicut pars ad comparem, *cum ſimus multi unum corpus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra*, ad Rom. 12. cap. *Singula*, 89. *diſtin.* poteſt, & debet Epiſcopus jure charitatis alterius Epiſcopi neceſſitati ſpirituali ſuccurrere, etiam cum detrimento temporali, licet non è converſo. Et hac de cauſa Paulus Timotheum, & alios diſcipulos abire juſſit ad alias Eccleſias pro neceſſitate promulgandæ fidei , ut ſub probat Cajet. in 2. 2. *d. quaſt.* 185. *art.* 5. *verſ. Cum autem negotium ad bonum alterius particularis*

82 *Eccleſiæ*, & Sot. *d. art.* 4. *col.* 6. *verſ. Præter has.* Item ſecundùm eos cum minus ſpirituale bonum ſit magis neceſſarium, quàm aliud. cap. *Sane*, §. 1. *de poſtulat. Prælat.* Concilium Tridentinum, *cap.* 18. ibi, *& major quandoque utilitas poſtulaverit, ſeſſ.* 24. puta negotium fidei, vel pacis, quam miniſtratio

Sacramentorum, & hujuſmodi laudabiliter epiſcopus pro negotio fidei, vel pacis in aliena moratur Eccleſia: & propterea licitè Epiſcopi ſunt legati ad pacem inter Reges Chriſtianos componendam. Si enim cujuſquam, inquit, Ambroſius officium eſt pacem facere. Sacerdotis maximè
83 officium eſt. Sed de hoc *infrà n.* 88. Quod autem legari etiam promiſcuè ad temporalia negotia (ut Cajetanus ſubjicit) abuſionis eſt, quia *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus*, 2. ad Timot. 2. c. 1. *infrà de Cler. vel monach.*
84 Tertio caſu, quando ſcilicet negotium eccleſiæ particularis ſe habet ad eccleſiam Romanam, vel univerſalem, ſicut pars ad totum, ſeu membrum ad caput, certum eſt ſi neceſſitas poſtulet, licitè poſſe epiſcopum à ſua eccleſia abeſſe, arg. d. c. *Bona, il primo, de poſtul. prælat.* & cap. *Conciliorum infrà eod.* & eſt expreſſum in decreto Concilii Trident. *d. c. 1. ſeſſ. 23. ibi, evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas*: nam bonum partis ordinatur ad bonum totius, ut ad finem; & debet pars exponi pro bono totius, ut communis præciditur pro ſalute totius corporis, cap. *Reſecandæ, 24. quæſt. 3.* S. Thomas in 2. 2. *quæſt. 6. art. 1.* Sylveſter in *ver. Homi-*
85 *cidium, 3. num. 4.* Quo tamen loco juvat referre ad li[...] notabilia verba, & declarationem Cardinalis Cajetani in *d. art. 4. verſ. Cùm verò negotium*, ait enim; (Eſt tamen hic opus diſtinctione, an negotium hujuſmodi univerſalis eccleſiæ ſic neceſſario exigens Epiſcopum, vel non: nam ſi negotium neceſſario exigit epiſcopum, ut ire ad Concilium generale, vel ad Synodum Provincialem, quæ etiam ſe habet ad eccleſiam epiſcopalem, ut totum ad comparatem; conſtat quod rationabilis eſt abſentia. Sed ſi negotium univerſalis eccleſiæ non neceſſario exigit epiſcopum, puta quia perſona epiſcopi habet officium, quo oportet ipſum univerſalis eccleſiæ ſervitio perpetuò perſonaliter Romæ deſervire, verbi gratiâ, eſt Secretarius Sedis Apoſtolicæ, vel Auditor Rotæ, aut hujuſmodi: non ex hoc excuſatur à reſidentia quoad Deum. Et ratio diverſitatis eſt, quia partes dupliciter ordinantur ad bonum totius. Primò abſolutè; & ſic ſecundum naturalem ſtatum ordinantur ad bonum totius, ſicut manus, pedes, & reliqua membra hominis abſolutè quidem ordinantur ſecundum ſuos naturales ſtatus ad bonum hominis, cujus ſunt partes. In caſu autem, quo totius bonum periclitatur, partes etiam perdendo naturales ſuos actus ordinantur ad bonum totius. Secluſo autem caſu neceſſitatis, ſeu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua, ſed petitur ſingulas perſonas ſalvare in ſuis naturalibus ſtatibus. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto, & partibus eccleſiæ Politicæ ſecundum rectam rationem, ita quod quælibet particularis eccleſia ordinatur ad univerſalis Eccleſiæ bonum, & ſervitium, abſolutè quidem, ſalva cujuſque Eccleſiæ perfectione. In cauſa autem neceſſitatis ordinatur ad bonum univerſalis eccleſiæ etiam cum ſui detrimento. Et quia ſervitia quædam, ut ire ad Synodum, ſunt manifeſtè in articulo neceſſitatis eccleſiæ univerſalis, vel provincialis, Servitia autem, quæ Romæ in hujuſmodi officiis exhibentur, nulla neceſſitate communiter exigunt, ut Epiſcopi incumbant talibus officiis, ſed ſunt tales in Eccleſia Dei, velut monſtra in natura: ideo non excuſantur à reſidentia. Et ſi inſtetur, quod reſidentes in Eccleſia communi, qualis eſt Romana, cenſentur ubique reſidere: Reſpondetur quod ſi hoc eſt verum fictione poſitivi juris, quod Juriſtis relinquo, non tamen eſt verum quoad Deum.) Hæc Cajetanus; quem multum extollit Sotus, *d. art. 4. verſ. Si autem neceſſitas univerſalis Eccleſiæ*, qui tamen addit, ſi Papa expedierit propter egregiam doctrinam, aut ſingularem authoritatem perſonæ accerſere aliquem Epiſcopum ad Curiam, cujus conſilium capiat in commune bonum, licebit quidem ad tempus eum à ſuo Epiſcopatu evocare. Quod ex eo confirmari poteſt, quia Leo Papa ſecum habuit Proſperum Epiſcopum Regenſem, & Urbanus II. Anſelmum Epiſcopum Lucenſem; & Greg. *lib. 12. epiſt. 15.* invitavit Juvinum Epiſcopum Catanenſem, ut Romam veniret, quo ipſum in ſacro eloquio collegam haberet.

86 Conditio autem perſonæ excuſans epiſcopum à perſonali reſidentia ſecundum Cajetanum eſt unica, videlicet cum perſona talis eſt, ut melius, aut ſaltem æquè benè per eam abſentem regatur Eccleſia, quàm regeretur per aliam præſentem. Quod & S. Thomas docuit *d. Quodlib. 9. art. 15.* Et hac ratione ſunt ſex epiſcopatus prope Urbem habentes Romæ reſidentiam, quia ſunt epiſcopatus Cardinales, ut in Conſtitutione S.D.N. de qua infrà in *c. proximo*. Similiter ob eamdem rationē poſſet unus plures Eccleſias habere, deficientibus aliis idoneis, *c. Illud, 21. q. 1.* gloſ. in *c. Dudum, il 2. in ver. Intitulatam, ad fin. ſuprà de elect.* Unde in Polonia ob Sacerdotum penuriam non rarò diſpenſatur ſuper pluralitate Parochialium eccleſiarum; & in Germania ſuper pluralitate Cathedralium, ut dixi in d. cap. *Dudum*.

Porrò quia his caſibus per accidens eſt ut epiſcopus excuſetur à reſidentia, videlicet ob defectum idonei Paſtoris, non mirū ſi etiam per accidens oporteat ſupplere vices proprii Paſtoris per epiſcopum titularem, vel Vicarium. Sed his caſibus ceſſantibus, & per ſe loquendo, reſidentiæ præceptū jure divino obligat ſemper, & ad ſem-
87 per. Et hæc eſt apertè doctrina D. Thom. 2. 2. *d. q. 185. art. 5.* ubi nec perſecutionis tempore concedit licitam eſſe abſentiam Paſtoris, niſi in caſu, (quia, (inquit) ſubditorum ſalus exigit perſonæ Paſtoris præſentiam, non debet Paſtor perſonaliter ſuum gregē deſerere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod perſonale periculum imminens, cùm bonus Paſtor animam ſuam ponere teneatur pro ovibus ſuis.) Et ſic deducit ex præcepto Evangelico obligationem reſidendi in eccleſia, etiam uſq; ad ſanguinis effuſionem. Quem locum D. Thomæ fuſius explicat Sot. *de juſt. & jure lib. 10. q. 3. art. 4.*

Eidem ſententiæ adhærent unanimiter Canoniſtæ dum in perſecutione extrinſeca quam patitur Eccleſia à tyranno, & manifeſtis inimicis quotieſcumq; ſine Prælato non eſt tuta ſalus Eccleſiæ, vel cùm non ſolus Prælatus quæritur, ſed etiam Clerus, concludunt Prælatum non poſſe Eccleſiam deſerere, ſed potiùs debere animam ſuam ponere pro ovibus ſuis, exemplo B. Thomæ Cantuarienſis, qui pro hac cauſa martyrium ſubiit, *c. Sicut dignum, de homicid.* Ita gloſſ. in *c. Adverſitas, in ver. Hoc etiam, 7. q. 1.* quam ſequitur Innoc. in *c. Niſi cum pridem, in ver. Malimam, ſub n. 4.* Hoſt. Card.



Card. Ant. de Butr. Anch. & alii communiter *ſuprà de renunc.* & probatur in *c. Suffraganeo*, in *c. Sciſcitaris*, & in d. *c. Adverſitas*, & in *§. Hoc tunc ſervandum, 7. q. 1.* Ergo ſi etiam perſecutione ingruente tenetur Paſtor potiùs mortem ſubire, quàm gregem deſerere; quantò magis perſecutione ceſſante illicita erit, & pernicioſa abſentia Paſtoris ſine rationabili cauſa?

88 Porrò cùm de cauſis excuſantibus à perſonali reſidentia Paſtores animarum ſuperiùs diffusè actum fuerit, hoc loco admonendi ſunt cauſas ejuſmodi non ſufficere, niſi etiam adſit licentia ſuperioris, textus eſt in *c. Relatum in fine*, & ibi notat gloſſ. *in ver. Prælatorum*, & communiter DD. *ſuprà eod. c. Non oportet, de conſecr. diſt. 5. c. Magna, de voto*, gloſſ. in *c. fin. in ver. Abſentare, de privil. lib. 6* & Gregor. *epiſt. lib. 7. cap. 36.* neminem Pontificum à Parochia ſua, vel paulùm per abſque inevitabili prorſus neceſſitate diſcedere permittebat. Et ex Concilio Trident. in *cap. 1. ſeſſ. 23.* legitimæ abſentiæ cauſæ à Beatiſſimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo abſente, ſuffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente in ſcriptis ſunt approbandæ. Sed in his omnibus hodie ſervari debet noviſſima Conſtitutio S.D.N. Urbani VIII. de qua plenè dixi infrà in c. proximo.

## De Clericis non reſidentibus.

### Cap. Qualiter.

### SUMMARIUM.

1 *Archiepiſcopus, qui propria temeritate ab Eccleſia receſſit, & commonitus non redit, poteſt ſpoliari Archiepiſcopatu.*
2 *Capitulum quamvis non poſſit citare Epiſcopum; poteſt tamen eum monere ut redeat ad reſidentiā.*
3 *Monitio procedit etiam de inferiori ad ſuperiorem, & de pari ad parem.*
4 *Epiſcopus qui commonitus non redit ad reſidentiam, videtur habere Eccleſiam pro derelicta.*
5 *Prælatus quibus caſibus cenſeatur habere Eccleſiam pro derelicta.*
6 *Epiſcopus qui Eccleſiam habet pro derelicta, poteſt ea ſpoliari per Papam ſine citatione, & ſententia.*
7 *Citatio, & ſententia in notoriis non requiritur.*
8 *Capitulum quantumcumque moneat Prælatum ad reſidentiam, non tamen poteſt procedere ad electionem alterius ſine authoritate Papæ.*
9 *Epiſcopi non reſidentes ex Decreto Concilii Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis quas pœnas incurrant, & n. 11. & ſeq.*
*Et quibus ex cauſis abeſſe poſſint, ibid.*
10 *Concilium Tridentinum in quibus innovet antiquos Canones contra Paſtores non reſidentes.*
11 *Bulla Sanctiſſimi D.N. ſuper reſidentia Epiſcoporum refertur.*
12 *Metropolitanus, vel eo abſente ſuffraganeus antiquior reſidens an hodie probare poſſint cauſas abſentiæ Epiſcoporum.*
13 *Cardinalis à Turrecremata invectiva in Epiſcopos non reſidentes.*
14 *Epiſcopus ab Imperatore, ſeu Rege evocatus an excuſetur à reſidentia.*
15 *Et quid ſi à Principe habeat regalia, & nu. ſeqq.*
16 *Intellectus c. Si epiſcopus, 18. diſt. & c. Si vobis fratres, 23. quæſt. ultim.*
17 *Epiſcopus habens feudum à Principe, ſi vocetur à Papa etiam poſt regiam præceptionem, relictis omnibus etiam Regalibus ſequatur Papam, & nu. ſeqq.*
18 *Epiſcopus vocatus à Metropolitano ad Concilium, vel ad cauſam, item vocatus à Rege, cui potius parere teneatur?*
19 *Epiſcopi non habentes regalia à Principe, illius præcepto non ſunt obnoxii.*
20 *Sacerdotalis dignitas excedit omnem dignitatem ſæcularem.*
21 *Epiſcopi ratione muneris, aut reipublicæ officii Epiſcopatibus adjuncti quomodo excuſentur à reſidentia.*
22 *Cardinales ex eo quod in Epiſcopatibus prope Urbem, vel in Urbe in ſuis titulis reſideant non excuſantur à reſidentia in Cathedralibus quibus præfecti ſunt.*
23 *Auditor Cameræ procedit contra Epiſcopos non reſidentes uſq; ad ſententiam diffinitivam excluſi.*
24 *Epiſcopi ultra, vel citra montes quamdiu ex cauſa viſitationis liminum abeſſe poſſint.*
25 *Epiſcopus an hodie ſingulis annis abeſſe poſſit tribus menſibus à Concilio Tridentino permiſſis.*
26 *Cardinalibus Epiſcopis quomodo, & quamdiu à ſuis Cathedralibus abeſſe liceat ex cauſa vacationis Sedis Apoſtolicæ.*
27 *Epiſcopi temporibus Adventus, Quadrageſimæ, &c. an in Cathedrali Eccleſia reſidere teneantur, an verò ſatis ſit ut in diœceſi reſideant, & nu. ſeq. uſq. in fin.*
28 *Epiſcopus abſens à Cathedrali, ſi in diœceſi reſideat an incidat in pœnas Tridentini Concilii.*
29 *Lex ubi plura copulativè requirit, non habet locum, niſi omnia ſimul concurrant.*
30 *Dictio, ſi, adjecta verbo futuri temporis conditionem importat.*
31 *Gerundium importat conditionem.*
32 *Alternativa natura eſt, ut alterutrum ſufficiat.*
33 *Parochus etſi teneatur in ædibus Parochialibus reſidere, tamen ſi reſideat extra, dummodo in Parochia, non incidit in pœnas non reſidentium.*
34 *Epiſcopi ante Tridentinum Concilium tenebantur omni tempore in Cathedrali reſidere.*
35 *Alternativa, vel, an ſit ordinis, vel electionis.*
36 *Diſtributiones Canonicorum abſentium primò applicandæ ſunt fabricæ Eccleſiæ ſi indigeat, ſin minus alteri piolaco arbitrio Ordinarii.*
37 *Verbum debet, regulariter neceſſitatem importat.*
38 *Verba hortatoria juncta verbis obligationem importantibus, non excludunt obligationem.*
39 *Epiſcopi an uti poſſint abſentia trium menſium à Concilio permiſſa temporibus Adventus, Quadrageſimæ, &c. & num. 44.*
40 *Epiſcopus an poſſit jungere trimeſtrem abſentiam unius anni cum trimeſtri anni ſequentis, & num. 44. & ſeq.*
41 *Epiſcopus in caſibus, in quibus ex rationabili cauſa abeſſe poteſt, an primo uti debeat tribus menſibus à Concilio permiſſis, & non reſiſſis conſumptis, licentiam petere non reſidendi, & n. 46.*
42 *Epiſcopus viſitans Limina in fine unius triennii, an poſſit in principio triennii ſequentis iterum viſitare, & ab Eccleſia abeſſe per octo continuos menſes ex Bulla Urbani VIII. & num. 47.*
43 *Epiſcopo an poſſit concedi, ut per tres menſes abeſſe*

quæat

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sacramentorum, & hujuſmodi laudabiliter epiſcopus pro negotio fidei, vel pacis in aliena moratur Eccleſia: & propterea licitè Epiſcopi ſunt legati ad pacem inter Reges Chriſtianos componendam. Si enim cujuſquam, inquit, Ambroſius officium eſt pacem facere, Sacerdotis maximè
83 officium eſt. Sed de hoc *infrà n.* 88. Quòd autem legari etiam promiſcuè ad temporalia negotia (ut Cajetanus ſubjicit) abuſionis eſt, quia *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus*, 2. ad Timot. 2. c. 1. *infrà de Cler. vel Monach.*
84 Tertio caſu, quando ſcilicet negotium Eccleſiæ particularis ſe habet ad Eccleſiam Romanam, vel univerſalem, ſicut pars ad totum, ſeu membrum ad caput, certum eſt ſi neceſſitas poſtulet, licitè poſſe epiſcopum à ſua Eccleſia abeſſe, arg. d. c. *Sana, il primo, de poſtul. Prælat.* & cap. *Conciliorum infrà eod.* & eſt expreſſum in decreto Concilii Trident. d. c. 1. *ſeſſ.* 23. ibi, *urgens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas*: nam bonum partis ordinatur ad bonum totius, ut ad finem; & debet pars exponi pro bono totius, ut cum manus præciditur pro ſalute totius corporis, cap. *Reſecandæ*, 29. *quæſt.* 3. S. Thomas in 2. 2. *quæſt.* 6. *art.* 1. Sylveſter in *ver. Homicidium*, 3. *num.* 4. Quo tamen loco juvat referre ad
85 li[...] notabilia verba, ac declarationem Cardinalis Cajetani in *d. art.* 4. *verſ. Cùm verò negotium*, ait enim; (Eſt tamen hic opus diſtinctione, an negotium hujuſmodi univerſalis Eccleſiæ ſic neceſſario exigens Epiſcopum, vel non: nam ſi negotium neceſſario exigit epiſcopum, ut ire ad Concilium generale, vel ad Synodum Provincialem, quæ etiam ſe habet ad Eccleſiam epiſcopalem, ut totum ad comparte; conſtat quòd rationabilis eſt abſentia. Sed ſi negotium univerſalis Eccleſiæ non neceſſario exigit epiſcopum, puta quia perſona epiſcopi habet officium, quo oportet ipſum univerſalis Eccleſiæ ſervitio perpetuò perſonaliter Romæ deſervire, verbi gratiâ, eſt Secretarius Sedis Apoſtolicæ, vel Auditor Rotæ, aut hujuſmodi: non ex hoc excuſatur à reſidentia quoad Deum. Et ratio diverſitatis eſt, quia partes dupliciter ordinantur ad bonum totius. Primò abſolutè; & ſic ſecundum naturalem ſtatum ordinantur ad bonum totius, ſicut manus, pedes, & reliqua membra hominis abſolutè quidem ordinantur ſecundum ſuos naturales ſtatus ad bonum hominis, cujus ſunt partes. In caſu autem, quo totius bonum periclitatur, partes etiam perdendo naturales ſuos actus ordinantur ad bonum totius. Secluſo autem caſu neceſſitatis, ſeu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua, ſed potius ſingulas perſonas ſalvare in ſuis naturalibus ſtatibus. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto, & partibus Eccleſiæ Politicæ ſecundum rectam rationem, ita quòd quælibet particularis Eccleſia ordinatur ad univerſalis Eccleſiæ bonum, & ſervitium, abſolutè quidem, ſalva cujuſque Eccleſiæ perfectione. In cauſa autem neceſſitatis ordinatur ad bonum univerſalis Eccleſiæ etiam cum ſui detrimento. Et quia ſervitia quædam, ut ire ad Synodum, ſunt manifeſtè in articulo neceſſitatis Eccleſiæ univerſalis, vel provincialis. Servitia autem, quæ Romæ in hujuſmodi officiis exhibentur, nulla neceſſitate communiter exigunt, ut Epiſcopi incumbant talibus officiis, ſed ſunt tales in Eccleſia Dei, velut monſtra in natura: ideo non excuſantur à reſidentia. Et ſi inſtetur, quòd reſidentes in Eccleſia communi, qualis eſt Romana, cenſentur ubique reſidere: Reſpondetur quòd ſi hoc eſt verum fictione poſitivi juris, quod Juriſtis relinquo, non tamen eſt verum quoad Deum.) Hæc Cajetanus; quem multum extollit Sotus, *d. art.* 4. *verſ. Si autem neceſſitas univerſalis Eccleſiæ*, qui tamen addit, ſi Papa expedierit propter egregiam doctrinam, aut ſingularem authoritatem perſonæ accerſere aliquem Epiſcopum ad Curiam, cujus conſilium capiat in commune bonum, licebit quidem ad tempus eum à ſuo Epiſcopatu evocare. Quod ex eo confirmari poteſt, quia Leo Papa ſecum habuit Proſperum Epiſcopum Regenſem, & Urbanus II. Anſelmum Epiſcopum Lucenſem; & Greg. *lib.* 12. *epiſt.* 15. invitavit Juvinum Epiſcopum Catanenſem, ut Romam veniret, quo ipſum in ſacro eloquio collegam haberet.
86 Conditio autem perſonæ excuſans epiſcopum à perſonali reſidentia ſecundum Cajetanum eſt unica, videlicet cum perſona talis eſt, ut melius, aut ſaltem æquè benè per eam abſentem regatur Eccleſia, quàm regeretur per aliam præſentem. Quod & S. Thomas docuit *d. Quodlib.* 9. *art.* 15. Et hac ratione ſunt ſex epiſcopatus propè Urbem habentes Romæ reſidentiam, quia ſunt epiſcopatus Cardinales, ut in Conſtitutione S.D.N. de qua *infrà in c. proximo.* Similiter ob eandem rationē poteſt unus plures Eccleſias habere, deficientibus aliis idoneis, c. *Illud*, 21. *q.* 1. gloſ. in c. *Dudum, il* 2. *in ver. Intitulatam, ad fin. ſuprà de elect.* Unde in Polonia ob Sacerdotum penuriam non rarò diſpenſatur ſuper pluralitate Parochialium Eccleſiarum; & in Germania ſuper pluralitate Cathedralium, ut dixi in d. cap. *Dudum*.

Porrò quia his caſibus per accidens eſt ut epiſcopus excuſetur à reſidentia, videlicet ob defectum idonei Paſtoris, non mirū ſi etiam per accidens oporteat ſupplere vices proprii Paſtoris per epiſcopum titularem, vel Vicarium. Sed his caſibus ceſſantibus, & per ſe loquendo, reſidentiæ præceptū jure divino obligat ſemper, & ad ſem-
87 per. Et hæc eſt apertè doctrina D. Th. in 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. ubi nec perſecutionis tempore concedit licitam eſſe abſentiam Paſtoris, niſi in caſu, (quia, (inquit) ſubditorum ſalus exigit perſonæ Paſtoris præſentiam, non debet Paſtor perſonaliter ſuum gregē deſerere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod perſonale periculum imminens, cùm bonus Paſtor animam ſuam ponere teneatur pro ovibus ſuis.) Et ſic deducit ex præcepto Evangelico obligationem reſidendi in Eccleſia, etiam uſq; ad ſanguinis effuſionem. Quem locum D. Thomæ fuſius explicat Sot. *de juſt. & jure lib.* 10. *q.* 3. *art.* 4.

Eidem ſententiæ adhærent unanimiter Canoniſtæ dum in perſecutione extrinſeca quam patitur Eccleſia à tyranno, & manifeſtis inimicis quotieſcumq; ſine Prælato non eſt tuta ſalus Eccleſiæ, vel cùm non ſolus Prælatus quæritur, ſed etiam Clerus, concludunt Prælatum non poſſe Eccleſiam deſerere, ſed potiùs debere animam ſuam ponere pro ovibus ſuis, exemplo B. Thomæ Cantuarienſis, qui pro hac cauſa martyrium ſubiit, c. *Sicut dignum, de homicid.* Ita gloſſ. in c. *Adverſitas, in ver. Hoc etiam*, 7. *q.* 1. quam ſequitur Innoc. in c. *Niſi tam pridem, in ver. Malimam, ſub n.* 4. Hoſt. Card. Ant. de Butr. Anch. & alii communiter *ſuprà de renunc.* & probatur in c. *Suggeſtum*, in c. *Scitiam*, & in d. c. *Adverſitas*, & in §. *Hoc tunc ſervandum*, 7. *q.* 1. Ergo ſi etiam perſecutione ingruente tenetur Paſtor potiùs mortem ſubire, quàm gregem deſerere; quantò magis perſecutione ceſſante illicita erit, & pernicioſa abſentia Paſtoris ſine rationabili cauſa?
88 Porrò cùm de cauſis excuſantibus à perſonali reſidentia Paſtores animarum ſuperiùs diffuſè actum fuerit, hoc loco admonendi ſunt cauſas ejuſmodi non ſufficere, niſi etiam adſit licentia ſuperioris, textus eſt in c. *Relatum in fine*, & ibi notat gloſſ. *in ver. Prælatorum*, & communiter DD. *ſuprà eod.* c. *Non oportet, de conſecr. diſt.* 5. c. *Magna, de voto*, gloſſ. in c. *fin. in ver. Abſentare, de privil. lib.* 6 & Gregor. *epiſt. lib.* 7. *cap.* 36. neminem Pontificum à Parochia ſua, vel paulumper abſque inevitabili prorſus neceſſitate diſcedere permittebat. Et ex Concilio Trident. in *cap.* 1. *ſeſſ.* 23. legitimæ abſentiæ cauſæ à Beatiſſimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo abſente, ſuffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente in ſcriptis ſunt approbandæ. Sed in his omnibus hodie ſervari debet noviſſima Conſtitutio S.D.N. Urbani VIII. de qua plenè dixi infrà in c. proximo.



## De Clericis non reſidentibus.

### Cap. Qualiter.

#### SVMMARIVM.

1 A*rchiepiſcopus, qui propria temeritate ab Eccleſia receſſit, & commonitus non redit, poteſt ſpoliari Archiepiſcopatu.*
2 *Capitulum quamvis non poſſit citare Epiſcopum; poteſt tamen eum monere ut redeat ad reſidentiā.*
3 *Monitio procedit etiam de inferiori ad ſuperiorem, & de pari ad parem.*
4 *Epiſcopus qui commonitus non redit ad reſidentiam, videtur habere Eccleſiam pro derelicta.*
5 *Prælatus quibus caſibus cenſeatur habere Eccleſiam pro derelicta.*
6 *Epiſcopus qui Eccleſiam habet pro derelicta, poteſt ea ſpoliari per Papam ſine citatione, & ſententia.*
7 *Citatio, & ſententia in notoriis non requiritur.*
8 *Capitulum quantumcumque moneat Prælatum ad reſidentiam, non tamen poteſt procedere ad electionem alterius ſine authoritate Papæ.*
9 *Epiſcopi non reſidentes ex Decreto Concilii Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis quas pœnas incurrant. & n.* 11. *& ſeq.*
*Et quibus ex cauſis abeſſe poſſint, ibid.*
10 *Concilium Tridentinum in quibus innovet antiquos Canones contra Paſtores non reſidentes.*
11 *Bulla Sanctiſſimi D.N. ſuper reſidentia Epiſcoporum refertur.*
12 *Metropolitanus, vel eo abſente ſuffraganeus antiquior reſidens an hodie probare poſſint cauſas abſentiæ Epiſcoporum.*
13 *Cardinalis à Turrecremata invectiva in Epiſcopos non reſidentes.*
14 *Epiſcopus ab Imperatore, ſeu Rege evocatus an excuſetur à reſidentia.*
15 *Et quid ſi à Principe habeat regalia, & nu. ſeqq.*
16 *Intellectus c.* Si epiſcopus, 18. diſt. *& c.* Si vobis fratres, 23. quæſt. ultim.
17 *Epiſcopus habens feudum à Principe, ſi vocetur à Papa etiam poſt regiam præceptionem, relictis omnibus etiam Regalibus ſequatur Papam, & nu. ſeqq.*
18 *Epiſcopus vocatus à Metropolitano ad Concilium, vel ad cauſam, item vocatus à Rege, cui potius parere teneatur?*
19 *Epiſcopi non habentes regalia à Principe, illius præcepta non ſunt obnoxii.*
20 *Sacerdotalis dignitas excedit omnem dignitatem ſæcularem.*
21 *Epiſcopi ratione muneris, aut reipublicæ officii Epiſcopatibus adjuncti quomodo excuſentur à reſidentia.*
22 *Cardinales ex eo quod in Epiſcopatibus propè Urbem, vel in Urbe ipſum titulis reſideant non excuſantur à reſidentia in Cathedralibus quibus præfecti ſunt.*
23 *Auditor Cameræ procedit contra Epiſcopos non reſidentes uſq; ad ſententiam diffinitivam excluſi.*
24 *Epiſcopi ultra, vel citra montes quando ex cauſa viſitationis liminum abeſſe poſſint.*
25 *Epiſcopus an hodie ſingulis annis abeſſe poſſit tribus menſibus à Concilio Tridentino permiſſis.*
26 *Cardinalibus Epiſcopis quomodo, & quamdiu à ſuis Cathedralibus abeſſe liceat ex cauſa vacationis Sedis Apoſtolicæ.*
27 *Epiſcopi temporibus Adventus, Quadrageſimæ, &c. an in Cathedrali Eccleſia reſidere teneantur, an verò ſatis ſit ut in diœceſi reſideant, & nu. ſeq. uſq; in fin.*
28 *Epiſcopus abſens à Cathedrali, ſi in diœceſi reſideat an incidat in pœnas Tridentini Concilii.*
29 *Lex ubi plura copulativè requirit, non habet locum, niſi omnia ſimul concurrant.*
30 *Dictio, ſi, adjecta verbo futuri temporis conditionem importat.*
31 *Gerundium importat conditionem.*
32 *Alternativa natura eſt, ut alterutrum ſufficiat.*
33 *Parochus etſi teneatur in ædibus Parochialibus reſidere, tamen ſi reſideat extra, dummodo in Parochia, non incidit in pœnas non reſidentium.*
34 *Epiſcopi ante Tridentinum Concilium tenebantur omni tempore in Cathedrali reſidere.*
35 *Alternativa, vel, an ſit ordinis, vel electionis.*
36 *Diſtributiones Canonicorum abſentium primò applicandæ ſunt fabricæ Eccleſiæ ſi indigeat, ſin minus alteri pio loco arbitrio Ordinarii.*
37 *Verbum debet, regulariter neceſſitatem importat.*
38 *Verba hortatoria juncta verbis obligationem importantibus, non excludunt obligationem.*
39 *Epiſcopi an uti poſſint abſentia trium menſium à Concilio permiſſa temporibus Adventus, Quadrageſimæ, &c. & num.* 44.
40 *Epiſcopus an poſſit jungere trimeſtrem abſentiam unius anni cum trimeſtri anni ſequentis, & num.* 44. *& ſeq.*
41 *Epiſcopus in caſibus, in quibus ex rationabili cauſa abeſſe poteſt, an primò uti debeat tribus menſibus à Concilio permiſſis, & non niſi ipſis conſumptis, licentiam petere non reſidendi, & n.* 46.
42 *Epiſcopus viſitans Limina in fine unius triennii, an poſſit in principio triennii ſequentis iterum viſitare, & ab Eccleſia abeſſe per octo continuos menſes ex Bulla Urbani VIII. & num.* 47.
43 *Epiſcopo an poſſit concedi, ut per tres menſes abeſſe*
quæat

* *queat ex ſola cauſa, quod per multos annos continuos reſederit, & n.48.*
45 Statim *dicito, quid importet.*

1 QUALITER. Summatum eſt ſuprà in c. [illegible]tox. Communis diviſio Primò, excitatio. Secundò mandatum, ibi, *Diſcretioni.* Not. primò, Archiepiſcopum, qui receſſit ab Eccleſia temeritate propria, id eſt ſine licentia Romani Pontificis, ut exponunt Ægidius Bononien. Jo. Andr. & Card. omnes in ver. *Temeritate,* ſi commonitus non redeat, poſſe ſpoliari Archiepiſcopatu.

2 Secundò nota, ex illis verbis, *per veſtras etiam litteras revocatus,* quòd Capitulum quamvis non poſſit citare proprium Prælatum, vel in eum animadvertere, quia inferior in ſuperiorem, &c. c. *Inferior, 21. diſt. c. Cum inferior de major. & obed.* poteſt tamen eum requirere, vel monere ut redeat ad reſidentiam, ut notant hic Innoc. Abb. Antiq. & Hoſt. omnes in verb. *Revocatus,* Collectar. n.3. Ant. de Butr. n.2. Petr. de Anchar. *in 1. notab.* &
3 Abb. n.1. idemque dicunt DD. in c. *Ex tua, infrà eod.* Monitio enim procedit etiam de inferiori ad
4 ſuperiorem, c.1. *ſuprà de ſuppien. neglig. Prælat.* Et de pari in parem, ut per gloſ. 1. in cap. *Cum cauſa, verſ. Item qualiter poſſunt duo ſuprà de off. deleg.* Et ex hujuſmodi monitione Epiſcopus videtur conſtitui in contumacia non reſidendi, ut per Butr. *eod. n.2.* & habere Eccleſiam pro derelicta, ut propterea meritò illa ſpoliari poſſit: nam ſecundum
5 gloſſ. 1. *hic,* & Abb. n.5. ut habeat quis Eccleſiam pro derelicta, tribus modis poteſt contingere, Primò, ſi Beneficiatus fiat miles, vel joculator, Secundò, ſi matrimonium contrahat. Tertiò, ſi monitus non redeat, ut *hic.* Siquidem, ut inquit Hoſt. *in ver. Ligatu, in fin.* præſumitur evidenter præſumptione juris, & de jure quòd Eccleſiam
6 habeat pro derelicta, Papa qui ſuper omnes eſt approbante hoc. Et ſequitur Jo. Andr. *in fin.* Et in his caſibus nec ſolemnis citatio, nec ſolemnis ſententia requiritur, ut hic patet. Nam Papa dedit licentiam Canonicis Raguſinis eligendi alium in Archiepiſcopum abſque eo quòd præceſſerit formalis citatio, vel ſententia privationis, ut benè obſervat Abb. *hic in 3. not.* & tenet gloſ. in c. *fin. in ver. Redierint, infra eod.* Et ſic non obſtat, c.1. *infra de conceſſ. Preb.* quia non intelligitur fieri electio in ſtructa Eccleſia, ſed vacante, ut dicit *hic* Hoſt. *in fin.* Et ſecundùm Abb. *n.6.* ſpoliatio hoc caſu poteſt fundari ſuper duplici cauſa. Prima, quia, ut dictum eſt, Eccleſia habetur pro derelicta à Prælato abſente, ut dicunt gloſſæ præalleg. Intellige poſt monitionem, aliàs ſecus, etiamſi per decennium abfuiſſet, ut per Butr. ſuprà in c. *prox. in 1. not* Secunda, ratione notorii, quia cùm crimen non reſidentiæ notorium ſit, poteſt ſuperior illum ſpoliare abſque alia citatione, vel ſententia privationis, quæ in notoriis non exigitur, & ſecun-
7 dùm eum ad hoc facit, c. *Ex tua, infr. eod.* Quod optimè probat hæc Decretalis, legendo, *per veſtras litteras,* ut habet communis littera. Sed aliàs legitur, *per noſtras.* Et ſecundùm hanc lecturam videntur neceſſariæ litteræ Papæ, ut per Hoſt. & Joan. Andr. *in princ. in ver. Veſtras,* & Petr. de Anchar. *in princ.* Et formalis citatio, ut per gloſſ. in c. *Ex parte, in ver. Per decem annorum, ſuprà eod.* Primam tamen opinionem tuetur Abb. *ſuprà* in c. *prox. n.4.* in 3. *notab.* ubi etiam allegat Oldrad. *conſ.30.* & Gaſpar de Calder. ibi dicentem, aliàs ſic fuiſſe in Curia determinatum. Addit hic Innoc. *in ver. Ligatu,* quod quantumcumque ſubditi moneant Prælatum de redeundo, non tamen poſſunt procedere ad eligendum ſibi ſuperiorem ſine auctoritate illius, in cujus manibus poteſt renunciare, vel qui juriſdictionem habet ſuper eum. Quod dictum ſequuntur Abb. Antiq. Joan. Andr. Collectar. Butr. Anchar. Abbas, & cæteri omnes.

9 Hodie verò contra Prælatos non reſidentes ſervanda eſt forma à Concilio Tridentino præſcripta ſub Paulo III. in *cap. 1. ſeſſ. 6.* Nam qui juſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus ab Eccleſia ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus loci per ſuperiorem Eccleſiaſticum (id eſt Metropolitanum reſpectu Epiſcoporum Comprovincialium ex ſententia S. Congregationis) applicandorum, pœnam ipſo jure incurrit. Quod ſi per alios ſex menſes in hujuſmodi abſentia perſeveraverit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittit. Creſcente verò contumacia, Metropolitanus ſuffraganeos Epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per litteras, ſeu nuncium Romano Pontifici denunciare tenetur, qui in ipſos abſentes, prout cujuſque major, aut minor contumacia exegerit, animadvertere, & Eccleſiis ipſis de Paſtoribus utilioribus providere poterit. Præterea ex decreto, *cap. 1. ſeſſ. 23.* ſub Pio IV. in §. *Si quis Epiſcopus* abſens præter mortalis peccati reatum, quem incurrit, pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facit, nec tuta conſcientia, etiam alia declaratione non ſequuta, illos ſibi retinere poteſt, ſed tenetur aut ipſo ceſſante per ſuperiorem Eccleſiaſticum illos fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus loci erogare. Et paulò ſuperius in §. *Ne verò,* exprimuntur quatuor cauſæ, propter quas Paſtoribus abeſſe licet, nempe Chriſtiana charitas, urgens neceſſitas, debita obedientia, & evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas.

Sed objicies, In *d. c. 1. ſeſſ. 6.* innovantur antiqui Canones adverſus Paſtores non reſidentes, qui habentur *88. diſt. per tot.* & paſſim *21. q. 3.* in Concilio Eliberino, *cap. 19. c. Pervenit, c. Si qui verò, c. Si quis Presbyter, c. Placuit, c. Si quis in Clero, 7. quæſt. 1. cap. 2. 21. q. 2.* Cur ergo alia illis pœna à Concilio præſcribitur? An uti poſſumus pœna Concilii, vel Canonum contra non reſidentes? Quòd ſi pœna à Concilio impoſita utendum eſt, quorſum Antiqui Canones innovantur? At reſpondetur innovari Canones quoad culpam, vi-
10 delicet ut Epiſcopi reſidere teneantur, & quoad pœnam privationis tituli, de qua à Concilio nihil ſtatuitur, ut declaratur paulò pòſt in d. §. *Creſcente verò contumacia;* & ſic etiam quoad modum privationis. Quamobrem quod ſpectat ad privationem tituli, & privationis modum, ſervandum erit quod ſtatuitur in hac Decretali, & in aliis Canonibus, & præſertim in c. *Ex tua, infr. eod.*

11 Noviſſimè ſuper reſidentia Epiſcoporum promulgata eſt Conſtitutio S.D.N. Urbani VIII. quæ incipit, *Sancta Synodus,* ſub die 12. Decemb. 1634. in qua Sanctitas ſua primò innovat decreta Concilii Trident. Conſtitutiones Apoſtolicas, & Decreta Conſiſtorialia ſuper reſidentia Epiſcoporum; multæ enim Conſtitutiones ſuper hoc anteà prodierunt, ut Pii IV. & Pii V. Item multa Decreta Conſiſtorialia. Et in ſpecie Gregorius XIII. declaravit Decreta Concilii, & pœnas ejuſdem habere locum etiam in S.R.E. Cardinalibus, Et Clemens VIII. ſuo Decreto Conſiſtoriali addidit pœnam inhabilitatis Epiſcoporum non reſidentium ad majores dignitates, & Eccleſias obtinendas.



Secundò, Sanctitas ſua jubet jam præfectos Cathedralibus, & majoribus Eccleſiis etiam S.R.E. Cardinales ſe itineri committere, & ad reſidentiam conferre infra unum menſem, ſi in urbe exiſtant; infra duos, ſi extra urbem in Italia; ſi extra Italiam infra quatuor computandos à die publicationis Bullæ. Nondum autem præfectos infra terminos ſuperius expreſſos computandos à die eorum promotionis. Indeque nec ſupradictos, nec alios jam reſidentes abſcedere abſque licentia per Breve, vel litteras miſſivas ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, amiſſionis fructuum & facultatum teſtandi ipſo jure incurrenda; nec non privationis à regimine, & adminiſtratione Eccleſiarum, aliiſque pœnis arbitrio Sanctitatis ſuæ infligendis. Concilium Trid in *d. cap. 1. verſ. Nam cùm Chriſtiana charitas, ſeſſ. 23.* decernit legi-
12 timas abſentiæ cauſas à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo abſente ſuffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit, in ſcriptis eſſe approbandas. Bulla verò Sanctiſſimi prohibet ne Epiſcopi jam reſidentes abſcedant abſque licentia per Breve, vel litteras miſſivas. Ergo hac in parte videtur adempta facultas probandi cauſas abſentiæ, quæ ex Concilio competebat Metropolitano vel ſuffraganeo antiquiori. Et quidem optimo conſilio. Nam Epiſcopis prætextu cauſarum; de quibus in §. *ſeq.* non fuiſſet difficile à Metropolitano, vel ſuffraganeo abſcedendi licenti-
13 am extorquere, & lex eſſet ludibrio poſita. Hæc jam pridem fieri optaverat Turrecrem. in c. *Si verbis, 23. q. ult.* dicens: (Turpe eſſe, ut Epiſcopi ſe inſerant ad ſervitia Imperatoris, vel alterius Principis ſæcularis, & deſerant cauſam ſubditorum, & officia devotionis. Hoc non facerent, ſi mortem ſpiritualem timerent, & intelligerent ſe redituros rationem de ovibus ſuis Deo Summo Judici. Utinam etiam de Curia Romana hoc in parte obſervaretur, in qua plures Epiſcopi conveniunt non devotionis gratia, ſed ambitionis ſpiritu propulſati, ut altiora quærant, aut beneficia addant beneficiis, aut honores honoribus, utque officia, & legationes quærant, quæ curæ animarum ſibi commiſſarum afferunt plurimum impedimenti. Utinam Summi Pontifices conſiderarent, quanta negligentia circa animas committitur ex abſentia Prælatorum ab Eccleſiis ſuis.) Hactenus Turrecremata.

Quoad pœnas Pius IV. in Bulla, quæ incipit, *In ſuprema,* edita poſt Concilii publicationem ſimiliter præcipit Epiſcopis, ut in ſuis Eccleſiis perſonaliter reſideant ſub pœna privationis à regimine, & adminiſtratione Eccleſiarum ſuarum, ac aliis ſuo arbitrio imponendis pœnis, & bona decedentium extra reſidentiam decernit tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam pertinere, etiamſi facultatem ſpecialem de illis teſtandi obtinuerint. Et pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ imponit in alia ejus Conſtitutione edita ante publicationem Concilii, quæ incipit, *De ſalute gregis.*

14 Tertiò, Sanctiſſimus declarat contrafacientes non excuſari à pœnis prætextu ſervitii Imperatoris, aliorumque Principũ, aut Regnorum, defenſionis litium, etiam Eccleſiarum, ineundi fœderis, aut alterius negotii etiam graviſſimi, & ſpeciali nota digni, diſtantiæ locorũ, brevitatis temporis expectandi licentiam ab Urbe, vel alterius cauſæ etiam publicæ, ac piæ, & utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiarum, vel perſonarum. Ex his verbis Conſtitutionis ſatis liquet non habere locum, quod dicit hîc gloſſ. 1. & Hoſt. *in princ. in ver. Ultra quadriennium,* videlicet Epiſcopum non debere ultra annum abeſſe, niſi juſſio imperialis eum detineat. Præſertim verò, quia nec de jure communi Epiſcopi ab Imperatore vocati ad comitatum, id eſt ad Curiam Imperialem ire debent, c. *Quo auſu, c. Si quis Epiſcopus, & c. Reprehenſibile, 23. q. 8. c. Omne, 25. q. 1. c. Quicumque militum, 12. q. 2. & c. Cum pa-*
15 *rati, infrà de appellat.* etiam pacis procurandæ gratia, vel Regi conſilium præbendi, aut eum orandi, niſi ab ipſo habeant regalia, id eſt bona feuda-
16 lia, c. *Si in mente, §. Ecce, 23. q. 8.* & ita intelligi debet textus in c. *Si nobis fratres, eod. cau. & quæſt.* ibi: *Niſi fortè hi qui à Religioſis Imperatoribus vel invitati, vel vocati fuerint.* Et in c. *Si Epiſcopus, 18. diſt.* ibi, *excepta preceptione regia.* Et in Authen. *Quomodo oporteat Epiſcopos, §. Illud alias eſt, §. Et etiam diffinimus, col. 1.* ibi: *Niſi hoc per imperialem fiat juſſionem.* Hæc enim jura vendicant ſibi locum tantummodò in Epiſcopis habentibus Regalia, prout conſtat ex d. §. *Ecce:* & intelligunt Hoſt. & alii in d. c. *Cum parati, de appellat.* Archid. in c. *d. Si vobis fratres, in princ.* dicens. (Vocati ergo Epiſcopi ab Imperatore ad Comitatum, ire debent ut hic.) Quod verũ eſt, cauſa pacis reformãdæ, vel cauſa conſilii dandi, vel orãdi ut dicit Gratian. *in §. præc.* Et hoc tia demũ ſi regalia habuerint. Et in hac opinione, quam ponit ſecundo loco videtur ibi reſidere. Et idem dicunt Bellam. & Turrecrem. Præterea text. in d. cap. *Si Epiſcopus, 18. diſt.* debet intelligi quando aliter inſurgeret ſcandalum niſi Epiſcopus pareret Regi. Et ita intelligit Hugo illum textum, allegat. c. *Salonitana, 63. diſt.* Vel intelligitur quando Rex eſſet Legatus Papæ, quia tunc propter legationem eſt major Archiepiſcopo. Et ſic ei potius, quàm Archiepiſcopo eſt parendum. Quos duos intellectus ad illum textum ſequitur etiam Jo. de Fan. & Alexan. de Nævo in d. c. *Cum parati, n. 29. verſ. Secunda concluſio.*

17 Accedit quòd etiamſi Epiſcopus habeat regalia à Principe; tamen ſi vocetur à Papa etiam poſt mandatum Regis, exemplo Petri, *Lucæ 5.* relictis omnibus, etiam regalibus, ſequatur Papam. Quæ ſunt verba formalia gloſſæ in d. c. *Cùm parati, in ver. In legatione Regis.* Cui hac in parte ſubſcribunt ibidem Hoſt. *n.4.* Jo. Andr. *n.7.* Butr. *n.6. in fin.* Abb. *n.7.* Et eſt communis opinio, ut teſtatur Præpoſ. *num. 20. in fine verſ. Et prædictum articulum.*
18 Quinimmò, ut dicit ibi Innoc. (Si Archiepiſcopus vocat Epiſcopum, vel alium Prælatum ad Concilium, vel ad cauſam, & Rex antè, vel poſt vocavit eundem, licitè poteſt prætermittere mandatum Archiepiſcopi, & ire ad Regem, cui honor eſt deferendus per jura, quæ primò allegat gloſ.)

Quod

Quod intelligit Hoſt. *d. c. 4. de Epiſcopo tenente Regalia.* Et ſequuntur alii proxime citati. Sed ſi Archiepiſcopus præceperit Epiſcopo, non obſtante præceptione Regia, debet obedire Archiepiſcopo, cùm ſit de ejus juriſdictione, & non Regis, & magis obediendum ſit ſpiritui, quam carni, c. *Solitæ, de major. & obed.* Papæ autem ſemper eſt obediendum, nulla præceptione obſtante, tam ratione honoris quam juriſdictionis c. *Quæ reſiſtit, 11. quæſt. 3.* Et paulò poſt reſpectu Archiepiſcopi dicit conſiderandum eſſe an Epiſcopus affectaverit ſe vocari à Rege, an non, ut in cap. *Paſtoralis, §. fin. de off. deleg.* & an habeat regalia necne. Ita Innoc. cujus dicta ſequuntur totidem verbis Hoſt. *eodem num.* 3. Jo. Andr. & alii prælleg. Itaque Canoniſtæ omnes videntur in hoc convenire, ut ſi Epiſcopus habeat regalia à Rege, vocatus ab ipſo, teneatur parere niſi ſuo præcepta obedientiæ mereri vocatum à Metropolitano. Papæ autem undiſtinctè ſit obediendum poſthabitis regalibus, &

19 quacunque præcepto ne Regis. Si vero regalia non habeat, non tenentur parere, quia cùm non ſit de illius foro, præceptis ejus non obſtringitur, Unde Abb. in d. cap. *Cum parati, n. 7.* not. poſt gl. quod Clericus non obtinens regalia, id eſt bona feudalia à Principe ſæculari, non debet prætextu vocationis Principis reſiſtere mandato Superioris ſui, quia Clericus quantumcunque ſimplex, maxime ſi eſt Sacerdos, non ſubjicitur in aliquo judici ſæculari, ut in c. *Cùm non ab homine, de judic.*

20 Imò dignitas Sacerdotalis excedit omnem dignitatem ſæcularem, c. *Duo ſunt, 96. diſt.*

21 Quartò, Sanctitas ſua excipit cauſam intereſſentiæ in Synodis Provincialibus, vel Congregationibus, ſeu Aſſemblées generalibus, quibus eccleſiaſtici interesse ſolent ratione muneris, aut Reipublicæ officii Eccleſiæ adjuncti quamdiu tamen actu duraverint. Hanc ipſam cauſam excepit Tridentina Synodus in *d. cap. 1. ſeſſ. 23.* ibi: (Niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium Epiſcopatibus adjunctum, cujus quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidem ſignificari Metropolitano neceſſe erit.)

22 Quintò, declarat S. R. E. Cardinales priores in ordine habentes Epiſcopatus prope Urbem, etiamſi in illis, vel in Urbem ſuis titulis reſederint, non excuſari à reſidentia in Cathedralibus, & majoribus Eccleſiis, quibus præfecti ſunt, nec ex eo quòd Papa eos videat, & toleret, & ad functiones etiam Pontificales, & ſolemnes admittat.

23 Sextò, præcipit Auditori Cameræ, ut ſummariè procedat adverſus non reſidentes uſque ad ſententiam diffinitivam excluſivè, quam ſibi reſervat in Conſiſtorio. Hoc ipſum ordinavit Pius IV. in motu proprio incipien. *Cùm tam Sacroſanctum.*

24 Septimò, Sanctitas ſua indulget ut exiſtentes ultra montes abeſſe poſſint ex cauſa viſitationis Liminum per ſeptem menſes; & citra montes per quatuor: dummodò eo tempore ad alios actus non divertant.

25 Porrò trimeſtre ſpatium, quo Epiſcopis æqua ex cauſa ſingulis annis à ſuis Eccleſiis abeſſe licet ex Decreto Concilii Tridentini in d. *c. 1. ſeſſ. 23.* S. D. N. ut audivimus declaravit ſua Conſtitutione non ſuſtuliſſe.

26 Octavò, indulget Cardinalibus Præfectis Cathedralibus, & aliis majoribus Eccleſiis, ut ex cauſa vacationis Sedis Apoſtolicæ poſſint non ſolum ad locum Conclavis accedere, dummodò à diœceſibus non diſcedant, niſi habità certa notitia mortis Pontificis, ſed etiam in Urbe commorari uſque ad peractam electionem, & per duos menſes poſt coronationem Pontificis.

Nonò, ſtatuit ut nemo poſſit prædictam Conſtitutionem interpretari, aut declarare præter Romanum Pontificem, & adjicit clauſulas generales in forma ampliſſima.

Poſtremò, declarat eos, qui pluribus Eccleſiis præſunt, excuſari quidem à pœnis, dummodò reſideant in earum altera, in qua tenentur de jure; non tamen propterea excuſari Cardinales habentes aliquem ex ſex Epiſcopatibus prope Urbem, quin teneantur reſidere in aliis, quibus Præfecti ſunt.

27 QUÆRO, an Epiſcopi temporibus præſcriptis in *cap. 1. verſ. Eadem interim admonet, ſeſſ. 23.* Concil. Trident. in Cathedrali Eccleſia reſidere teneantur; an verò ſatis ſit ut in diœceſi reſideant.

28 Hæc quæſtio habet duas inſpectiones. Prima eſt quoad pœnas Epiſcoporū non reſidentium, An ſcilicet Epiſcopus, in diebus Adventus, Quadrageſimæ, & aliis à Concilio præſcriptis ita apud Cathedralem Eccleſiam reſidere teneatur, ut ſi in Diœceſi reſideat, incidat in pœnam amiſſionis fructuum inflictam Decreto, *c. 1. ſeſſ. 6.* & illos non faciat ſuos juxta d. *cap. 1. ſeſſ. 23.*

Secunda eſt, quoad ipſam obligationem ſimpliciter, & abſolutè, An ſcilicet Epiſcopus prædictis temporibus teneatur ex præcepto in Cathedrali reſidere, quamvis ſi in diœceſi reſideat, faciat fructus ſuos, neque illis privari debeat.

Quoad primam inſpectionem veriùs videtur Epiſcopum in diœceſi quandocunque reſidentem in pœnas Concilii non incidere: nam Decretum in d. *cap. 1. ſeſſ. 6.* ad hoc ut Epiſcopi incidant in pœnam privationis quartæ partis fructuum, requirit ut ſex menſibus continuis à ſuis Eccleſiis

29 extra ſuam diœceſim morando abfuerint. Unde ad hujuſmodi pœnam ſatis non eſt ut abfuerint à ſuis Eccleſiis tantùm, niſi etiam abfuerint extra diœceſim, cùm Concilium utrumque copulativè requirat, ut ſub unica verborum ſtructura, l. *Si hæredes, ff. de condit. inſtit.* Felin. in cap. *Ex parte, num. 22. & ſeq. de reſcript.* Quod maxime procedit in pœnalibus, in quibus ſi lex, vel ſtatutum ad pœnam incurrendam duo requirat copulativè, nullatenus eſt locus pœnæ, niſi utrumque ſimul concurrat, l. *Inter omnes, §. Rectè, de furt.* Oldrad. *conſ. 291. n. 5. verſ. Præterea,* & Signoroll. *conſ. 139. n. 1.*

30 Et confirmatur ponderando verba illa, *ſi quis,* quæ cùm ſint adjuncta verbo temporis, *abfuerit,* conditionem important. l. *Cùm tempus, ff. de condit. & demonſtrat.* Oldrad. *conſ. 142. n. 2. verſ. Sed adhuc inſtatur.*

31 Sicut etiam importat gerundium illud, *morando,* Bald. *conſ. 267. proponitur, n. 3. verſ. Joannes fecit,* juncto verſ. *Iſta quæſtio, num. 4. lib. 1.* Conditio autem debet impleri in totum, nec ſufficit ut impleatur pro parte, quia perinde eſt ac ſi non eſſet impleta, l. *qui duobus,* & l. *Cùm filius, ff. de condit. & demonſtr.* Bald. in l. 2. *in fin. C. ſi advers. rem judic.* Conditio enim quoad implementum non ſcinditur, ut inquit Angel. *conſ. 16. Legatur in omnibus, n. 3. verſ. Venio ad ſecundum.*



Hoc ipſum ante Concilii publicationem iiſdem ferè verbis ſtatuit Pius IV. in Conſtitutione, quæ incipit, *De ſalute Gregis:* ut patet ibi: (Epiſcopos ab Eccleſiis, & Diœceſibus ſuis abſentes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ pœna eo ipſo abſq; alia declaratione incurrenda diſtrictè præcipiendo monemus) Loquitur ergo Pius IV. de abſentibus copulativè ab Eccleſia, & Diœceſi, & his poſteà pœnas imponit his verbis: (Si quis ſex menſibus continuis extra ſuā diœceſim morando abfuerit.)

32 Sed & al[illegible] Decretum Concilii in d. *c. 1. ſeſſ. 23.* hoc ipſū indicat, primò enim declarat Epiſcopos teneri ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam. Ac deinde (Si quis (inquit) contra hujus decreti diſpoſitionem abfuerit, &c. pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non faciat.) Concilium ergo obligat Epiſcopos ad reſidendum alternativè in civitate, vel Diœceſi, & contravenientibus pœnam imponit. At non dicitur contravenire diſpoſitioni alternativæ Epiſcopus, qui alterutrum adimplet reſidendo in Diœceſi, c. *Inter cæteras,* & ibi dixi in *primo notab. de reſcript.* l. *Ille, aut ille, ff. de legat. 1.* gloſſ. in Clem. *Dudum, in ver. Vel quorum, de judic.*

Et ſimiliter Pius IV. in alia Conſtitutione poſt Concilii publicationem edita, quæ incipit, *In ſuprema,* dum ſupponit ſpoliis Cameralibus bona Epiſcoporum decedentium, reſtringit ſe ad decedentes extra diœceſim his verbis: (Bona quæcunque ad Epiſcopos, qui extra prædictas Eccleſias, & diœceſes non reſidentes deceſſerint, pertinentia, tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam legitimè pertineant) Et in alia Conſtitutione quæ incipit: *Cùm tam ſacroſanctum,* edita contra Prælatos non reſidentes, dum committit Auditori Cameræ, ut contra eos procedat, loquitur itidem de non reſidentibus in diœceſi, ibi: contra Epiſcopos, & alios quoſcumque Prælatos in propriis diœceſibus non reſidentes de inobedientiā propria uſq; ad ſententiā excluſivè procedat, &c.)

Sive igitur Epiſcopi dictis anni temporibus teneantur in Cathedrali reſidere, ſive non, de quo inferius dicetur in ſecunda inſpectione; abſolutum tamen videtur eos non incidere in pœnas non reſidentium, dummodò reſideant in Diœceſi. Et hæc interpretatio, uti magis conſona verbis Concilii, & dictarum Conſtitutionum, & quæ etiam benignior eſt in pœnalibus, videtur omninò amplectenda, c. *Statum, de elect. in 6.* cum ſuis concordant.

33 Præſertim quia idem ſuadetur etiam exemplo Parochorum, qui quamvis teneantur omninò reſidere in ædibus Parochialis Eccleſiæ, tamen ſi extra eas reſideant, dummodò non extra limites Parochiæ, fructus ſuos faciunt, nec incidunt in pœnas à Concilio Parochis non reſidentibus inflictas, ut in caſu contingenti olim reſpondit Sac. Congregatio.

34 Quoad ſecundam inſpectionem, Id eſt, quoad præceptum, & obligationem Epiſcoporum ſuppoſitum eſt ante Concilium Trident. Epiſcopos obſtrictos fuiſſe omni tempore in ſua Cathedrali reſidere. Quod conſtat ex Concilio Carthaginenſi V. *cap. 5.* his verbis: (Placuit ut nemini ſit facultas, relicta principali Cathedra ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre) ut refertur in Can. *Placuit. 7. q. 1.* ubi gloſ. *in ver. in diœceſi,* dicit hoc adeò verum, ut non liceat Epiſcopo ad diœceſim divertere, niſi ex cauſa viſitationis.

Idem patet ex Concilio Aurelianenſi, *c. 33.* relato in can. *Epiſcopus de conſecr. diſt. 3.* in hæc verba: (Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus, Eccleſiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deeſſe non debet. Unde infert gloſſ. Epiſcopum Dominicis diebus in Epiſcopali Eccleſia Divinis Officiis intereſſe debere, in qua Sacerdotali more reſidere præcipitur. Et Gregor. *lib. 5. epiſt. 28.* (Pervenit, (inquit) ad nos Primenium Amalphitanæ civitatis Epiſcopum in Eccleſia ſua reſidere non eſſe contentum, ſed foris per diverſa loca vagari: Idcircò hac tibi authoritate præcipimus, ut ſupradictū Epiſcopo interminari non deſinas, quatenus hoc de cætero facere non præſumat, ſed in Eccleſia ſua Sacerdotali more reſideat.) Quod refertur in can. *Pervenit, 7. q. 1.* ubi Præpoſ. *num. 1.* notat reſidentiam eſſe faciendam in loco ſecundùm conditionem perſonæ, quia Epiſcopus per villas vagari non debet, ſed in civitate cōmorari.

Atque hoc ſuppoſito ad dubium videtur reſpondendum, temporibus à Concilio præſcriptis Epiſcopum teneri omninò apud ſuam Eccleſiam reſidere, niſi munia Epiſcopalia in Diœceſi eum aliò vocent: nam etſi decretum Concilii Trid. d. *cap. 1. ſeſſ. 23.* declaraverit Epiſcopos obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam: tamen per hæc verba non eſt cenſendum funditus ſuſtuliſſe antiquam Epiſcoporum obligationem, ut in ſimili legitur in c. *Eccleſiæ veſtræ, il. 2. verſ. Neque enim credendum eſt, ſupra de elect.* cùm præſertim ibi inhæreat decreto *cap. 1. ſeſſ. 6.* quo innovantur antiqui Canones adverſus non reſidentes promulgati, ſed tantum moderatum fuiſſe rigorem ſacrorum Canonum. Nam illa verba per dictionem alternativam in ſua Eccleſia, vel Diœceſi, indicant potiùs ordinem, quàm electionem, gloſſ. in c. *Jeſuit, in ver. vel in Parochiali, de ſepult.*

35 Quemadmodū in terminis aliorum Decretorum Concilii ſæpiùs cenſuit S. Congregatio. Et in ſpecie in Decreto, *c. 16. ſeſſ. 24.* quo jubetur ſede vacante eligi Vicarius, qui in jure Canonico ſit Doctor, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus: cenſuit dictionem alternativam, *vel,* eſſe ibi ordinis, non electionis, juxta doctrinam Gemin. in c. *Licet in fin. de ſepult. in 6.* Ideoque electionem factam

36 de Sacerdote non Doctore, quamvis alioquin idoneo, omiſſis Doctoribus, eſſe nullam. Et ſimiliter dum in *c. 3. ſeſſ. 22.* diſtributiones abſentium jubentur applicari fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco: S. Congregatio reſpondit alternativam, *vel,* non eſſe electionis, ſed ordinis: Ideoque applicationem primo loco faciendam eſſe fabricæ Eccleſiæ, ſi indigeat; ſin minus eſſe arbitrio Ordinarii illas alteri pio loco applicare. Eodem igitur modo dum Concilium declarat Epiſcopos obligari ad perſonalem in Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam; hæc alternativa non eſt cenſenda importare electionem; ita ut arbitrium ſit Epiſcopo hic, vel alibi reſidere; ſed potius ordinem, ita ut primò, & principaliter reſidendum ſit in Cathedrali Eccleſia, idque tempore Adventûs, Quadrageſimæ, & aliis ſolemnitatibus, in quibus major, & præcipua eſt reſidentiæ obligatio, ut eſt textus in c. *Si quis in Clero, 7. q. 1.* Deinde verò, id eſt aliis temporibus, ſatisfieri poſſit ejuſmodi obliga-

obligationi, etiam reſidendo in Diœceſi.

Quæ interpretatio videtur primò amplectenda, quia per eam minus receditur à diſpoſitione veterum Conciliorum, & Canonum ad c. *Cùm expediat, de elect. in 6.* & l. *Si quando, C. de moſſ. teſtam.* cumeis concordant. Deinde quia hoc modo ceſſat abſurdum illud, quod alias ſequeretur ſi Epiſcopi poſſent præcepto reſidentiæ ſatisfacere abſque eo quod unquam Eccleſiam Cathedralem, & ſponſam ſuam viſerent. Denique quia cùm præcepto divino mandatum ſit omnibus Epiſcopis oves ſuas agnoſcere, verbique divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, & bonorum operum omnium exemplo paſcere, & in cætera munia paſtoralia incumbere ut habetur in d. c. 1. non apparet quomodo hæc omnia impleri poſſint ab Epiſcopo, qui ad villas, & pagos divertit, nec unquam reſidet apud Eccleſiam ſuam Cathedralem, ullaſque ibi functiones epiſcopales exercet, nec præſens agnoſcit oves, quarum pars major ut plurimum illic commoratur.

Quod ſatis indicant verba d. c. 1. Nam dum hortantur Epiſcopos ut certis temporibus ſuam Cathedralem Eccleſiam non deſerant, eam rationem afferunt, nempe quia illis diebus refici maximè, & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oves debent. Si ergo oves Cathedralis Eccleſiæ dictis temporibus debent maximè refici, & Paſtoris præſentiâ gaudere: Ergo etiam vice verſa Pa-
37 ſtor debet eas reficere, & permittere ut ejus præſentiâ oves gaudeant. Idque dicendum eſt in præcepto eſſe, cùm verbum, *debet*, regulariter neceſſitatē importet, ut notatur in l. *Sæpe ff. de offic. Præſid.*

Neque his obſtat quòd illic Concilium utatur verbis hortatoriis, dum ait: (Eoſdem interim admonet, & in Domino hortatur, ne per illius temporis ſpatium Adventus, Quadrageſimæ, &c. ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali ullo pacto abſint.) Quæ quidem verba cùm non præceptum, ſed conſilium importent, obligationem non inducunt, c. *Quod præcipitur, 14. q. 1. & 4. diſtinct. §. fin.* Dec. in c. *Nam concupiſcentiam, num. 20. de Conſtitut.*

38 Nam reſpondetur primò verba hortatoria impropriari quando ſubjecta materia eſt de præcepto, ut hoc caſu. Textus eſt in c. *Rogo*, atque ibi gl. 11. *q.* 3. & in c. 1. *in ver. Hortamur*, ubi gloſſ. exponit, id eſt præcipimus, *de teſtam.* Ad idem gloſſ. in Clem. 1. *in ver. Hortamur, de teſtib.* & Abbas in d. c. *Nam concupiſcentiam, n. 3. de Conſtitut.* vel certè, ut ait ibi Dec. *num.* 21. verba hortatoria tunc non impropriantur, quia non eſt inconveniens aliquem hortari ad illud, quod facere tenetur, c. *Pervenit, 84. diſt.* Et ideo verbum, *rogo*, & verbum *hortamur*, in locis præallegatis propriè intelliguntur, & non inducunt præceptum, ſed per alia jura materia præcepti eſſe dicitur, ut ibi per eum.

Deinde reſpondetur ejuſmodi verba hortatoria in decreto Concilii eſſe conjuncta cum verbis obligationem importantibus, ut ſuperius dictum eſt; unde tantùm abeſt, ut per hanc admonitionem ſublata cenſeatur antiqua obligatio, ut potiùs ex ea videatur renovata. Nam Concilium hortatur Epiſcopos ut reſideant in Cathedrali in illis diebus, in quibus maximè oves refici, & gaudere Paſtoris præſentiâ debent, quod perinde eſt ac ſi illos adhortatum fuiſſet ut dictis diebus ſuam implerent obligationem apud Cathedralem Eccleſiam reſidendi. Præſertim quia hoc ipſum ſecerat ibidem paulò antè his verbis: (Sacroſancta Synodus eos (id eſt Epiſcopos) admonet, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique forma gregis in judicio, & veritate paſcant, & regant) Ecce igitur quemadmodum adhortationem à præcepto, & obligatione Concilium non ſejunxit, Quod & Pius IV. fecit in præalleg. Conſtitutione *De ſalute gregis*, ibi: *Epiſcopos ab Eccleſiis, & Diœceſibus ſuis abſentes præcipiendo monemus.*

Ac propterea obſervandū eſt verba illa Concilii *eoſdem interim admonet*, fortè non limitare regulam, quam priùs Concilium conſtituerat declarando Epiſcopos teneri ad perſonalem in civitate, vel diœceſi reſidentiam; ſed potiùs ſublimitare limitationem, per quam ſuperius immediatè declarat licere Epiſcopis per duos, aut tres menſes quotannis ab Eccleſia abeſſe: tria enim ibi facit S. Synodus. Primò declarat obligationem reſi-
39 dendi in civitate, vel diœceſi. Secundò, indulget Epiſcopis, ut ſingulis annis duos, vel ad ſummum tres menſes abeſſe poſſint. Tertiò, hortatur Epiſcopos, ut non tamen abſint temporibus Adventus, Quadrageſimæ, & aliis ibi præſcriptis. Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet: Etſi Epiſcopi poſſint quotannis per tres menſes abeſſe; illos tamen hortamur, ut hâc indulgentiâ minimè utantur illis diebus in quibus maximè refici, & gaudere Paſtoris præſentiâ oves debent. Et hoc modo quamvis illa verba eſſent Concilii tantùm, non tamen ſequeretur quin circumſcripta triū menſiū indulgentia, Epiſcopi aliàs non tenerentur in dictis diebus apud ſuam Cathedralem reſidere. Prior tamen intellectus magis congruit verbis Concilii, quia in eodem verſ. *Eoſdem interim admonet*, non agitur de abſentia à Diœceſi, ſed à Cathedrali Eccleſia tantùm, ut patet ibi: *Ab Eccleſia ſua Cathedrali.* Et clariùs ibi: *Niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſi, &c.* Et conſequenter non limitatur indulgentia, qua Epiſcopis abeſſe licet tribus menſibus extra diœceſim, Ad l. *Nam quod liquidè, §. fin. ff. de penult. leg.*

Itaque ad dubium videtur reſpondendum epiſcopos temporibus à Tridentino Concilio præſcriptis teneri quidèm apud ſuam Cathedralem Eccleſiam reſidere, ita ut aliter ſuæ obligationi non ſatisfaciant, niſi munia Epiſcopalia in ſua Diœceſi eos aliò vocent. Cæterum non incidere in pœnas à Sancta Synodo Epiſcopis non reſidentibus inflictas, dummodò in diœceſi reſideant. Et hanc ſententiam probavit S. Congregatio ejuſdem Concilii interpres.

40 In S. Congregatione ſuper reſidentia Epiſcoporum habita in Quirinali die 17. Julii 1657. cui interfuerunt eminentiſſimi Cardinales Ginettus, Meltius, & Paulucius; necnon R. P. D. Farneſius, Alterius, Gualterius, Ugulinus, De Vecchiis Secretarius, & ego, propoſita fuerunt ex ordine Sanctiſſimi infraſcripta dubia, videlicet.

Cùm S. Concilium Trident. *cap. 1. ſeſſ. 23. de reformat.* permittat Epiſcopis, ut ſingulis annis, dummodò æqua ex cauſa, & abſque ullo Gregis detrimento fiat, abeſſe poſſint à ſua diœceſi per duos, aut ad ſummum tres menſes: Quæritur

Primò, An Epiſcopus poſſit jungere trimeſtrē abſentiam unius anni, cum abſentia trimeſtri ſequentis anni, adeò ut licitè abeſſe valeat à ſua Eccleſia per menſes Octobris, Novembris, & Decembris anni v. g. 1657. & continuare abſentiam per menſes Januar. Februarii, & Martii anni 1658.
41 Secundò, An Epiſcopus in caſibus, in quibus rationabilem cauſam habet non reſidendi, debeat uti menſibus per S. Concilium conceſſis, & non niſi ipſis conſumptis, quatenus abſentiæ cauſa duret, licentiam petere non reſidendi: An verò primò licentiam petere, & ad alios uſus reſervare bimeſtre, aut trimeſtre tempus à Concilio conceſſū.

42 Per Bullam ſan. mem. Urbani VIII. ſuper reſidentia Epiſcoporum, incipien. *Sancta Synodus*, 27. aliàs 137. permittitur, ut epiſcopi ad effectum viſitandi ſtatutis terminis ſacra Beatorum Apoſtolorum limina, abeſſe poſſint à ſuis eccleſiis per certum tempus, videlicet citra montes, vel mare exiſtentes per quatuor menſes, alii verò, &c. hinc

Tertiò quæritur, an Epiſcopus viſitans ſacra Limina in fine unius termini, v. g. in fine unius triennii, poſſit immediatè in principio ſequentis triennii iterum viſitare, ac proinde viſitationum titulo abeſſe à ſua Eccleſia per octo continuos menſes.

43 Quartò quæritur, an Epiſcopo, qui anteà per multum temporis, v. g. per decem continuos annos in ſua eccleſia reſederit, & vel ab ipſa vacatione per S. Concilium ex rationabili cauſa ſingulis annis permiſſa ſemper ſe abſtinuit, poſſit aliquando concedi facultas non reſidendi per aliquod tempus, licèt non adſit ulla cauſa ex approbatis ab eodem S. Concilio Tridentino.

44 Ad primum Sac. Congregatio reſpondit, non poſſe, tum quia ejuſmodi ſemeſtris abſentia complectitur illius temporis ſpatium Dominici Adventus, & Quadrageſimæ, quo ne à ſua quidem Cathedrali, ne dum à Diœceſi Epiſcopo abeſſe licet, ut in Concilio Tridenti. d. c. 1. *verſ. Eoſdem interim admonet, ſeſſ. 23.* & fuſiùs dictum eſt *ſuprà à n. 34. uſq. ad num. 40.* Tum quia in eo, qui abeſt ſex menſibus continuis, non verificatur illud verbum *aliquantiſper*, quo utitur Concilium in d. c. 1. dum ait: Quoniam autem qui aliquantiſper tantùm abſunt ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, cùm Concilium illud reſtringat ad duos, vel ad ſummum tres menſes, & antiqui Canones ad unum, ut in cap. *Præſentium, 7. q. 1.* vel ad
45 duos, ut in c. *Si quis in Clero rad. cauſ. & q.* Et quatenus verificaretur verbum *aliquantiſper*, non tamen verificantur ſequentia, videlicet, *quia ſtatim reverſuri ſunt*, nam qui abeſt per ſemeſtre tempus, utique non ſtatim eſt reverſurus, cùm dictio *ſtatim*, regulariter ſignificet modicum temporis intervallum, ut eſt textus in l. *Cùm quidam, ff. de legat.* 2. & in l. *Si finita, §. Non autem ſtatim ff. de damno infect.* & notat Tiraquellus in l. *Si unquam in ver. revertatur, num. 120. C. de revoc. donat.* & aliquando importat intervallum unius menſis, ut notatur in l. *Divortio facto*, alias eſt l. *fructus 7. §. Papinianus*, in gloſſ. *in ver. ſtatim ff. ſol. matr.* Tum quia abſentia Epiſcoporum per ſex continuos menſes à Concilio non reputatur brevis, ut patet *ſeſſ. 6. cap. 1.* ibi: (Si quis ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni pœnam ipſo jure incurrat.) Tum denique, quia magis relaxari poteſt nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ, majuſque detrimentum in ſpiritualibus, & temporalibus poteſt pati Eccleſia, & pravi abuſus, & corruptelæ in Clero, & populo faciliùs introduci, & faciliùs eradicari, ſi trimeſtre tempus abſentiæ unius anni conjungatur cum trimeſtri alterius anni, quàm ſi trimeſtria ſint interpolata. Ob quam rationem cùm in cap. *In ſingulis, de ſtatu Monach.* ſtatutum ſit ut Capitula provincialia Religioſorum fiant de triennio in triennium, Jo. Andr. ibi in princ. dicit non ſufficere in fine primi triennii facere unum Capitulum, & ſtatim in principio ſecundi triennii facere aliud, quia id potiùs eſſet facere Capitulum de ſexto in ſextum annum, quam de triennio in triennium, & multo tempore poſſet ſic retardari Ordinis reformatio, ut ſcripſi pleniùs in c. *Ego N. nu. 51. de jurejur.* Unde trimeſtre tempus quod interpolatè, & per ſe ſumptum à Concilio reputatur breve, & cadit ſub permiſſione, quia brevi reverſus nec divertiſſe videtur, l. 3. *in fin. ff. de divort.* ſi poſteà jungatur cum alio trimeſtri, æſtimatur eſſe longum, & cadit ſub prohibitione, ut de diverſis donationibus ſimul junctis notat Hoſt. in c. *Apoſtolicæ, de donation.* & *de minationibus*, quæ quamvis ſingulæ per ſe non gravent; tamen ſimul omnes conſideratæ gravant; & ideo omnes ſunt revocandæ. Decidit Oldradus *conſ. 262. in quæſtione num. 2.* & de pluribus furtis rei modicæ docet S. Thomas in 2. 2. *quæſt. 66. art. 6. Ad 3.* Sylv. *in ver. Furtum, num. 4.* Confert textus in l. *Si libertus 3. Si quis plures ff. de jure patr.* & arg. l. *Nec non, §. Si quis ſæpius ff. ex quibus cauſ. major.*

46 Ad ſecundum S. Congregatio conſultius putavit nihil generaliter reſpondere; ſed ubi caſus particulares acciderint, maturiùs deliberare.

47 Ad tertium reſpondit Epiſcopum, qui Beatorum Apoſtolorum limina viſitavit v. g. in fine unius triennii, nequaquam poſſe immediatè in principio ſequentis triennii iterum viſitare, ac proinde nec viſitationis titulo per octo continuos menſes à ſua Eccleſia abeſſe. Rationes hujus reſponſiæ reſolutionis habentur in d. c. *Ego N. num. 50.* ubi plenè videas, *de jurejuran.*

48 Ad quartum reſpondit, non poſſe. Quam Congregationis ſententiam S. D. N. ad ſe relatam in omnibus approbavit.

## DE CLERICIS NON reſidentibus.

### *Cap. Ex tuæ.*

*SUMMARIUM.*

1 B*Eneficiatus abſens, ſi ignoretur ubi ſit, tribus edictis citatur, & infra ſex menſes non reverſus, beneficio privabitur.*

*Et quid poſt Concilium Tridentinum, num. 31. & ſeqq.*

2 *Intellectus hujus cap. in* §. Contra eos. *& n.* 18.

3 *Citatio per edictum contra Clericum abſentem affigi debet valvis Eccleſiæ ſuæ.*

4 *Beneficiatus nunquam citari debet per edictum ut redeat ad reſidentiam, ſi perſonaliter citari poſſit, & num.* 9.

*Et quid poſt Concilium Tridentinum, num. 31. 35. & 36.*

5 Citatio contra beneficiatum abſentem fieri poteſt etiam extra provinciam, ſed ad id judex non tenetur.

6 Citatio per edictum ubi requiritur trina, non ſufficit unica, licet peremptoria.

7 Et an ſufficiat unica peremptoria ad pœnam incurrendam, ſi fuerit perſonaliter executa, & n. 10.

8 Citatio trina, & unica peremptoria cum competentibus intervallis regulariter æquiparantur.

9 Beneficiatus abſens perſonaliter citatus, niſi redeat infra terminum ſibi præfixum beneficio ſpoliari poteſt, etiam non expectatis ſex menſibus.

10 Monitio trina perſonalis cur requiratur ut Clerici, carnifices, ſeu tabernarii perdant privilegium fori.

11 Beneficiatus abſens quamdiu ſit expectandus, ut beneficio privari poſſit.

12 Citationis edictæ ſex menſium ſpatio præſumuntur deduci ad notitiam citati.

13 Beneficium Clerici, qui tribus edictis citatus infra ſex menſes non revertitur ad reſidentiam, confertur quaſi vacans ſine alia ſententia privationis.

14 Canonici, & alii Beneficiati in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, ex capite non reſidentiæ privari non poſſunt titulo, niſi poſt lapſum trium annorum, & n. 35.

15 Canonicus abſens ultra tres menſes primo anno privari debet dimidia parte fructuum ad ratam menſium, quibus abfuit, ſi non integer eſt annus. Secundo omnibus fructibus.

16 Archiepiſcopus poteſt procedere contra Epiſcopos deſerentes Eccleſias ſuas excommunicando, & ſuſpendendo, non autem removendo eos ab Epiſcopatu, vel adminiſtratione.

17 Depoſitio Epiſcoporũ jure divino eſt Papæ reſervata.

18 Epiſcopi arbitrium eſt procedere contra Parochos non reſidentes vel cenſuris, vel ſequeſtratione, & ſubtractione fructuum, vel privatione Parochialis, & num. 20. verſ. Poſtremò.

19 Forma procedendi adverſus Parochos non reſidentes à jure communi præſcripta an immutata fuerit Decreto Concilii Tridentini, & n. ſeq. uſq. ad num. 35.

20 Statutum ad pœnam trahi non debet ad gratiam.

21 Qualitas appoſita circa aliquas perſonas primò nominatas non cenſetur repetita quoad alias perſonas poſteà nominatas, etiam in eadem ratione.

22 Dictio idem, quandoq. importat identitatem in genere, & diverſitatem quoad ſpecificas qualitates.

23 Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia in eodem cap. ſed non in Capitulis ſeparatis.

24 Epiſcopus quoties in pœnam non reſidentiæ vult Parochis ſubtrahere partes fructuum, quos fecerunt ſuos, quoad intervalla, & quotas, ſervare debet præſcriptum Concilii, cap. 1. ſeſſ. 6.

25 Secus in executione facienda ſuper fructibus, quos pro rata temporis abſentiæ ſuos non fecerunt.

26 Concilium Tridentinum c. 1. §. Eadem, ſeſſ. 23. expenditur.

27 Lex innovata ineſt legi innovanti. Verba legis clara non admittunt interpretationem, nec voluntatis conjecturam.

28 Forma procedendi contra Parochos non reſidentes à jure præſcripta in quibus immutata fuerit à Concilio Tridentino, & n. ſeq. uſq. in finem.

29 Parochi non reſidentes à Concilio Tridentino quibus pœnis ſubjiciantur.

30 Sententia privationis beneficii contra Parochum non reſidentem eſt nulla, ſi in ultima monitione Epiſcopus comminatus fuerit privationem fructuum, non autem tituli.

31 Parochus abſens etiamſi ignoretur ubi ſit, ex Concilio Trident. citari poteſt per edictum, etiam unicum, & non ſolemniter publicatum, & n. ſeqq.

34 Et lapſo termino eidem præfixo privari poteſt Parochiali, etiam non expectatis ſex menſibus.

35 Canonici non reſidentes poſt lapſum trium annorum quâ formâ ſint privandi Canonicatu.

36 Forma hujus Capituli ad unguem ſervari debet tantùm in obtinentibus beneficia perſonalem reſidentiam requirentia extra Cathedrales, & Collegiatas Eccleſias.

1 EX TUÆ. Si neſcitur ubi ſit clericus abſens, tribus publicis edictis citabitur apud Eccleſiam ſuam; at ſi poſteà expectatus per ſex menſes non redeat, eâ privabitur. Hoc dicit primò. Deinde ponit practicam procedendi contra Prælatos non reſidentes. Atque ita ſunt
2 duæ partes principales. Nam primò ponit practicam procedendi contra Clericos. Secundò, ponit practicam procedendi contra Prælatos. Secunda ibi, *contra eos*, ſcilicet Prælatos. Unde ſecundum Hoſtienſ. *num. 7. in ver. Eos*, & Jo. Andr. *n. 6. in eod. ver.* Melius dixiſſet, *alios*, ſcilicet Epiſcopos, nam uſque huc loquutus eſt de inferioribus, hic incipit loqui de Epiſcopis.

Et hunc intellectum ſequitur gloſſa *in ver. Vt ipſas*, & communiter Doctores teſte Jo. de Imola *poſt princ. verſ. Sed prima lectura communiter tenetur.* Imò Innoc. *ſuprà in proœmio*, ubi litteram hujus Decretalis ex regiſtro corrigit, & in aliquibus ſupplet, teſtatur veram litteram eſſe, *Contra alios*, ut hic referunt Butr. *n. 1. in fine*, & Imola *poſt princ. verſ. Et facit quod notat Innocentius.*

3 Nota primò, quoties Clericus abſens per edictum citari debet, citationem eſſe affigendã valvis Eccleſiæ ſuæ, ut probat hæc littera ibi, *in eorum Eccleſiis*, & notant Cardin. *in princ.* & Abb. *n. 1* Nam contra latitantem ſufficit procedere ex edicto ad Eccleſiam, vel domum ſuam, c. *Cauſam*, & c. *fin. de dolo, & contumac.* ſecundùm Hoſt. *hic n. 6. in ver. Publicari*, Cardin. *num. 1. in prima oppoſitione*, & Anchar. *in 1. notab.* Rota *in Terdonen. Præpoſituræ, 17. Martii 1600.* coram Decano relata à Joanne Garz. *in tract. de benef. p. 3. cap. 2. n. 157.*

4 Secundò nota ibi, *nec ad eos valeat citatio pervenire.* Clericum utcunque ex injuſta cauſa abſentem ab Eccleſia ſua, nunquam eſſe citandum per edictum, ſi intra provinciam ſui copiam faciat, & citari poſſit perſonaliter, ut per Hoſt. d. *num. 6.* Cardin. *num. 2. verſ. Ex quibus*, Anchar. *num. 1. in 2. notab.* & Abb. *num. 3. in 3. notab.* Dixi *intra provinciam*; quia ſi Clericus extra provinciam abeſſet, intimari quidèm poſſet, & fortè etiam citari per cap. *Romana, §. Contrahentes, de foro compet. lib. 6.* & dixi poſt Collectar. in cap. *fin. eodem tit.* Sed tamen ad hoc judex forſan non tenetur ſecundùm Hoſtien. *num. 6. in ver. Pervenire*, Joan. Andr. *num. 2 in ver. Valet*, & Anchar. *num. 1.* De hoc notatur in cap. *Dilectus, ſuprà de Procurat.* An autem hoc procedat poſt Concilium Tridentinum, dicam *infrà n. 31. 35. & 36.*

6 Tertiò nota ibi, *Trina citationis.* Rectorem Eccle-



ſiæ abſentem, ſi ignoretur ubi ſit, eſſe citandum tribus edictis ut redeat ad reſidentiam. Quo fit ut non ſufficiat unicum peremptorium pro omnibus, quia hujuſmodi citationes per edictum difficilè tranſeunt in notitiam citati, & facilius eſt ut innoteſcant ſi ter publicè fiant, quàm ſi ſemel, licet peremptoriè. Fortè enim amicus citati interfuit in ſecunda, vel tertia, qui non interfuit in prima, & poterit hoc citato denunciare. Et ita firmat *hic* Jo. Andr. *n. 4. in ver. Trinæ*, & fuſius *in addit. ad Speculat. ſuper hac rubrica in 3. q.* ubi refert ſe ita conſuluiſſe in quodam Clerico, qui unica citatione peremptoriè citatus, beneficio privatus fuit, quia non venit; Reſpondit enim privationem eſſe nullam, ob non ſervatam formam hic præſcriptam: & ſequuntur hic Anton. de Butr. *n. 3.* Anchar. *n. 2. in 3. notab.* Imola *nu. 3. verſ. Et adverte*, & *num. 4.* & Abb. *in 4. notab.*

7 Quinimò ubi ad pœnam incurrendam lex requirit trinam citationem, non ſufficit una peremptoria, licèt perſonalis, ut ſentit gloſſa in Clem. 1 *in ver. Tertio, de vita, & honeſt. Cleric.* quam ſequitur Imola, & ſingularem reputat Abb. *ubi ſup.* Ad quod Gulielm. de Monte Laud. dicit eſſe textum apertum in c. 1. *in tit. de Milite vaſſallo, qui contumax*
8 *eſt, in uſib. feudor.* Quod nota ad limitationem l. *Contumacia, verſ. Contumax eſt, ff. de re judic.* & c. *De illicita, verſ. Quicumque tribus auctoritatibus, 24. q. 3.* Nam regulariter æquiparantur trinæ citationes, & unica peremptoria cum competentibus intervallis, ut in juribus præallegatis, & in c. *Conſtitutionem, de ſent. excomm. lib. 6.*

9 Hæc procedunt in Clericis latitantibus, de quibus ignoratur ubi ſint, vel ad quos non valet citatio pervenire. Hi enim, ut dixi ſuprà in 2. notab. citari debent tribus edictis, id eſt ſolemniter propoſitis, & publicatis, ut innuit littera *in ver. Factas publicari*; aliàs enim contra abſentes ex edicto procedi non poſſet, & ita procedit textus in l. 1. § *Item cùm ex edicto, ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* quia ibi edictum non fuit ſolemniter poſitum, ut poſt gloſſ. 1. & Innoc. declarat *hic* Hoſt. *n. 6. in ver. Edictum*, & *in ver. Publicari*, & ſequuntur DD. de quo tamen vide *hic* per Imolam *num. 4. verſ. Circa primum.* Hæc inquam procedunt in Clerico, qui neſcitur ubi ſit, vel ita longè diſtat, ut commodè perſonaliter citari non poſſit, & de eo loquitur hæc Decretalis. Inducuntur enim contra eum hæc duo ſpecialia, ut citatio ſit trina, & abſens poſteà expectetur per ſex menſes, ut ſic ſuppleatur defectus citationis perſonalis. At verò ſi ſciatur ubi ſit Clericus beneficiatus, & commodè citari poſſit, tunc non requiritur trinum edictum, ſed debet perſonaliter citari, & ſufficit unica citatio, ſi fuerit perſonaliter executa. Imò ſufficit ſimplex requiſitio, ſeu monitio, vel revocatio cum competenti termino ad redeundum, quo elapſo etiam non expectatis ſex menſibus, Eccleſiâ ſpoliari poterit, cùm videatur illam habere pro derelicta, textus eſt in c. *Ex parte*, & ibi dixi *ſuprà eod.* Et ita diſtinguit, & declarat gloſſa communiter approbata in d. c. *Quoniam frequenter, §. Porrò, in ver. Canonibus, ſuprà, ut lite non conteſt.* & Abb. *hic n. 10. in 3. oppoſit. & n. 13. verſ. Concludo ergo.* Jo. de Selva *in tract. de benef. par. 4. q. 4. & ſeq.* & reſolvit Rota apud Cardin. Mantic. *deciſ. 67. n. 5.* quam deciſionem poſteà ſecuta eſt eadem Rota *in Terdonen. Præpoſituræ ſuprà citata in primo notab.*

10 Non obſtat gloſſa præallegata in Clem. 1. *in ver. Tertio, de vita, & honeſtate Clericor.* quæ dicit ad pœnam incurrendam non ſufficere unicam citationem etiam perſonalem, & peremptoriam, prout eam allegat Abb. *hic in 4. notab.* Quoniam textus in d. Clem. loquitur de Clericis officium carnificum, & tabernariorum publicè, & perſonaliter exercentibus, & ſic de his qui non latitant, ſed perſonaliter citari poſſunt. Et tamen jubet eos nominatim, & tertio moneri. Non igitur mirum ſi ad illam pœnam incurrendam unica citatio perſonalis non ſufficit, cùm textus in illo ſpeciali caſu trinam requirat. Et fortè ratio ſpecialitatis fuit gravitas pœnæ amiſſionis privilegii clericalis, quod eſt de jure Divino, c. *Si Imperator, 96. diſtinct.* & ſcripſi latiſſimè in c. *Eccleſia S. Mariæ, ſuprà de Conſtitut.* At ſecùs eſt in beneficiatis abſentibus, quia ſi eorum copia haberi poſſit, jura nihil aliud exigunt, quàm ut ſemel perſonaliter moneantur, ſeu revocentur ad reſidentiam, ut in d. c. *Ex parte, ſuprà eod.* & conſtat ex ſupradictis. Veruntamen aliud dicendum eſt poſt Concilium Tridentinum quoad Parochos, quia ſufficit citatio per edictum, nec requiritur perſonalis, ut patebit *infrà num. 31.*

11 Quartò nota ibi, *ultra ſex menſes.* Clericum à ſua Eccleſia abſentem, ſi ignoretur ubi ſit, poſt trinam citationem eſſe expectandum per ſex menſes. Unde ſublata eſt diſpoſitio antiquorum Canonum, qui variè circa hoc diſponunt. Quidam enim dicunt Clericum duobus tantùm menſibus eſſe expectandum, c. *Præſentium, 7. quæſt. 1.* Quidam dicunt de tribus hebdomadis, c. *Si quis in Clero, ead. cau. & quæſt.* Quidam de quinque annis c. 2. *ſuprà eod.* Quidam de anno, ut in Authen. *de Sanctiſſ. Epiſc. §. Interdicimus*, ſecundùm Innoc. *hic num. 1.* & latius per gloſſam in cap. *Quoniam frequenter, §. Porrò, in ver. Canonibus, ſuprà, ut lite non*
12 *conteſt.* Sed hodie contra Beneficiarium latitantem de jure communi ſervandum erit quod hic dicitur, ut ſcilicet expectandus ſit per ſex menſes: Juris enim præſumptio eſt ut infra hoc ſpatium citationis edicta ad illius notitiam perducantur. Ad quod hunc textum ſingularem repu-
13 tat Abb. *hic num. 5. in 5. notab.* Ergo lapſis ſex menſibus beneficio ſpoliari poterit, ut in textu, etiam lite non conteſtata, ut in d. c. *Quoniam frequenter*; & hic notat gloſſa *in ver. Removeat*, etiam non præcedente ſententia privationis: proptereà enim dixi ſpoliari, & non privari, quia non fertur ſententia, ſed datur beneficium quaſi vacans; & ſic abſens videtur ſpoliari, ut formaliter hic dicunt Hoſt. & Joann. Andr. ambo in *ver. Spoliari*: & ſequuntur alii. De quo dic ut ſcripſi in c. *Ex parte*, & c. *Qualiter, ſuprà eodem.*

14 Limita nunc notabiliter diſpoſitionem hujus Decretalis, ut non procedat in obtinentibus dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis. Hi enim ex Decreto Concilii Tridentini, c. 12. §. *Prætereà, ſeſſ. 24.* ſi ultra tres menſes abfuerint, primo anno privari debent dimidia parte fructuum, Secundo anno omnibus fructibus. Creſcente verò contumacia procedendum eſt contra eos ad ſacrorum Canonum præſcriptum, id eſt, ad privationem tituli. Atque ita abſentes ultra tres menſes hodie

beneficio privari non poterunt, niſi poſt lapſum trium annorum, & ſervata forma ibi præſcripta, ut ſ. prius declaravit S. Congregatio ejuſdem Concilii interpres. Minimè enim verum eſt, quod refert Mantica in præalleg. *deciſ. 67. n. 6.* videlicet per Illuſtriſſ. S. Congregationis Interpretes fuiſſe declaratum, Epiſcopos poſſe procedere ad privationem ob non reſidentiam; tametſi temporum intervalla, de quibus in *d. cap. 12. §. Præte-*
15 *rea ſeſſ. 24.* non fuerint obſervata. Imò enim S. Congregatio cenſuit expectandum eſſe lapſum trium annorum, priuſquam ad privationem in totum procedatur. Et primo anno abſentem ultra tempus permiſſum privandum eſſe dimidia parte fructuum, & quidem ad ratam menſium, quibus abfuit, ſi non integer eſt annus. Secundo, omnibus fructibus. Tertiò, privandum titulo, & ad privationem hujuſmodi procedi non poſſe, niſi hac forma ſervata, ut etiam dixi in c. *Licet, n. 26. infra tit. proximo.*

Idem reſponſum cùm Epiſcopus in pœnam reſidentiæ vult Parochis ſubtrahere partes fructuū, quos reſidendo ſuos fecerint: debet enim ſervare quoad intervalla, & quoad quotas præſcriptū Concilii, *c. 1. ſeſſ. 6.* ut latius dicam *infra n. 24.*

16 Ultimò nota in §. *Contra eos.* Archiepiſcopum poſſe procedere contra Epiſcopos deſerentes Eccleſias ſuas excommunicando, & ſuſpendendo; removere autem illos ab Epiſcopatu, vel adminiſtratione non poſſe: hoc enim ſpecialiter Legato hic conceditur, ut formaliter dicit Innoc. *nu. 5. in*
17 *ver. Procedatur*, & ſequuntur alii. Nam depoſitio Epiſcoporum jure Divino eſt Romano Pontifici reſervata, ut in c. *Inter corporalia, de tranſl. Epiſc.*

18 Verùm intelligendo hunc §. *Contra eos.* non ponere caſum diverſum, ſed continuare caſum præcedentem de clericis inferioribus juxta alium intellectum gloſſæ *in ver. Spoliari.* Hinc collige Epiſcopum non arctari præciſè ad procedendum contra beneficiatum non reſidentem per viam privationis beneficii; ſed eſſe in optione ipſius procedere etiam per ſubtractionem fructuum, & cenſuras eccleſiaſticas ut hic notant Imola, & Jo. de Anan. quos ſequitur Mantica *in præalleg. deciſ. 67. num. 6.*

Quod procedit etiam contra Parochos non reſidentes in terminis Concilii Trident. *c. 1. verſ. Quod ſi per edictum, ſeſſ. 23.* ponderando illa verba, *liberum eſſe vult Ordinariis, &c.* Et quamvis oppoſitum videatur declaraſſe S. Congregatio contra Parochos non reſidentes tempore peſtis, ut dixi in c. *fin., num. 41. & 45. infra eod.* Fortè tamen ita cenſuit in illo ſpeciali caſu, quia erat admodum controverſum inter Theologos, & Canoniſtas, an peſtis tempore Parochi tenerentur perſonaliter reſidere, ut ibi dixi *num. 42. & 49.* Unde contra abſentes exiſtimavit non eſſe illicò procedendum ad privationem Parochialis; ſed prius experienda eſſe alia remedia cenſurarum, & ſubtractionis fructuum. Verùm extra illum caſum generaliter conſulta an ſit arbitrium Epiſcopi quâ viâ, & quo remedio uti voluerit contra non reſidentes, nempe vel cenſuris, vel ſequeſtratione, & ſubtractione fructuum, vel privatione: Reſpondit ita eſſe. Idemque patet ex deciſione edita in cauſa Imolen. de qua *infra num. 30.*

19 QUÆRO an forma procedendi adverſus Parochos non reſidentes à jure communi præſcripta, immutata fuerit Decretis Concilii Tridentini, *c. 1. ſeſſ. 6.* & *c. 1. ſeſſ. 23.*

Diſponit S. Synodus in *cap. 1. ſeſſ. 6.* adverſus Epiſcopos non reſidentes, ut primis ſex menſibus eorum abſentiæ in pœnam amiſſionis quartæ partis fructuum unius anni ipſo jure incurrant. Quod ſi per alios ſex menſes in hujuſmodi abſentia perſeveraverint, aliam quartam partem fructuum ſimiliter eo ipſo amittant. Creſcente verò contumacia, præſcribit quâ forma ſit contra eos procedendum ad graviora remedia. Deinde in *cap. 1. ſeſſ. 23.* interpretatur primò dictum decretum, & ſtatuit ut ejus prætextu non liceat Epiſcopis ultra tres menſes quolibet anno abeſſe: alioquin præter mortalis peccati reatum, quem incurrunt, pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non faciant. Poſtremò eadem omninò quoad culpam, amiſſionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus declarat, & decernit, ut in §. *Eadem.* Quo loco, cùm nihil ſtatutum fuerit de modo procedendi contra inferiores Curatos, conſequens videtur eſſe ut ſervari debeat veterum Canonum diſpoſitio, de qua præcipuè in hac Decretali, cùm eam Concilium non immutaverit: nam correctio jurium vitanda eſt, cap. *Cùm expediat, de elect. in 6. l. Præcipimus, in fine, C. de appell. l. fin. C. de inoff. teſtamen.* & quod non mutatur ſtare non prohibetur, *l. Sancimus, C. de teſtamen.* Quod ſi Concilium voluiſſet modum procedendi circa Curatos inferiores præſtituere, utique expreſsè diſpoſuiſſet, ſicut de culpa, pœna, & fructuum amiſſione diſpoſuit. Ad hoc cap. *Inter corporalia*, ibi: *Si circa tranſlationem id fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixerat, & de tranſlatione poterat expreſſiſſe, de tranſlat. Epiſc.* Ad idem text. in cap. *Ad audientiam, de decim.* & in l. *unica, § Sin autem ad deficientis, C. de Caduc. tollen.* Quod igitur non eſt Sanctorum Patrum Decreto ſancitum, ſuperſtitioſis non eſt adinventionibus præſumendum, ut in d. c. 2. & in c. *Conſuluiſti, 2. quæſt. 5.*

Præterea intentio finalis S. Synodi in d. cap. 1. *ſeſſ. 23.* fuit occurrere negligentiæ Paſtorum non reſidentium, illoſque diſtrictius arctare, ut gregi ſibi commiſſo ſedulò invigilarent. Et propterea non eſt inferendum, ut intervalla longiora Epiſcopus procedens contra non reſidentes ſervare teneatur, quàm de jure Canonum prius ſtatuta fuiſſent; alioquin inducta ad effectum coangustandi licentiam non reſidentium, eorumdem habenas laxarent; quod eſſet abſurdum, ut per Bald. *conſ. 472. num. 2. verſ. Sed ubi apponitur, lib. 2.* & Angel. *conſ. 16. verſ. Clauſula enim.* Siquidem
20 quod ſtatutum fuit ad pœnam, trahi non debet ad gratiam, dicto cap. *Inter corporalia, verſ. Nec quod de ceſſione, de tranſlat. Epiſc.* & generaliter inducta ad unum finem, contra illum operari non debent, l. *Cum tale, §. Falſam, ff. de condit. & demonſtr. l. Legata inutiliter, ff. de adimen. legat.* Ad hæc cùm in d. c. 1. *ſeſſ. 23. in verſ. Quod ſi per edictum*, eadem tribuatur facultas Ordinariis compellendi non reſidentes per cenſuras eccleſiaſticas, vel ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum; ſequitur ut quemadmodum nihil eſt immutatum in modo procedendi quando eligitur via cenſurarum; ita nec quidquam novi cenſeatur inductum quando proceditur per fructuum ſubtractionem: una enim determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet illa æqualiter determinare, l. *Jam hoc jure, § fin. ff. de vulgar. & pupill.* text. in l. *fin.* & ibi Bart. *C. de ſenten.* Dec. in c. *Novit num. 56. ſupra de judic.*



His accedit, quod in eod. *c. 1. ſeſſ. 6.* Concilium tantum de majoribus Prælatis diſponit, ut patet ex illis verbis: *Ab his, qui majoribus Eccleſiis præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendum.* Ergo ſequens d. diſpoſitio applicari non poteſt Parochis, cùm verba poſita in proœmio judicent, & oſtendant animum diſponentis, l. *fin.* ubi Bart. & omnes, *ff. de hered. inſtit. l. fin. ad Maced. cum concord.*

Poſtremò difficilius, & majori deliberatione proceditur contra Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quam contra Parochos: quamvis enim Parochus abſens, & ter citatus intra ſex menſes non reverſus privari per Epiſcopum valeat, ut hic; Epiſcopus tamen non poteſt per Archiepiſcopum deponi, & privari, d. cap. *Inter corporalia de tranſl. Epiſc.* Concilium Tridentinum, *c. 5. ſeſſ. 24.* & *dict. c. 1. ſeſſ. 6.* & dictum eſt ſupra *in ult. notab.* Ideoque Epiſcopi non aliter coercentur ad reſidentiam, quàm ſi per ſuperiorem citra Papam excommunicatione & ſuſpenſione feriantur, ut hic patet in §. *Contra eos*, ſecundum communem intellectum, de quo ſupra *in princ. & in ult. notab.* & non reſipiſcentes privantur per Summum Pontificem, vel ejus ſpecialiter delegatum, & *hic* per Abbatem, *n. 9.*

21 Quamobrem non eſt protrahenda diſpoſitio loquens de Epiſcopis ad Parochos, in quibus minor ratio viget, & minus detrimentum, & ſcandalum affert inconſulta coercitio, vel privatio, quia qualitas oppoſita circa aliquas perſonas primò nominatas non cenſetur repetita quoad alias perſonas poſtea nominatas etiam in eadem oratione, & ſtructura verborum, l. *ult. §. Scio*, ubi Bart. *de leg. 2.* Ita Alex. *conſ. 158. n. 2. lib. 6.* Alciat. *præſumpt. 58. n. 25. verſ. Tertiò quia*, Socin. Jun. *conſ. 142. num. 22. lib. 3.* Quod multò magis dicendum eſt in caſu præſenti, in quo qualitas modi procedendi circa Epiſcopos fuit appoſita in *cap. 1. ſeſſ. 6.* et propterea non debet cenſeri repetita quoad Parochos nominatos in c. *Diverſo*, nempe in *cap. 1. ſeſſ. 23.*

22 Nec refragantur verba illa, *eadem omnino*, &c. tum quia non eſt abſurdum ut dictio *idem*, denotet identitatem in genere, & diverſitatem quoad ſpecificas qualitates, gloſſ. in cap. *final. de magiſt.*
23 Alex. in *l. 2. in fine ff. ſi cert. petat.* Tum etiam quia illa clauſula, *eadem omnino*, poſita prope finem capituli refertur quidem ad præcedentem capituli contextum, l. *Talis ſcriptura, § fin. ff. de legat. 1. c. Inquiſitioni, in fine de appellat.* Felin. in c. *Cauſam quæ de reſcript.* cum ſimil. ſed non ad *cap. 1. ſeſſ. 6.* ſeparatum, Bart. in d. l. *Talis ſcriptura*; præſertim cum capitulum illud *ſeſſ. 6.* circa modum procedendi ſit diverſum à Sacrorum Canonum diſpoſitione; gloſ. in d. l. *Talis ſcriptura, §. 1.* Anton. Gabr. *in tit. de clauſul. num. 5.* ubi ex his ampliat, etiamſi clauſula in fine poſita referret ſe in genere ad omnia præcedentia.

24 Cæterum his non obſtantibus oppoſitum declaravit S. Congregatio Concilii Tridentini interpres: orta enim dubitatione an Epiſcopus procedens per ſubtractionem fructuum adverſus Parochos non reſidentes juxta decretum, c. 1. §. *Eadem omninò, ſeſſ. 23.* teneatur obſervare eadem intervalla, eamdemque rationem, quæ contra Epiſcopos non reſidentes ſtatuitur in *cap. 1. ſeſſ. 6.* cenſuit Epiſcopum quoties in pœnam omiſſæ reſidentiæ vult Parochis ſubtrahere partes fructuum, quos reſidendo ſuos fecerunt, debere ſervare quoad intervalla, & quoad quotas præſcriptum Con-
25 cilii *cap. 1. ſeſſ. 6.* in executione autem facienda ſuper illis fructibus, quos iidem Parochi pro rata temporis abſentiæ ſuos non fecerunt, nec tuta conſcientia retinere poſſunt ex decreto, *cap. 1. ſeſſ. 23. §. Si quis autem.* Epiſcopum non debere ſequi intervalla, de quibus in *d. c. 1. ſeſſ. 6.*

26 Conſiderationes verò ſupra in contrarium adductæ facilè diluuntur, ſi verba d. c. 1. *in verſ. Eadem ſedulò expendantur.* Nam cùm S. Synodus prius egerit de reſidentia Epiſcoporum, poſtea ſubjungit: eadem omninò etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus declarat & decernit. Et quidem de culpa, id eſt, de mortali reatu, quem incurrunt non reſidentes, & de amiſſione fructuum, quos in abſentia ſuos non faciunt, diſponit in *eod. cap. 1. ſeſſ. 23. in verſ. Si quis autem.* At verò de aliis pœnis ibi nihil novi ſtatuit, ſed tantummodo innovavit pœnas adverſus Epiſcopos non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas, id eſt in *c. 1. ſeſſ. 6.* Si igitur Concilium in d. verſ. *Eadem*, extendit diſpoſita circa Epiſcoporum reſidentiam ad inferiores Curatos non tantùm quoad culpam, & amiſſionem fructuum, ſed etiam quoad pœnam; & de pœnis nihil diſpoſuit niſi in d. *c. 1. ſeſſ. 6.* utique hinc neceſſariò ſequitur, ut pœna Epiſcopis non reſidentibus ibidem inflicta locum habeat etiam in Curatis inferioribus; & conſequenter etiam in ipſis ſervanda erunt temporum intervalla in pœna privationis fructuum ibi præfixa. Nam pœna illa licet in genere repetita in d. verſ. *Eadem*, tamen cùm ſit unica, cenſetur nominatim expreſſa, ut *l. 2. ff. de liber. & poſthum. & inſtit. de exhæredat. liber. §. Nominatim.*
27 Præterea etſi clauſula poſita in d. verſ. *Eadem*, non eſſet referenda niſi ad contenta in eod. *c. 1. ſeſſ. 23.* tamen cùm ibi innoventur pœnæ impoſitæ in d. *cap. 1. ſeſſ. 6.* perinde eſt ac ſi pœnæ hujuſmodi eſſent in poſteriori decreto inſertæ; quia lex innovata ineſt legi innovanti, non ſecus ac ſi illius tenor eſſet in ea inſertus, c. *Cùm dilecta de confirm. util. vel inutil.* gloſſ. in c. *Ut litigantes, in ver. Statuimus de offic. ord. n. in 6.* Doctores in Clem. *Dudum, de ſepultur.* Atque ita ceſſant conjecturæ omnes addu-
28 ctæ in oppoſitum de correctione veterum Canonum, de mente Concilii, & de clauſula in fine poſita. Quoniam verba Concilii clara non admittunt interpretationem, neque voluntariis conjecturam, l. *Licèt imperator, ff. de legat. 1.* Abb. *conſ. 97. viſo inſtrumento n. 1. verſ. Et primò quia, lib. 2.* Socin. *conſ. 13. n. 58. lib. 1.*

Concludendo dic, juris communis diſpoſitionem adverſus Parochos non reſidentes, de qua præcipuè in hac Decretali, in multis fuiſſe à Con-
29 cilio immutatam, & alteratam: Primò enim fuit immutata in eo, quod Parochus non reſidens de jure communi non perdit fructus ipſo jure, ſed procedi poteſt contra eum per fructuum ſequeſtrationem, ſeu privationem, ut dictum eſt *ſupra num. 18.* At verò poſt Concilium non ſolùm non facit fructus ſuos pro rata temporis abſentiæ, ut in dict. *c. 1. ſeſſ. 23.* ſed etiam ſi abfuerit ultra ſex menſes, incidit ipſo jure in pœnam privationis quartæ partis fructuum unius anni impoſitam Epiſcopis in *d. c. 1. ſeſſ. 6.* & innovatam in *c. 1. ſeſſ. 23.*

*in verſ. Si quis autem*; & ampliatam ad Curatos inferiores in verſ. *Eadem*. Quod ſi per alios ſex menſes in hujuſmodi abſentia perſeveraverit, aliam quartam partem fructuum, ut ſupra eo ipſo amit-
30 tit, ut in d. *c. 1 ſeſſ. 6.* Et quamvis integrum ſit Epiſcopo procedere etiam ad privationem beneficii, tamen ſi elegerit procedere per ſubtractionem fructuum; tenetur obſervare illa temporum intervalla, nec poteſt illicò ad privationem tituli procedere. Unde cum Epiſcopus Imolen. privaſſet Rectorem Parochialis, quia non reſidebat, & Rector Sacram Congregationem Concilii adiiſſet: Reſponſum eſt privationem eſſe nullam, & reſtituendam Rectori Parochialem, quia in ultimo præcepto ante ſententiam, quo illum ad reſidentiam vocaverat, comminatus fuerat Ordinarius fructuum amiſſionem, & non privationem Parochialis.

31 Deinde forma procedendi contra Parochos non reſidentes à jure præſcripta, fuit à Concilio immutata in eo, quod de jure communi Parochus ſi ſcitur ubi ſit, citari non poteſt per edictum, ſed citari debet perſonaliter, ut oſtenſum eſt *ſupra nu. 4. & 9.* At per Concilium citari poteſt per edictum, etiam non perſonaliter, ac ſi contumax fuerit, privari etiam Parochiali ut patet in dict. *c. 1. ſeſſ. 23.* ibi: (Quod ſi per edictum citati, etiam non perſonaliter, contumaces fuerint, liberum eſſe vult Ordinariis per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam uſque ad privationem compellere) Et verba illa, *uſque ad privationem* S. Congregatio declaravit eſſe intelligenda incluſivè.

32 Tertiò, fuit immutata in eo, quod de jure communi beneficiatus latitans citari debet tribus edictis, ut patet hic in textu. At poſt Concilium ſufficit indiſtinctè unicum edictum peremptorium cum competenti termino ad redeundum, cùm non requirat trinum, ſed ſimpliciter dicat, *per edictum citati.*

33 Quartò, fuit immutata in eo, quod edicta hujuſmodi de jure communi debent per præconem ſolemniter publicari, ſecundùm opinionem Hoſt. & aliorum, de qua *ſupra n. 9.* Secus poſt Conciliũ quod hanc ſolemnitatem publicationis non exigit. Unde ſatis eſt ut edictum affigatur valvis Eccleſiæ, ſecundùm ea quæ dicta ſunt *ſupr. in 1. notab.*

34 Demum immutata fuit in eo, quod de jure communi Parochus ſi ignoretur ubi ſit, poſt trinæ citationis edictum non poteſt illico privari beneficio, ſed expectari debet per ſex menſes, ut hic eſt caſus. At poſt Concilium citatus ſive ſciatur ubi ſit, ſive non, lapſo termino eidem præfixo, ſtatim privari poterit. Nam cùm ex Concilio edictum ſucceſſerit loco citationis perſonalis, quemadmodum perſonaliter citatus non eſt expectandus per ſex menſes, ſed ſtatim poteſt privari, ut in c. *Ex parte, il 1* & in *c. ſeq. ſupra eod.* & *infra in c. fin.* & dictum eſt *ſupra n. 8.* ita & citatus per edictum. Ex quibus patet hanc Decretalem in primo reſponſo per Tridentinum Concilium ferè in omnibus abrogatam fuiſſe quoad Parochialium Eccleſiarum Rectores.

35 Quo verò ad obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, ſimiliter patet primum reſponſum hujus Decretalis fuiſſe immutatum in eo, quod ex Concilio, antequam beneficio privari poſſint, expectandus eſt lapſus trium annorum, ut oſtenſum eſt *ſupra n. 14.* Verum tranſacto tertio anno, ſi ignoretur ubi ſint, citandi erunt trinæ citationis edicto, & poſtea expectandi erunt per ſex menſes, juxta formam hic præſcriptam, quam Concilium non immutavit, imò expreſsè præſervavit in dict. *c. 12. §. Præterea, ſeſſ. 24.* ibi: *Contra eos juxta ſacrorum Canonum Conſtitutiones procedatur*, id eſt beneficio priventur ad eum modum, quo ſacri Canones præſcribunt.

36 Supereſt igitur ut forma procedendi contra Clericos non reſidentes præfinita in hac Decretali ad unguem ſervari debeat tantummodo quoad eos, qui obtinent beneficia ſimplicia perſonalem reſidentiam requirentia extra Cathedrales & Collegiatas Eccleſias.

# DE CLERICIS NON reſidentibus.

## *Cap. Tuæ.*

### SUMMARIUM.

1 *PRivilegiatus ut abſens in ſtudio fructus præbendæ recipiat, exiſtens in villa, vel caſtello, ubi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, privilegio non utitur.*

2 *Licentia Prælati, & privilegium requiruntur ad hoc ut abſens in ſtudio fructus præbendæ percipiat.*

3 *Et licentia non ſufficit petita, niſi etiam ſit obtenta.*

4 *Quod ſi Prælatus eam deneget, adeundus eſt ſuperior ut eum dare compellat.*

5 *Prælatus inferior an Curatis Eccleſiarum ſibi ſubjectarum dare poſſit licentiam non reſidendi, & nu: ſeqq. uſque in fin.*

6 *Capitulum ex præſcriptione, vel privilegio poteſt in certis Eccleſiis ſibi acquirere jura Epiſcopalia excluſo Epiſcopo.*

7 *Eccleſia pleno jure ſubjecta dicitur, in qua quis habet ordinariam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem.*

8 *Tridentinum Concilium ubi loquitur de concernentibus juriſdictionem, non intendit eam uni auferre, & dare alteri.*

9 *Licentiam dare de non reſidendo pertinet ad legem juriſdictionis.*

10 *Et eam dare poteſt non modo Epiſcopus, ſed etiam inferior Prælatus.*

11 *Capitulum Civitaten. quam juriſdictionem habeat in Eccleſiis ſibi ſubjectis.*

12 Liberè, *id eſt, ſine alicujus licentia.*

13 *Inſtituere, & deſtituere ſpectat ad Ordinariam juriſdictionem.*

14 *Obſervantia ſubſequuta ſuperat omnes alias probationes; & eſt omnium interpretationum Regina.*

15 *Conſuetudo interpretativa non requiritur ut ſit præſcripta.*

16 *Tridentinum Concilium c. 1. §.* Eadem omnino, ſeſſ. 23. *expenditur, & n. 18.*

17 *Epiſcopi appellatione in materia juriſdictionis veniunt etiam inferiores Prælati ſimilem juriſdictionem habentes.*

*Secus ſi habeant ſolum jus conferendi, n. 20.*

18 *Ordinarii appellatione venit etiam inferior Prælatus inſtitutionem habens,*

TUÆ



1 TUÆ. Privilegiatus quod abſens in ſtudio fructus præbendæ percipiat. Studens in ſtudio particulari, privilegio non utetur. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Joan. de Anan. & Alex. de Nevo. Vel ſic ſecundùm Abbatem, Privilegiatus ut abſens in ſtudio fructus præbendæ recipiat, exiſtens in villa, vel caſtello, ubi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, privilegio non utitur. Hoc dicit, & ſunt duæ partes. Quæſtio, & Reſponſio, ſecunda ibi, *Ad quod.*

2 In textu ibi, *ſtudiorum gratia eſt indultum*: junctis verbis *accepta licentia*; nota duo copulativè eſſe neceſſaria ad hoc, ut abſens ſtudiorum cauſa percipere poſſit fructus præbendarum ſuarum. Primum eſt, ut ſuper hoc habeat indultum, ſeu privilegium. Secundum eſt, ut habeat licentiam Prælati ſui, prout hic notant Joan. Andr. *numer. 1. in ver. Fructus*, ubi contra Archidiaconum, in cap. *De quibuſdam, in fin. 37. diſt.* concludit non ſufficere licentiam, quam dat Epiſcopus exiſtendi in ſtudio, niſi etiam ſit ſtudium in hoc privilegiatum, nec licentia eſt ſuperflua, quia operatur, ut puniri non poſſit, quia non reſidet in beneficio, Butr. in 1. *notab.* Cardin. *num. 7. in 5. quæſt.* Imol. *num. 1.* Anchar. *num. 7.* Abbas *num. 3.* Joan. de Anan. *numer. 2. verſ. Nota quod habens privilegium*, & Alex. de Nævo *in 1. notab.* & ſcripſi plenius in c. *Relatum, ſupra*
3 *eodem.* Et indultum intelligitur vel ab Epiſcopo, vel à Papa, ut dicit gloſſ. 1. *hic*, vel à jure, ut in cap. *Super ſpecula, de Magiſtris*; vel ex conſuetudine, arg. cap. *Avaritia, de præben.* & cap. *Cùm omnes, de Conſtitut.* vel ex Conſtitutione Eccleſiæ, ut cap. *Cùm dilectus, infra eodem*, vel ex privilegio ſpeciali, ut *hic*, & in cap. *Cùm ad hoc, infra eodem*, ſecundùm Hoſtien. & Joan. Andr. *hic num. 1. in ver. Indultum*, & omnes, ut atteſtatur Felin. in cap. *final. num. 4. verſ. Sexto limita, de Magiſtris*, & licentia debet eſſe obtenta, ut probat hæc littera ibi, *accepta*, & ſic non ſufficit petita, ut *hic*, & in cap. *Relatum, ſupra eodem*, & notat Hoſtien. *hic num. 1. in ver. Licentia*, & Jo. Andr. *num. 2. in ver. Accepta*, Butr. *n.*
4 *7.* Abb. *n. 3.* & reliqui omnes. Si tamen Prælatus ſine cauſa contradiceret, poſſet haberi recurſus ad Superiorem, ut eum compelleret licentiam dare, arg. cap. *Nullus, de jurepatr.* ſecundùm Hoſtien. *hic num. 1.* Joan. Andr. *num. 2.* Abb. *num. 3.* & Felin. *loco citato.* Nec obſtat cap. *Licet, infra de Regular.* ubi pro tranſitu Religioſi ad ſtrictiorem Ordinem ſufficit licentia petita, licet non obtenta. Quoniam illud eſt ſpeciale favore Religionis, ſecundùm Goffred. & Jo. Andr. *ubi ſupra*, vel, ſecundùm Hoſt. in d. c. *Licet, num. 11.* talis à Spiritu ſancto intelligitur abſolutus à licentia impetranda, qui ei ſpiratur ut tranſeat: ergo ei tanquam Superiori obediendum eſt, cap. *Qui reſiſtit 11. qu. 5.*

5 Porrò cùm decreto Concilii Tridentini *cap. 1. §. Eadem omnino, ſeſſ. 23.* cautum ſit, ut cùm inferiores Curatos à ſuis Eccleſiis abeſſe contigerit, cauſa debeat eſſe ab Epiſcopo prius cognita, & probata, & licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam ultra bimeſtre tempus niſi ex gravi cauſa non obtineant: Ex facto quæſitum eſt, An Capitulum Civitaten. Vicariis Eccleſiarum ſibi ſubjectarum poſſit ejuſmodi licentiam impertiri, necne?

6 Pro dubii ſolutione ſupponendum eſt primò de jure, quemlibet inferiorem poſſe ſibi acquirere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in aliqua Eccleſia privativè ad Epiſcopum, vel præſcriptione, vel privilegio, ut habetur in c. *Auditis*, & ibi notant Abbas *n. 4.* & Felin. *n. 1. ſupra de præſcript.* Franciſcus Balb. *de præſcript. part. 1. 5. partis principalis, q. 11. num. 2.* & in terminis Capitulum poſſe in aliquibus Eccleſiis ſibi acquirere præſcriptione, vel privilegio omnia jura Epiſcopalia & juriſdictionem Epiſcopalem conſuluit latè Calderin. *conſ. 2.* incipien. *An Archipresbyter, in tit. de præſcript.* & ſequitur Balb. *ubi ſupra.*

7 Supponendum ſecundò, idem eſſe habere Eccleſiam ſibi ſubjectam pleno jure, & habere Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, quia tunc Epiſcopus nullum jus Epiſcopale poteſt in ea exercere, ut notat Hoſt. in cap. *Quoniam, ante n. 1. in ver. Utroque jure, de privileg.* Abb. in d. c. *Auditis, n. 4.* & ibi etiam Felinus *eodem num. de præſcript.* Bald. *ubi ſup. n. 3.*

8 Supponendum tertiò Concilium Tridentinum ubi non loquitur de concernentibus officium, vel dignitatem Epiſcopi, ſed de concernentibus juriſdictionem, noluiſſe juriſdictionem uni auferre, & dare alteri, ex traditis per Vitalinum in Clem. *Attendentes, §. Hoc igitur n. 3.* & *4. de ſtat. Monachor.* Put. in terminis Conc. Trident. *deciſ. 239.* incipien. *Die 1. Aprilis, lib. 3.*

9 Supponendum quartò, dare licentiam de non reſidendo ſpectare ad legem juriſdictionis, c. *Rela-*
10 *tum, ſupra eod.* Quæ quidem licentia poteſt dari de jure communi non ſolùm ab Epiſcopis, ſed à quibuſcumque inferioribus Prælatis, ut probat text. in d. cap. *Relatum*, ibi: *De licentia ſuorum Prælatorum*, ubi Innoc. *num. 2.* Nota, inquit, inferiores Prælatos dare licentiam eundi ad Scholas, &c. & concordant ibi Hoſt. *num. 3.* Butr. *n. 5.* & Abb. qui de communi atteſtatur *n. 4.* Cardin. in Clem. 1. *§. Sanè, il 2. n. 6. de ſtat. Monachor.*

11 Supponendum ultimò, Capitulum Civitaten. habere Eccleſias, de quibus agitur, ſibi pleno jure ſubjectas, quod patet ex litteris Cæleſtini, pii II. & pauli III. nam in litteris Cæleſtini cavetur, ut Capitulum poſſideat dictas Eccleſias liberè, & dictam libertatem confirmat, & verbum *liberè*, om-
12 nem ſubjectionem excludit, & denotat poſſeſſionem abſque alicujus licentia, gloſ. in Clem. *Dudum, § Si verò, in ver. Liberè, de Sepultur.* & notatur in cap. *De multa, de præben.* & in cap. *Licet Epiſcopus, eod. tit. lib. 6.* & probatur in *c. fin. §. fin. de conſuetud. lib. 6.* & in *c. Cùm plures*, & ibi gloſſ. *in ver. Liberè, de offic. delegat. eod. lib.* & in cap. *Statutum*, & ibi dixi, *num. 3. de Regular.* Barbat. *conſ. 11. n. 3. verſ. Item tranſtulit, in fin. lib. 2.* Rubeus Alexandrin. *conſ. 43. n. 4.* ex litteris verò pii II. quia, ut ibi dicitur, Capitulum habet jus inſtituendi, & deſtituendi, quod idem prius confirmat, necnon ejus ſolitam juriſdi-
13 ctionem, & ſic quaſi Epiſcopalem, cum inſtituere, & deſtituere ſpectet ad ordinariam juriſdictionem, cap. *Conquerente, de offic. Ordin.* & toto *tit. de inſtitut.* Pariſ. *conſ. 22. num. 19. lib. 4.* Sed clarius ex litteris pauli III. in quibus papa confirmat expreſsè ordinariam juriſdictionem, ac jus conferendi, inſtituendi, & deſtituendi, & ubi verba ſunt clara, non eſt admittenda quæſtio voluntatis, l. *Ille, aut ille, ff. de legat. 3.*

14 Confirmatur omnia ex effectu ſubſequuto, quia ut in facto ſupponitur, ſemper Capitulum in iſtis Eccleſiis exercuit juriſdictionem Ordinariam in cau-

cauſis matrimonialibus, in dandis licentiis, in inſtituendo, & deſtituendo, & in ſimilibus, cum obſervantia ſubſequuta ſuperet omnes alias probationes, ut inquit Tiber. Decian. *in conſil. 124. num.*
15 *12. vol. 2.* & ſit aliarum probationum regina. Quæ quidem obſervantia cum ſit interpretativa dictarum Bullarum, non requiritur ut ſit præſcripta, Aretin. *conſ. 11. col. 3. verſ. Sed tamen ex ſuperabundanti*, Rocch. de Curte, *de conſuetud. num. 28.* Purpurat. in l. *Certi condictio*, §. *Si nummos, num. 21. ff. Si certum pet.* Decian. l. *Vel liberis num. 19. C. de collat.* & in *conſ. 48. col. 1. verſ. & in tali conſuetudine*, Menoch. *conſ. 37. num. 96. vol. primo.*

His ita conſtitutis, deſinit ſuo marte ſolutio propoſiti dubii: nam cùm dictum Capitulum poſſit habere Eccleſias in Diœceſi Aquilegien. ſibi ſubjectas pleno jure, & ſic cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, ut *ſupra in ſuppoſito primo & ſecundo*, & illas habeat ſic ſubjectas cum dicta juriſdictione ex Bullis Summorum Pontificum, ut in ultimo ſuppoſito: & dare hujuſmodi licentias ſit juriſdictionis, & Concilium in his, quæ ſunt juriſdictionis non intendat illam uni auferre, & dare alteri,
16 ut in *ſuppoſito 3. & 4.* hinc reſultat, ut ipſius Concilii diſpoſitio in d. *cap. 1. §. Eadem omnino, ſeſſ. 23.* dum loquitur de licentia danda ab Epiſcopo cauſa cognita, minimè excludat Capitulum Civitaten. quo minus Vicariis Eccleſiarum ſibi pleno jure ſubjectarum impertiri poſſit licentiam abſcedendi ab eorum Curis.

17 Nec obſtat quod Concilium dicat, *cauſa prius per Epiſcopum cognita.* Quoniam ubi agitur de his, quæ ſunt juriſdictionis, ubi ſit mentio de Epiſcopo, intelligitur etiam de quocunque alio inferiori Prælato ſimilem juriſdictionem habente, ut declarat Abbas in cap. *Sicut unire, ſub numer. 3. de exceſſ. Prælator.* Cardin. *in conſ. 47. Reverende Pater per* tot. ubi dicunt dictum cap. *Sicut unire*, licet loquatur de Epiſcopis, tamen cum jus uniendi Eccleſias ſit juriſdictionis, intelligi etiam de aliis prælatis inferioribus habentibus jura Epiſcopalia, præſertim verò quia diſpoſitio Concilii in hoc debet recipere interpretationem paſſivam à jure communi l. 2. C. *de Noval.* de quo jure quilibet prælatus inferior poteſt concedere hujuſmodi li-
18 centias, ut dictum eſt *ſupra in 4. ſuppoſito*. Imò conſtat manifeſtè Concilium ibi loqui de Ordinario, ut patet ibi: *Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario ap-*
19 *probandum.* Appellatione autem Ordinarii veniunt etiam prælati inferiores inſtitutionem habentes, ut dicit gloſſ. in cap. *Ordinarii, in verb. Locorum de off. Ordinar. lib. 6.* Franc. in c. 2. *num. 7. de Conſtit. eodem lib.*

20 Item non obſtat deciſio Sacræ Congregationis Concilii, quæ circumfertur, quod omnia contenta in d. c. 1. *ſeſſ. 23.* per Epiſcopum executioni demandari debeant, etiamſi collatio ad inferiorem ſpectet, & ad Abbates Regulares. Quia illa loquitur quando ſola collatio ſpectat ad inferiorem, qui non eſt caſus noſter. Secus verò dicendum eſt, ut ibi omnis juriſdictio Ordinaria ad aliquem inferiorem ſpectaret, ut in hoc caſu, quia ſi inferior habet Ordinariam juriſdictionem, debet etiam habere hanc facultatem dandi hujuſmodi licentias, quia illa eſt juriſdictionis Ordinariæ, ut dictum eſt, & nulla ſubeſt ratio diverſitatis: imò ſi quis habet jus inſtituendi, & deſtituendi, quod eſt plus, debet habere etiam hoc jus dandi licentias, quod eſt minus, ut in reg. l. *Non debet, ff. de reg. jur.* & cap. *Cui licet, eod. tit. lib. 6.*

# DE CLERICIS NON reſidentibus.

## Cap. Ad audientiam.

### SUMMARIUM.

1 Canonici duo abſentes pro ſervitio Epiſcopi fructus præbendarum ſuarum percipiunt, non obſtante Conſtitutione contraria, & n. 7. Idem in abſentibus pro ſervitio Papæ, n. 7.
2 *Statutum diſponens idem, quod jus commune, & juramentum ſuper eo interpoſitum, recipit omnes limitationes, quas recipit jus commune.*
3 *Statutum excipiens duos caſus cenſetur excipere etiam alios caſus, in quibus viget eadem ratio.*
4 *Declaratur procedere ſi ſtatutum ſit ſecundùm jus: ſecus ſi ſit contra, vel præter.*
5 *Caſus exceptus à jure communi extenditur ad alios caſus conſimiles.*
6 *Caſus non proviſus à ſtatuto relinquitur in diſpoſitione juris communis.*
7 *Infirmi percipiunt in abſentia fructus præbendæ, diſtributiones, & portionem accreſcentem, quatenus infirmitas eſt cauſa non reſidendi, vel non deſerviendi.*
8 *Conſuetudo longiori quàm novem menſium ſpatio quotannis inſerviendi in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis, an ſit ſublata à Concilio Trident. & nu. ſeqq. uſq. ad n. 16.*
9 *Conſuetudo, aut ſtatutum vacandi ultra tres menſes à ſervitio Cathedralis vel Collegiatæ Eccleſiæ reſtringitur à Concilio Trident. ad tres menſes.*
10 *Conſtitutio, & conſuetudo ſunt duæ ſpecies juris inter ſe valdè differentes.*
11 *Et appellatione unius non venit alia, etiam in materia in qua verba impropriantur.*
12 *Conſtitutiones longius ſervitij tempus, quàm novem menſium requirentes in Cathedralibus vel Collegiatis, cur ſint præſervatæ à Concilio Trident. & non conſuetudines, & nu. ſeqq.*
13 *Conſuetudo in quibus differat à ſtatuto.*
*Canonici de jure communi nullam habent certam vacationem à ſervitio Eccleſiæ.*
15 *Conſuetudo juri communi conformis ſublata cenſetur jure communi ſublato.*
16 *Conſuetudo, ſecundùm quam Canonici Regulares, & Portionarii ſæculares abſunt cum licentia per quadraginta dies, & lucrantur diſtributiones, an valeat, & nu. ſeqq. uſq. in fin.*
17 *In Eccleſia Regulari an Clerici ſæculares habere poſſint præbendas, & beneficia, aut ſtipendia.*
18 *Beneficiati Regulares, & ſæculares æquiparantur quoad poteſtatem diſpenſandi fructus beneficiorum.*
19 *Eccleſiæ Regulares an comprehendantur in c. un.* de Cleric. non reſident. lib. 6. *& in c. 12. §.* Diſtributiones, ſeſſ. 24. *Conc. Trid.*
20 *Eccleſiæ appellatione venit etiam Eccleſia Regularis.*
21 *Canonicorum appellatione, etiam Regulares continentur.*
22 *Victualia, ſeu manualia magis propriè dantur Regularibus ratione ſui victus, quorum præbendæ ſimiliter ſolùm conſiſtebant.*
23 *Regulares quoad dignitates, & officia, quæ habent in titulum, non comprehenduntur in Decreto Concilii Trid. c. 2. ſeſſ. 25. de Regul.*
24 *Canonici Regulares, & Portionarii ſæculares in Eccleſia Regulari an gaudeant vacatione trium menſium à Concilio Trid. permiſſa.*
25 *Beneficia Regularia etiam non curata requirunt majorem reſidentiam, quàm beneficia ſæcularia.*
26 *Tamen rationabilis cauſa excuſat.*
27 *Beneficiati Sæculares abeſſe poſſunt tempore permiſſo etiam abſq; licentia ſuperioris: Regulares ſecus.*
28 *Licentia juſtam cauſam includit.*
29 *Canonici Regulares abeſſe poſſunt cum licentia ſuperioris, etiam ultra quadraginta dies ex conſuetudine permiſſos, citra amiſſionem aliquam fructuum.*
30 *Portionariis abſq; licentia abſentibus fructus groſſi non debentur.*
31 *Clerici ceſſantes à Divinis officiis tenentur ad reſtitutionem fructuum.*
32 *Verbum idem reſpectu diverſorum importare poteſt privationem juris, & facti.*

1 AD AUDIENTIAM. Duo Canonici abſentes cum Epiſcopo, ſeu in ejus ſervitio fructus præbendarum ſuarum percipiunt, non obſtante Conſtitutione contraria. Hoc dicit, & continet optimum caſum in materia interpretationis ſtatutorum. Primò, ponitur facti narratio. Secundò, proviſio, ibi, *Decernimus.*

2 Nota primò ſtatutum diſponens idem, quod jus commune, & juramentum ſuper eo interpoſitum recipere omnes limitationes, quas recipit jus commune, quod optimè probatur hic: nam Conſtitutio, quam iſti Canonici ediderant, & juramento firmaverant ſuper fructibus in abſentia non percipiendis, erat juri communi conformis, ut c. *quia nonnulli*, & cap. *Relatum, ſupra eod.* gloſſ. *ult. in c. Cùm omnes de Conſtitut.* & gloſſ. *1. hic.* Dixi in c. *licet, num. 21. infra de præben.* & tamen quia jus commune limitatur, ut non procedat in duobus Canonicis pro ſervitio Epiſcopi abſentibus, ut c. *De cætero, ſupra eod.* Eamdem limitationem, & reſtrictionem recipit memorata Conſtitutio, ut hic patet, & ſic ſtatutum recipit interpretationem paſſivam, vel ſuppletionem, ſeu ſubauditionem à jure communi. Ad hoc bonus textus in l. 2. *C. de Noval.* & declarat. Bart. & Doctores in l. 1. §. *Hoc autem edictum, ff. de nov. oper. nunc.* & in l. *ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogan.*

3 Secundò nota, ibi, *Illis exceptis.* Statutum excipiens duos caſus, cenſeri excipere etiam alios caſus conſimiles; & ſic exceptio non firmat regulam in caſibus non exceptis, quando in illis eadem viget ratio, quæ viget in exceptis, quod ſimiliter clarè probatur in hoc cap. nam Conſtitutio Canonicorum de fructibus non percipiendis in abſentia excipiebat duos tantùm caſus, videlicet abſentium ex cauſa infirmitatis, & abſentium pro ſervitio Sedis Apoſtolicæ: & tamen textus decidit idem juris eſſe in abſentibus pro ſervitio Epiſcopi, redditque eam rationem, quia abſentes dici non debent qui ſecum pro ſuo, & Eccleſiæ ſervitio commorantur. Quæ quidem ratio communis eſt etiam infirmis, & exiſtentibus in ſervitio Sedis Apoſtolicæ, ut de infirmis patet in c. 1. *infra de Cler. ægrot.* & in l. 3. §. *Stichus, ff. de ſtat. liber.* & notat gloſſ. *hic in ver. Infirmitas*, & de exiſtentibus in ſervitio Papæ, in c. *Cùm dilectus, ſupra eodem*, gloſſ. *hic in ver. In Apoſtolicæ*, & ſic identitas rationis efficit, ut hic quoque tertius caſus cenſeatur exceptus: quod nota ad limitationem Regulæ, de qua in c. *Dominus, 32. quæſt. 7.* & in l. *quæſitum*, §. *Denique ff. de fund. inſtruct.*

4 Cæterum adverte, quia hæc theorica procedit quando ſtatutum excipiens nonnullos caſus diſponit, idem quod jus commune, tunc enim cenſetur etiam excipere alios caſus conſimiles; & ita loquitur hæc Decretalis, ſecundùm Ant. de Butr.
5 Abb. & Alex. de Nævo, omnes in 1. *not.* Ratio eſt, quia ſicut caſus exceptus à jure communi extenditur ad caſum ſimilem propter identitatem rationis, ut probatur in cap. *Cùm dilecta, de confirm. util. vel inutil.* & notat gloſſ. in l. 1. *in ver. indicati, C. de condict. indeb.* ita & caſus exceptus à ſtatuto diſponente idem, quod jus commune, ut hic probatur ſecundùm Abbatem, & alios præallegatos.
6 At ſecus videtur dicendum ſi ſtatutum diſponat contra, vel præter jus; quia tunc caſus exceptus à ſtatuto non extenditur ad alios caſus non exceptos ex identitate rationis. Imo caſus non proviſus, ſeu omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni juris communis, arg. l. *Commodiſſime, ff. de liber. & poſthum.* cap. *Suſcepti, de reſcript. libro 6.* & cap. *In noſtra, de injur.* ſecundùm Abb. *ubi ſupra.* Quod ſatis placet; & poteſt eſſe ratio diverſitatis, quia in his, quæ à jure communi exorbitant, non fit extenſio de caſu ad caſum ex identitate rationis, cap. *Quæ à jure*, & ibi gloſſ. *un. de reg. jur. libro 6.* gloſſ. in cap. *Conſtitutionem, in ver. Prorogamus, de regular. eod. lib.* Bart. in extravag. *Qui ſint rebelles*, §. *Tranſit. n. 3.*

7 Tertiò nota ex Decretali tres caſus, in quibus Canonici percipiunt reditus in abſentia videlicet cum abſunt ex cauſa infirmitatis, cùm abſunt pro ſervitio Sedis Apoſtolicæ, & cùm abſunt pro ſervitio Epiſcopi, ut in textu, & notat Butr. *numer. 6.* non tamen hi tres caſus per omnia æquiparantur: nam infirmi percipiunt in abſentia non ſolùm fructus præbendarum ſuarum, ſed etiam diſtributiones quotidianas, ut eſt expreſſum in ca. *un. de Cler. non reſid. lib. 6.* quinimo, & portionem accreſcentem, ut dixi in cap. 1. *in ult. quæſt. infra de Cleric. ægrotan.* c. Quod tamen ita intelligit *hic* Joan. Andr. *num. 2.* ut is, qui aliàs erat reſidens, & per infirmitatem impeditur reſidere, percipiat præbendam; is verò, qui aliàs erat deſerviens, & per infirmitatem impeditur deſervire, percipiat diſtributiones; & ſic in tantum integrat jus, in quantum infirmitas privat, & non plus: & concordant Butr. *num. 8.* Cardin. *num. 2.* Anchar. *num. 6.* & cæteri omnes: & ſcripſi plenius in cap. *licet, à num. 136. uſque ad num. 150 infra de præben.* Abſentes verò pro ſervitio Sedis Apoſtolicæ, percipiunt quidem fructus præbendæ, ut hic patet, & in cap. *Cùm dilectus, ſupra eod.* Sed non diſtributiones quotidianas, ut hic notat gloſſ. in ver. *integrè* niſi in caſu, ut dixi in d. cap. *Licet, num. 124. & ſeqq.* Et eodem modo duo Canonici abſentes pro ſervitio Epiſcopi percipiunt præbendam cum integritate, ut hic dicitur, non autem diſtributiones, ſeu victualia, ut eſt textus in d. c. *De cætero, ſupra eodem*, ibi, *Niſi fortè ſint victualia, quæ non conſueverunt abſentibus exhiberi*, & notat gloſſ. præalleg. *in ver. Integrè.*

giè, quod tamen fallit ſimiliter, ut dixi in prædicta Decretali *De cætero*, *à num. 11. uſque in fin.* ubi plenè videas.

In gloſſa prima; Collige ex hac gloſſa duas concluſiones. Prima eſt quod de jure Canonici tenentur Eccleſiæ inſervire, adeo ut in abſentia nil percipere debeant: nam beneficium quantumcumque ſimplex, & modicæ æſtimationis jure communi inſpecto, requirit perſonale ſervitium, ut eſt textus in c. *Conquerente*, & ibi dixi in 1. *not. & num. 18. ſupra eod.* Secunda eſt, quod valet conſuetudo percipiendi fructus in abſentia, & cum hac gloſſ. concordat gloſſ. ult. in c. *Cum omnes, ſupra de Conſtit.* Sed hodie quoad utramque concluſionem ſervari debet diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini in *c. 12. ſeſſ. 24.* ut ſcripſi in d. c. *licet, à num. 25. infra de præben.* & in ſpecie an, & quibus caſibus hodie valeat conſuetudo non reſidendi in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis, & reditus in abſentia percipiendi, plenè notavi in d. c. *Cum omnes, à num. 11. uſq. ad n. 56.*

8 Hic QUÆRO, an conſuetudo Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ, quæ alicubi ante Concilium vigebat, ut obtinentes Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones longiori quàm novem menſium ſpatio quotannis ipſi Eccleſiæ inſervirent, ſit ſublata ejuſdem Concilii decreto, *c. 12. §. Præterea ſeſſ. 24.*

9 Videtur reſpondendum verbis Concilii, neque ſublatam eſſe, neque præſervatam, ſed relictam in illis terminis, in quibus erat ante Concilium. Non eſſe ſublatam probatur primò, quia Concilium voluit ampliare, non autem diminuere ſervitium Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum: nam ubi Canonici vigore conſuetudinis, aut ſtatuti longiori tempore, quàm trium menſium ab Eccleſiæ ſervitio ante Concilium poterant abeſſe, noluit de cætero ut abeſſe poſſent ultra tres menſes. Cùm itaque ſervitium Eccleſiæ velit Concilium augere, eſſet abſurdum, ut tolleret conſuetudinem longius ſervitii tempus requirentem: nam hoc pacto diminueret ſervitium, non augeret, arg. l. 1. §. *Nunciatio, ff. de nov. oper. nunc.* l. *Quod favore, C. de legib.* Bald. *conſ. 472. In cauſa, nu. 2. verſ. Sed apponitur, lib. 2.*

Præterea ſi Concilium tolleret conſuetudinem, id non ex aliis verbis elici poſſet, quàm ex illis, quibus præſervat Conſtitutiones longius ſervitii tempus requirentes. Verum illa verba quæ appoſita ſunt ad præſervandum ſervitium diuturnius, ſi tollerent hujuſmodi conſuetudinem, operarentur contrarium effectum illius, propter quę poſita ſunt, contra vulgatas regulas, l. *Legata inutiliter, ff. de legat. 1. & de adimen. legat,* l. *Titia, §. fin. de manu. teſtam.* cum ſimil. Conſtat igitur Concilium noluiſſe tollere hanc conſuetudinem.

10 Sed neque dicendum eſt eam dict. decreto c. 12. præſervatam fuiſſe: cùm enim d. verſ. *Salvis,* Concilium præſervet Conſtitutiones, & de conſuetudinibus nullam mentionem faciat, plenè conſtat illis verbis non comprehendere conſuetudines. Primò, quia conſtitutio, & conſuetudo ſunt duæ ſpecies juris inter ſe valde differentes.

11 Alberic. latiſſimè in l. *De quibus num. 58. & numer. 113. ff. de legib.* & appellatione conſtitutionis non venit conſuetudo, nec è converſo, etiam in materia, in qua verba improprientur. Bart. in d. l. *De quibus in fin.* Guil. de Mont. Laud. & alii citati per Jaſ. *d. loco num. 91.* Alber. *ibidem num. 114.*

Secundò, quia ſicut Concilium paulò ante mentionem habuit tam conſuetudinis, quàm ſtatuti, ubi ſtatuit non licere ultra tres menſes abeſſe; ita ſi in clauſula præſervativa utrumque comprehendere voluiſſet, utrumque expreſſiſſet, c. *Inter corporalia, §. Sed neque, verſ. Unde ſi circa, de translat. Epiſc.* Præſertim cùm etiam paulò poſt, ubi agit de diſtributionibus, & vult derogare ſtatutis, & conſuetudinibus, utrumque exprimat, & in ſpecie in *cap. 9. ſeſſ. 22.* ubi in alia materia, quam derogationis, imò potiùs in materia præſervationis utrumque expreſſit, ibi, *Quod ſi ex conſuetudine, vel conſtitutione aliqua loci.* Patet igitur neutram ex his opinionibus eſſe tutam, videlicet, Concilium ſuſtuliſſe hujuſmodi conſuetudinem, vel dicto decreto eam præſervaſſe: nam priori opinioni repugnat ratio, & mens Concilii. Poſteriori autem non deſerviunt verba, quæ de conſtitutionibus tantùm loquuntur.

Tutior eſt igitur media opinio, videlicet Concilium neque ſuſtuliſſe, neque præſervaſſe hujuſmodi conſuetudinem, ſed eam reliquiſſe in illis terminis, in quibus erat ante Concilium: nam quod non mutatur, &c. l. *Sancimus, C. de teſtam.* l. *Præcipimus, in fin. C. de appell.* gloſſ. in c. *Conſtitutionem, in ver. Prorogamus de regular. lib. 6.* Huic opinioni conveniunt verba Concilii, & mens non repugnat; & ita omnia vitantur abſurda. Conveniunt verba, quia cùm Concilium in præſervatione de conſtitutionibus tantùm loquatur, noſtrum non eſt extendere Concilium ad ſpeciem juris diverſam ab illa de qua loquitur c. *Quod ſi dormierit, 31. quæſt. 1.* c. *Conſuluiſti, 2. quæſt. 5.* Præſertim cum una non comprehendatur ſub altera, etiam latè ſumpto vocabulo, ut per Bart. & alios ſupra citatos in d. l. *De quibus*, mens Concilii quoque huic opinioni non refragatur, quin favet potius; & ita vitatur abſurdum ſupra conſideratum in prima parte, dum dicebatur alienum eſſe à recta interpretatione, ut Concilium tendens ad cultum Divinum, & ſervitium Eccleſiarum ampliandum, illud diminuat, prout eveniret ſi tolleret conſuetudines longius ſervitii tempus requirentes. Nam hoc pacto non ſequitur id abſurdum, cùm dicamus Concilium, ſicut eo decreto non præſervat conſuetudines, ita nec eas tollere, vel enervare, & conſequenter diminuere ſervitium, ſed relinquere in eo robore, in quo erat prius. Ceſſat etiam illud abſurdum quod Concilium in clauſula præſervativa tollat; quia hoc pacto ſi non præſervat, nec tollit etiam: & ſic non ſequitur effectus intentioni Concilii contrarius.

12 Quod ſi diceretur ob quam rationem Concilium Conſtitutionem in hac materia præſervavit, conſuetudinem prætermiſit. Reſpondetur non omnium, quæ à majoribus noſtris ſtatuta ſunt, rationem reddi poſſe, l. *Non omnium ff. de leg.* & ſufficit nobis legem ita eſſe ſcriptam, l. *proſpexit, ff. qui, & à quibus,* & caſum conſuetudinis eſſe omiſſum, & conſequenter remanere in diſpoſitione juris communis, l. *Commodiſſimè ff. de liber. & poſthum,*

13 cum ſimil. Poſſent etiam reddi nonnullæ rationes diverſitatis inter conſtitutiones, & conſuetudines, nempè quod hæ præſumantur illis rationabiliores, Alber. d. l. *de quibus num. 79.* quamquam conſtitutiones in facto recipiant minorem dubitationem, quàm conſuetudines, præſertim pendentes ab actibus facultativis, ut eſſe videntur hæ, de quibus agimus.



14 Cæterùm vera ratio cur Concilium eo loci non meminerit conſuetudinis, ea videtur eſſe, quia cùm de jure communi Canonici teneantur quotidie Horis Canonicis intereſſe, ita ut nullum habeant certum vacationis tempus à ſacris Canonibus præfinitum, Clem. 1. ubi gloſſ. *in ver. Canonici,* & *in ver. Debitu de celebrat. Miſſar.* Clem. 1. *in fin. de reliq. & vener. Sanctor.* & Clem. 2. *in ver. Certis horis de ætat. & qualit.* conſuetudo requirens longius ſervitii tempus, quàm novem menſium, cùm eſſet juri communi conformis, nihil aliud erat, quàm obſervantia juris communis, ut notat Hoſtien. in c. *un. de Cler. conjugat. lib. 6.* Alex. in l. *De quibus, in princ. ff. de legib.* & Rochus de Curtè in *tract. de conſuet, num. 11.* ac propterea opus non fuit, ut Concilium illam expreſsè præſervaret; nam ex ſeipſa habebat juris fomentum, & tanquam favorabilis Eccleſiæ & cultui Divino, non egebat adjumento, aut præſervatione Concilii: imo Concilium novando juris communis diſpoſitionem quoad obligationem ſervitii in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, videtur etiam tacitè innovaſſe, atque approbaſſe ejuſdem juris obſervantiam, quemadmodum in caſu converſo S. Congregatio in cauſa Mediolanenſi declaravit, dum Concilium quoad fori privilegium ſuſtulit jus commune, ſuſtuliſſe etiam conſuetudinem juri communi conformem, quæ nihil aliud erat, quàm ipſius juris obſervantia, ut plenè ſcripſi in c. *Si quis, num. 59. & ſeqq. de for. compet.* At ſecus eſt in ſtatutis Eccleſiæ, quia fortè non erant in uſu, aut per contrarium uſum abrogata fuerant: unde conſentaneum fuit, ut Concilium illa præſervaret, atque ita in uſum, atque obſervantiam induceret.

16 QUÆRO ſecundò, an conſuetudo ſecundùm quam Canonici Regulares, & Portionarii, qui ſunt in eadem Eccleſia ſæculares, ſingulis annis cum licentia Prioris, & Capituli cùm quadraginta dies abeſſe poſſunt, & ejus temporis quotidianas diſtributiones percipiunt, ſit necne obſervanda.

17 Pro declaratione dubii præmittendum eſt primò, quamvis Clerici ſæculares prohibeantur recipi ad præbendas in Monaſteriis Regularium cap. *Ea quæ §. Præcipimus de ſtat. Monach.* tamen ſicut poſſunt habere beneficia in eadem Eccleſia, dummodo non faciant unum corpus cum Canonicis, nec habeant vocem in Capitulo, Hoſtien. Joann. Andr. Anchar. & alii in d. cap. *Ea quæ*; ita poſſunt habere portiones præbendarum. Et ipſe Abb. qui *conſ. 59. part. 2.* tenet non poſſe ſæculares habere titulos beneficiarios in Eccleſia regulari, fatetur poſſe habere ſtipendia pro ſervitio coadjutorio d. §. *Præcipimus, num. 10.*

Præmittendum ſecundò, ex Navar. in c. *Cui portio, 12. quæſt. 2. num. 15.* & in c. *Non dicatis, ead. ca. & q. num. 15.* Proprium eſſe duplicis generis. Unum importat verum dominium, & proprietatem: quale habent homines ſæculares, *tot. tit. de acquir. rer. domin.* cujus non ſunt capaces Monachi c. *Monachi,* & c. *Cùm ad Monaſterium de ſtat. Monach.* Alterum intelligitur proprium, quoad liberam adminiſtrationem, qualem habent beneficiati; &

18 hoc diſtinguitur in tres ſpecies, ut per eundem Navar. Et ſecundùm hoc Clerici ſæculares & Religioſi habentes adminiſtrationem, hoc eſt beneficia in titulum, æquiparantur quoad poteſtatem diſpenſandi, Card. in Clem. *2. §. Sed & talis,* per illum text. *de vit. & honeſt. Cler.* quod reſumit latius Navar. in d. c. *Non dicatis, num. 10. & 11.* Rota *diverſ. deciſ. 772. num. 2. part. 1.*

19 Quibus præmiſſis, dubitatur generaliter an c. *un. de Cler. non reſid. lib. 6.* & decretum Concilii c. *12. ſeſſ. 24. §. diſtributiones,* locum habeant in Eccleſiis Collegiatis Regularibus. Pro negativa facit, quòd cum ſuperior Regularis ſit loco ſtatuti, cap. *un.* derogat conſuetudinibus, non ſtatutis. Et quamvis Concilium tollat etiam conſtitutiones, adhuc videtur diſpoſitio tam Concilii, quam juris antiqui habere locum in Eccleſiis tantùm, non etiam in Monaſteriis, quæ invicem diſtinguuntur, c. *Grandi,* & ibi not. *de ſuppl. neglig. Prælat. lib. 6.* Præterea ſi ſuperior vult diſtributiones etiam abſentibus elargiri, non videtur prohibendus ex cauſa ſibi benè viſa.

20 Sed in contrarium pro parte affirmativa conſiderandum eſt, appellatione Eccleſiæ venire etiam Regularem, Clem. 1. ubi not. *de ætat. & qualit.* Et diſpoſitionem Concilii; & c. *un.* loqui de Canonicis ſimpliciter. At appellatione Canonicorum, &

21 Canonicatus venire etiam regulares, gloſ. in Clemen. *Diſpendioſam, in ver. beneficiis de jud. præban.* c. *Cùm cauſam, c. de elect.* & c. *In cauſis,* c. *Dilecti, de judic.* cum concord. Imo victualia, & manualia, in

22 quibus conſiſtunt diſtributiones quotidianæ, magis propriè dantur Regularibus ratione ſui victus, quorum præbendæ olim in his ſolis conſiſtebant.

Concludendum hujuſmodi ſtatutum, & conſuetudinem tolerari poſſe, cùm non imponat neceſſitatem Priori, & Capitulo abſentibus concedendi has diſtributiones quotidianas, ſed oſtendat ſubeſſe juſtam cauſam, puta valetudinis, concedendi licentiam abſcedendi, & eoſdem ab amiſſione diſtributionum excuſandi: poſſunt enim

23 ſuperiores ex cauſis congeſtis per Navar. in cap. *Nullam 18. quæſt. 2. num. 29.* ſuis Regularibus concedere portiones, quas vocant privilegiatas. Quæ opinio quamvis ſit admodum periculoſa quoad Regulares non beneficiatos, ut latiſſimè ſcripſi, in c. *infra de ſtat. Monach.* tamen procedit de plano quoad Regulares obtinentes beneficia in titulū, quia jam S. Congregatio Concilii declaravit dignitates & officia, quæ dātur in titulū Religioſis non cōprehendi decreto c. 2. *ſeſſ. 25. de Reg.*

At verò quatenus exiſtimaretur ex hujuſmodi ſtatuto, & conſuetudine obligari ſuperiores ad ſtatuti obſervationem, ut denegari ſic abſentibus non poſſint diſtributiones: hoc eſſet contra jus, quia de jure beneficiatis abſentibus non debentur diſtributiones, niſi ex illis tribus cauſis expreſſis in d. c. *un.* nec plus juris ſuper diſtributione tribuit titulus Regularium, quàm ſæcularium, imò minus ex præmiſſis.

Atque ex hac concluſione idem videtur inferendum de portionariis, qui aut cenſeri debent ut alii portionarii ſæculares in Eccleſiis ſæcularibus, & manifeſtum eſt excludi à diſtributionibus quotidianis, niſi interſint divinis officiis, etiam pro tempore permiſſæ abſentiæ, juxta declarationem S. Congregationis aliàs editam ad §. *Præterea eod. cap. 12. ſeſſ. 24.* & §. *diſtributiones.* Aut cenſendi ſunt eodem jure, quo Regulares, & non debent melioris eſſe conditionis, qui famulantur, & ſunt veluti ſtipendiarii, quàm ipſi Canonici.

24 Suppoſito autem quod ex hujuſmodi ſtatuto, & conſuetudine tam Canonici, quàm portionarii abſentes ultra quadraginta dies priventur diſtributionibus quotidianis duntaxat, non autem parte aliqua fructuum. Dubitatur ſecundo loco, an eiſdem liceat gaudere vacatione trium menſium, juxta permiſſum Conc. eo. c. 12. §. *Præterea*, citra amiſſionem alicujus partis fructuum.

25 Pro reſolutione præmitto beneficia omnia regularia etiam non curata requirere perſonalem reſidentiam, c. *Cùm ſingula, de præb. lib. 6.* & quidem majorem, quàm beneficia ſæcularia, Navar. in c. *Sultam, 18. q. 2. num. 43.* non enim ſola poſſeſſio, & fructuum perceptio eſt cauſa in iis perſonalis reſidentiæ, ſed titulus, ut amplectatur materia vagationis, & diſſolutionis, 16. q. 1. c. *Quidam*, & c. *Monachi.* Ita Vivian. in Clem. 1. §. *Sane, num. 9. de ſtat. Monach.*

26 Secundò præmitto, à reſidentia etiam in beneficiis regularibus excuſare cauſam rationabilem,
* puta ſtudii, d. Clem. 1. §. *Sanè*, Conc. Trid. *ſeſſ. 25*
27 *de Regul. c. 4.* Cæterum inter beneficiatos ſæculares & regulares hæc eſt differentia; quod illi tempore permiſſo poſſunt abeſſe etiam ſine licentia, & nihilominus fructus percipere, ut cenſuit Sacra Congregatio, Regulares autem nonniſi cum
28 licentia ſui ſuperioris, d. c. *Quidam*, & c. *Monachi*, 16. *quæſt.* 1. quæ licentia includit etiam juſtam cauſam, Abb. in c. *Cùm ad hoc, num. 4. de Cler. non reſid.*

29 Hinc reſpondetur Canonicos Regulares poſſe etiam ultra 40. dies abeſſe cum licentia ſui ſuperioris citra amiſſionem aliquam fructuum; tum quia nulla ſupponitur Conſtitutio Eccleſiæ, quæ prohibeatur abſentia ultra 40. dies. Unde præſervatio Concilii d. c. 12. §. *Salva*, non intrat; tum quia quatenus adeſſet, non videretur impedire quo minus Prælatis permittere valeret Canonico Regulari, ut ex cauſa rationabili abeſſet pro tempore ſibi benè viſo, & integri fructus debitos ratione tituli conſequeretur: quamvis de diſtributionibus, quæ ratione perſonalis ſervitii dantur, diverſa quædam ratio ſit, ob quam fortè neceſſarius eſt conſenſus Capituli, de cujus intereſſe particulariter agitur propter jus accreſcendi.

30 De Portionariis ſæcularibus quatenus abſint cum debita licentia, idem videtur dicendum; eiſdem autem abſentibus abſque licentia denegandos eſſe etiam fructus groſſos, ne dum diſtributiones; Tum quia Concilium quatenus permittit vacationem trium menſium, ſtat reſtrictivè, ut tollat longiores vacationes, non ut illam concedat, ubi aliàs non permittitur, ad gloſſ. in c. *Quantò, in ver. Immoderatas, de Uſur.* tum quia etiam de jure communi qui non fecerunt reſidentiam, ſi petant fructus, repelluntur exceptione, ut per Abb. in cap. *Conquerente, num. 4. ſupra eodem*: quod magis procedit contra ipſos Portionarios, qui ſunt tanquam ſtipendiarii, Abb. in c. *Ex quæ*, §. *Præcipimus, de ſtat.*
31 *Monach.* Et ſtipendium datur ratione famulatus, c. *Diverſis, de Cler. conjug.* ubi Abb. dicit eſſe textum pro opinione Calderini, quòd Clerici ceſſantes à divinis officiis teneantur ad reſtitutionem fructuum. Quam opinionem in foro conſcientiæ tutiorem dicit Abb. in c. 1. *in fin. de celebr. Miſſ.* & Sa-
32 cra Congregatio aliàs videtur ſecuta. Nec refragatur ponderatio Concilii d. §. *Præterea, in ver. Priventur*, quia advertendum eſt illud verbum referri etiam ad illam portionem fructuum, quos deſerviendo illo anno ratione præbendæ, & reſidentiæ fecerunt ſuos, quorum fructuum reſpectu propriè cadit privatio. Non enim eſt novum idem verbum reſpectu diverſorum importare privationem juris, & facti, ut not. per gloſſ. in c. *Etſi, in ver. Statuimus, de tempor. ordin. lib. 6.* Et facit text. in l. 2. ubi gloſſ. *in ver. Mauumiſſiſſet, ff. de off. Pro conſ.* & in l. *Pater Severinam*, §. *Condicianum verbo, ff. de condit. & demonſt.* Cum ſimilibus add. etiis per Roman. *conſ. 460. n. 5. verſ. Nec enim eſt incongruum unum idemque verbum*, & latiùs per Socin. junior. *conſ. 128. n. 220. cum multis ſeq. lib. 1.*

# DE CLERICIS NON reſidentibus.

## *Cap. Cùm ad hoc.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Privilegiati ſuper abſentia coguntur redire per ſubtractionem proventuum, ſi Eccleſia patitur miniſtrorum defectum, & n. 14.*

2 *Canonici, & præbendati qui abſque Epiſcopi licentia ſe contulerunt ſtudiorum cauſa ad Univerſitatem privilegiatam, an poſſint ab eo revocari ad reſidentiam, præſertim ſi Eccleſia miniſtrorum defectum patiatur, & numer. ſeq. uſque in fin.*

3 *Beneficiatis abeſſe non licet ſtudiorum cauſa ſine licentia Epiſcopi petita, & obtenta.*

4 *Aliàs coguntur redire per ſubtractionem fructuum, & beneficii.*

5 *Etiamſi univerſitas ſit privilegiata ſuper fructibus in abſentia percipiendis, & n. ſeq.*

6 *Scholares ut in abſentia licitè percipiant fructus præbendarum ſuarum copulativè requiruntur licentia Epiſcopi, & privilegium.*

7 *Et ſufficit privilegium generale, de quo in cap. fin. de magiſtris.*

8 *Diſpenſationes de non reſidendo, & de fructibus in abſentia percipiendis non ſuffragantur niſi Ordinarii conſenſus accedat.*

9 *Licentia Capituli non prodeſt ad hoc ut beneficiatus abeſſe poſſit ſtudiorum cauſa.*

10 *Scholares debent eſſe dociles, & Epiſcopus debet cognoſcere an ſint ætate, natura, & ingenio tales, qui poſſint in litteris proficere.*

11 *Scholares negligenter, & inutiliter ſtudentes revocari poſſunt ad reſidentiam.*

12 *Scholares facientes caſtra, & numerantes tegulas, non ſunt ſcholarium privilegiis honorandi.*

13 *Beneficiati, qui in ſtudiis morantur ſine licentia Epiſcopi, præſumantur id facere in fraudem legis.*

14 *Canonici non ultra duos de licentia Epiſcopi abeſſe poſſunt ſtudiorum cauſa.*

15 *Quod verum eſt ubi immineret præjudicium Eccleſiæ, ſi plures mitterentur ad ſtudia.*

1 CUM AD HOC. Si Eccleſia patitur miniſtrorum defectum privilegiati ſuper abſentia per ſubtractionem proventuum redire coguntur: hoc dicit ſecundùm Joan. And. & omnes, & eſt bonus text. & poteſt multum practicari ſecundùm Abb. Primò narrat factum, Secundò providet ibi, *mandamus*.



2 QUÆRO. An Epiſcopus poſſit revocare ad reſidentiam Canonicos, & præbendatos, qui abſque ejus licentia abſceſſerunt, & ſe contulerunt ad ſtudia alicujus Univerſitatis privilegiatæ, præſertim ſi Eccleſia propter eorum abſentiam miniſtrorum defectum patiatur.

Emerſit hoc dubium in Cathedrali Ovetenſi: nam cùm Epiſcopus ſuis litteris conqueſtus eſſet Domino Papæ quod plures Canonici, & præbendati deſerta Eccleſia ſine ejus licentia ad univerſitatem Salamanticen. ſtudiorum cauſa ſe contuliſſent, & Sanctitas ſua miſiſſet has litteras ad S. Congregationem Cardinalium Tridentini Concilii interpretum, emanavit ſupradictum dubium, ad quod videtur affirmativè reſpondendum.

3 Nam explorati juris eſt, nulli Beneficiato ex iis, qui ad reſidentiam tenentur, abeſſe licere ſtudiorum cauſa ſine proprii Epiſcopi licentia petita, & obtenta, ut apertè conſtat ex cap. *Relatum*, & ibi gl. *in ver. Prælatorum*, & Abb. *num. 1. & 5.* & ex cap. *Tuæ*, ibi, *accepta licentia, ſupra eod.* ubi hoc notant Jo. Andr. *num. 1.* Butr. *num. 7.* Abb. *num. 5.* & alii communiter, & ex cap. *Cùm ex eo*, & ibi gloſſ. *in verb. Epiſcopi*, Gemin. *num. 9.* & Franc. *num. 2. de elect. lib. 6.* Felin. in cap. *final. num. 3. verſ. Sextò limi-*
4 *tatur, de magiſtris.* Et qui ſine hujuſmodi licentia abſceſſerunt compelli poſſunt redire ad reſidentiam, non modo per ſubtractionem fructuum, prout fit cum illis, qui abſunt ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ, ut patet *hic in fine*, juncta gloſſ. *ultima*, ſed etiam per privationem, ſeu ſubtractionem beneficii ex toto, ut dicitur cap. *Relatum, verſ. Poterunt amoveri*, & ibi gloſſ. in *verb. Amoveri*, cap. *Inter quatuor*, & ibi gloſſ. *in verb. Privari*, & cap. *Ex tuæ, ſupra eod.* & notat gloſſ. *ultim. hic* Jo. Andr. in d. c. *Relatum, num. 1. & 2.* & ibi etiam Butr. *num. 1.* & idem Jo. Andr. in c. 2. *num. 4.* Gemin. *num. 7. de privileg. lib. 6.* Hoſtien. *in Summa hujus tit. §. Quæ ſit pœna, num. 3. verſ. Sed ſi non habuit*, & *verſ. Aut cauſa probabili*, & *in tit. de Magiſtr. §. An Clericus ſtudio, n. 9. verſ. Sine licentia autem Prælati.* Quod etiam noviſſimè ſtatutum eſt in Concilio Trident. *ſeſſ. 6. de reformat. cap. 2.* & in *cap. 12. verſ. Præterea abſentibus, ſeſſ. 24. de reformat.*

5 Quæ concluſio vendicat ſibi locum, etiam poſito quod Academia Salamantina ſit ſpecialiter privilegiata à Sede Apoſtolica ſuper fructibus in abſentia percipiendis, quia ad hoc ut abſens ſtudiorum cauſa hujuſmodi fructus percipere poſſit, duo
6 copulativè requiruntur, videlicet, ut abſit de licentia ſui Prælati, & ſtudium ſit privilegiatum ſuper percipiendis fructibus in abſentia, ſicut eſt ſtudium Bononienſe; vel aliàs abſens ſit privilegiatus ex indulgentia Papæ, vel Prælati, vel à ſtatuto Eccleſiæ, vel conſuetudine: Sic probat text. in cap. *Tuæ, in verb. Studiorum gratia eſt indultum*, junctis verbis, *accepta licentia, ſupra eod.* & *ibi* dixi *num. 2.* poſt Jo. Andr. *num. 1. in verb. Fructus*, Butr. *in 1. notab.* Cardin. *num. 7. in 5. quæſt.* Imol. *num. 2.* Anchar. *num. 7.* Abb. *num. 5.* Joan. de Anan. *num. 2. verſ. Nota quod habent privilegium*, & Alex. de Nævo *in 1. notab.*

7 Neque obſtat, quod gloſſ. in cap. *fin. in verb. Licentia, de Magiſtris*, exponendo verba illa text. *de Scientia Sedis Apoſtolicæ*, dicat, ſcilicet generali auctoritate illius Conſtitutionis; Unde non eſt neceſſe aliam indulgentiam impetrare. Simile in cap. *Non debere*, 35. *diſtinct.* cap. *Confitemur*, 16. *qu.* 1. & c. *Quantum*, 1. *co. diſt.* cum aliis allegatis per eandem gloſſ. d. c. quam, non obſtat, quia illa gloſſ. non loquitur de licentia non reſidendi, ſed de licentia, ſeu indulgentia percipiendi fructus in abſentia, nam cùm textus dicat docentes & ſtudentes in Theologica facultate per annos quinque percipere debere de licentia Sedis Apoſtolicæ proventus præbendarum ſuarum, gloſ. exponit illud verbum, *licentia*, id eſt, generaliter conceſſa auctoritate illius Conſtitutionis. Sed non excludit aliam licentiam Prælati de non reſidendo, quæ ultra privilegium omnino eſt neceſſaria, ut conſtat apertiſſimè ex juribus, & auctoritatibus ſupracitatis. Neque ex eo quod privilegium requiritur, licentia Prælati eſt ſuperflua, quia operatur, ut puniri non poſſint, quia non reſident in beneficio, ut contra Archidiac. in c. *Ex quibuſdam*, 35. *diſt.* concludit Jo. Andr. in dicto cap. *Tuæ, n. 1. in verbo Fructus, ſupra eodem*, cum quo concordant ibi Cardin. *in 5. q.* Anchar. *n. 7.* & communiter DD. Marian. Socin. in cap. *fin. n. 17. de Magiſtr.*

8 Quinimò hodie nec indulta Apoſtolica de non reſidendo, & de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragantur, niſi Epiſcopi conſenſus accedat, quia Pius IV. in ſua Conſtitutione incipien. *Sanctiſſimus in Chriſto Pater*, publicata die 14. Novembris anni 1564. declaravit has diſpenſationes de non reſidendo, ac de fructibus præbendarum, & beneficiorum in abſentia ſtudiorum cauſa percipiendis quæ à Sacra Pœnitentiaria, & Sede Apoſtolica concedi, & emanare contigerit, nequaquam hujuſmodi abſentibus ſuffragari, niſi ſingulorum Ordinariorum locorum, in quibus ſingula beneficia hujuſmodi conſiſtunt, conſenſus gratis præſtandus ad id accedat. Habetur hæc Conſtitutio inter alias regiſtrata poſt indicem materiarum Concilii Tridentini. Quamobrem ſi Canonici, & Præbendati abſierunt ſine conſenſu & licentia Epiſcopi, ut ſupponitur in dubio, utcumque univerſitas ſit privilegiata, ambigi non poteſt, quin juris remediis poſſint ad reſidentiam revocari.

9 Nec ſe tueri poſſunt licentia Capituli, quia ut ex dictis conſtat, requiritur licentia, & conſenſus Ordinarii, præſertim quia, ut inquit Hoſtienſ. *in Summa, de Clericis non reſiden. §. Qua Clerici teneantur, numer. 3. addit. verſ. Iterum*, & §. *Quæ ſit*
10 *pœna, numer. 3. verſ. Item excuſatur*, non ita exactè curat Capitulum, quia cùm interim percipiat, quod abſens lucraretur, faciliter dat iſtas licentias. Ideo autem eſt neceſſaria Epiſcopi licentia, quia cùm tranſmittendi ad ſtudia litterarum debeant eſſe dociles, ut dicitur in dict. cap. *fin.* Epiſcopus debet ſedulò diſquirere an ſint ætate, natura, & ingenio tales, qui poſſint in litteris proficere, & hos tantùm licentiare, ut inquiunt ibi Hoſtien. *num. 2.* Jo. Andr. *num. 10.* Butr. *num. 5. & 9.* Abb. *num. 2.* & Felin. *num. 3. verſ. Sextò limita*, & idem Hoſtien. *in Summa, eod. tit. de Clerico ſtudio inſiſtent. numer. 9. verſ. Sine licentia autem Prælati*, gloſſ. in cap. *Cùm ex eo, in verbo Litterarum*, & *ibi* etiam Jo. Monach. *num. 1.* & Philipp.
11 Francus *num. 2. de elect. lib. 6.* Quo fit, ut ad reſidentiam revocari poſſint etiam illi, qui manentes in univerſitate de licentia Epiſcopi negligenter, & inu-

inutiliter dant operam litteris, ut notant in d. cap. *fin. de Magiſtr. num.* 2. Jo. Andr. *num.* 4. & 10. Felin. *num.* 3. *verſ. Secundò limita*, & *verſ. Sextò limita*; nam
12 ut ibi inquit Hoſt. revocabitur ex cauſa, puta ſi non proficit, quia voluntas, ſeu natura repugnat. Et placet mihi hæc opinio, quia Scholares non intrantes, & non attendentes, nec ſtudentes non gaudent privilegio Scholarium, nec Scholares ſunt nominandi, ut notat Jo. de Lignan. in *proœm. Clem.* & poſt eum, Mar. Soccin. in *c. fin. num.* 24. *de Magiſtr.* facit text. in l. 1. *in fin. C. de Studen. lib. urb. Rom.* ubi gloſ. dicit: Nota text. contra Scholares, qui malè attendunt, qui quandoque ædificant caſtra, & quandoque numerant tegulas. Unde jure optimo, qui non prævia ſuper præmiſſis Epiſcopi cognitione, ac licentia in ſtudiis morantur, ad reſidentiam revocari poſſunt, ac debent.

13 Et eò magis, quia tales id facere præſumuntur in fraudem legis, ſecundum Jo. Andr. in d. c. *Relatum, num.* 1. ut ſcilicet fugiant ipſius Epiſcopi correctionem, vel ut liberius vivant, aut forſan ut litibus vexent extraneos, ut colligitur ex gloſſ. pragmat. Sanctionis, *tit. de collat.* §. *Primum tum*, in gloſſ. in *ver. Liberius*, *verſ. ideo qui veniunt ad ſtudium.*

14 Hæc autem fortius procedunt, quando ex abſentia miniſtrorum Eccleſia debito ſervitio deſtituitur, tunc enim ad reſidentiam revocandi ſunt etiam privilegiati, ut eſt caſus apertus in hac Decretali. Quinimò ob hanc rationem non defuerunt, qui exiſtimaverint licentias de non reſidendo, & indulta de percipiendis fructibus in abſentia non ſuffragari niſi duobus Canonicis, arg. cap. *Ad audientiam*, cum ibi notatis per gloſ. *in ver. Aut duo*, Butr. *num.* 13. & Abb. *num.* 6. *ſupra eod.* Et
15 quamvis hæc opinio non ſit generaliter vera, tamen admitti in eo caſu, in quo immineret præjudicium Eccleſiæ in divinis, ſi plures mitterentur ad ſtudia, ut declarat Felin. in d. cap. *fin. num.* 3. *verſ. Quartò limita, de magiſtr.* & propterea quamvis Sacra Congreg. Concilii alias declaraverit ad hoc, ut Canonici abeſſe poſſint tribus menſibus à Concilio permiſſis, nec Epiſcopi licentiam, nec cauſam requiri; illico tamen adjecit limitationem, Dummodo non omnes ſimul abſint, ne Eccleſia debito ſervitio deſtituatur: quota autem pars ſimul abeſſe poſſit, Epiſcopi eſſe judicium.

# DE CLERICIS NON reſidentibus.

## Cap. Clericos.

### SUMMARIUM.

1 BEneficiatus non reſidens privatur, ſi monitus non redeat, nec juſtam excuſationem alleget.

2 Clericus habens beneficium reſidentiam requirens non poteſt aliam diœceſim morandi cauſa tranſire ſine ſui Prælati licentia.

3 Licentia quid importet.

4 Beneficiatus abſens an, & quando teneatur inſervire per ſubſtitutum.

5 Indulta perpetua de non reſidendo etiam ex juſtis, & rationabilibus cauſis conceſſa non ſuffragantur.

6 Beneficiati an, & quando ad breve tempus ad aliam diœceſim tranſire poſſint ſine licentia Epiſcopi.

7 Beneficiati quibus ex cauſis à reſidentia excuſentur.

8 Infirmitas an excuſet Parochum à reſidentia, & n. ſeq. uſq. ad n. 16.

9 Et quid ſi in morbum incidat extra locum beneficii.

10 Et quid ſi infra limites Parochiæ.

11 Et quid ſi deſit ibi copia Medicorum, medicinarumve.

12 Et quid ſi oporteat cœlum mutare, vel ire ad balnea.

14 Parochus, qui ad curandam valetudinem morbo gravi inſtante ſine licentia abſceſſit, an ſit liber à culpa, & pœna amiſſionis fructuum.

15 Parochi non excuſantur à reſidentia ob eaſdem cauſas, ob quas excuſantur Canonici, & n. ſeq. uſq. ad num. 22.

16 Senium non excuſat Parochum à reſidentia.

17 Epiſcopo non licet pro Cathedralis Eccleſiæ ſervitio, vel ſuo aliquem ex Curatis extra ipſorum curam adhibere.

18 Nec pro viſitatione Diœceſis, niſi pro tempore à Concilio permiſſo; & tunc conſtituto in Parochiali idoneo Vicario.

19 Nec pro Vicario foraneo, vel ſervitio ſeminarii.

20 Nec pro cura Monaſteriorum Monialium etiam ob Sacerdotum penuriam.

21 Epiſcopi de jure communi diſpenſare poſſunt cum Parochis ut ad ſeptennium ſtudiorum cauſa abeſſe poſſint, & interim non teneantur ad Sacerdotium promoveri.

Et quid poſt Concilium Tridentinum.

22 Inimicitiæ an excuſent Parochum à reſidentia.

23 Recuſari poteſt locus, ubi ſunt inimici, vel eorum domeſtici, ſeu amici.

24 Inimicis capitalibus non debet quis ſe committere etiam cum litteris ſalvi conductus.

25 Congregationis Concilii ſtylus in licentiis non reſidendi inimicitiarum cauſa.

26 Parochus, ſi inimicitiæ ſint veriſimiliter duraturæ, inducendus eſt ad reſignandum, vel permutandum.

27 Punitur quis ſine culpa, ſed non ſine cauſa.

28 Parochus leproſus ab adminiſtrationis officio removetur, ſed de bonis Eccleſiæ ſuſtentatur.

29 Inimicitiæ graves, & graviſſimæ, ſeu capitales quæ dicantur.

30 Odium Parochianorum non eſt ſufficiens cauſa non reſidendi.

31 Lis ſuper beneficio an excuſet Parochum à reſidentia, & n. ſeq.

33 Lite pendente ſuper titulo Parochialis, non tenetur Parochus ad ſacros Ordines promoveri.

34 Parochus an licitè abeſſe poſſit ut ſe defendat in cauſa criminali, in qua fuit condemnatus ab Ordinario.

35 Aëris intemperies an Parochum à reſidentia excuſet, & c. 48.

36 Titulus de Cler. non reſiden. in quibus beneficiis procedat.

37 Peſtis tempore an Parochi teneantur reſidere in ſuis Parochialibus, & Sacramenta per ſeipſos miniſtrare Parochianis ſuis eo morbo infectis, & nu. ſeqq. uſq. in fin.

An ſi id non faciant, poſſint ſtatim privari non expectato tempore à jure præfixo, n. 41. & 45.

38 Parochi an teneantur miniſtrare infectis peſte alia Sacramenta, quàm Baptiſmi, & Pœnitentiæ, nu. 40. & 45.

39 Et an per ſe, vel per alium, & n. 45.

40 Archiepiſcopi Florentini ſententia de obligatione Parochorum tempore peſtis.



41 Peſtis tempore adverſus Parochos non reſidentes qua forma ſit procedendum: & n. 45.

42 Parochos abeſſe poſſe ex cauſa peſtis, ſicut ob capitales inimicitias, cenſuerunt multi ex Theologis, & Canoniſtis, & n. 49.

43 Epiſcopus quæ temperamenta adhibere debeat, ut peſte laborantibus Sacramenta adminiſtrentur.

44 Conſuetudo laudabilis, ut Principes, & Magiſtratus tempore peſtis Miniſtros Sacramentorum conducant mercede ex ærario.

45 Gregorii XIII. decretum de Parochorum reſidentia tempore peſtis.

46 Epiſcopus peſtis tempore an continuè reſidere, & Parochis infectis Sacramenta miniſtrare teneatur.

47 Et an ad aliquam ſuæ Diœceſis partem, in qua peſtis non vigeat, ſe conferre poſſit.

48 Parochus cur excuſetur à reſidentia propter inimicitias, & non propter peſtem.

49 Epiſcopus poteſt cedere Epiſcopatui, ſi in Diœceſi non poſſit ſecurè morari, vel propter aëris intemperiem, vel propter inimicitias.

50 Prælatus poteſt fugere cum ſpecialiter quæritur à perſecutoribus: & ſalus animarum per alios tuta eſſe poteſt.

51 Secus ſi periculum omnibus immineat.

52 Paſtor animarum ubi neceſſe fuerit, tenetur mortem ſubire pro ovibus ſuis.

1 CLERICOS. Privatur beneficio Clericus non reſidens, ſi monitus non redeat, nec juſtam excuſationem alleget. Hoc dicit. Nec patitur diviſionem propter unicam verborum ſtructuram.

2 Nota primò, Clericum habentem beneficium, quod perſonalem reſidentiam requirit, non poſſe licitè ad aliam diœceſim morandi causâ tranſire ſine ſui Prælati licentia, nec illuc eſſe recipiendum, c. *Primatus, cum tribus ſeqq.* 71 *diſt.* & c. *Fraternitati, ſupra eod.* Unde à contrario ſenſu infert Abb. in 1. *notab.* ut de licentia Prælati liceat Beneficiato ad aliam diœceſim ſe transferre, etiam
3 morandi cauſa. Quod tamen limitat duobus modis. Primò, dummodo licentia fuerit conceſſa ex juſta cauſa; hoc enim indicat verbum *licentia*, quæ non nudam voluntatem importat, ſed conceſſionem ex rationabili cauſa factam, ut notat Bartol. in Extravag. *ad reprimendum*, & in l. *Alio hærede, num.* 8. *ff. de alimen. & cibar. legat.* licet Innocentius aliud ſenſerit in c. *Cùm ad Monaſterium, in fine de ſtatu Monach.* Nam *licentia* derivatur à verbo *licet*, quod importat arbitrium boni viri, ut declarat ibi Bart. & idem Abb. in cap. *prox. in* 3. *notab. num.*
4 4. *ſupra eod.* Secundò limitat, dummodo Beneficiatus abſens inſerviat Eccleſiæ ſuæ per Vicarium, ſeu ſubſtitutum. Et hoc ultimum ſublimitat, dummodo beneficium habeat unicum rectorem; quia hoc caſu Eccleſia carere non debet miniſtri ſuffragio, ut in cap. *Cùm ex eo, de elect. in* 6. & in decreto Concilii Tridentini, *cap.* 1. *verſ. Eadem omnino, ſeſſ.* 23. ibi, (Ita tamen ut quandocumque eos cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum cum debita mercedis aſſignatione relinquant.) At ſecus eſt in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, quia cùm ſint alii miniſtri, & ſervientes, qui poſſunt ſupplere vices abſentis; Canonicus, vel alius Præbendatus ex juſta cauſa abſens de licentia Epiſcopi non tenetur inſervire per ſubſtitutum arg. cap. *prox. ſupra eodem*, & ita ſæpius cenſuit Sacra Congregatio Concilii. Niſi fortè Canonico ex legato, vel Capellania eidem annexa incumberet onus celebrandi Miſſas, quia tunc ex ipſius Congregationis ſententia teneretur huic oneri per ſubſtitutum ſatisfacere.

5 Ultra limitationes Abbatis, ſupradicta concluſio limitari poteſt tertiò, dummodo licentia morandi in aliena diœceſi concedatur Beneficiato ad tempus; Secus ſi in perpetuum, ut textus eſt in c. *fin. de reſcr. in* 6. & hodie eſt expreſſum in decreto Concilii Tridentini *c.* 2. *ſeſſ.* 6. ubi prætervantur Indulgentiæ temporales de non reſidendo, & fructibus in abſentia percipiendis ex veris, & rationabilibus cauſis tantùm conceſſæ, & abrogantur perpetuæ, & ſtatuitur ut privilegia hujuſmodi, ſeu indulta perpetua nulli ſuffragentur.

6 Secundò nota ibi, *morandi cauſa*, à contrario ſenſu Clericum beneficiatum poſſe ad aliam diœceſim tranſire, etiam ſine Prælati licentia, ſi tranſeat non morandi cauſa, ſed ad breve temp⁹. quia ex veterum tantum ſententia qui aliquantiſper tantum abſunt, non videntur abeſſe, quia ſtatim reverſuri ſunt, ut legitur in decreto Concilii Tridentini, *c.* 1. *verſ. Quoniam autem, ſeſſ.* 23. Ad hoc c. *Quanto* 63. *diſt.* c. *Nam & ego, de verbor. ſignif.* l. *Item eorum*, §. 1. *ff. Quod cujuſque univerſit.* l. *Si pro Patre*, §. *Verſum ff. de in rem verſ. cum aliis allegatis.* in gloſſ. in c. *Ad noſtram, in ver. Statim pœnituit, de Regular.* Quod tamen eſt verum quoad obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis, quibus licet ſingulis annis tres menſes ab Eccleſia abeſſe ad præſcriptum Concilii Tridentini in *cap.* 12. §. *Præterea, ſeſſ.* 24. abſque licentia Epiſcopi, vel Capituli, ut Sacra Congregatio declaravit. Item hoc eſt verum in Epiſcopis, qui abeſſe poſſunt quotannis æqua ex cauſa duos, vel tres menſes abſque licentia Papæ, vel Metropolitani, ut in *d. c.* 1. *verſ. Quoniam vero, ſeſſ.* 23. At ſecus eſt in Curatis inferioribus, qui nec duos menſes, imò nec per hebdomadam abeſſe poſſunt, niſi cauſa abſentiæ prius per Epiſcopum cognita, & probata, ut habetur in *eod. c.* 1. *verſ. Eadem omnino*, & ſcripſi pleniùs in c. *Relatum, n.* 20. *& ſeqq.* & *n.* 23. *&* 49. *ſupra eod.*

Ultimò nota, ex fine litteræ adverſus beneficiatum abſentem non poſſe procedi ad privationem, vel alias pœnas, ſi rationabilem oſtendat excuſationem; concordat d. c. *Relatum*, c. *Ex parte* el 1 & c. *Inter quatuor, ſupra eod.*

QUÆRO quæ ſint cauſæ rationabiles excuſantes Clericos beneficiatos à perſonali reſidentia.

7 Gloſ. *fin.* exemplificat primò in infirmitate, deinde in capitalibus inimicitiis, ac demum generaliter in alia quacumq; juſta cauſa, & DD. ponunt exemplū in ſpecie in intemperie aëris, in fractione pontis, & in aliis impedimentis, de quibus Hoſtien. *in ver. excuſationem*, Sed tu diſtingue. Nam quædam ſunt beneficia, quæ curâ animarum non habent annexam, puta Dignitates, Canonicatus, Præbendæ, & Portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, vel alia ſimplicia beneficia, quæ ex fundatione, privilegio, ſtatuto, vel conſuetudine perſonalem reſidentiam requirunt, ut in decretis Concilii Tridentini, *c.* 12. § *Præterea, ſeſſ.* 24.

*ſeſ.24.c.12.ſeſ.6.& c.5.ſeſ.23.* Et de his dicut ſcripſi latiſſime in c. *Licet, infra tit. prox.* Quædam verò ſunt beneficia, quibus cura animarum incumbit, puta Parochiales Eccleſiæ, ut in c. *Extirpandæ, §. Qui verò, infra de præben.* vel Vicariæ perpetuæ, ut in *c. fin. ſupra de off. Vicar.* & quia non omnes cauſæ quæ excuſant Canonicos à perſonali reſidentia, & quæ excuſant obtinentes beneficia curata, in quibus obligatio reſidentiæ eſt multo arctior, ut dixi in d. c. *Ex parte, il 1. ſupra eodem,* & patebit *infra n.* 15. Idcirco de his ſpecialiter.

8 QUÆRO primò, Utrum infirmitas excuſet Parochum à reſidentia?

9 Breviter duo caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt cum Parochus abſens extra locum beneficii in morbum incidit, & hoc primo caſu manifeſtum eſt eum non teneri redire ad reſidentiam, ac ſi procederetur contra eum, non fieret illi præjudicium. Caſus eſt ad litteram in c. *Præſentium, 7. q. 1.* Et ita intelligo gloſſ. ult. hic, dum dicit, puta quia erat infirmus, quare venire non potuit. Atque ita ſupponit beneficiatum in infirmitatem incidiſſe extra reſidentiam juxta terminos dict. can. *Præſentium,* quem allegat, & hoc eſt clarum.

10 Secundus caſus eſt, cùm Parochus ægrotat in loco reſidentiæ, ſeu intra limites Parochiæ ſuæ, & tunc Sacra Congregatio Concilii declaravit infirmitatem non excuſare Parochum à reſidentia.

11 Sed ſi infirmitas ſit curabilis, & in loco Parochiali non ſit copia Medicorum, medicinarumve, poſſe ab Ordinario dari dilationem trium, aut quatuor menſium Parocho ægroto, ut curari poſſit in locis vicinioribus, & commodioribus; interim tamen per ipſum Ordinarium deputato idoneo Vicario ad curam dictæ Parochialis cum aſſignatione congruæ portionis ex ipſius Parochialis

12 redditibus. Idem dicendum eſſet ſi Parochum infirmum ex Medicorum conſilio oporteret cælum mutare ad breve tempus, vel ire ad balnea, ut poſt Cajet. & Sot. dixi in prædicta Decretali, *Ex parte, num. 77. ſupra eod.* Verùm ſi abſcederet ſine

14 licentia, non excuſaretur. Nam propoſito dubio an ſit liber à culpa, & à pœna amiſſionis fructuum qui veluti per quatuor menſium ſpatium ex urgenti admodum cauſa ad curandam valetudinem morbo gravi inſtante à Parochiali receſſit, & ad hujuſmodi abſentiam non petiit licentiam ab Epiſcopo, quia bona fide putavit evidentiam cauſæ ſatis eſſe: Sacr. Congregatio cenſuit non eſſe liberum niſi periculum fuiſſet in mora petendi licentiam.

15 Non obſtat c. *Ad audientiam, ſupra eod.* & c. *unicum, de Cleric. non reſiden. lib. 6.* ubi infirmitas juſtam præbet excuſationem non reſidendi. Quoniam illa jura loquuntur in Canonicis, qui morbo impediti non tantum habentur pro reſidentibus, ſed etiam pro intereſſentibus, & lucrantur ſine diminutione quotidianas diſtributiones. Sed alia eſt cauſa obtinentium beneficia curata, & paſtorum animarum, quorum reſidentia, ut prædixi, multò arctior, & ſtrictior eſt, ut in decreto Concilii Tridentini, *c. 1. ſeſ. 23.*

16 Hinc Sacra Congregatio cenſuit Canonicis ſenio confectis deberi in abſentia quotidianas diſtributiones, ſi aliàs reſidere ſint ſoliti, & tamen declaravit parochos non excuſari à reſidentia propter ſenectutem.

17 Similiter Epiſcopi uti poſſunt opera duorum Canonicorum pro ſervitio ſuo, & Eccleſiæ, c. *De cætero,* & c. *Ad audientiam, ſupra eodem.* Unde eorum miniſterio uti poſſunt in viſitatione diœceſis, pro ſervitio Seminarii, pro cura Monaſteriorum Monialium, & pro aliis muneribus, ut fuſius dixi ex ipſius Congregationis ſententia in cap. *Licet, num. 126. & ſeqq. infra tit. prox.* Et tamen conſulta an liceat Epiſcopo pro Cathedralis Eccleſiæ ſervitio, vel ſuo aliquem ex curatis extra ipſorum curam ad certa negotia adhibere, conſtituto in illis etiam Vicario idoneo: reſpondit non licere. Item cenſuit Epiſcopum non poſſe uti opera parochi in viſitatione ſuæ diœceſis, niſi pro tempore à Concilio permiſſo, quo tamen idoneus

19 Vicarius erit in parochiali deputandus. Et iterum ſubortto dubio, an Epiſcopus poſſit dare licentiam parocho ut non reſideat, ut ejus opera utatur pro Vicario foraneo, vel ſervitio Seminarii: Reſponſum eſt non poſſe. Et Epiſcopo Burgi S. Sepulchri

20 declarari poſtulante, an cum in civitate ſua pauci Sacerdotes eſſent, & quatuor monaſteria magni Monialium numeri, poſſet aliquos parochos ad curam Monaſteriorum adhibere, ita ut ex hac cauſa liceret eis ab eorum Eccleſiis abeſſe; Reſponſum, non poſſe, ſed faciendum verbum cum Sanctiſſimo, qui renuit.

21 Demum, etſi Canonici ad quinquennium de licentia Epiſcopi abeſſe poſſint ſtudiorum cauſa, & in abſentia percipere fructus præbendarum ſuarum, ut in c. *fin. de Magiſtr.* & in d. c. *Licet de præben.* tamen parochis abſcedendi licentiæ ex hac cauſa jam non conceduntur à locorum Ordinariis, cùm parochiales Eccleſiæ, prævia forma examinis per concurſum magis idoneis ſint conferendæ ad præſcriptum Conc. Trid. in c. 18. *ſeſ. 24.* & Conſtitutionis Pii V. quæ incipit, *In conferendis.* Licet ex diſpoſitione Decretalis, *Cum ex eo, de elect. lib. 6.* poſſint Epiſcopi diſpenſare cum obtinentibus Eccleſias parochiales, ut uſque ad ſeptennium abeſſe poſſint, & interim non teneantur ad Sacerdotium promoveri.

Imò nec S. Congregatio ejuſdem Concilii interpres ejuſmodi licentias impertiri ſolet, niſi admodum rarò, & perſonarum, ac locorum qualitatibus probè perſpectis. Unde cùm Stanislaus Clericus Uladiſlavienſis diœceſis ex nobili genere procreatus, qui parochialem Eccleſiam in diœceſi Gneſnen. ſitam obtinebat, petiiſſet ut ſibi liceret per triennium in publica Univerſitate vacare ſtudio ſacrorum Canonum, fructuſque parochialis interea percipere: Die 16. Junii 1605. S. Congregatio tametſi non conſueverit concedere ut parochi à parochiali abeſſe poſſint ſtudiorum cauſa, tamen quia ſacri Canones id privilegium tribuunt, & Concilium illud non revocat, ſed præſervat, *c. 1. ſeſ. 5.* cenſuit gratiam petitam ipſi uti optimæ ſpei concedendam, ut rem Chriſtianam ſacrorum Canonum ſcientia inſtructus, in illis partibus promovere poſſet.

22 2. QUÆRO, an parochus excuſetur à reſidentia propter inimicitias? Reſpondeo excuſari, ſi inimicitiæ ſint capitales, ita ut ad Eccleſiam redire non audeat, c. *Bonæ, il 1. ſupra de elect.* per quem textum ita tenet hic gloſſ. *ult.* Hoſtien. *num. 5. in ver. excuſationem,* Anton. de Butr. *num. 9.* in gloſſ. & alii communiter, gloſſ. 1. in c. *Ad ſupplicationem, ſupra de renunt.* quæ exponit verba illa textus eo quod ibi non poterat ſecurè morari, ſcilicet propter



per capitales inimicitias. Melius probatur in c. *Paſtoralis, 7. q. 1.* ubi propter inimicitias Prælatus poteſt ab eccleſia abſcedere. Ad idem textus in Clem. *Ne in agro, §. Cæterum,* juncta gloſſ. *in ver. Cauſa rationabili, de ſtatu Monach.* quam ad hoc allegat Felin. in c. *Accedens, il 2. verſ. Sexta concluſio,* ut lite non conteſt. Jaſ. in l. 2. *§. penult. ad fin. ff. Si quis caution.* & Ripa *in tract. de peſte, in tit. de privil.*

23 *contract. n. 156. verſ. Quinto,* Hinc Specul. *tit. de citat. §. 1. verſ. Item quod ſit ad locum,* dicit poſſe recuſari locum ubi ſunt inimici, vel eorum dome-

24 ſtici, ſeu amici. Imò non debet quis ſe committere ſuis capitalibus inimicis, etiam cum litteris ſalvi conductus. Textus eſt in d. c. *Accedens,* ibi, *& licet litteras non habuerit de conductu, tamen ſi miſſæ ei fuiſſent, non debebat ſe credere ſuis capitalibus inimicis.* Simile in c. *De cætera,* & c. *Quamvis, infra, de ſent. excomm.* Et in hanc ſententiam ſæpiùs reſpondit

25 S. Congregatio Concilii, quæ in his caſibus conſuevit dare litteras ad epiſcopum, ut ſi veræ ſint, & graves inimicitiæ, quæ narrantur, & abſque Parochi culpa, & antequam eccleſiam obtinuit, exortæ, ſuper quibus epiſcopi conſcientia oneratur, dilationem ei det ut in alio tutiori, ac viciniori loco manere poſſit, durantibus dumtaxat inimicitiis, dum tamen non ultra ſex menſes durent. Intereà autem Vicarium idoneum in illa eccleſia conſtituat epiſcopus, aſſignata ei congrua portione ex redditibus eccleſiæ, & partes etiam ſuas interponat, & omnem diligentiam adhibeat,

26 ut tutò poſſit reſidere Parochus. Quòd ſi intra ſex menſes necdum ſedatæ ſint inimicitiæ, reſcribit epiſcopo, ut det illi ſex menſium prorogationem, repetitis omnibus, quæ in prioribus litteris continebantur, & ſine ſpe ulterioris prorogationis, quæ rariſſime conceditur: nam cùm indulta perpetua de non reſidendo, etiam ex juſtis, & rationabilibus cauſis jam ſublata fuerint Decreto, *c. 2. ſeſ. 6.* ubi inimicitiæ ſunt veriſimiliter duraturæ, ut conſulatur curæ animarum, inducendus eſt Parochus ad reſignandum, vel permutandum, arg. c. *Ad ſupplicationem, de renunt.* Et ita Parochus pu-

27 nitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, ut notat gloſ. in c. *Tua nos, in ver. Adminiſtrationis, de Cler. ægrot.* ad

28 exemplum Parochi leproſi, qui ab adminiſtrationis officio removetur, ſed de bonis eccleſiæ ſuſtentatur, ut in præd. decr. *Tua nos,* Simile in c. *Quoniam frequenter, §. Quod ſi forſan, in fine, ſupra, ut lite non conteſt.*

29 Quæ autem ſint graves, & graviſſimæ inimicitiæ, notat Bald. in l. 3. *§. fin. ff. ad mun. legat.* Et quæ ſint inimicitiæ capitales, vide in l. *Cùm autem, §. Excipitur, ff. de adil. edic.* in l. *Edicta, ff. de verbor. ſignif.* in l. 2. *ff. de public. judic.* & in l. *Capitalium, §. Si quis, ff. de pœnis,* notatur in c. *Per tuas, infra, de ſimonia.*

30 Porrò, ob ſolum odium Parochianorum Sac. Congregatio cenſuit Parochum à reſidentia non excuſari.

31 3. QUÆRO, an lis ſuper beneficio excuſet Parochum à reſidentia? Reſpondeo excuſare. Caſus eſt in c. *Ex parte, il 2.* ibi: *Si te non abſentando in*

32 *fraudem Præp. ſtatim tua jura ſollicitius proſequeris, cum per hoc cenſeris debere reſidens,* & ibi omnes notant, *ſupra eod.*

33 Hinc cùm Antonius Lutius Diœceſis Fæſulan. obtinens Eccleſiam S. Donati Parochialem, ſuper qua poſtquam adeptus poſſeſſionem ei lis mota fuerat, dubitaſſet an teneretur lite hujuſmodi durante ſuſcipere ſacros Ordines: S. Congregatio cenſuit non teneri, ſi vera eſt lis, ſuſcipere ſacros Ordines. Et licet Caſſad. *deciſ. 7. de conſ. poſſeſſ. & propriet.* dixerit hoc intelligendum quando lis mota fuit intra duos menſes: tamen Patres dixerunt nihil exprimendum de iſtis duobus menſibus, ſed ſimpliciter non teneri ſi vera eſt lis, ad ſuſcipiendum Ordines, cùm nec reſidere teneatur. Et ex ſtylo in his caſibus dari ſolet dilatio paucorum aliquot menſium ad litem proſequendam. Idemque obſervari conſuevit in cauſis criminalibus. Et in ſpecie Archipresbyter Ripæ criminaliter inquiſitus, & condemnatus ab Ordinario, Romam profectus, & obtenta cauſæ commiſſione fuit citatus ab Ordinario ad reſidendum cum fructuum ſequeſtratione. Et cùm propterea adiiſſet S. Congregationem pro remedio, dictum eſt videndam prius commiſſionē cauſæ, quæ ſi vera fuerit, ſcribendum ad epiſcopum ut tollat ſequeſtrum, & ſinat eum abeſſe per quatuor menſes ex hac cauſa. Ad hoc c. *Super cauſa,* & ibi gloſſ. *fin.* & DD. *2. q. 4.*

35 4. QUÆRO an Parochus à reſidentia excuſetur ob aeris intemperiem.

Doctores hic ſuper ver. *Excuſationem* communiter tenent intemperiem aeris præbere juſtam excuſationem clerico non reſidendi, per textum in c. *Quorundam, 74. diſt.* & accipiunt intemperiē pro aeris corruptione, ut per Hoſt. *num. 5.* & idem notat gloſſa in cap. *Ad ſupplicationem in ver. Securè morari, de renunt.* Et quamvis expreſſo non loquantur de Parochis, ſed de obtinentibus beneficia perſonalem reſidentiam requirentia juxta

36 textum hic: tamen Innocentius quærens in quibus beneficiis habeat locum hæc Decretalis, & totus hic titulus concludit habere locum in beneficiis Curatis, & in beneficiis ſimplicibus, quæ reſidentiam requirunt ex privilegio, ſtatuto, conſuetudine, vel quocunque alio modo. Et cum eo tranſeunt Hoſt. Jo. Andr. Butr. Card. Abb. & reliqui omnes.

Cæterum quidquid ſit in obtinentibus beneficia, quibus cura animarum non incumbit, de quibus dic ut ſcripſi in c. *Licet, num. 46. infra tit. prox.* certè Parochos à reſidentia non excuſat aeris intemperies, ut ſæpius S. Congregatio declaravit. Nec mirum, quia nec peſtis formalis eos excuſat, ut patebit in quæſtione ſequenti.

37 5. QUÆRO an Parochi tempore peſtis teneantur reſidere in ſuis Parochialibus, & Sacramenta per ſeipſos miniſtrare Parochianis ſuis eo morbo infectis.

Ante ſi id non faciant, poſſint ſtatim privari non expectato tempore à veteribus Canonibus præfixo iis, qui à ſuis eccleſiis abſunt.

38 Inſtante ſanctæ mem. Cardinali Borromæo Archiepiſcopo Mediolanenſi propoſita fuerunt in Sac. Congregatione Concilii ſupraſcripta dubia, Et die 11. Octobris anni 1576. Sac. Congregatio cenſuit Parochos tempore peſtis teneri in Parochialibus reſidere ex ſententia Ripæ in *tract. de peſte, tit. de privileg. contract. verſ. Quinto, num. 147. & n. 150.* Item ex ſententia S. Thomæ in *2. 2. q. 26. art. 5. in fine,* & Navarr. *in Manual. c. 24. nu. 10. & c. 25. nu. 20.* teneri eodem tempore Parochianis ſuis peſte laborantibus miniſtrare dumtaxat duo Sacramenta ad ſalutem neceſſaria, nempe Bapti-

39 ſmum, & Pœnitentiam, ſeu confeſſionem. Poſſe autem ea miniſtrare, vel per ſe, vel per alium,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sed quod attinet ad illud verbum, *alium*, quia Concilium obligat ad per ſe, faciendum verbum cum Sanctiſſimo.

Die 12. Octobris Sanctiſſimus auditâ ſententiâ Congregationis, eam approbavit, etiam in eo ut poſſit per alium, dummodò idoneum, ex præcipue ratione, ut Parochus poſſet audire confeſſiones ſanorum, quia alias eum reformidarent, ſi viderent ipſum accedere ad peſtilentes, & nollent ei confiteri, veriti contagionem; utque etiam ipſe Parochus officio hortandi, prædicandi, conſolandi ſuos omnes Parochianos uberiùs, & ple-
40 niùs fungi poſſit. Cumque poſteà fuiſſet reperta deciſio Archiepiſcopi Florentini 3. *p. tit.* 22, *c.* 12 §. 3 *in verbo*; Eos quibus cura animarum imminet, de neceſſitate ſalutis ſuæ oportet per ſe, vel per alium idoneum Sacramenta miniſtrare, quantumcumque infectis peſte, & dubitari poſſet quid agendum, cùm hic Sanctus ſimpliciter Sacramenta dicat, nec ſe reſtringat ad duo. Res tota ad Sanctiſſimum delata eſt.

Die 26. Octobris 1576. referentibus Cardinalibus Alc. & Senonen. dictum Archiepiſcopi Florentini non haberi pro deciſione neceſſaria, quia non Doctor, non judex, non alia auctoritate ſuffultus. Sanctitas ſua inclinavit in eam ſententiam, ut litteræ ſcribenda indiſtinctè dicat Sacramenta: & decretum ſic eſſe concipiendum, teneri omninò miniſtrare Baptiſmum, & Pœnitentiam. Et loco dictionis *duntaxat*, apponendam dictionem *omninò*. An ſit facienda, & edenda Conſtitutio, ampliùs deliberandum, & audiendas rationes fratris Montis Alcini, qui dicit ſe diſſentire, & dubium mittendum ad Patrem Toletum, & alios duos, vel tres Theologos, qui ſuam ſententiam dicant. Et diſcutiendum etiam, an Parochi quatenus teneantur, ſi id non faciant, debeant ſtatim expectato ſemeſtri privari.

S. Congregatio die 6. Decembris 1576. cenſuit communi ſententia (excepto tantum Senonen. qui dixit monendos, & ſervandam conſuetudinem) perſiſtendum in Decretis, ut ſcilicet teneantur reſidere, itemque Sacramenta Baptiſmi, & Confeſſionis omninò miniſtrare per ſe, vel a-
41 lium idoneum, hoc tamen non per legem generalem ſtatuendum, ſed per litteras Congregationis, ut ſolet, ſignificandum Cardinali, & addendum contumaces Parochos non ideo ſtatim privandos eſſe, ſed præmiſſo edicto, ſeu monitione, contra eos procedendum, prout Concilium mandat *ſeſſ.* 23. *c.* 1. nempe priùs per cenſuras, ſecundò per ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum; deinde ſi hæc remedia non proſint, poſſe per privationem. Sed agendum priùs bonis verbis, & piis
42 cohortationibus, & admonitionibus. Ampliùs, quia Theologi aliqui diſſentiunt, Tabiena, Armilla, & Caponiſtæ etiam in cap. *fin. de Cler. non reſid.* & Barb. *conſ.* 87. n. 2 dum dicunt, ſi Parochi excuſantur propter inimicitias capitales, ita etiam excuſari debent propter peſtem; & quia ſani fugerent Parochos, & quia Parochi omnes mo-
43 rerentur: Ideo cenſuere omnes ab Archiepiſcopo Cardinali temperamentum aliquod adhibendum ex ſua prudentiâ, vel ut non omnes Parochos cogeret, ſed aliquos partiendo opus, vel deputaret aliquos Sacerdotes etiam non Parochos, voluntarios tamen, etiam mercede conſtituta, qui Sacramenta præſtent ægrotis, prout alias Ro-
44 mæ dicitur factum, & prout Cardinalis Senonen. teſtatus eſt ſoleviſſe laudabilem conſuetudinem ut Principes, Magiſtratus, & Civitates provideant de miniſtris Sacramentorum ex Clero, etiam conducendo eos mercede ex fiſco, & ærario, collectis etiam à Clero exactis, & ita in litteris quæ ſcribentur, addendum: tamen priùs cum Sanctiſſ. agendum.
45 Die 10. Septembris 1576. factâ Sanctiſſimo relatione in Conſiſtorio, Sanctitas ſua decrevit ſcribendas ſimpliciter litteras ad Cardinalem S. Praxedis, quibus ſignificetur, dubio in Congregatione propoſito, & ad Sanctiſſimum relato, Sanctitatem ſuam decreviſſe, Parochos, tempore peſtis teneri omninò reſidere in ſuis Eccleſiis Parochialibus, poſſe tamen per alium idoneum miniſtrare Parochianis ſuis peſte infectis Sacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ, & ſi non reſederint, contra eos procedendum eſſe ſervatâ forma, *cap.* 1. *ſeſſ.* 23 *in fine*.

Die 23. Decembris 1576. S. Congregatio cenſuit ſcribendas litteras in hanc formam. Parochi tempore peſtis teneantur omninò reſidere in ſuis Eccleſiis Parochialibus; & ſi non reſideant, agendum contra eos ex decreto Concilii, *cap.* 1. *ſeſſ.* 23. Et ſervatâ formâ ibidem præſcriptâ. Miniſtrent verò Parochianis peſte infectis Sacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ per alios. Et licèt Alc. diceret quod ex ultimis verbis videtur prohiberi Parochis ne per ſeipſos hæc duo Sacramenta etiam volentes miniſtrent: tamen tota Congregatio dixit hanc fuiſſe mentem Sanctiſſimi in prohibendo hæc Parochis ad commodum Parochianorum, qui ſani eſſent: hi enim veriſimiliter nollent converſari cum Parochis euntibus ad infectos peſte. Hæc de Parochis, & Curatis inferioribus.
46 Quo verò ad Epiſcopos, dubiũ ortum eſt nonnullis Prælatis Eccleſiarum, quòd ſit proprium Epiſcopi officium tempore peſtis, an ſcilicet ad reſidentiam continuam, & an ipſe Curatis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare teneatur, vel potiùs hoc tempore ab Eccleſia ſua abeſſe poſſit, ut ſe pro bono ſubditorum ſuorum incolumem ſervet.
47 Et an tutiori conſcientiâ ad aliquam ſuæ diœceſis partem, in qua forſan Epidimia non vigeat, ſe conferre poſſit, relictâ civitate, & parte infecta, licèt ejus præſentiâ ſummoperè indigeat. Sanctiſſimus die 18. Decembris 1576. dixit decretum factum in Parochis, multò magis debere procedere in Epiſcopis, qui magis obligati ſunt, tamen poſſe Epiſcopos in locis tutioribus manere, & indè providere, ſed nunc id non eſſe opus diſcutere ulteriùs, aut diffinire.
48 Supereſt pro complemento materiæ, ut inveſtigemus cur Parochi excuſentur à reſidentia propter inimicitias; & tamẽ non excuſentur propter peſtem: videbantur enim hi duo caſus à pari procedere, cùm utrobique ſubſit æquale periculum
49 mortis. Unde in c. *Ad ſupplicationem, de renunt.* abſolvitur à vinculo Eccleſiæ Archiepiſcopus Raguſien. eò quòd ibi non poterat ſecurè morari. & ſi acceſſum haberet ad illam, mortis ſibi periculum immineret. Et gloſſa exponens verba illa, *non poterat ſecurè morari*, ut forſan, inquit, propter intemperiem aeris, vel quia habebat capitales inimicos. Similiter in Clem. *Ne in agro*, §. *Cæterum, de ſtatu Monachor.* ſtatuitur ut priores tam Conventuales,



quam curam animarum habentes teneantur in ſuis Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus, reſidere niſi ſtudiorum, vel alia cauſa rationabili ad tempus fortè ab hujuſmodi reſidentia excuſentur. Et gloſſa exponit cauſam rationabilem, id eſt propter infirmitatem, aeris intemperiem, capitales inimicitias, vel ſimilia. Atq; ita gloſſa præallegatæ, & DD. hic æquiparant caſum inimicitiarum, & corruptionis aeris, ſeu peſtis. Unde licere beneficiato à reſidentia abſcedere propter peſtẽ, ſicut propter inimicitias opinati ſunt multi ex Theologis, & plerīq; ex Canoniſtis ſuperius relatis, *n.* 35. *&* 41. & ultra eos Hoſt. *in ſumma hoc tit.* §. *fin.*
50 Solutio patet ex verbis text. in c. *Adverſitas*, §. *Hic tunc ſervandum*, 7. *q.* 1. videlicet. (Cùm Paſtor ſpecialiter quæritur, fugiat exemplo Chriſti, qui à facie Herodis fugit in Ægyptum, fugiat exemplo Pauli, qui à fratribus per murum ſubmiſſus eſt in ſporta. Unde Auguſt. ait: Fugiat ſi vult ſervus Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus in Ægyptum: fugiat & qui ſpecialiter quæritur, dum per alios firma eſt Ec-
51 cleſiæ ſalus. Hinc etiam ait Dominus diſcipulis: *Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Hinc etiam idem abſcondit ſe, & exivit de templo, quando Judæi lapides tulerunt, ut jacerent in eum. Cùm verò non Prælato tantum, ſed generaliter periculum omnibus imminet, & animarum ſalus ſalva eſſe non poteſt: debet Prælatus animam ſuam ponere pro ovibus ſuis.) Hæc ibi. Et hanc diſtinctionem in materia inimicitiarum, & perſecutionis extrinſecæ ponunt Innoc. Hoſt. Jo. Andr. Butr. Card. & omnes in c. *Niſi cum pridem* §. *Propter malitiam, ſuprà de renunc.* & S. Thomas *in* 2. 2. *q.* 185. *art.* 5.
52 Itaque propterea Parochus poteſt fugere à perſecutoribus, & inimicis, quia non deſunt alii à periculo immunes, per quos animarum ſalus tuta eſſe poſſit. At non poteſt fugere à loco peſtifero, quia cùm periculum omnibus ſit commune, nec ſint aliqui tutò poſſint gregi aſſiſtere; non illi, ad quos non pertinet de ovibus, ſed Paſtor ipſe pro ovibus ſuis debet animam ſuam ponere, cap. *Tres perſonæ*, 23. *q.* 4. id eſt mortem ſubire, ut ſentit D. Thomas *loco citato*, quem ita explicat Sot. *lib.* 10. *de juſt. & jur. q.* 3. *art.* 4. Sicut verus, & optimus Paſtor illam poſuit, & factus eſt obediens uſque ad mortem, 1. *Petr.* 2. *q.* 7. & ita exemplum dedit Sacerdotibus ſuis, ut quemadmodum ipſe fecit, ita & ipſi facerent, c. *Significaſti, ſuprà, de elect.*

## DE PRÆBENDIS, & Dignitatibus.

### *Cap. Non liceat.*

*SUMMARIUM.*

1 *Epiſcopus Clericum ordinans ſine titulo, ei in neceſſariis providere tenetur, & num.* 3.
2 *Allegatio generalis admittitur.*
3 *Clericos non debere ſine titulo ordinari quibus ex cauſis conſtitutum fuerit, & n.* 9.
4 *Alimenta quid importent.*
5 *Epiſcopus promovens aliquem ſine titulo ad minores Ordines an teneatur ei vitæ neceſſaria miniſtrare, & nu. ſeqq. uſq; in fin.*
6 *Clericorum appellatione veniunt etiam conſtituti in minoribus Ordinibus.*
7 *Intellectus cap. Neminem, 70. diſt. & n.* 12.
8 *Intellectus c. Cum ſecundum infra eod. & n.* 11.
10 *Ordinatis minorum ſanctitates exercentibus ſtipendia aſſignari debent ex redditibus beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, & n.* 14.
13 *Clericis minorum Ordinum cur Epiſcopus non cogatur titulum aſſignare ſicut conſtitutis in ſacris.*

1 NON LICEAT. Epiſcopus Clericum ordinans ſine titulo, ei in neceſſariis providere tenetur. Hoc dicit. Breve eſt, & ideo non dividitur.
2 Nota primò, ſupraſcriptionem pro generali allegatione: nam ſatis eſt dicere hoc habetur in corpore Canonum, vel in corpore juris civilis ſecundùm Anton. de Butr. *n.* 2. & Jo. de Imol. *n.* 1.
3 Secundò nota, nulli Epiſcopo licere quemquã ordinare ſine titulo, Quod multiplicem habet rationem, ſecundùm Turrecrem. in c. *Neminem, n.* 3. *verſ. ſecunda autem 70. diſt.* Prima ratio deſumitur ex c. *Cum ſecundum Apoſtolum, infr. eod.* Juſtũ enim eſt, ut qui obligantur ad inſerviendum altari, ſeu Eccleſiæ, ex proventibus Eccleſiæ alantur, dicente Apoſtolo 1. ad Corinth. 9. *Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt; & qui altari deſerviunt, cum altari participant.* Sed Clerici in ſua ordinatione obligantur ad inſerviendum Eccleſiæ, c. *Clerici*, 21. *diſt.* c. *Duo ſunt genera*, 12. *quæſt.* 1. & hodie eſt expreſſum in Decreto Conc. Trid. *c.* 16. *ſeſſ.* 23. Ergo convenienter eis in ordinatione aſſignatur titulus, ex quo vitæ neceſſaria percipiant. Et confirmatur, quia Clericus in ordinatione ſua recipit officium in Eccleſia, d. cap. *Duo ſunt*, & c. *Perlectis*, 25. *diſt.* Ergo rationabiliter aſſignandum eſt ei beneficium in Eccleſia cap. *Dilectus*, 1. & 2. *infr. eod.* & c. *Propoſuit, ſuprà de filiis presbyt.* nam propter officium datur beneficium, c. *fin. de reſcript. lib.* 6. Ideoque privatus officio, & beneficio privatus intelligitur, cùm ſit ejus ſequela, c. *Eos*, & c. *Si quis Sacerdotum*, 81. *diſt.* & cap. *Fratres hoc*, 32. *diſt.* gloſſ. in ſ. c. *ſi quis per Datar.* Unde cùm officium, & beneficium ſint connexa, uno collato ſine reliquo, eſſet dividere unitatem, & individuum, quod eſſe non debet, ut formaliter inquit Petr. de Anchar. in 1. *notab.* Præterea rationabiliter hoc ſtatutum eſt ne alias clerici cum dedecore Ordinis clericalis mendicare cogantur, c. *Diaconi ſunt*, 93. *diſt.* & probatur in c. 1. *ubi gl. ſuprà de reſcript.* Ad hæc conveniens fuit ſic ſtatuere, ut ordinatus ligetur ex titulo, ne incertis vagetur ſedibus, & locum deſerat inconſulto Epiſcopo, c. *Nonoportet*, & c. *Si quis verò*, 7. *q.* 1. & patet ex d. c. 16. *ſeſſ.* 23. Conc. Trid. Quibus conſequitur alia ratio ſecundùm Abbatem *hic in* 2. *notab.* videlicet ne numerus Clericorum nimium excreſceret; nam turba facit eos contemptibiles, ut c. *Legimus, verſ. Diacones*, 93. *diſt.* & propterea Conc. Trid. *ubi ſuprà* inhærendo veſtigiis 6. *Canon.* Conc. Calcedonen. decrevit, ut nullus in poſterum ordinetur qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cujus neceſſitate, vel utilitate aſſumitur, non adſcribatur. Ac demùm ſecundùm Petr. de Anchar. *n.* 1. non debet quis ordinari ſine titulo, ſicut nec fundari Eccleſia ſine dote, c. *Nemo, de conſecr. diſt.* 1. ſpiritualia enim ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt, c. *Si quis objecerit*, 1. *q.* 3.

Tertiò

Tertiò nota, pœnam Epiſcopi ordinantis Clericum ſine certo titulo: nam tenetur ei vitæ neceſſaria miniſtrare, donec beneficium eccleſiaſticum ſit conſequutus, de quo dic, ut ſcripſi latiſſimè in d.c. *Cum ſecundum Apoſtolum*.

4 Ultimò nota, verbum illud *alimenta*, quod importat vitæ neceſſaria, ut colligitur hic in fine, & concordant c. *Autum*, & c. *Hac hujus*, c. *Eccleſiarum ſervos*, 12.q.2. c. *Inter cætera*, 22.q.4. & l. *Necare*, ff. *de liber. agnoſc.* Quæ autem dicantur vitæ neceſſaria, & quæ veniat illorum appellatione, dixi in c. *Epiſcopus*, in 2. *notab. infra eod.*

5 QUÆRO, An Epiſcopus promovens aliquem ſine titulo ad minores Ordines teneatur ei vitæ neceſſaria miniſtrare.

Doctores non conveniunt, gloſſ. 1. & Innoc. *hic in princ.* tenent etiam Clericis in minoribus Ordinibus conſtitutis debere ordinatorem providere, arg. c. *Deus*, 28. *diſt.* & c. *Propoſuit*, *ſupra de filiis Presbyt.* & ſequitur Abbas *num.* 2. ubi concludit Epiſcopum à principio ſervare debere quod hic ſtatuitur in omnibus Ordinibus. Idem tenet Hugo, & Gloſſ. 1. in c. *Neminem*, 70. *diſt.* dicens etiam in minoribus Ordinibus non debere quem ſine titulo ordinari, arg. c. *Videntes*, 12. q. 1. & c. *Si qui vero*, 32. *diſt.* gloſſ. 1. in c. *Epiſcopus*, *infra eod.* Turrecrem. in d. cap. *Neminem*, *num.* 2. *verſ. Reſponſio ſub duabus concluſionibus*: eadem firmat in c. *Cum ſecundum Apoſtolum*, *infr. eod.* Hoſt. *num.* 13. *in ver. Ordinator*, & Joan. Andr. *num.* 5. *in eod. ver.* & ex Recentioribus Navar. *conſ.* 14. *num.* 1. *de tempor. ordinat.*

6 Pro hac opinione inducitur primò hæc Decretalis, quæ dicit, *Non liceat ulli Epiſcopo Clericum ordinare, & nullo ei alimenta præſtare*. Et ſic loquitur de Clericis generaliter & indefinitè Clericorum autem appellatione præſertim in materia favorabili, qualis eſt hæc, veniunt etiam conſtituti in minoribus Ordinibus, ut patet in c. *Cleros*, 21. *diſt.* & in c. *Duo ſunt*, 12. q. 1. & expreſſius in Authen. *de ſanctiſſ. Epiſc.* §. *Presbyteros*, quæ eſt canonizata in cap. *De perſona*, 11. q. 1. Notatur in c. *Cum non ab homine*, *de judic.* & in c. 2. *de temp. ordinat.* & in propoſito notant hic gloſſ. Hoſt. Jo. Andr. & Abb. *loc. cit.* & Decius poſt eos, n. 17. & ita ex hoc textu colligunt Doctores, & in ſpecie Ant. de Butr. n. 4. Nota inquit argum. quod obligatio, quæ ſurgit contra Epiſcopum ordinantem aliquem ſine titulo, habet locum in quocunque Ordine promoveat Clericos. Et ſequitur totidem verbis Imol. *num.* 1. *in* 2. *notab.* & Anchar. n. 3.

7 Secundò, ad idem inducitur c. *Sanctorum*, 70. *diſt.* ubi generaliter decernitur, ut ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur: ſub nomine autem ordinationis dubitandum non eſt quin etiam minores Ordines comprehendantur, c. *Acolythus cum tribus ſeqq.* 23. *diſt.* & cap. *ult.* *ſupra de tempor. ordinat.* Conc. Trid. *de Sacram. Ordin. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. & *can.* 2. & 3. & ita illum text. ponderat Hugo in c. *Neminem*, *eadem diſt.* dicens, Ego credo quòd generaliter intelligatur de Ordine quolibet, nam generaliter, & indiſtinctè prohibetur in ſeq. cap. Ut refert ibi Turrecrem. n. 3. *verſ. Hoc idem dicit Hugo.*

Tertiò, pro eadem opinione videtur textus apertus in d. c. *Neminem*, 70. *diſtinct.* ubi Conc. Calcedonen. decrevit neminem abſolutè, (id eſt ſine titulo, ut exponit gloſſ. & Archid.) ordinari Presbyterum, vel Diaconum, vel quemlibet in Eccleſiaſtica Ordinatione conſtitutum. Hæc enim poſteriora verba tanquam univerſalia non videntur poſſe reſtringi ad ſolos Subdiaconos abſque eo quod vis inferatur litteræ, arg. cap. *Nobis*, *verſ. Quodcunque ligaveris*, *ſupra de majorit. & obedien.* Nec refragatur quòd dictum cap. *Neminem*, & cap. *Sanctorum*, fuerint correcta per cap. *Cum ſecundum*, *infra eod.* quoniam hoc verum eſt quoad pœnam ordinati ſine titulo, non autem quoad prohibitionem ordinationis, arg. l. *Præcipimus in fin. C. de appellat.* & l. *Sancimus*, *C. de teſtamentis*. Expedit enim jura juribus concordare, c. *Cum expediat*, *de elect. lib.* 6.

8 Quartò, pro hac parte ponderandus eſt textus in d. c. *Cum ſecundum Apoſtolum*, inducendo eum dupliciter. Et primò ille textus in priori parte loquitur de Clericis in ſortem, ſeu hæreditatem Domini aſſumptis. Hi autem propriè dicuntur non tantùm in ſacris, ſed etiam in minoribus Ordinibus conſtituti, ut probat text. in cap. *Cleros*, 21. *diſtinct.* & in cap. *Duo ſunt*, 12. *quæſt.* 1. Et de his ponit deciſionem in genere, videlicet, ut ordinatis ſine titulo vitæ neceſſaria miniſtrentur per Ordinatores, vel ſucceſſores eorum, Ergo hæſitandum non eſt quin huic pœnæ ſubjiciantur etiam Epiſcopi, qui ad minores Ordines promovent titulum non habentes. Nec refert quod in verſ. *Inde eſt*, poſtmodùm textus agat in ſpecie de quodam Subdiacono; quoniam id fecit, quia in facto ſic contigit; ſed per hoc non videtur reſtrinxiſſe generalitatem deciſionis præcedentis: nam genus non reſtringitur ad id, quod per ſpeciem ſpecialiter providetur, cap. *Denique*, 4. *diſtinct.* cum concordantibus de quibus per Petr. Brixien. *in Repertor. in ver. Genus*. Deinde text. in dict. cap. *Cum ſecundum Apoſtolum*, commemorat pœnam antiquorum Canonum, videlicet cap. *Neminem*, & cap. *Sanctorum*, 70. *diſtinct.* ſecundum quam ordinati ſine titulo erant ſuſpenſi ab Ordinum executione, ut dixi in d. cap. *Cum ſecundum*, *in* 5. *notab. num.* 1. & illam pœnam abrogat, & ejus loco aliam imponit, videlicet ut Ordinatores, & ſucceſſores eorum teneantur ſic ordinatis in neceſſariis providere. Sed pœna antiquorum Canonum habebat locum etiam in promotis ad minores Ordines, ut dictum eſt ſuprà in tertio, & quarto argumento. Ergo eodem modo in promotis ad minores habet locum pœna Ordinatoris, quæ in locum primæ ſuffecta eſt, argum. cap. *Is qui in jus*, *de reg. jur. lib.* 6. & l. *Is qui in jus*, *ff. eod.* l. *Si index*, & l. *Mortuo*, *ff. de judic. cum ſuis concordantibus.*

9 Quintò, pro eadem opinione multum urget præcipua ratio, quam ſacri Canones præ oculis habuerunt dum inſtituerunt neminem debere ſine certo titulo ordinari, videlicet ne Clerici cogerentur mendicare in opprobrium Ordinis Clericalis: nam & legitur in cap. *Diaconi ſunt*, 93. *diſtinct.* Mendicat infelix Clericus in plateis, & civili operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam. Et in hac ratione paupertatis Clericorum fundari hanc proviſionem declarat textus expreſſus in cap. *Poſtulaſti*, *ſupra de reſcript.* qui eſt gloſſ. cap. *Cum ſecundum Apoſtolum*, *infr. eod.* ut dicit *ibi* Hoſtienſ. *num.* 17. *in ver. Eccleſiaſticum*. Hujuſmodi autem ratio, ſicut & aliæ, quarum ſuperiùs meminimus in 1. notab. vigent etiam in Clericis inferiorum graduum: ergo in illis quoad hoc, idem jus ſervari debet, vulgatis juribus.

Ultimò, his accedit quòd cuilibet Ordini ſuũ 10 peculiare officium in Eccleſia eſt aſſignatum, cap. *Acolythus*, *cum tribus cap. ſeqq.* 23. *diſt.* & cap. *Perlectis*, 25. *diſt.* Cuilibet autem in Eccleſia laboranti debetur ſtipendium, ut cap. *Charitatem*, 12. q. 2. Et propterea Conc. Trid. in c. 17. *ſeſſ.* 23. præcipit Epiſcopis, ut functiones Minorum Ordinum pluribus in locis, aliquando intermiſſas curent reſtituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ ſtipendia aſſignent eas functiones exercentibus.

Contrariam ſententiam amplectuntur *hic* Hoſt. & Jo. Andr. ambo *n.* 3. Butr. *n.* 6. dicens hoc tenere Doctores, Card. *n.* 1. *in* 2. *oppoſit.* Anchar. *nu.* 3. & Imol. *n.* 4. ubi ait, hoc communiter teneri, ut Epiſcopus non ſit compellendus ad præſtandum alimenta Clericis promotis ſine titulo, niſi quando ſunt promoti ad ſacros, ſeu ad aliquem ſacrorum Ordinum. Idem firmant in d. c. *Cum ſecundum*, *infrà eod.* Butr. *n.* 4. & Card. *n.* 6. *in* 10. *notab.*

Et pro hac opinione facit primò, quòd etſi hæc Decretalis loquatur de Clericis indefinitè, tamen text. in c. *Epiſcopus*, *infr. eod.* adſtringens Ordinatorem ad præſtanda alimenta ordinato titulum non habenti, quaſi hanc declarando, reſtringit ſe ad Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, ut patet ibi, *ut Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit*, & eo-

11 dem modo text. in d. c. *Cum ſecundum Apoſtolum*, quamvis in principio loquatur de Clericis in ſortem Domini aſſumptis; tamen poſteà in verſ. *Inde eſt*, agit de Subdiacono, quem ſine titulo ordinavit Epiſcopus Zamorenſis, quaſi ſentiat deciſionem præcedentem non habere locum, niſi in promotis ad ſacros, ut ibi advertit Card. *loc. cit.* Unde ſive hoc c. fuerit correctum, ſive declaratum per poſteriores Canones, hodie pœna Ordinantis ſine titulo non afficit niſi promoventem ad ſacros Ordines. Et hoc intendit Hoſt. *hic num.* 3. qui exponit verbum, *Clericos*, id eſt in Subdiaconatu, ut ſupra conſtitutos, & apertius Anton. de Butr. in d. c. *Cum ſecundum*, *n.* 4. dicens: (Nota hodie promoventem quem ad ſacros ſine titulo teneri ad miniſtranda neceſſaria ordinato, donec ſibi ſit proviſum de beneficio:) & nota quòd iſta

12 jura habent locum in ordinato ad ſacros. Et eod. modo reſpondere poteſt ad jura antiqua, nempè ad c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*, 70. *diſtin.* nam illorum generalitas, utcunque ſit apta comprehendere etiam Clericos minorum Ordinum, tamen reſtringitur, ſeu declaratur per Canones poſteriores de Ordinibus ſacris ſpecialiter loquentes, arg. c. *Generi*, *de reg. jur. lib.* 6. & l. *in toto*, *ff. eod.* *cum ſimil.*

13 Deinde facit pro hac parte, quia multum intereſt inter Clericos in minoribus, & in ſacris Ordinibus conſtitutos, nam illis licitum eſt retrocedere ab habitu clericali, ut c. *Cum ex eo*, *circa fin. de elect. lib.* 6. & propterea ſecundùm Abb. *hic num.* 6. Eccleſia non tantùm eis ſubvenit, quantum conſtitutis in ſacris. Et hanc rationem conſiderat Hoſtien. *eod. num.* 3. cui cæteri ſubſcripſerunt, ait enim: (Et ratio quare Clericis inferiorum Ordinum non cogitur Epiſcopus aſſignare titulum, quia adhuc non ſunt in Eccleſia radicati, immò quotidie avelluntur, ut notatur in c. 1. & c. *Joannes*, *ſupra de Clericis conjug.* & ideo cùm tales beneficiati ſunt in Eccleſia, magis videtur inde Eccleſia confundi, & ſperni, arg. l. *Litigatores*, 1. *in ſpon. ff. de Arbitr.* c. *Præterea*, 51. *diſt.* & c. *unico*, *ſuprà de obligat. ad ratiocin.*) Hæc ille. Et ex hoc patet etiam reſponſio ad quintum argumentum contrarium; nam ratio mendicitatis, & aliæ ibi conſideratæ multò magis vigent in promotis ad Ordines ſacros, quam ad minores: & propterea text. in d. c. *Diaconi ſunt*, 93. *diſt.* poſt illa verba: *Mendicat infelix Clericus*, &c. ſtatim ſubjungit: (Et quidem ex eo deſpicitur cunctis Sacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus juſtè putatur ad hanc ignominiam deveniſſe.) Et ſic ille Canon loquitur de Sacerdotibus, prout etiam loquitur c. *Legimus*, qui immediatè ſubſequitur, ibi, (Diaconos paucitas honorabiles, Presbyteros turba contemptibiles facit.

14 Ad ultimum reſpondetur ex eo quòd Clerici cujuſcunque Ordinis habeant ſuum peculiare officium in Eccleſia, hoc tantùm inferri, ut ſubſidiũ ſit eis aſſignandum pro obſequio, quod impendunt, ne cogantur militare propriis ſtipendiis, ut in d. cap. *Charitatem*, & c. *Quicunque*, 12. q. 1. Sed hinc non ſequitur, ut in ipſa ordinatione ſit eis aſſignandus titulus, adeò ut Ordinator aliàs teneretur de ſuo providere, ut clare colligitur ex Decreto Conc. Trid. d. *cap.* 17. *ſeſſ.* 23. ubi exercentibus functiones minorum Ordinum jubetur aſſignari aliqua portio ex reditibus beneficiorum ſimplicium, vel fabricæ Eccleſiæ. Ex quibus patet hanc poſteriorem ſententiam eſſe non tantùm communem, ſed etiam de jure veriorem, quæ etiam ſervatur de conſuetudine: nam Eccleſia Romana non conſuevit cogere Ordinatores ad providendum ordinatis ſine titulo niſi conſtitutis in ſacris, aliis verò in minoribus conſtitutis ita demùm ſi Eccleſiæ inſerviant, & aliundè non habeant, unde ſuſtententur, ut teſtantur Authores utriuſque ſententiæ ſupracitati, n. 5. & n. 10. *verſ. Contrariam ſententiam.*

Hodie ceſſat difficultas ex Decreto Conc. Trident. c. 2. *ſeſſ.* 21. ubi quamvis præmittatur ratiò illa generalis ad quoſcunque Clericos, videlicet cùm non deceat eos, qui divino miniſterio adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, tamen deciſio reſtringitur ad Clericos ſacrorum Ordinum, & ſtatuitur, ne quis deinceps Clericus ſæcularis ad ſacros Ordines promoveatur, niſi priùs legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens pacificè poſſidere. Et quoad hos innovantur pœnæ antiquorum Canonum. Quod & Navarrus obſervat *in prædict. conſil.* 14. *de tempor. ordinat.* & de intellectu hujus Decreti. Vide quod ſcripſi in c. *Epiſcopus*, *num.* 25. *& ſeqq. infra eod.*

## DE PRÆBENDIS, & Dignitatibus.

### Cap. Epiſcopus.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus qui ordinavit aliquem ad ſacros Ordines ſine titulo, non habentem de ſuo unde vivat, ei de proprio providere tenetur, donec aliquem titulum fuerit conſequutus.*

2 *Licet talis jam eſſet in ſacro Ordine conſtitutus.*

3 *Intellectus hujus Capituli.*

4 *Diſpen-*

4 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum ordinato ſine titulo ad aliquem ex ſacris Ordinibus, ut ſine novo titulo ad altiores Ordines aſcendat, & rejicitur contraria opinio Henriquez.*

5 *Ordinatus ad ſacros Ordines ſine titulo à pluribus Epiſcopis poteſt quemlibet in ſolidum convenire ſuper alimentis.*

6 *Is tamen, qui non ordinavit, non tenetur ex facto Ordinatoris.*

7 *Ordinato ad ſacros ſine titulo beneficii, vel patrimonii Ordinator tenetur vitæ neceſſaria miniſtrare.*

8 *Alimenta quid comprehendant.*

9 *Et qua ratione taxari debeant.*

10 *Beneficium ſufficiens quod dicatur.*

11 *Quid in ordinato ad ſacros Ordines ſine titulo.*

12 *Et quid in Rectore Parochialis Eccleſiæ.*

13 *Et quid in eo, qui ratione nobilitatis, vel ſcientiæ pluribus indiget beneficiis.*
*Nobilis, & doctus pinguiora beneficia conſequi debet, quàm ignobilis & idiota, ibidem.*

14 *Papa cùm ſcribit pro aliquo beneficiando in pluribus Eccleſiis, conſiderata qualitate perſonæ, quæ ſint conſideranda in beneficii aſſignatione.*

15 *Subſidium vitæ, & neceſſaria vitæ idem important.*
*Legatum ſimpliciter factum puellæ pro ſubſidio vitæ, intelligitur factum pro alimentis, ibid.*

16 *Ordinatus ad ſacros Ordines ſine certo titulo, ſi ex patrimonio ſuſtentari valeat, non poteſt petere alimenta ab Ordinatore, & nn. ſeqq.*
*Et quid poſt Concilium Trid. num. 29.*

17 *Clerici non beneficiati habentes de patrimonio unde vivant, licitè poſſunt ad ſac. Ordines promoveri.*
*Et quid ex Conc. Trident. n. 24.*

18 *Ordinatus ad ſacros Ordines an poſſit petere alimenta ab Ordinatore, licèt habeat patrimonium ſufficiens, ſi ad illius titulum expreſſè ordinatus non fuerit.*
*Et quid poſt Concil. Trid.*

19 *Patrimonium non eſſe titulum Eccleſiaſticum, niſi hoc expreſſè ſit actum, & n. 33.*

20 *Ordinatus ſi habeat patrem divitem, à quo poſſit exigere alimenta, non poteſt illa petere ab Ordinatore, & n. 21.*
*Secus poſt Concilium Trid. n. 26.*

21 *Pauper non dicitur qui patrem habet divitem.*

22 *Aſſimium patris filii reputatur, & n. 26.*

24 *Patrimonium hodie non eſt titulus ad ſacros Ordines, niſi diſpenſativè, & n. 49. & 50.*

25 *Concilium Trid. c. 2. ſeſſ. 21. expenditur, & n. ſeqq.*

26 *Patrimonium patris non eſt patrimonium filii, niſi interpretativè, & per juris fictionem.*

27 *Obtinere dicitur qui habet jure, & legitimè poſſidet.*

28 *Veritas, & fictio opponuntur.*

30 *Patrimonium, ad cujus titulum Clericus eſt ordinatus, gaudet privilegiis bonorum Eccleſiæ, & n. 35.*
*Etiam in caſibus in jure non expreſſis, n. 40.*
*Et ſubrogatur in locum beneficii, n. 32. & 39.*

31 *Bona ſunt acceſſoria ad perſonam.*

33 *Patrimonium Clerici ad hoc ut indiſtinctè gaudeat privilegiis bonorum Eccleſiæ, exigitur ut Clericus ad illius titulum fuerit expreſſè ordinatus.*

34 *Congregatio ſuper bono regimine conſuluit Congregationem Concilii de pluribus dubiis ſpectantibus ad interpretationem, cap. 2. ſeſſ. 21.*

35 *Bona patrimonialia clericorum non gaudent privilegiis Eccleſiæ, niſi in caſibus à jure expreſſis.*
*Et qui ſint hujuſmodi caſus, n. 41.*

36 *Bona patrimonialia clericorum præſcribuntur ſicut bona laicorum.*

37 *Reſtitutio in integrum non competit clerico in bonis patrimonialibus, ſicut competit in bonis Eccleſiæ.*

38 *Compromittere poteſt clericus in laicum de bonis patrimonialib. non autem de bonis Eccleſiaſticis.*

40 *Bona patrimonialia, ad quorum titulum clerici ordinantur, cenſentur quaſi dotalia, & alienari non poſſunt ſine licentia Epiſcopi.*

42 *Bona patrimonialia clericorum an, & pro qua parte ſint obnoxia ſolutioni onerum Cameralium.*

43 *Patrimonium, quod remanet clerico beneficium reſignanti, gaudet privilegio bonorum Eccleſiæ, pro ea tantum parte, quæ ad congruam illius ſuſtentationem ſufficiat.*

44 *Patrimonium reſignantis beneficium ſuccedit loco tituli, tametſi Epiſcopus hoc non declaraverit.*

45 *Surrogatio quæ fit juris interpretatione, cenſetur fieri cum omnibus qualitatibus.*

46 *Beneficium, quod conſequitur jam ordinatus ad titulum patrimonii, non ſuccedit loco tituli.*

47 *Nec prohibetur reſignari à Concilio Trid.*

48 *Patrimonium, ad cujus titulum clericus eſt promotus, non poteſt ſine licentia Epiſcopi alienari, licèt poſteà clericus adeptus ſit beneficium ſufficiens.*

50 *Patrimonii titulus eſt ſubſidiarius in clerico ad Ordines ſacros promovendo, non autem in jam promoto.*

51 *Titulus patrimonii de Epiſcopi licentia poteſt commutari in titulum beneficii, & è converſo.*

52 *Privilegium exemptionis ab oneribus Cameralibus conceſſum patrimonio, donec Clericus aſſequatur beneficium, extinguitur adepto beneficio, nec reviviſcit per beneficii dimiſſionem, & nn. ſeqq. uſq; ad n. 63.*
*Contrarium n. 63. uſq; in finem, præſertim ſi dimiſſio ſit coacta, n. 66.*

53 *Dictio, donec, collata in incertum eventum importat conditionem.*
*Vel terminum temporis, n. 56.*

54 *Conditio ſatis eſt, ut per momentum temporis impleatur, licèt implementum non duret.*
*Niſi non duret facto illius, qui conditionem implevit, num. 61.*
*Aut niſi aliter conſtet de mente diſponentis, n. 64.*

55 *Legatum factum alicui cùm filios habuerit, debetur nato filio, licèt is poſtea decedat.*

57 *Jus ſemel extinctum non reviviſcit.*

58 *Fidejubens judicatum ſolvi donec lata fuerit ſententia diffinitiva, liberatur lata ſententia abſolutoria, licèt illa poſteà revocetur.*

59 *Diſpoſitio in primo actu verificatur ſi actus effectum ſortitus fuerit.*

60 *Quod procedit in diſpoſitione legis, ſecus in diſpoſitione hominis.*

61 *Beneficium ſponte dimittendi non datur regreſſus ad jus ſemel extinctum.*

62 *Beneficii aſſecutio tractum ſucceſſivum non habet, ſed unico momento perficitur.*

63 *Jus ſemel extinctum ex certa ratione, vel cauſa reviviſcit ratione illa, vel cauſa ceſſante.*

65 *Conditionem non ſufficit ſemel extitiſſe, ubi ſequitur effectus juris.*

67 *Beneficium conſequutus à Principe, ſi facto Principis illud amittat, debet ad ſuam gratiam ipſo jure redintegrari.*





1 EPISCOPUS. Qui ordinavit aliquem ad
ſacros Ordines ſine titulo, non habentem
de ſuo unde vivat, ei de proprio providere
tenatur, donec aliquem titulum fuerit conſequu-
tus. Hoc dicit. Primò ponit dictum. Secundò
exceptionem, ibi, *Niſi.*
2 Nota primò ibi, *Diaconum, vel Presbyterum*, non
licere Epiſcopo ad ullum ex ſacris Ordinibus
quemquam promovere ſine titulo, licèt talis jam
fuerit in ſacro Ordine conſtitutus: nam hic ar-
ctatur Ordinator ad præſtanda alimenta ordina-
to in Diaconum, vel Presbyterum, & ſic ei, qui
priùs erat ſaltem Subdiaconus, ut hic per Decium
3 *in 1. notab.* Non enim placet expoſitio Hoſtienſis
quòd hoc cap. loquatur ſecundùm antiqua tem-
pora, quando Subdiaconatus pro ſacro Ordine
non habebatur: etenim cùm cœperit haberi pro
ſacro à temporibus Gregorii I. ut in cap. *Ante
triennium*, ubi plenè notatur, 32. *diſt.* & Urbani II,
ut refertur in cap. *A multis ſuprà de ætat. & qualit.*
& Author hujus capituli fuerit Alexander III. in
Concilio Lateranen. qui ſedit multò poſt me-
moratos Pontifices; utique ex hoc capite non
fuiſſet prætermiſſus Subdiaconatus, qui multò
antè jam ubique in Eccleſia reputabatur ſacer, ut
in d. cap. *A multis*, & cap. *Miramur de ſerv. non ordi-
nand.* Sed arbitror propterea hic non fuiſſe fa-
ctam mentionem Subdiaconatus, quia de illo
non erat dubium: nam cùm Epiſcopus per col-
lationem Subdiaconatus primò ordinatum con-
ſtituerit in ſtatu, à quo non poterat retrocedere,
& tamen titulum non aſſignaverit, abſque dubio
obſtrictus erat illi in neceſſariis providere, ut in
cap. 2. *ſuprà eod.* & infrà in cap. *Cùm ſecundum.* Sed
de ordinato ad Diaconatum, vel Presbyteratum
major erat difficultas; quia cùm eſſet jam con-
ſtitutus in ſacro ordine, non videbatur ei prohi-
bendus aſcenſus ad ſuperiores Ordines, licèt titu-
lum non haberet, & hunc caſum uti magis dubi-
tabilem voluit hic decidere Concil. Lateranen.
ſtatuendo ut Epiſcopus teneretur alimenta præ-
ſtare ordinato etiam ad Diaconatum, vel Pres-
byteratum, non obſtante quòd jam eſſet in ſacro
ordine conſtitutus. Sed eſto hoc cap. loqueretur
ſecundùm tempora primitivæ Eccleſiæ, adhuc ta-
men cùm adſtringat Epiſcopum ad præſtanda a-
limenta ordinato in Diaconum, vel Presbyte-
rum, & ſic loquatur alternativè; profectò lo-
cum habet etiam in Epiſcopo, qui ordinavit ali-
quem in Presbyterum, non obſtante quòd talis
jam eſſet conſtitutus in ordine ſacro, id eſt Dia-
conatu, ad cap. *Inter cæteras, ſuprà de reſcript.* &
4 reg. *in alternativis, de reg. jur. lib. 6.* Unde incautè
Henriquez *in ſumm. lib. 10. de excommun. cap. 37.
dub. 2. 3. Contrarium*, dixit Epiſcopum poſſe oc-
cultè diſpenſare cum ſic promoto, ut ſine novo ti-
tulo ad altiores Ordines aſcendat, contra quem
eſt text. clarus hic ut ſuprà ponderatus: nam ſi
poſſet diſpenſare, utique ordinando, non incide-
ret in pœnam hic ſtatutam: quia, quod legitimè
factum eſt, pœnam non meretur, l. *Gracchus. C. Ad
legem Juliam de Adulteriis*: & ita in diſpenſatione
arguit gloſſa in cap. *Nihil, in ver. Ætatis, ſuprà de
elect.* Tenent igitur jura prohibere promotionem
ad quemlibet ordinem ſacrum ſine certo titulo,
& non ad Subdiaconatum tantùm. Sed & Con-
cil. Trident. in *c. 2. ſeſſ. 21.* diſtributivè, & in plu-
rali loquitur, videlicet, Ne quis Clericus ſæcula-
ris ad ſacros Ordines promoveatur, &c. Ex his
5 notabiliter infero, ut ſi quis ſine titulo ad ſacros
Ordines promoveretur à pluribus Epiſcopis, pu-
ta ad Subdiaconatum ab Epiſcopo domicilii, ad
Diaconatum ab Epiſcopo originis, & ad Presby-
teratum ab Epiſcopo beneficii juxta textum in c.
*Cùm nullus, de tempor. ordinat. lib. 6.* Quilibet horum
Epiſcoporum teneretur in ſolidum ei in neceſſa-
riis providere, & eſſet in optione ordinati hunc
vel illum convenire, aut illius ſucceſſorem vel
hæredes; ad quod vide quod ſcripſi in cap. *Cum ſe-
cundum Apoſtolum, in quinta ampliat. verſ. Sed rema-
net dubium, num. 39. infr. eod.* Cæterùm ſi ſacros Or-
6 dines quis ſuſcepiſſet ab uno tantùm Epiſcopo,
puta Beneficii, Epiſcopus domicilii, vel ordinis
non eſſent cogendi; quia hæc Decretalis, & d.
cap. *Cum ſecundum*, hac obligatione non devinci-
unt nisi ordinatores, vel ſucceſſores eorum.
7 Secundò nota, ibi, *neceſſaria*. Clerico ad Ordi-
nes promoto ſine certo titulo Ordinatorem te-
neri præſtare alimenta, id eſt cibaria, veſtitum, &
habitationem, ut l. *legatis, ff. de alim. & cib. le-
8 gat.* item medicinas, ſalarium medici, ſtratum, ſi-
ve lectum, & omnia ad victum neceſſaria, l. *Sicut
impendia ff. de uſufruct.* l. *Verbo victus ff. de verborum
ſignific.* & notat Bartol. in l. *Si cum dotem, §. Sin au-
tem, num. 9 ff. ſolut. matrimonio*, Jaſ. poſt alios in l.
*Cùm his, §. Qui tranſigit, n. 5. ff. de tranſact.* Et hæc ta-
xari debent ſecundùm facultates Epiſcopi, &
conditionem ordinati, l. *Cùm alimenta, ff. de alim.
9 & cib. legat.* l. *Plenum, §. 1. ff. de uſu, & habit.* & no-
tatur in cap. *De multa, infra eod.* cum aliis hic alle-
gatis in gloſſ. 2. atque ita hoc verbum, *neceſſaria*,
in hac ſpecie exponit Goffred. in d. cap. *Cum ſe-
cundum Apoſtolum.* Et poſt eum Hoſt. *n. 15.* Joan.
Andr. *num. 5. in ver. neceſſaria*, Butr. *n. 13.* Card.
*num. 9. in 18. notab.* & Abb. *num. 9* Petr. de Anchar.
in cap. *Non dicat, in 2. notab. ſuprà eod.* gloſſ. 2. *hic*
Butr. *num. 7.* & alii communiter. Et de Medici-
10 nis vide hic pleniùs per Anchar. *n. 5.* Obſervan-
dum eſt tamen tribus modis quæri poſſe de bene-
ficio aſſignando, ſecundùm Hoſtien. *in prad. De-
cretal. cum ſecundum, num.* 17. quem ſequitur ibi
Card. *in 4. quæſt.* & Joan. Andr. in cap. 1. *num. 3. in
11 verb. ſuſtan. infr. eod. lib. 6.* Primò quoad ordina-
tum ad ſacros ordines, qui conqueritur de Ordi-
natore, vel præſentatore, & tunc locum habet
quod dictum eſt ſuprà de victu, & veſtitu, & hoc
ſecundùm Joan. Andr. dici poteſt beneficium ne-
12 ceſſarium. Secundò, quoad Curatum Parochia-
lis Eccleſiæ, & tunc requiritur ut beneficium ſit
ſufficiens, id eſt quod ſibi, & ad minus uni Cleri-
co, vel pluribus ſecundùm quantitatem, & quali-
tatem Parochiæ ſufficiat in victu, & veſtitu, cap.
*Vtquunque Presbyter, ſuprà de vita, & honeſt. Cleric.* &
quoad hoſpitalitatem ſervandam, & jura Epiſco-
palia perſolvenda, ut in d. cap. 1. *de Præben. lib. 6.*
in cap. *De Monach. ſuprà eod.* & in c. *De ſupplen. ne-
glig. Prælatorum.* Item quod providere poſſit per-
ſonis conjunctis indigentibus, ut matri, amitæ,
vel ſorori ſi habeat, cap. 1. *ſuprà de cohabit. Cleric.
& mulier.* cum concord. de quibus ibi in gloſſ. *in
verb. Canones*, & de tali ſufficienter loquitur tex-
tus in cap. *Extirpandæ. infr. eod.* & Conc. Trident.
*cap. 13. ſeſſ. 24.* Tertiò quoad dignum, & egen-
tem pluribus beneficiis ratione nobilitatis, vel
13 ſcientiæ, qui pinguiora beneficia conſequi debet,
quàm ignobilis, & idiota, ut cap. *De multa, in fine*

infra eod. cum concord. de quibus per Hoſt. in d. c. Cùm ſecundum, n. 12. in ver. Qualitate. Qui tamen
14 n. 17. dicit hoc præcipuè locum habere cùm Papa ſcribit pro aliquo beneficiando in pluribus Eccleſiis, conſiderata qualitate perſonæ, ut in præallegato cap. De multa, & formam quam tunc dare conſuevit Curia, ponit ibidem Jo. Andr. ſuper ver. Ratio. Sed & facultates ipſius videntur conſiderandæ, l. Cùm plures, §. penult. ff. de adminiſtrat. tutor. Item honeſta conſuetudo patrisfamilias, arg. l. vel univerſorum ff. de pignorat. act. & l. Qui ſemiſſes, ff. de uſur. Ruſus mos patriæ in his omnibus ſpectandus eſt: nam etiam æqualibus perſonis minus beneficium ſufficeret in provincia Provinciæ, quàm in Anglia, ubi majores expenſæ fieri conſueverunt, ad hoc c. Quinque, 4. diſt. c. Cùm Apoſtolus, §. fin. infr. de cenſib. & c. Cæterum de donat. Potiſſimum habenda eſt ratio facultatum Eccleſiarum, quia providere coguntur, ut notatur in c. Quoniam, ſupra de vita, & honeſt. Clericorum. Ac demum alia attendi debent, quæ notantur in cap. Cùm adeo, ſuprà de reſcript. in gloſſ. in ver. Sufficientem.

15 Tertiò nota, Neceſſaria vitæ, & ſubſidium vitæ eſſe ſynonyma, & idem importantia. Unde infertur ut legatum ſimpliciter factum puellæ pro ſubſidio vitæ intelligatur factum pro alimentis, ut l. Filia, & ibi Baldus, C. de Patr. Poteſt. & tenet hic Dec. n. 11. & 12.

16 Quartò nota, Epiſcopum, qui ordinavit aliquem ad ſacros Ordines ſine titulo, non obligari ad alimenta ei ſubminiſtranda ſimpliciter, & abſolutè, ſed in ſubſidium duntaxat, videlicet cùm ordinatus de patrimonio vivere non poteſt, ut clarè probant illa verba. (Niſi talis de ſua, vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere.) Idem innuit littera ibi, vitæ neceſſaria. Ergo ſi dives eſt ordinatus, quod petit intus habet, ut arguunt Hoſt. in princ. Joan. Andr. n. 1. & ut inquit gloſſ. 1. in cap. Tuæ, infr. eod. Judicium ſibi manducant, & bibunt, qui de ſuo habent, & alienum re-
17 cipiunt, c. Quoniam quicquid 1. 6. q. 1. Idemque colligitur ex d. c. Tuæ, ubi Clerici non beneficiati habentes ex patrimonialibus unde vivant, licitè poſſunt ad ſacros Ordines promoveri, & per conſequens ordinator ex facto à jure permiſſo non eſt puniendus, ut dictum eſt ſuprà in 1. notab. n. 4. & tenet expreſſè Innoc. hic num. 1. dicens: Nota non cogi ordinatorem ordinato providere per Decretal. Cùm ſecundum, infr. eod. ſi patrimonio ſuſtentari valeat, arg. c. Paſtor, & c. Clericos, 1. qu. 2. idem firmat Hoſt. n. 1. in ver. Niſi; ubi ait ex hoc c. evidenter colligi, ut ordinato qualitercunque diviti, & qui ſibi poteſt ſufficere, non cogatur Epiſcopus providere; unde & talis poteſt ordinari nullo titulo aſſignato, ut in d. c. Tuæ, infr. eod. & ſequuntur Doctores infrà citandi, nu. ſeq. verſ. Sed oppoſitum.

18 Sed hic incidit quæſtio, An ad hoc ut Epiſcopus ſit ſolutus obligatione ſuppeditandi alimenta Clerico ad ſacros Ordines promoto ſine certo titulo, ſufficiat ut ordinatus habeat ex bonis patrimonialibus unde vivere poſſit; an verò requiratur ut fuerit expreſſè ordinatus ad titulum patrimonii. Joan. & Goffred. hic tenuerunt hoc non ſufficere, ſed oportere ut ad titulum patrimonii fuerit expreſſè ordinatus. Idemque inſinuat Innoc. n. 2. dum ait, Neceſſarium eſſe ut ordinator, & ordinatus expreſſè conſentiant ut de patrimonialibus vivat; alioquin poſſe ordinatum petere beneficium ab ordinatore, licèt propter hoc patrimonium ejus non fiat Eccleſiaſticum.

Sed oppoſitum cenſuerunt Tancred. & gloſſ. fin. exiſtimantes ſatis eſſe ut promotus habeat ex bonis patrimonialibus unde ſuſtentari valeat, quia intelligitur tacitè ordinatus ad titulum patrimonii; & hanc partem amplectitur Hoſt. n. 2. dicens opinionem Joannis, & Goffred. eſſe contra hunc text. & c. Cùm ſecundum, 1. reſponſ. verſ. Cùm enim à Clericis, & c. Tuæ, infr. eod. Idem tenet gl. 3. in c. Si Epiſcopus, infra eod. lib. 6. & conteſtione hic Jo. Andr. n. 2. in ver. Niſi talis, Anton. de Butr. in 2. notab. dicens: Nota quòd ad hoc ut ceſſet obligatio iſta, ſufficit Clericum habere patrimonium unde ſuſtentari poſſit, licèt non aſſignetur in titulum, Petr. de Anchar. in 3. notab. Abb. n. 2. in ult. notab. & Decius n. 6.

19 Verùm Cardinal. n. 7. in 7. q. dicit utramque opinionem eſſe veram: nam Clericus intelligitur tacitè ordinatus ad titulum patrimonii quoad excludendam actionem per conditionem hujus Capituli, & concordantium, id eſt quamvis non fuerit expreſſè ordinatus ad titulum patrimonii, tamen ſi verè patrimonium habeat unde vivere poſſit, non habet actionem ad alimenta contra ordinatorem, & hoc reſpectu intelligitur tacitè ordinatus ad titulum patrimonii, & ita procedit opinio Gloſ. Tancred. & Hoſt. ſed non cenſetur ad titulum patrimonii ordinatus quoad hoc ut patrimonium fuerit effectus titulus beneficii Eccleſiaſtici; & ſic procedit ſecunda opinio Joann. Goffred. & Innoc. Eamdem diſtinctionem ante Cardinal. poſuit Gloſ. Joannis Andr. in c. Si Epiſcopus, in ver. Titulum infr. eodem lib. 6. in additione, ubi ait: (Licèt ad obligationem, de qua hic loquimur, ſequar Tancred. & Hoſtien. non tamen dico patrimonium eſſe titulum, niſi expreſſè meritiſſe actû.) Et pro primo hujus diſtinctionis membro vide text. in cap. Poſtulaſti, ſuprà de reſcript. qui eſt Gloſ. Capituli Cùm ſecundum Apoſtolum, ubi habetur, Sedem Apoſtolicam per illam formam voluiſſe ſuccurrere neceſſitatibus pauperum clericorum. Ergo ſi ex bonis patrimonialibus habeant unde commodè vivere poſſint, non intendit cogere ordinatorem ad alimenta eis præſtanda.

20 Ex his infert Decius hic n. 7. ut ſi ordinatus tempore promotionis haberet patrem divitem, vel alium conjunctum, à quo poſſet exigere alimenta, non obligaretur Epiſcopus; & dicit hoc ſentire Imolam hic col. 2. verſ. Ultimò potes notare. Ad
21 quod facit, quia pauper non dicitur qui patrem habet divitem, ut c. 1. infr. de Magiſtr. ibi, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non poſſunt,
22 ſubtrahatur, & quia alimentum patris filii reputatur, ut notat gloſſ. in l. 2. in ver. Poteſtate, l. Qui ætate, lib. 10. Qua de re plura ſcribit Alex. in l. 1. in fin. ff. de liber. & Poſthum. ad idem confert. text. in c. Clericos, 1. q. 2. ibi, Quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. & cap. ult. ad finem 16. quæſt. 1. Quod tamen limitat Decius, num. 10. ut
23 procedat dummodò pater teneatur alimenta filio præſtare: forte quia filius propter dignitatem non poteſt ſibi propriis manibus victum quærere, ſecundùm ea quæ notantur per Bartolum in l. Si quis, §. 2. in ver. Sed filium, poſt gloſſ. in ver. Ut operis, ff. de libert. agnoſc. aliàs ſecùs, ut hic latius per eum.

24 Tu adverte; nam ſupraſcriptas Doctorum opiniones hodie non obſcurè ſuſtulit S. Trident. Synodus, in c. 2. ſeſſ. 21.

Primò enim dum ſtatuit, ne quis Clericus ſæcularis deinceps ad ſacros Ordines promoveatur, niſi priùs legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum pacificè poſſidere; patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint niſi illi, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum: apertè ſuſtulit diſpoſitionem cap. Tuæ, infrà eod. ſecundùm quam Clerici non beneficiati licitè poterant ad ſacros Ordines promoveri ad titulum patrimonii; quod etiam licebat in vim hujus Decretalis, ſecundùm intellectum Joan. Andr. & Doctorum exponentium verba illa, certo titulo, ſcilicet beneficii, vel patrimonii: nam hodie ſolùm beneficium eſt titulus legitimus ad ſacros Ordines; patrimonium verò non niſi diſpenſativè, quemadmodum etiam aliàs declaravit ſacra Congregatio ejuſdem Concilii Interpres. Et propterea Concilium utitur illis verbis, Statuit ne deinceps, quæ oſtendunt hanc proviſionem eſſe jus novum, ut notat gloſ. in Clem. 1. in ver. Deinceps, de Regular. Ideoque colligitur ex dictione illa, poſthac, quæ idem importat quod deinceps, ſeu de cætero, ut l. Si quis poſthac,
25 C. de bon. Proſcriptor. Ruſus Concil. ibidem correxit opinionem gloſſ. Tancred. & Hoſt. de qua ſuprà in 18. verſ. Sed oppoſitum, qui dixerunt Clericum, ſi patrimonium habeat, ordinari poſſe, etiam nullo titulo aſſignato, & tacitè ad titulum patrimonii ordinatum cenſeri: nam poſt Concilium non ſufficit ut habeat patrimonium, ſed exigitur ut expreſſe ad patrimonii titulum ordinetur diſpenſativè ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccle-
26 ſiæ. Ad hæc dum Conc. in verſ. Ea quoque diſpoſuit ut priuſquam Clerici ordinentur ad titulum patrimonii, conſtare debeat patrimonium illud verè ab eis obtinendum: ſatis clarè improbavit opinionem Imolæ, & Decii, exiſtimantium Clericum poſſe ad ſacros Ordines jure promoveri, ſi patrem habeat divitem, ut dictum eſt ſuprà n. 20. Quandoquidem patrimonium patris non eſt patrimonium filii, verè, ſed interpretativè, ſeu per quandam juris fictionem, ſecundùm quam pater, & filius cenſentur una, & eadem perſona, c. Contradicimus, §. Hac ac veritate, 35. q. 3. ut notat gloſſ. præallegata in l. 2. in ver. Poteſtate, C. de his, qui ætate ſe excuſant, lib. 10. At ex Conc. hujuſmodi præſumptio, ſeu fictio non ſufficit, quemadmodum nec ſufficit ut pater teneatur filio ad alimenta: ſed exigitur ut promovendus patrimonium illud
27 verè obtineat. Obtinere autem non dicitur, qui actionem habet, vel jus ad rem, ſed qui habet jus in re, & legitimè poſſidet, ut notat Archid. in c. Si gratiosè, num. 1. verſ. Nam cùm non habeat jus in re, de reſcript. lib. 6. & Alberic. in Dictionar. in ver. Obtinere, ſicut habere, eſt cum effectu habere, ut l.
28 Nomen filiarum, §. Habere, ff. de verbor. ſignif. Et adverbium illud, verè, fuit appoſitum à Concil. ad hujuſmodi fictiones excludendas: nam veritas, & fictio opponuntur, ut l. Qui in utero, ff. de ſtatu hom. & l. Si pater familias, §. Quidam ff. de adop. & aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali; quod pluribus exornat Oldrad. conſ. 67. Quæſtio talis eſt, num. 4.





verſ. Hac autem multum refert. Præſertim verò, quia Concilium paulò poſt adjecit, ut patrimonium illud deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari non poſſit, quæ verba non conveniunt niſi bonis verè aſſignatis in titulum, non autem bonis paternis, quorum pater liberam habet diſpoſitionem, l. Cùm oportet, & l. Cùm non ſolùm, C. de bon.
29 quæ liber. Ac demum dum Concilium in d. cap. 2. ſeſſ. 21. in extremis verbis innovavit pœnas antiquorum Canonum, C. Id eſt hujus. c. & c. Cùm ſecundum, infr. eod. non autem, cap. Neminem, & cap. Sanctorum, 70. diſtinct. ut S. Congregatio declaravit, videtur ſuſtuliſſe opinionem Hoſtien. Joann. Andr. Butr. & aliorum, de quibus ſuprà num. 18. verſ. Sed oppoſitum, qui dixerunt ad hoc ut Epiſcopus eximatur à pœna, ſeu obligatione præſtandi alimenta, ſufficere ut Clericus habeat patrimonium unde ſuſtentari poſſit, licèt ad illius titulum non fuerit ordinatus. Hodie enim hoc videtur corrigi, quia cùm patrimonium non ſit titulus ad ſacros Ordines niſi diſpenſativè, ex eo quòd Clericus habeat unde vivat, non videtur ſatisfactum Concil. quod voluit neminem ordinari niſi ad titulum beneficii, excepta cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiarum; & conſequenter cùm Epiſcopus non ſervaverit formam hoc præſcriptam, videtur incidiſſe in pœnam, de qua hic, & in d. cap. Cùm ſecundum, à Concilio innovatam; & ſic obligari ad providendum ordinato de competenti beneficio Eccleſiaſtico, ne alioquin inveniatur Clericus ad ſacros Ordines promotus ſine titulo beneficii, nulla ſubſiſtente cauſa neceſſitatis, vel commoditatis Eccleſiæ, tutius tamen eſſet ſuper hoc dubio S. Congregationem conſulere.

30 In gloſſ. fin. nota diligenter hanc gloſ. & ex ea collige bona patrimonialia, ad quorum titulum Clericus eſt ordinatus, gaudere privilegiis bonorum Eccleſiæ; prout hanc gloſ. ad hoc ponderat Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, nu. 10. de Conſtitut. Et Dec. hic num. 20. rationem aſſignat gloſſ. quia talis de foro Eccleſiæ factus, licèt non habeat Eccleſiam: & allegat jura in cap. Eccleſiarum ſervos, 12. q. 2. & cap. Sunt, 16. q. 1. Sed hæc ratio, & jura allegata includunt quoad privilegium in perſona
31 non autem in rebus. Abb. verò hic n. 4. dicit hoc ideo eſſe, quia bona ſunt acceſſoria ad perſonam, & propter prærogativam perſonæ ſæpè privilegiantur bona, ut l. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. melior text. eſt in cap. Similiter, 16. q. 1. Verùm hæc ratio Abbatis generalis eſt ad omnia bona patrimonialia Clericorum, quæ tamen non gaudent privilegiis rerum Eccleſiaſticarum, niſi in caſibus expreſſis in jure, ut dicam infrà num. 35. & ſeqq. & econtra nimis ſtricta eſt alia ratio, quam reddit gloſſa in cap. Ex litteris, in ver. Obligata, infr. de pignor. ait enim res Clericorum propterea gaudere eod. privilegio, quo res Eccleſiæ, juxta text. in d. cap. Similiter, 16. q. 1. quia ſunt obligatæ Eccleſiæ, ſi malè adminiſtraverint. Hanc enim rationem meritò refellunt hic Butr. num. 8. & Abb. num. 4. nam ſi ratio gloſſ. procederet, ſequeretur ut Clericus non habens beneficium non gauderet illo privilegio: Dic ergo veram rationem eſſe, quia patrimonium, ad cujus titulum Clericus eſt promotus, ſubrogatur in locum beneficii, & ideircò ſapit illius naturam, §. Fuerat, inſtit. de action. cum ſimilibus, ut latius dicam infr. n. 43.

33 Ad unum tamen adverte, quia dum gloſſ. noſtra dicit patrimonium clerici ordinati ſine titulo beneficii gaudere privilegio bonorum Eccleſiæ; etiamſi patrimonium illud non fuerit ei expreſsè aſſignatum in titulum, hoc à DD. non admittitur; quia ad hoc ut patrimonium clerici gaudeat generaliter, & indiſtinctè privilegiis bonorum eccleſiaſticorum, requiritur ut clericus ad illius titulum fuerit expreſsè ordinatus, ſecundùm opinionem Joan. Goffred. & Innoc. *hic*, & gloſſ. in cap. *Si Epiſcopus, in ver. Titulum, inf. eodem lib. 6.* quæ à Doctoribus communiter recipitur, ut patet ex dictis *ſuprà num. 19.* & ſuſiùs patebit ex his, quæ dicentur infrà in præludiis quæſtionum ſubſequentium.

34 Sacra Congregatio ſuper Bono Regimine conſuluit S. Congregationem Concilii ſuper dubiis infraſcriptis.

Primò, Clericus ordinatus ad titulum beneficii reſignavit illud non conſtituto ſibi auctoritate Principis, vel Ordinarii certo patrimonio, ſed ſolùm narrato in reſignatione quod habebat patrimonium ſufficiens ad vitam.

Quæritur, an hoc patrimonium in totum, vel pro aliqua parte, & pro qua conſequatur immunitates conceſſas patrimonio, ad cujus titulum clericus ordinatur.

Secundò, Clericus ordinatus ad titulum patrimonii conſequitur beneficium ſufficiens ad vitam.

Quæritur an dictum patrimonium amittat immunitates ei conceſſas in ordinatione.

Tertiò, Clerico ordinato ad titulum patrimonii fuit conceſſum privilegium particulare reale ob oneribus cameralibus, donec conſequatur beneficium: obtinuit beneficium, & poſteà illud dimiſit.

Quæritur, an dictum privilegium, quod ceſſavit per aſſecutionem beneficii redeat ad primævam ejus naturam per ejuſdem beneficii dimiſſionem.

35 Pro clariori ſolutione harum dubitationum præmittendum eſt bona patrimonialia clericorum hoc differre à bonis, ad quorum titulum clerici ordinantur, quòd illa non gaudeant privilegiis bonorum Eccleſiæ, niſi in caſibus à jure expreſſis, & hoc pro regula conſtituunt, Anton. de Butr. Imol. & Abbas in c. *Si diligenti, de præſcript.* Rom. in l. *Vſucapionem, ff. de uſucap.* Felin. poſt alios in c. *Eccleſia S. Mariæ, ſuo num. 8. verſ. Sed ubi ſumitur, de Conſtitut.* Andr. Barbat. *ibidem n. 50.* & Decius *hic n. 18.* qui teſtatur hanc eſſe communem
36 opinionem: ideoque bona patrimonialia clericorum præſcribuntur ſicut bona laicorum, ut notat gloſſ. 1. in c. *Poſſeſſiones, 16. q. 4.* Roman *ſing.*
37 463. Butr. & Abbas in d. c. *Si diligenti.* Rotius in his bonis non competit clerico reſtitutio in integrum, ſicut competit in bonis Eccleſiæ, ut notat Specul. *in tit. de reſtitut. in integrum, §. Qualiter, verſ.*
38 *Sed nunquid,* & gloſſ. 2. in Clem. 1. *eodem tit.* Item poteſt clericus de his propria auctoritate compromittere etiam in laicum, quod non poteſt de Eccleſiaſticis, gloſſ. 2. in d. c. *Si diligenti*, ac plura alia exempla congerunt, Abb. & Felin. *loc. cit.*

39 At verò bona, ad quorum titulum clerici ordinantur, habent indiſtinctè omnia privilegia, & exemptiones, quæ competunt bonis Eccleſiæ, in quorum locum ſunt ſubrogata, gloſſ. *fin. hic* Felin. in d. c. *Eccleſia S. Mariæ, num. 10.* ubi aſſerit hæc bona gaudere privilegiis bonorum Eccleſiæ, etiam in caſibus à jure non expreſſis; quia cùm ſubrogentur loco beneficii, non videtur deinceps eſſe ſimplex patrimonium temporale, & profanum, ſed quædam quaſi ſpiritualis merces, & præmii pro ſervitiis altari exhibendis, quod latius proſequitur, & ab objectis tuetur Anton. Burgoſ. *in repetitione ejuſdem c. num. 130. & ſeq. verſ. Limitant moderni.*

40 Atque inde fit, ut bona patrimonialia licèt poſſit clericus alienare, etiam inconſulto Ordinario, aliud tamen ſit ſi ad eorum titulum fuerit ordinatus, quia tunc cenſentur effecta quaſi dotalia, atque alienari non poſſunt abſque ſolemnitatibus, &c. ut docuit Hoſt. in c. *Tuis, n. 1. infr. eod.* quem ibi ſequuti ſunt Joan. Andr. *n. 6. verſ. Hoſtien. dicit,* Cardin. Zabarel. *num. 3. verſ. Septimo quæro,* Butr. & Anchar. *in fin.* & Imol. *n. 11.* ubi teſtatur de communi, Jo. de Anania *n. 6. verſ. An autem iſte Clericus,* Anton. Burgoſ. poſt alios in d. c. *Eccleſia S. Mariæ, n. 144. de Conſtitut.* Quod clarius hodie eſt ſancitum decreto Concilii Trid. *cap. 2. ſeſſ. 21.*

41 Caſus autem à jure expreſſi, in quibus bona patrimonialia clericorum bonis Eccleſiaſticis æquiparantur, ſunt immunitas à collectis, atque à juriſdictione ſæculari, privilegium fori, & alii plures, quos cumulat Felinus in d. c. *Eccleſia S. Mariæ, n. 7. & ſeq.*

42 Cæterùm quoad immunitatem à collectis, etſi inſpecta juris communis diſpoſitione nulla ſit differentia inter alia bona patrimonialia Clericorum, & bona, ad quorum titulum Clerici ſunt ordinati, ſed omnia indiſtinctè ſint immunia ab illarum exactione, ut proximè dictum eſt, ut probatur in c. 1. *de immunit. Eccleſ. lib. 6.* & in c. *Quamquam, de cenſibus, eod. lib.* tamen ſtantibus Bullis Pauli III. & Pauli IV. Clementis VIII. Pauli V. & aliorum Summorum Pontificum revocatoriis quarumcunque exemptionum, & immunitatum à ſolutione onerum cameralium, S. Congregatio ſuper Bono Regimine ſæpiùs mandavit adſtringi Eccleſiaſticos, & alios privilegiatos ad ſolutionem hujuſmodi onerum, niſi libertatem præſcripſerint, præterquam ex bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clerici ad ſacros Ordines ſunt promoti.

Quod tamen non modicam patitur difficultatem, quia revocationes hujuſmodi non afficiunt exemptiones, quæ de jure competunt Eccleſiaſticis, prout expreſsè declaravit Paulus V. in Conſtitutione ſua, quæ incipit, *In maximis*, in Bullar. *tom. 3. pag. 188.* ibi, *Volumus autem, ac declaramus noſtræ intentionis non eſſe revocare exemptiones, & immunitates quibuscunque perſonis Eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quàm Regularibus de jure competentes.*

Nec tolli obicem, quòd ordinationes, ut præfertur, editæ à S. Congregatione referri debeant ad onera, quæ copulativè ſunt certa, realia, & invariabilia, à quorum ſolutione Eccleſiaſtici non ſunt exempti, ut in deciſ. Rotæ in cauſa Brudusina gabellæ coram Pennia cū ſuis concord. quam ſæpiùs probavit S. Congregatio ſuper controverſiis juriſdictionalibus. Quoniam ſi tales ordinationes ita eſſent intelligendæ, à ſolutione prædictorum onerum non fuiſſent excipienda bona, ad quorum titulum Clerici ſunt ordinati; quia ſolutioni illorum etiam hæc bona ſunt obnoxia, perinde ac bona Eccleſiarum, ut in præallegat. deciſ. Verùm quicquid ſit in hac diſputatione ſupponenda eſt differentia inter patrimoniū, ad cujus titulum clericus eſt ordinatus, & alia bona patrimonialia clericorum, ut illud quidem ſit immune à ſolutione onerum Cameralium, hæc autem non item.



43 Atque hoc ſuppoſito, ad primam quæſtionem videtur reſpondendum, patrimonium illud, quod remanet clerico beneficium reſignanti, conſequi immunitates conceſſas patrimonio, ad quod clericus ordinatur pro ea tantùm parte, quæ ad congruam clerici ſuſtentationem ſufficiat. Nam etſi
44 Concilium d. c. 2. *ſeſſ.* 21. tantùm diſponat, ut beneficium, ad cujus titulum clericus eſt promotus, reſignari nō poſſit niſi conſtito, quod ipſe aliundè commodè vivere poſſit, nec ulterius procedat, arctando ordinarios ad certū patrimoniū pro titulo reſignanti conſtituendum: tamen bona illa, quæ ex Concilio debet habere Clericus reſignans, videntur ſuccedere loco tituli, etiamſi hoc Epiſcopus non declaraverit; alioquin Concilium minimè proſpexiſſet decori Ordinis clericalis, quia Clericus dimiſſo beneficio poſſet poſteà bona illa ad libitum alienare, ſi loco tituli non ſuccederent, ſecundùm opinionem Hoſt. & communem in d. c. *Tuis, infrà eod.* atque ita cogeretur aut cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, contra expreſſam rationem, *d. c. 2.* Accedit quòd cùm de jure communi bona Clerici ſimpliciter ordinati non ſubrogentur loco tituli, niſi quoad hoc, ut Clerico non competat conditio adverſus Epiſcopum ordinantem, ex communi ſententia in d. c. *Tuis*, & in d. c. *Eccleſia S. Mariæ, de Conſtitut.* ut dictum eſt *ſuprà, n. 19.* ſupervacaneum eſſet hac in parte Trid. Conc. decretum, ſi nihil adderet diſpoſitioni juris communis. Quamobrem ut Clericorum dignitati ſatis conſultum ſit, & Concilii proviſio in re tam neceſſaria inanis non videatur, ea bona quæ ſuperſunt Clerico beneficium reſignanti, intelligi debent ſubrogari in locum tituli inalienabilis, licèt Epiſcopus id non expreſſerit, ad hoc optimus, text. in l. *Si donatæ, §. 1. ff. de donat. inter virum, & uxor.* & in l. *Filia, §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.*

45 Hæc autem ſubrogatio, cùm fiat juris interpretatione, intelligenda eſt fieri pro ea tantùm parte, quam jus requirit; pro ea nimirùm, quæ ad vitam Clerici congruè ſuſtentandam ſit ſatis. Neque enim aliud exigit Concilium in d. *cap. 2.* Et ſubrogatio legis cenſetur fieri cum omnibus qualitatibus, & conditionibus ejus, in cujus locum fit, l. 1. §. *Hæc actio,* & ibi notat Bartol. *ff. Si quis teſtam. liber. eſſ. juſſ. fuer.* Jaſon. in l. *Licèt Imperator. num. 25. ff. de leg. 1.* Quæ autem dicatur congrua ſuſtentatio, & ad quam rationem taxari debeat, prolixè explicatum eſt *ſuprà in 2. notab. n. 8.*

46 Secundæ quæſtionis ſolutio ex eo videtur pendere, An beneficium, quod conſequitur Clericus promotus ad titulum patrimonii, ſuccedat loco tituli, ita ut ex Concilio reſignari non poſſit. Nam ſi ſuccedit, patrimonii titulus extinguitur per acquiſitionem alterius tituli Eccleſiaſtici; ſicut dicimus de novatione, quæ priorem obligationem extinguit, & in aliam transfundit, l. 1. *ff. de novat. & de obligatione Epiſcopi ordinantis aliquem ſine titulo,* quæ extinguitur, eo ipſo quòd ordinatus aſſequitur beneficium, ut hic, & in *cap. Cùm ſecundum, inf. eod.* Sin autem beneficium non ſuccedat loco tituli; tunc patrimonium, ad cujus titulum Clericus eſt promotus, retinebit ſua jura, & privilegia, arg. leg. *Sancimus, C. de teſtam.* Videtur autem dictum beneficium non ſuccedere loco tituli, quia cùm Clericus habeat titulum patrimonii ex proviſione hominis, ceſſat titulus beneficii ex proviſione legis, l. *fin. C. de pact. convent.* cum ſimil. Ac præterea Concilium juſſit clericos ordinari cum titulo ſufficienti, ne cogerentur mendicare in opprobrium Ordinis clericalis. Quæ ratio ceſſat, ubi Clericus eſt jam promotus ad titulum patrimonii inalienabilis; ac proindè nulla ratio ſuadet, ut beneficium intelligi debeat ſubrogari in locum patrimonii, ad cujus titulum Clericus promotus fuerat. Quam interpretatio-
47 nem ſæpiùs videtur ſequuta S. Congregatio Concilii. Aliquando enim cenſuit decretum d. *cap. 2. ſeſſ. 21.* dum prohibet reſignationem beneficii, ad cujus titulum quis fuit ordinatus, non comprehendere reſignationem illius beneficii, quod poſtea conſequutus eſt Clericus jam promotus ad titulum patrimonii, ſed patrimonium ipſum remanere inalienabile. Ergo ex ſententia S. Congregationis beneficium illud non eſt loco tituli, neque extinguit antecedentem titulum patrimonii, & conſequenter patrimonium non amittit proptereà immunitates ei conceſſas in collatio-
48 ne Ordinum. Aliquando etiam reſpondit patrimonium alienari non poſſe ſine licentia Epiſcopi etiamſi promotus adeptus ſit beneficium ſufficiens, *&c.* Ergo titulus patrimonii ex S. Congregatione non extinguitur per aſſecutionem beneficii; Nam ſi extingueretur, alienari poſſet etiam Epiſcopo inconſulto, ex communi ſententia in d. c. *Tuis, infr. eodem* ut patet ex dictis *ſuprà num. 41.* Cujus quidem deciſionis potiſſima ratio fuit, quia ſi Clericus adepto beneficio alienare poſſet patrimonium ſine licentia Epiſcopi, poſſet poſteà etiam beneficium illud reſignare in fraudem Concilii, quia decretum d. *cap. 2.* non arctat clericum reſignantem, niſi ad faciendam mentionem, quòd ad illius beneficii titulum ſit promotus. Hoc autem caſu clericus poſſet tutò ſubjicere ſe fuiſſe promotum ad titulum beneficii, quod poſtea adeptus fuit; quia utcunque ſuccederet in locum tituli, ſemper tamen verum eſſet eum non fuiſſe promotum ad illum titulum, ſed ad titulum patrimonii, atque ita clericus utroq; titulo deſtitutus cogeretur mendicare in opprobrium Ordinis clericalis, quod tantoperè abhorrent ſacri Canones, ut c. *Diaconi ſunt, 93. diſt.* & c. *Poſtulaſti, ſuprà de reſcript.* Quare huic interpretationi favet expreſſa mens Concilii. Verba autem non adverſantur, quia illorum ſenſus non eſt ut bona, quæ ſine licentia Epiſcopi prohibentur alienari, donec ordinatus beneficium eccleſiaſticum ſit adeptus, alienari deindè poſſint ſine licentia Epiſcopi; ſiquidem verba illa, *ſine licentia Epiſcopi*, poſita ſunt ad oſtendendam differentiam, quæ conſtituitur inter eadem bona, antequam clericus ſit aſſecutus illud beneficium, & poſtquam illud aſſecutus eſt, ut priùs quidem nec de ipſius Epiſcopi conſenſu poſſint alienari, poſteà verò poſſint, ſed de conſenſu Epiſcopi tantùm. Alioquin ſi alius eſſet dictorum verborum ſenſus, ſequeretur ut dum Concilium prohibet clerico alienationem patrimonii ſine licentia Epiſcopi, donec beneficium ſit adeptus, cenſeretur

à contrario ſenſu illam permittere de Epiſcopi li-
49 centia. Quod eſſet maximè abſurdum. Neque ob-
ſtat quod titulus patrimonii non ſit titulus ad Ordines niſi diſpenſativè, eò quòd non poſſint Clerici indiſtinctè ordinari ad ejuſmodi titulum, ſed illi tantum, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum, ut ſtatuitur in *d. cap. 2.* Ex conſequenter per aſſecutionem beneficii, qui eſt titulus approbatus à ſacris Canonibus, prior titulus minus Canonicus, & ſubſidiarius extinctus cenſeri debeat, arg. §. *Sciendum, inſtit. de ſatisdat. tutor.* l. 1. *& per totum ff. de Magiſtrat. convent.* Nam objectum tollitur, quia Concilium *d. cap. 2.* non conſtituit differentiam, an clericus promotus ad titulum patrimonii aſſequatur beneficium eccleſiaſticum vel aliud ſufficiens habeat unde vivere poſſit: imò utroque caſu permittit clerico alienationem patrimonii; loquitur enim alternativè, ut patet ibi, *remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant unde vivere poſſint.* & ſic ſufficit alterutrum verificari, ut c. *Inter caetera, de reſcript.* & regula *in alternativa, de regul. jur. lib. 6.* Ergo quemadmodum per aſſecutionem aliorum bonorum non extinguitur prior titulus patrimonii; ita nec per aſſe-
50 cutionem beneficii. Neque enim titulus patrimonii eſt ſubſidiarius, niſi cùm agitur de clerico promovendo: Eo enim caſu ordinari non debet, niſi pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiae;
51 ſecus ſi etjam promotus. Concilium non improbat tituli commutationem; quinimò ex Concilio permittitur tranſitus à titulo beneficii ad titulum patrimonii, ut ibi, *Neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito quod aliunde vivere commodè poſſit.*
52 Ad tertiam quaeſtionem videtur reſpondendum ſpeciale privilegium, quod ceſſavit per aſſecutionem beneficii, minimè reviviſcere per e-
53 juſdem beneficii dimiſſionem. Nam verba illa, *donec conſequatur beneficium*, cùm ſint collata in incertum eventum, faciunt conditionem, Bartol. in l. 1. *in princ. in 6. col. ff. de condit. & demonſtrat.* Jaſon
54 in l. *Sufficit, num. 5 ff. de condit. indeb.* Conditionem verò ſufficit aliquo momento temporis impleri, licet implementum non duret, l. *Si quis heredem*, ubi omnes notant, *C. de inſtit. & ſubſtitut.* l. *in ſubſtitutione ff. de vulgar. & Pupillar.* Anton. Gabriel. poſt alios *lib. 4. comm. concl. tit. de fideicomm. concl.*
55 7. & 8. Ideoque legatum factum alicui cùm filios habuerit, debetur nato filio, nec quicquam obeſt ſi is decedat, text. in l. *Cùm avus.* Et ibi Bald. & Salycet. C. *quando dies legati cedat.* Vel certè, ut placuit Bald. *conſ. 413. Quod dicta Conteſina, lib. 1.*
56 *in princ.* dictio illa *donec*, non conditionem, ſed terminum temporis importat; ac proinde privilegium clerico conceſſum donec beneficium aſſequitur, non perdurabit, niſi uſque ad illius aſſecutionem. Neque enim eſt privilegium perpetuum, ſed temporale, & limitatum uſque ad actum conſecutionis beneficii; atque hoc pacto arguit Dec. *conſ. 14. viſa prohibitione ſub num. 11.* & Caſt. *conſ. 184. n. 2. verſ. Colligitur inſuper, lib. 2.* Ac propterea cùm privilegium fuerit ſublatum per beneficii aſſecutionem, non redibit ad primaevam ejus naturam per dimiſſionem ipſius, quia jus ſemel extinctum non reviviſcit, l. *Qui res,*
57 *§. Aream, ff. de ſolut.* & cap. *Quaeri, de conſecrat. diſtinct. 4.* Petr. de Anchar. *conſ. 38. mortua d. Domina, num. 3.* & quia intereà eſt jus quaeſitum Camerae in exigendis oneribus, quod non poteſt auferri per dimiſſionem voluntariam beneficii, atque ita cùm jus non modò quoad clericum ſit peremptum, verùm etiam ad alios devolutum: nunquam reviviſcit, ut ibidem animadvertit An-
58 char. Ideoque in ſimili videmus eum, qui fidejuſſit judicatum ſolvi, donec lata fuerit ſententia diffinitiva; lata ſententia abſolutoria liberari, nec poſteà obligationem reviviſcere per ipſius ſententiae revocationem; quia cùm principalis fuerit ſemel abſolutus, & ſic quaeſita fuerit liberatio fidejuſſoris, condemnatio poſtea ſubſequens non poteſt jus illi quaeſitum auferre. Caſus eſt in l. *fin. ff. de pactis*, ubi ita concludunt Bar. & DD. & fuſe conſulit Socin. *conſ. 91. Concludo, per totum*
59 *volum. 4.* Neque obſtat quòd diſpoſitio ita demum verificetur in primo actu, ſi actus effectum ſortitus fuerit, ſecundum gloſſ. quae communiter
60 recipitur in l. *Qui per ſalutem, §. Hoc ſermone, ff. de jurejur.* Nam reſpondetur hoc procedere in diſpoſitione hominis, ut in caſu praeſenti; ſufficit enim in illo caſu ut diſpoſitio verificetur in primo actu, licet talis actus non duret, vel non ſortiatur effectum. Ita declarat Bald. in l. 1. *quaeſt. 4. C. de his qui pæn. nomin.* & Socin. *d. conſ. 91. num. 4.* Etenim ad diſſolutionem obligationis ex parte Camerae ſufficit primum unicum implementum, aſſecutionis ſcilicet beneficii, licet implementum non
61 duret, ut inquit Anchar. *conſ. 404. Tria dubia, num. 6.* Praeſertim verò quia cùm hoc caſu implementum ceſſet facto ipſius clerici, qui potuit non dimittere, non datur ſibi regreſſus ad jus ſemel extinctum, ut in terminis clerici beneficium ſponte dimittentis probat Archid. in cap. *Non poteſt, de Praeben. in 6.* & confert doctrina Bald. in l. *Si quis heredem, verſ. Item facit ad quaeſtionem, C. de inſtit. & ſubſtit.* ubi docet non ſufficere conditionem ſemel extitiſſe, quando implementum non durat facto, & culpa illius, qui implevit. Et Bald. ſequitur ibi Salycetus *circa finem*, Et Alex. *col. 2. verſ. Tangit etiam Bald.* & alii, quos cumulat Gabriel. *comm. concl. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. concluſ. 8.*
62 *num. 3.* Quae omnia ſatis etiam comprobantur ex tenore ipſius privilegii, quod cùm ſupponatur conceſſum ſub his verbis, *donec Clericus beneficium conſequatur*; nulla videtur habita ratio retentionis beneficii, ſed aſſecutionis tantùm, quae tractum ſucceſſivum non habet, ſed unico momento perficitur. Bald. in l. *fin. col. 2. in 2. notab. C. de ind. jud. toll.* Gabr. *loc. cit. n. 6.*
63 Fateri tamen oportet hanc materiam eſſe ſatis dubiam: Nam jus ſemel extinctum ex certa ratione, vel cauſa, reviviſcit ratione illa, vel cauſa ceſſante, ut reſpondit Abbas *conſ. 3. Notar. ſub num. 8, col. 14. verſ. Nec obſtat, juncta fin. illius quaeſt. 17. lib. 1.* In caſu autem praeſenti privilegium immunitatis ab oneribus Cameralibus donec clericus aſſequatur beneficium ſufficiens, fuit conceſſum ea tantùm ratione, quia adepto beneficio ad vitam ſufficienti, clericus habet unde vivere poſſit, etiamſi ejus patrimonium ſit obnoxium impoſitionibus Cameralibus. Haec autem ratio ceſſat dimiſſo beneficio; quia eo caſu clericus non haberet unde viveret, vel cogeretur cum Ordinis dedecore mendicare, ſi ejus patrimonium ab oneribus Cameralibus



libus abſorberetur, vel minueretur. Ac proinde ceſſante hujuſmodi cauſa extinctionis privilegium
64 redibit ad primaevam ejus naturam. Et confirmatur, quia non ſat eſt conditionem momento extitiſſe, ubicumque conſtat diſponentem voluiſſe ut perduraret. Ang. *conſ. 159.* Conradus Albert. *n. 3.*
65 *col. 4. verſ. Nec etiam obſtat.* Ad haec ubi factum, vel caſus poſitus in conditione requirit effectum juris prout ſi in conditione eſt, ſi teſtamentum fecerit, ſi conſul fuerit, ſi matrimonium contraxerit, ſi monaſterium intraverit, cujus generis videtur eſſe etiam haec, ſi beneficium aſſequutus fuerit, utique ſi factum non duret, vel effectus juris non ſequatur, conditio non eſt impleta, nec ſufficit, ut ſemel extiterit, niſi perſeveret, ut tradit Ang. *d. conſ. 159. num. 3. verſ. Quandoq; in conditione, & n. ſeq.* ubi plura congerit exempla ſimilia. Quod pro-
66 cul dubio procederet ſi dimiſſio beneficii non eſſet voluntaria, ſed coacta, puta ratione infirmitatis perpetuae, inimicitiarum, vel praecepti ſuperioris; ex ſingulari doctrina Anchar. *conſ. 404. n. 8.* cujus verba haec ſunt: (Iſta multum differunt, facere actum voluntarium, vel coactum, ſive neceſſarium: iſtis enim qui neceſſariò actum faciunt, ſemper eſt à jure ſuccurrendum, ut remaneant ſine damno; aliis non ita, ut l. *Fidejuſſor, §. Si neceſſaria, ff. Qui ſatisd. cogan.* Sic ergo huic reſignanti videtur à jure ſubveniendum, ut ſi beneficium, quod vigore gratiae conſequutus fuerat, facto legis animatae, id eſt Papae, amiſit, ad ſuam gratiam priſtinam etiamſi extincta fuerit, ipſo jure redeat, ut ſervetur illaeſus, c. *Si beneficia de praeb. lib. 6.* ubi ad jus etiam
67 per renunciationem extinctum quis revertitur, ſi illud, quod obtinuit, facto Papae perdidit, ſive amiſit. Pro hoc etiam facit natura reſcriptorum, quando enim facto legis, vel judicis de novo quaeſitum reſcinditur, ſemper ad antiquum quis revertitur ipſo jure. Et *infr.* ſi ſemel beneficio Principis beneficium conſequutus ſim, & illud *facto* ejus amitto, aequum eſt me ad meam gratiam ipſo jure reintegrari: nam ſicut à beneficio Principis receditur, cùm incipit eſſe iniquum, c. *Suggeſtum de decim.* ita è converſo, ſi revocatio extinguitur, debet beneficium reviviſcere. Haec Petr. de Anchar. qui hoc modo conciliat opiniones Archid. & Jo. And. in d. c. *Non poteſt. de Praeben. in 6.* Itaq; in hac 3. quaeſt. nihil putarem generaliter reſpondendum, ſed inſpiciendas rationes, ac verba cujuſque privilegii, an Clericus ſponte dimiſerit, an coactus, an remaneat pauper, an dives dimiſſo beneficio; atque ita in ſingulis caſibus rerum, ac perſonarum qualitatibus maturè conſideratis deliberandum, & ita reſponſum ad ſingula ſuperius propoſita.

## DE PRAEBENDIS.

### *Cap. Quia in tantum.*

*SUMMARIUM.*

1 *Epiſcopi permittere non debent quem plures Eccleſias, vel praebendas obtinere.*
2 *Beneficiorum pluralitas quibus ex cauſis improbetur.*
3 *Ambitio quid ſit.*
4 *Ambitioſus quas pœnas incurrat.*
5 *Beneficia plura obtinere abſque rationabili diſpenſatione an ſit peccatum mortale, & nu. ſeqq. uſq. ad num. 20.*
6 *Opinionum diverſitas circa pluralitatem beneficiorum, an excuſet à peccato.*
7 *Praebendas plures obtinere, an ſit prohibitum jure divino.*
8 *Et an jure naturali.*
9 *Beneficiorum pluralitas quas habeat deformitates, & inordinationes.*
10 *Et quibus ex cauſis hujuſmodi deformitates evacuentur vel augeantur, & nu. ſeqq.*
11 *Diſpenſatio ad jus naturale non pertinet.*
12 *Beneficia plura obtinere etiam ex legitima cauſa jure eccleſiaſtico non licet abſq; diſpenſatione.*
13 *Diſpenſatio ad plura beneficia ſine rationabili cauſa non reddit tutum diſpenſatum quoad Deum.*
14 *Diſpenſatio irrationabilis diſſipatio dicenda eſt.*
15 *Papae voluntas in diſpenſationibus habetur pro ratione.*
16 *Declaratur.*
17 *Conſuetudo nutriens pluralitatem beneficiorum non valet.*
18 *Conſuetudo obtinendi plura beneficia ſimplicia, ſi unum ſit ſufficiens, eſt corruptela.*
19 *Beneficium ſecundum ex Concilio Tridentino ita demum uni poteſt conferri, ſi primum ſit inſufficiens, & utrumque perſonalem reſidentiam non requirat.*
20 *Diſpenſationes ſunt odioſae & in eis non valet argumentum de majori ad minus.*
21 *Diſpenſatio cum Monacho ad beneficium curatum non extenditur ad ſimplex.*
22 *Diſpenſatio, ut quis tranſire poſſit ad Archiepiſcopatum, non habet locum in Epiſcopatu.*
23 *Diſpenſatio extenditur ad acceſſoria, vel connexa, ſeu conſecutiva, & dependentia.*
24 *Diſpenſatus ad plura beneficia cenſetur etiam diſpenſatus ſuper fructibus alterius in abſentia percipiendis, & num. 28.*
25 *Parochialem obtinens cum dignitate, vel Canonicatu ex diſpenſatione tenetur reſidere in Parochiali, & tunc lucratur reditus omnes dignitatis, vel Canonicatus, praeter diſtributiones quotidianas.*
26 *Diſpenſatus ad Parochialem cum Canonicatu dum reſidet in Parochiali an percipere debeat integras diſtributiones quotidianas, in quibus univerſi Capitulo reditus conſiſtunt, vel aliquam earum partem, & nu. ſeqq. uſq; in finem.*
27 *Diſpenſatus ad duo incompatibilia cenſetur diſpenſatus ſuper reſidentia alterius.*
28 *Et conſequenter ad percipiendos fructus in abſentia.*
29 *Diſtributiones quotidianae, ubi nulli ſunt fructus, ſuccedunt in locum praebendae; & ideo debentur abſentibus ex juſta cauſa.*
30 *Privilegium debet latè interpretari ut aliquid conferat.*
31 *Canonicatus non datur ſine praebenda.*
32 *Canonicis pro ſervitio Epiſcopi, vel ſtudiorum cauſa abſentibus, de jure communi debentur integrae diſtributiones quotidianae, in quibus univerſi reditus conſiſtunt.*
33 *Idem ſi fructus praebendae ſint admodum tenues.*
34 *Sed poſt Concilium Tridentinum debentur tantùm duae tertiae illarum partes, amiſſa alia tertia, quae inſervientibus accreſcit.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1 QUIA IN TANTUM. Non debent Epiſcopi permittere quem plures Eccleſias, vel præbendas obtinere: Hoc dicit. Sunt duæ partes. In prima ponitur exceſſus. In ſecunda provisio, ibi, *Per fratres*. Vel ſecundùm Hoſt. & Jo. Andr. Ambitionem Clericorum diverſa beneficia uſurpantium præcipit corrigi, & pauperum inopiam ſublevari. Secunda ibi, *Et de multitudine*.

2 Nota ex hac Decretali pluralitatem beneficiorum & præbendarum improbari tanquam Canonibus inimicam, ut hic, & in c. *Presbyteros*, 16. q. 1. 21. q. 1 *per totam*, c. *Sanctorum*. 70. *diſtinct*. c. *De multa*, *infra eod*. cum multis ſimilibus. Et collige ex littera plures cauſas cur hujuſmodi pluralitas re-
3 probetur. Prima eſt, quia procedit ex radice ambitionis. Eſt enim ambitio propriè aſpiratio ad dignitatem procedens ad actum, c. *Cùm jam dudum infra eodem*, l. *Quoquo* ff. *ſi cert. pet.* ſecundùm Hoſt. *hic num*. 1. *in verb. Ambitio*. Jo. Andr. *in eod. ver.* Card. & Abb. *in* 1. *notab*. licèt S. Thom. *in* 2. 2. *quæſt*. 131. *art*. 2. dicat ambitionem eſſe inordinatum appetitum honoris; nam ambitioſus non reſpicit unde venerit, ſed quò tendit, nec ſibi tam jucundum eſt multos poſt ſe videre, quam grave aliquem ante ſe, ut ait Seneca, relatus ab Anton. de *Butr. hic n.*
4 3. Et quemadmodum talis tenetur pœna ſimoniacæ pravitatis in ſpiritualibus, c. 1. *infra de ſimon.* ita l. *unic. de ambitu in temporalibus*, ut C. *ad l. Iul. de ambitu, per totum*, ſecundùm Hoſt. & alios præalleg. Et quamvis Abb. dicat contra pluralem eſſe præſumptionem ambitionis, pro quo facit littera ibi, *Quorundam*, tamen Hoſtien. exponens illud verbum, *quorundam*, melius, inquit, dixiſſet *Omnium*. Et recitat illud B. Bernardi, videlicet: (O ambitio ambitientium! Crux quomodo omnes torques, omnibus places!

Secunda cauſa eſt, quia præbet diſſolutionis materiam, videlicet in veſtibus, & moribus, ut explicant Hoſtien. & Jo. Andr. *in ver. Diſſolutiono*, & Cardin. *in* 4. *notab*. Nam *ex adipe prodiit iniquitas*, ut dicitur in Pſalmo 72. Et rurſus in Cantico Moyſis Deuteron. 32. 15. *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit, impinguatus, incraſſatus, dilatatus*.

Tertia cauſa eſt, quia præbet materiam vagationis, ut in c. 2. *ſupra de offic. Archipresb.* nam ut Abb. inquit *num*. 2. Quo magis homo exuberat, eò faciliùs efficitur vagus.

Quarta cauſa eſt impotentia pluribus ſerviendi, ut patet ibi, *Cùm nec duabus poſſint debitam proviſionem impendere*. Ad idem c. *Quia nonnulli, de Cler. non reſid.* Rationem habes in c. *Diverſis*, *ſupra de Cler. conjug*. ſecundùm Hoſt.

5 Quinta demum cauſa eſt, quia talis pluralitas certum periculum continet animarum, ut dicitur in littera. Et hinc apertè deſinunt Hoſtien. & Jo. Andr. Cardin. Abb. & alii peccatum eſſe plures
6 præbendas obtinere. Et quamvis multi, præſertim ex recentioribus, affirment in hoc articulo extare utrinque opiniones probabiles, ac proindè eſſe tutum in conſcientia, qui ejuſmodi opinionibus innixus plures Eccleſias, vel beneficia obtinet: verè tamen, ut ſingulariter inquit Hoſt. hic, ſi quæratur à te, utrum tenere multas Eccleſias peccatum ſit: nota quod dicitur hic, nec ubi certum te reddit littera, dicas te dubitare, c. *Cùm contingat*, §. *penult*. *ſupra de reſcript*. ſubdens hic eſſe expreſſum jus, & in c. *Quia nonnulli*, *ſupra tit. prox.* contra id, quod notat Innoc. in cap. *Cùm Eccleſiaſtica, de exception*. Quamobrem cum lex ſit certa, quamvis qui ſequitur opiniones Magiſtrorum non faciat contra conſcientiam, tamen tenendo plures præbendas facit contra legem, & ideò peccat, ut egregiè probat D. Thom. *Quodlib*. 8. *art*. 13. De certitudine autem legis ambigi non poteſt, quia eſt textus clarus hic, in d. c. *Sanctorum*, 70. *diſt*. & in c. 1, 21. *q*. 1. quod eſt ſeptimæ Synodi c. 15. ubi habetur: (Clericus ab inſtanti tempore non connumeretur in duabus Eccleſiis: negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri commodum, & ab Eccleſiaſtica conſuetudine penitus alienum.) Ad idem decretum Concilii Tridentini c. 17. *ſeſſ*. 24. ubi expreſſum eſt, (Eccleſiaſticum Ordinem perverti, cum unus plurium officia occupat Clericorum; & multos qui improbæ cupiditatis affectu ea, quæ bene conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt,
7 ſeipſos, non Deum decipere.) S. Thomas *Quodlib*. 9. *artic*. 15. diſputat hanc quæſtionem, Utrum habere plures præbendas ſine cura animarum ſit peccatum mortale? Et ex ejus dictis eliciuntur ſex concluſiones.

(Prima concluſio eſt, Jure divino hæc quæſtio non invenitur determinata expreſsè, cùm in ſacra Scriptura expreſſa mentio de eo non fiat.

8 Secunda concluſio, Quod pertinet ad jus naturale, plures præbendas obtinere non eſt actus habens deformitatem inſeparabiliter annexam, ſicuti eſt fornicatio; aliàs in nullo caſu diſpenſationem recipere poſſet. Item non eſt actus ex ſe indifferens ad bonum, & malum; non enim licitum eſt habere plures præbendas, ſicut plura poma, ut nonnulli perperam dixerunt, ſed eſt actus conti-
9 nens in ſe plurimas inordinationes. Primò enim non eſt poſſibile aliquem in pluribus Eccleſiis deſervire, in quibus eſt præbendatus, cùm præbendæ videantur eſſe ordinatæ quaſi quædam ſtipendia Deo ibidem miniſtrantium. Secundò, hinc ſequitur diminutio cultus divini, dum unus loco plurium inſtituitur. Tertiò, fraudantur voluntates teſtatorum, qui ad hoc aliqua bona Eccleſiis contulerunt, ut certus numerus Deo deſervientium ibi eſſet. Quartò, hinc ſequitur inæqualitas, dum unus pluribus beneficiis abundat, & alius nec unum habere poteſt, & multa alia hujuſmodi, quæ de facili patent. Unde ejuſmodi actus habendi plures præbendas non poteſt contineri inter indifferentes actiones, & multò minus inter eas, quæ ſunt ſecundùm ſe bonæ.

10 Tertia concluſio, Quamvis idem actus ſit ex genere illorum, qui abſolutè conſiderati, deformitatem, vel inordinationem quandam important; tamen hæc deformitas cùm non ſit intrinſeca, ſeu inſeparabilis, ceſſare poteſt aliquibus circumſtantiis advenientibus: nam ſicut occidere hominem, vel percutere, in ſe deformitatem quandam importat; ſed ſi addatur, occidere malefactorem propter juſtitiam, vel percutere delinquentem causâ diſciplinæ non erit peccatum, ſed virtuoſum? Ita quamvis plures præbendas obtinere aliquas inordinationes contineat; tamen aliæ circumſtantiæ poſſunt ſupervenire ita honeſtantes actum, ut prædictæ inordinationes totaliter evacuentur, ut puta, ſi ſit neceſſitas in pluribus Eccleſiis ejus obſequii, & poſſit plus ſervire Eccleſiæ, vel tantundem abſens, quàm alius præſens, & ſi quæ alia ſunt hujuſmodi. Quar-



11 Quarta concluſio, His conditionibus, ſeu circumſtantiis ſupervenientibus obtinere plures præbendas cum recta intentione non erit peccatum, etiam nulla diſpenſatione interveniente, ſi conſideretur tantùm ſecundùm jus naturale; quia diſpenſatio ad jus naturale non pertinet, ſed ſolùm ad poſitivum. Si verò aliquis ea intentione plura beneficia habeat, ut ſit ditior, ut lautiùs vivat, & ut faciliùs ad Epiſcopatum perveniat in aliqua Eccleſiarum ubi eſt præbendatus; non tolluntur prædictæ deformitates, ſed augentur, quia cum tali intentione & unum beneficium habere, quod nullam inordinationem importat, eſſet illicitum.

12 Quinta concluſio, jure Eccleſiaſtico prohibitum eſt plures præbendas obtinere abſq; diſpenſatione, etiam illis circumſtantiis ſupervenientibus, quæ deformitatem, ſeu inordinationem tollunt.

13 Ultima concluſio, ceſſantibus ejuſmodi circumſtantiis licitum non eſt plures præbendas obtinere etiam cum diſpenſatione, eò quod diſpenſatio non auferat ligamen juris naturalis, ſed ſolum li-
14 gamen juris poſitivi.) Hæc ex D. Thoma. Et in hoc tandem reſident hic Canoniſtæ noſtri: nam Hoſtien. in fine, dicit pluralitatem præbendarum certum periculum animæ continere, id eſt peccatum eſſe, niſi rationabiliter fuerit diſpenſatum: alioquin, inquit, ſi ſine causâ ſit, te talis diſpenſatio diſſipabit, quia ſecundùm D. Bernardum, talis non diſpenſatio, ſed diſſipatio debet dici. Sequuntur Jo. Andr. *in fine*, Card. *num*. 5. Anchar. *nu*. 3. & Abb. *num*. 2. *verſ. Nec valebit diſpenſatio*, ubi teſtatur de communi opinione. Et idem fuſius proſequitur in c. *Extirpandæ*, §. *Qui verò*, *de præben.* poſt Jo. de Lign. quem citat in Clem. *Gratiæ*, *de reſcript*. Dixi latiſſi-
15 mè in c. *fin. de fil. Presbyt*. & in c. *Dudum*, il 2. *de elect*. Nec diſſentit Dec. *hic*: nam etſi *num*. 6. dicat doctrinam Hoſtienſis procedere in Epiſcopo tantùm cujus diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum non valet ſine cauſa, non autem in Summo Pontifice, quia de factis ejus judicare non licet, c. *Nemini*, 9. *quæſt*. 4. Et in ejus diſpenſationibus ſola voluntas eſt pro ratione: & allegat Innocen. in d.
16 c. *Dudum*, tamen inferius *num*. 9. declarat hoc procedere quoad Eccleſiam militantem, ſecus quoad Deum. Et ita etiam dictum Innocentii declarat Abb. in c. *De multa*, *col*. 3. *verſ. Ex prædictis infero*, *infra eodem*, & in d. §. *Qui verò*, *num*. 44. Dixi in c. *Ex parte*, à *num*. 56 *uſq; ad num*. 66. *ſupra tit. prox*. Unde concludendum cum B. Bernardo relato à D. Thoma *d. quodlib*. 9. *art*. 15. Qui non unus, ſed plures eſt in beneficiis, non unus, ſed plures erit in ſuppliciis.

17 Ex his infert Ant. de Butr. *num*. 2. *verſ. & propter ultimum*, ut non valeat conſuetudo nutriens pluralitatem beneficiorum; quia cùm inducat periculum animarum, & ſit cauſa tantorum malorum, eſt irrationabilis. c. *Ex parte*, & cap. *fin. de conſuetud*. & ſequitur Abb. *hic num*. 2. Et fuſius in d. c. *Extir-*
18 *pandæ*, §. *Qui verò*, *num*. 36. *de præben*. ubi optimis rationibus concludit conſuetudinem obtinendi plura beneficia ſimplicia, etiam perſonalem reſidentiam non requirentia, ſi unum ſit ſufficiens, eſſe corruptelam: & ideò imprœſcriptibilem. Et videtur ex mente S. Th. *d. quodlib*. 9. *art*. 15. dum dicit, jura antiqua prohibentia pluralitatem præbendarum continere jus naturale; & ideò non poſſe per contrariam conſuetudinem abrogari.

19 Hodie Decreto Concilii Tridentini c. 17. *ſeſſ*. 24. ſtatutum eſt, ut in poſterum unum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. Et circa hoc decretum vide quod ſcripſi in c. *Cùm non ignores*, *infra eod*.

20 In Gloſſa 1. ibi, *In omnibus acceſſoriis*: nota diſpenſationem extendi ad conſecutiva, ſeu acceſſoria, & dependentia, quod nunquam trades oblivioni ad limitationem eorum. quæ not. Hoſt. in c. *Poſtulaſti*, *num*. 12. *de reſcript*. ubi ſingulariter ait in diſpenſationibus non valere argumentum: Diſpenſatum eſt in majori, ergo & in ſimili, vel minori. Quod dictum valdè extollit hic Decius *nu*. 10. Ratio eſt, quia diſpenſationes ſunt odioſæ, & ſtrictè intelligendæ, c. 1. *in fine de fil. Presb. in* 6. & c. *Quod dilectio*, *infra de conſang. & affinit*. præſertim ſuper pluralitate beneficiorum, ut hic, & in c. *fin*.
21 *de translat*. ſecundùm Hoſt. *ubi ſup*. Unde ſi diſpenſetur cum Monacho ad beneficium Curatum, non cenſetur diſpenſatum ad ſimplex, ut notabiliter ſcripſit Jo. Andr. *in reg. quæ à jure*, *de regul. jur. in* 6. *in Mercurial*. quem ſequitur Dec. *hic num*. 14.
22 Et diſpenſatio ut quis tranſire poſſit ad Archiepiſcopatum, non extenditur ad Epiſcopatum, ut eſt text. in d. c. *fin. de translat*. & notat Gemin. in c. *quamvis de præben. in* 6. per textum in c. *Cùi de non*
23 *Sacerdotali*, *eod. tit. & lib*. Hæc, inquam, doctrina Hoſtienſis cum ſuis illationibus, quas cumulant DD. in d. c. *Poſtulaſti*, non procedit in acceſſoriis, vel connexis, ſeu conſecutivis & dependentibus; quia ad illa extenditur diſpenſatio, quantumvis odioſa, & ſtricti juris, ut in gloſſ. noſtra, quam ſequuntur Anton. de Butr. *num*. 5. & 6. Abb. *num*. 3. & communiter DD. Mandoſ. *ad regul*. 20. *Cancell. quæſt*. 7. *n*. 3.

24 Hinc fit, ut ſi diſpenſetur ſuper pluralitate beneficiorum, cenſeatur etiam diſpenſatum ſuper reſidentia alterius, ut dicam *infra n*. 27. Et diſpenſatus ad duo beneficia, cenſeatur etiam diſpenſatus ſuper fructibus alterius in abſentia percipiendis, cùm hoc ſit conſecutivum, & acceſſorium ad principalem diſpenſationem, ſecundùm Archid.
25 & alios inferius citandos *num*. 28. *argum*. c. *Licet*, *infra eod*. c. *De cætero*, & c. *Cùm dilectus*, *ſupra tit. prox*. & c. *Olim*, *de verb. ſignificat*. Et hodie eſt expreſſum in Conſtitutione Pii V. quæ incipit, *Cupientes*, edita 8 idus Julii 1568 *in Bullar. to*. 2. *pag*. 262. ubi obtinentes ex diſpenſatione Apoſtolica Parochialem cum dignitate, vel Canonicatu tenentur reſidere in Parochiali; & nihilominus ſic reſidentes lucrantur in abſentia omnes, & ſingulos fructus, & proventus Canonicatus ſui, vel Dignitatis, exceptis dumtaxat quotidianis diſtributionibus, & aliis, quæ ex juſta causâ abſentes percipere non ſolent.

26 QUÆRO de quæſtione facti. Poſita diſpenſatione Joannis Baptiſtæ de Angelis à Sede Apoſtolica conceſſa ad obtinendum Canonicatum Cathedralis, & Parochialem intra mœnia ejuſdem civitatis: ita tamen ut in Parochiali reſideret, & in Cathedrali poſt impletum Parochialis ſervitium horis Canonicis intereſſe teneatur, amittatque diſtributiones quotidianas illarum horarum, quibus ipſe Parochialis ſervitio occupatus, choro Cathedra-

dralis non potuerit deſervire: Quæſitum eſt, An idem Joannes Baptiſta obtinens vigore dictæ diſpenſationis tam Parochialem, quàm Canonicatum, cujus fructus omnes quotidianis diſtributionibus conſtant, illis horis, quibus præpeditus Parochialis ſervitio chori nequiverit intereſſe, percipere debeat diſtributiones quotidianas, vel aliquam earum partem.

Juxta litteram hujus diſpenſationis tenorem obtinens tam Parochialem, quàm Canonicatum, illis horis, quibus ob ſervitium Parochialis non poteſt intereſſe choro Eccleſiæ, in qua eſt Canonicatus, percipit fructus præbendæ, ſed amittit diſtributiones quotidianas, ut in Conſtitutione Pii
27 V. ſuperius relata num. 25. Ratio autem perceptionis fructuum ea eſt, quia diſpenſatus ad duo incompatibilia, eſt diſpenſatus etiam ſuper reſidentia alterius, & ex conſequenti etiam ad percipiendos fructus, ut de primo tradit gloſſ. 2. in c. *Super eo, in Cuto, quæſt.* 1. quam hic ſequuntur Cardinal. n. 6. Anchar. & Abb. ambo n. 3. Idem notat Specul. in tit. *de diſpenſ.* §. *ſtendum. verſ. Quid ſi habens*, Hoſt. ch. & Jo. Andr. in c. *Dudum, el. 2. de elect.*
28 Et de 2. tradit Archid. in c. 1. *De quibuſdam*, 37. *diſt.* Feder. de Sen. *conſ.* 246. *de rer. commun.* Lap. Geminian. & alii in c. 2. *de privileg. in* 6. Et ita ſimiliter diſpenſatus veluti privilegiatus quoad reſidentiam debet haberi pro reſidente quoad percipiendos fructus, ſed non pro intereſſente ad percipiendas diſtributiones quotidianas, ut docent Gemin. & Franc. in c. *unic.* §. *Statuimus, ſuper gloſſ. in verb. aſſuerint de Cler. non reſiden. in* 6. Cùm igitur in caſu hujuſmodi diſpenſationis, Jo. Baptiſta, dum Parochiali inſervit, & non poteſt Canonicatui deſervire, ſit habendus pro reſidente quoad fructus, ſed non pro intereſſente quoad diſtributiones; quæritur nunc in dubio, cùm omnes reditus Canonicatus ſint diſtributiones quotidianæ, nec alii fructus ex Canonicatu percipiantur, an diſpenſatus dum Parochialis ſervitio occupatur, debeat earum horarum diſtributiones percipere. Et certè ſive ſpectemus jus commune Sacrorum Canonum ſive Sacræ Congregationis morem, deciſioneſque in caſibus huic aſſimilibus ſæpius editas, videtur reſpondendum debere hunc diſpenſatum
29 prædicto tempore hujuſmodi diſtributiones percipere: nam ex recepta concluſione quoties fructus omnes Canonicatus conſiſtunt diſtributionibus tantùm; qui ſtudiorum, vel alia de cauſa habentur pro reſidentibus, ſed non pro intereſſentibus; & ideò alias percipere deberent in abſentia fructus præbendæ amiſſis diſtributionibus; eo caſu lucrifaciunt diſtributiones ipſas perinde ac ſi divinis intereſſent, textus eſt notabilis, in c. *Olim, infr. de verb. ſignif.* ſecundum intellectum Hoſtienſis verum, & communiter approbatum, ut ibi dixi *in* 5 *notab.* Et eſt ſententia gloſſ. in c. *Licet, de præben. in verb. Diſtributiones*, quam ibi Butr. Imol. & cæteri omnes ſequuntur. Gugliel. de Monte Laud. & alii, quos refert, & ſequitur Rebuff. *in tract. de privileg. Scholar. privileg.* 31. *n.* 12. Horat. Lut. Callien. *eod. tract. de privil. Scholar. privil.* 100. *in prima limitat.*
30 Hujus autem determinationis duæ ſunt rationes. Altera eſt, quam reddit gloſſ. in d. c. *Licet*, quia niſi privilegiati ad fructus percipiendos perciperent diſtributiones, cùm ex Canonicatu nulli alii reditus percipiantur, privilegium eis nihil prodeſſet, contra text. in c. *Joha de privileg.* Altera eſt
31 ratio magis ex juris Canonici propriis terminis deſumpta, quia ubi omnes reditus Canonicatus conſtant diſtributionibus, ſi tunc tales diſtributiones non haberent rationem præbendæ, eſſet dare Canoniam ſine præbenda, quod juxta ſacros Canones abſurdum eſſet. Hanc rationem aſſignat gloſſ. in c. *un. de Cler. non reſiden. in* 6. *in ver. Recepere*, dicens, hunc eſſe verum intellectum, d. cap. *Olim, de verbor. ſignificat.* Cùm igitur hic diſpenſatus percipere deberet fructus, & amittere diſtributiones ubi illæ eſſent a fructibus diſtinctæ, percipiet hoc caſu loco fructuum diſtributiones ipſas, quæ ſolæ ex Canonicatu colliguntur, quamvis non interveniat Choro illis horis, quibus vacat ſervitio Parochialis. Et ita in ſimili ſæpius reſpondit Sacra Congregatio, quæ tam ſcholaribus in publica univerſitate, vel Theologiæ, vel juri Canonico operam dantibus, quam Canonicis Epiſcopo inſervientibus præſtari jubet diſtributiones quotidianas, cùm præter eas nihil percipitur ex Canonicatu; quamvis ubi præbendæ ſunt diſtinctæ à diſtributionibus ſupradictis, concedat ſolos fructus præbendarum, amiſſis diſtributionibus. Imò in cauſa Camerinen. reſpondit abſentes ſtudiorum
33 cauſa, qui percipere debent diſtributiones quotidianas, in quibus omnes reditus Canonicatus conſiſtunt, debere etiam eaſdem diſtributiones percipere, cùm fructus præbendæ ſunt adeò tenues, ut puta trium, vel quatuor ducatorum, ut perinde haberi debeant ac ſi nulli eſſent fructus. Et nonnunquam ad hunc effectum arbitrata eſt fructus præbendæ cenſeri tenues, ita ut illorum ratio habenda non ſit, cùm ad quartam diſtributionum
34 partem non aſcendunt. Semper tamen has deciſiones ita temperavit, ut tales privilegiati cùm percipiunt diſtributiones, eò quod in illis univerſi fructus Canonicatus conſiſtant, amittant tamen earum tertiam partem. Idque poſt Concilium optima ratione: nam cùm decretum, *cap.* 3. *ſeſſ.* 21. mandaverit ubi nullæ ſunt diſtributiones, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, præbendarum tertiam partem ſeparari, & in diſtributiones quotidianas converti, non debent hi privilegiati volentes acquirere diſtributiones, eò quod in eis ſolis conſiſtant univerſi reditus Capituli, eſſe hoc caſu melioris conditionis, quam ſi omnes eſſent fructus præbendæ abſque diſtributionibus. Sed ſi eſſent omnes fructus præbendæ, tertia pars in diſtributiones convertenda eſſet, ac proinde ab eis amitteretur. Ergo idem juris eſſe debet cùm omnes ſunt diſtributiones, ne ſequatur inconveniens, ut faciliùs acquirantur diſtributiones, quàm fructus præbendæ, ut pleniùs probavi in c. *De cætero*, 2 *n.* 29. *uſq. in finem ſupra tit. prox.* & in c. *Licet, n.* 124. *& ſeqq. infra eod.* Poſſet itaque etiam hoc caſu reſolutio ita temperari, ut diſpenſatus hujuſmodi dicto tempore amittat tertiam partem quotidianarum diſtributionum, quæ reliquis inſervientibus accreſcat.

DE



# DE PRÆBENDIS.

## Cap. Referente.

### SUMMARIUM.

1 *Eccleſias plures habens alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.*
2 *Metropolitanum, & Archiepiſcopum an, & in quo differant.*
3 *Conſuetudo appellandi ab Ordinario inferiori ad Metropolitanum omiſſo medio valida eſt.*
4 *Appellatio omiſſo medio valet parte non excipiente.*
5 *Beneficia duo incompatibilia obtinens abſque diſpenſatione, an, & quando cogi poſſit unum eligere, & alterum dimittere, & num. ſeq. uſq. ad n.* 9.
6 *Tempora quinque conſiderari debent ad dignoſcendum an pluralis in beneficiis habeat optionem, an verò privetur primo, vel ſecundo, vel utroque, & nn. ſeqq.*
7 *Ordo ſcripturæ in Decretalibus non attenditur quoad hoc, ut illa cenſeatur prius edita, quæ in præcedenti titulo reperitur collocata.*
8 *Optio eligendi unum beneficium, & alterum dimittendi hodie ſublata eſt à Concilio Tridentino in quibuſcunque beneficiis.*
*Fallit, num.* 10.
9 *Beneficia duo incompatibilia ſi alicui ab Epiſcopo conferantur eodem inſtanti, an alterum ipſorum, vel utrumque dicatur vacare; an verò liceat unum eligere, & alterum dimittere.*
10 *Et quid poſt Concilium Tridentinum.*

1 REFERENTE. Habens plures Eccleſias alteram eligere, & alteram dimittere compellitur. Hoc dicit. Et ſunt duæ partes. Prima impetrantis conqueſtio. Secunda ipſius abſolutio, & cauſæ commiſſio, ibi, *Nos autem.*
2 Nota primò Metropolitanum, & Archiepiſcopum eſſe ſynonyma, ſeu idem importantia, cùm textus dicat, ad Metropolitanum, id eſt, Rhemenſem Archiepiſcopum. Sed Archidiac. in c. *Præſcriptum. 1. de offic. Ordinar. lib.* 6. dicit inter Metropolitanum, & Archiepiſcopum differentiam eſſe; nam Archiepiſcopus eſt major, allegat c. *Cleros*, 21. *diſt.* ubi Archiepiſcopus dicitur præſidere tam Metropolitanis, quàm cæteris Epiſcopis, & in Authen. *de privileg. Archiepiſcop. collat.* 9. *in princip.* ibi: Non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat, & habetur illa Rubrica *poſt titul. de ſanctiſſ. Epiſcop.* quæ non legitur, nec gloſſatur, ſecundum Jo. Andr. in d. c. *Præſcripta, num.* 5. Verum Cardinal. poſt Gulielm. de Monte Laudun. in Clem. 2. num. 27. *de præb. leg.* affirmat Metropolitanum, & Archiepiſcopum idem eſſe, ſed Metropolitanum trahere nomen à *metros*, quod eſt menſura, & *polis*, quod eſt civitas, & ſic trahere nomen ab Eccleſiis, & earum numero. Archiepiſcopum verò à perſonis, ab *archos*, quod eſt Princeps Epiſcoporum, ut in d. c. *Cleros* & 80. *diſt. per totam.*
3 Secundò nota argumentum, quod ab Ordinario inferiori videtur poſſe appellari ad Metropolitanum omiſſo medio, ſicut ille Presbyter appellavit ad Archiepiſcopum Rhemenſem, poſthabito Epiſcopo, & appellatio fuit valida, cum illius vigore ab eodem Archiepiſcopo obtinuerit reſtitui ad Eccleſiam qua fuerat ſpoliatus. Sed hoc intelligit Hoſt. *in ver. Metropolitanum*, & alii poſt eum, quia Rhemenſis Epiſcopus habet ex conſuetudine, ut ad eum omiſſo medio appellationes interponantur, alioquin gradatim appellandum fuiſſet, c. *Metropolitanum*, 2. *quæſt.* Et ſic collige validam eſſe conſuetudinem appellandi ad Archiepiſcopum omiſſo medio, ut ſentit gloſſ. 2. *hic* & probatur in c. *Romana*, §. 1. *de appellat. lib.* 6.
4 Cæterum adverte, quia etſi Rhemenſis Eccleſia talibus utatur conſuetudinibus, prout ſe ſcire atteſtatur hic Hoſtien. *in ver. Metropolitanum, verſ. Scimus*; tamen quod ſpectat ad illum textum hic intellectus divinat. Unde ſecundùm Abbatem, *n.* 4. dici poteſt hic non fuiſſe propoſitam exceptionem quod gradatim eſſet appellandum. Et ita habes hic caſum, quòd valet appellatio omiſſo medio, parte non excipiente. Quod latius proſequitur idem, Abbas in cap. *Dilecti, el.* 3. *ſupra de appellat.* poſt gloſſ. *unicam, ibi, verſ. Dicas quod gradatim*, Calder. *conſ.* 1. *in tit. de appellat.* quamvis contrarium ſentiat Archid. in c. *Si delegatus, de offic. delegat. lib.* 6. tamen prima opinio communiter tenetur, ut atteſtatur Præpoſitus in d. c. *Dilecti, n.* 9. ubi etiam allegat Rotam *deciſ.* 287. quæ incipit, *Item ſi tres.*

Ultimò nota, textum valde notabilem, quod habens duas Eccleſias non poteſt utraque vel earum altera præciſè privari, ſed habet optionem dimittendi unam, & retinendi alteram, quam maluerit. Sed quia obſtat Decretalis *De multa, infra eodem*, & Doctores ſe involvunt circa ſolutionem contrarii: ideo tu dic pleniùs, ut in quæſtione ſequenti.
5 QUÆRO an, & quando obtinens abſque diſpenſatione duo beneficia incompatibilia, teneatur unum eligere, & alterum dimittere.
6 Pro ſolutione diſtinguenda ſunt quinque tempora. Primum tempus fuit ante Concilium Lateranen. ſub Alexandro III. de quo in c. *Quia nonnulli, ſupra de Cler. non reſident.* & tunc non privabatur primo, nec ſecundo, ſed optionem habebat alterutrum retinendi. Et ſecundùm hoc tempus procedit hæc Decretalis, & c. *Præterea, inſr. eod.* Quamquam enim ordine compilationis ſint poſita poſt
7 d. c. *Quia nonnulli*, & omnium author fuerit idem Alexander III. ut patet ex illorum ſuprascriptione: tamen in editione præceſſerunt d. c. *Quia nonnulli*, ut ibi advocavit Alex. de Nævo *in ult. notab.* & communiter Doctores, ut hic teſtatur Abb. *n.* 5. Et hinc collige ut non ſit attendendus ordo ſcripturæ, videlicet ut illa Decretalis cenſeatur primò edita, quæ in præcedenti titulo reperitur collocata, ut per Alex. de Nævo *loc. citat.* Secundum tempus fuit Concilii Lateranen. in præcitato c. *Quia nonnulli*, ſecundùm quod prima Dignitas, vel primum Beneficium Curatum non vacabat ipſo jure per receptionem alterius ſimilis, ſed recipiens ſecundum erat illo privandus, ut per Cardin. *conſ.* 3. *num.* 4. Abb. in d. c. *Quia nonnulli, num.* 4. & Alex. de Nævo *in ult. notab.* vel erat ipſo jure privatus ſecundo, ut ibi dixi in 4. *notab.* poſt Butr. Anchar. & Imol. qui ita intellexerunt verbum *mutat*, ibi poſitum, ſcilicet ipſo jure. Tertium fuit tempus Concilii Generalis ſub Innocentio III. de quo in Decretali *De multa, infra eod.* qua ſtatutum fuit, ut obtinens Beneficium Curatum, ſi ſecundum

*conſ. ant. vel ſimili.* & obſervat hic Joan. Andr. *numer. 1. in fin.* Butr. *numer. 6.* Cardin. & Abb. ambo in 1. *notab.* Vel certè ſecundum Hoſtien. in principio onus fuit annexum huic præbendæ in limine erectionis arg. *l. in traditionibus, ff. de pact.* cap. *Cum venerabilis, infra de cenſib.* & cap. *Verum de condit. appoſ.* Sed præbendæ jam erectæ authoritate ordinaria novum onus annecti non poteſt, quia obſtat cap. *Cum dilectus ſupra de conſuetud.* Concilium Lateranenſe in cap. *Prohibemus, infra de cenſib.* & Con-
3 cilium Tridentinum *cap. 5. ſeſſ. 25. de reform.* Unde S. Congregatio ejuſdem Concilii interpres ſæpius declaravit Epiſcopum non poſſe novum beneficiis onus imponere, ſed tantum curare debere ut quæ illis ex fundatione vel conſuetudine incumbunt, exactè adimpleantur, & in ſpecie, alias cenſuit novum onus Miſſæ in hebdomada non potuiſſe Epiſcopum imponere beneficio habenti onus anniverſarii tantum. Non igitur potuit ille Præpoſitus cum Capitulo annectere præbendæ vacanti novum onus celebrationis Miſſarum, vel perſonalis reſidentiæ, ut habet communis lectura; & ideo fuit neceſſaria confirmatio Apoſtolica.
4 Hinc cum beatæ mem. Cardinalis Borromæus vellet cogere obtinentes ſimplicia beneficia in Parochialibus, ut per ſe, vel ſubſtitutos deſervirent, cum *cap. 3. ſeſſ. 21.* præſupponat omnia beneficia deſtinata eſſe ad cultum divinum, & Eccleſiaſtica munia obeunda juxta cap. *fin. de reſcript. lib. 6.* S. Congregatio ab eo conſulta reſpondit non eſſe cogendos ad aliud, quam ad dicendas horas Canonicas, nec teneri, ſi beneficia ſimplicia ſint, deſervire per ſe, nec per ſubſtitutum, exemplo Canonici, qui cum non tenetur reſidere cauſa ſtudii, non tenetur etiam ad ſubſtitutum. Abb. in cap.
5 *Licet de præben.* Rurſus cum Epiſcopus Aſculanus impoſuiſſet onus pauca eleemoſynæ cuidam Prioratui, quod eſt beneficium ſimplex, pro Miſſis bis in hebdomada celebrandis in Cathedrali Eccleſia; idque quia licet dictus Prioratus actu Eccleſiam non haberet, cum tamen haberet reditum, & adeſſent veſtigia veteris Eccleſiæ, non erat veriſimile illam ſine onere Miſſarum celebrandarum erectam fuiſſe. S. Congregatio conſulta an id potuiſſet Epiſcopus, reſpondit nullum onus novum
6 imponendum ex conjecturis veriſimilibus. Sed nec viſitatorem Apoſtolicum, cui facultas attributa non fuerat in litteris Apoſtolicis, cenſuit potuiſſe onerare beneficium ſimplex novo onere celebrationis Miſſarum.

7 Secundò nota ibi, *ita quod Miſſam de S. Maria,* Sacerdotem poſſe locare operas ſuas ſpirituales abſque vitio Simoniæ, arg. c. *Cum ſit, de Simon.* ſecundum Vincent. Sed hoc latiùs explicabitur infra in gloſſ. 1. *num. 48.*

8 Tertiò nota ibi, *debeat quotidie celebrare.* Statutum, vel pactum quo Sacerdos obligatur ad celebrandum unam Miſſam quotidie, & de uno ſancto, non adeo ſtrictè eſſe intelligendum, ut ſingulis diebus abſque ulla intermiſſione, vel ſemper de illo ſancto celebrare teneatur; ſed hanc interpretationem admittere, ut illam celebret quanto frequentius poterit ſalva honeſtate & devotione, prout ejuſmodi ordinationem, & pactum hic temperat, & moderatur Pontifex in verſ. *Quamſiquidem inſtitutionem,* & notant Abb. & Dec. ambo in 3. *notab.* & pleniùs idem Abb. in *conſ. 99. videtur in 1. dub. lib. 2.* & dixit *ſalva honeſtate,* forte propter pollutionem nocturnam, ut in c. 1. *in fin. ibi, propter talem pollutionem à ſacro myſterio ea die abſtinere oportet 6. diſt.* Vel fortè, quia non decet eum celebrare cum vilibus indumentis, vel in Calice æreo, ſecundum Innocent. *in verſ. honeſtate,* & idem de ſimilibus impedimentis, quæ poterunt contingere, ut per Hoſtien. *n. 9.* & Abb. *n. 4.*

9 Declara notabiliter concluſionem proximè firmatam, ut procedat in eo tantùm caſu, in quo ſpecialiter cautum eſt ut Presbyter celebret unam Miſſam quotidie per ſeipſum, prout hic cautum fuerat, ut patet ex littera ibi, *vel cuiquam prebendam illam anniverſarium delegare,* & notat gloſſ. *antepenult.* Hoſtien. *numer. 5. in ver. Vel cuiquam.* Card. in 4. *oppoſit.* & Dec. in 4. *notab.* Hujuſmodi enim inſtitutio eſt illicita, ſecundum Abbat. in 3. *notab.* quia multoties præberet materiam peccandi, cum facile non contingat Sacerdotem quotidie devotum exiſtere ad celebrationem; nam ſatis eſt ſi ille qui poteſt dignè unam Miſſam quotidie celebrare. Unde Auguſtinus talem celebrantem nec laudat, nec vituperat in c. *Sufficit de conſecr. diſt. 1.* ac proinde talis inſtitutio eatenus recipit interpretationem, ut non obliget ad celebrandum, niſi quanto frequentius poterit ſalva honeſtate & devotio-
10 ne, ut dictum eſt. Secus verò ſi ſimpliciter ſtatutum aut conventum ſit, ut Sacerdos celebret quotidie unam Miſſam, nec ſit adjectum ut celebret per ſeipſum, quia tunc oneri celebrationis Miſſarum poteſt per alium ſatisfacere, ut tenet Lapus in *ſuis allegationibus, videlicet allegat. 34. alias 36.* Utrum abſque diſpenſatione *alleg. 116.* *Philipp. numer. 3. verſ. In contrarium arguitur,* & verſ. *Et licet prædicta,* & *alleg. 117. factum ſuper quo, num. 2.* quem ſæpius & Rota & S. Congregatio Concilii ſecuta eſt, ut ſcripſi latiſſimè in cap. 1. *ſupra de ætat. & qualit. à num. 63. uſque ad num. 89.* & præſertim *numer. 62.* & conſequenter cum onus non ſit perſonale, nihil impedit quo minus Miſſa celebrari debeat quotidie abſque ulla intermiſſione. Ceſſat enim ratio honeſtatis, & devotionis celebrantis hic conſiderata, cum onus adimpleri poſſit per ſubſtitutum arg. c. *Etſi Chriſtus, de jurejur.* cum ſimil. & ita virtualiter hunc textum declarat Abb. in d. *conſ. 99. in 1. dub. num. 4. verſ. Et ex his patet reſponſio lib. 2.*

11 Quartò nota, ibi, *Aſſiduè debeat abſequium ſuum impendere,* hoc verbum *aſſiduè,* non eſſe amarè intelligendum, & abſque ullo temporis intervallo, ſed civiliter, & cum aliquo temperamento, & moderamine, ut hic patet in verſ. *Quamſiquidem inſtitutionem,* concordat cap. 1. *ſupra de offic. Archipreſb.* ibi, *& aſſiduè in Eccleſia ſtare,* id eſt horis congruis, ut ibi per Hoſtien. *n. 3. in ver. aſſiduè,* & c. *Sacroſancta, 22. diſt.* ibi, *aſſiduè effundatur oratio.* Idem dicitur de verbo *continuè,* ut in c. *fin. de frigid. & malefic.* & de verbo, *indeſinenter,* ut in c. *Si quis vult,* & ibi gloſſ. *ult. 36. diſt.* & ita etiam intelligitur illud, *ſemper orandum eſt,* in c. *Si laicus, 31. diſt.* nec non illud, *nunquam excidat pſalterium de manibus tuis,* c. *Nunquam, de conſecr. diſt. 5.* id eſt horis conſtitutis, ut ibi in gloſſ. 1. facit textus in l. *quod dicimus, ff. de ſolut.* Quod nota pro dictis teſtium deponentium Eccleſiam ſemper percepiſſe decimas ex tali loco, nam intelligendum eſt, *ſemper,* id eſt, tempore competenti, quia de bladis in hyeme decimæ non percipiuntur, ſed in æſtate, ſecundum Abb. Antiq. hic *n. 1. in ver. aſſiduè.*

Quin-



12 Quintò, nota argumentum quod Præpoſitus, & Capitulum poſſint ſtatuere ut liceat præbendato de communi conſenſu præbendæ ſuæ renunciare. Nam illa verba, *nonniſi communi tam Præpoſiti, quam Capituli conſenſu poſſit dimittere,* à contrario ſenſu videntur innuere, ut de communi conſenſu hoc poſſit. Sed quia obſtat cap. *Admonet, de renunciat.* tu diſtingue ex mente Doctorum. Aut ſtatuitur ab illis ut præbendatus poſſit renunciare cum ſolo conſenſu Præpoſiti, & Capituli; & non valet ſtatutum, quia eſt contra jus commune, & in præjudicium Epiſcopi, in cujus manibus debet fieri dimiſſio, ut in d. c. *Admonet.* Nec obſtat iſte textus, quia ſtatutum non valuit, niſi vigore confirmationis Apoſtolicæ, & ideo confirmatio fuit petita. Simile in cap. *Cum acceſſiſſent, ſupra de conſtit.* ſecundum Hoſtien. *hic num. 5. verſ. Vel poteſt reſpondere.* Joan. Andr. *numer. 1. in fine.* Butr. *numer. 6.* & Cardin. *numer. 3. in 2. oppoſit.* In veteri codice Barcinonen. legitur, *authoritate Epiſcopi communi conſenſu,* ut refert Anton. Auguſtin. *in notis ad primam collectionem Decretal. lib. 3. tit. 5. cap. 13.* Aut ſtatuitur ut præter conſenſum Epiſcopi in renunciatione requiratur etiam conſenſus Præpoſiti, & Capituli; valet ſtatutum etiam ſine confirmatione Apoſtolica, quia non eſt contra, ſed præter jus commune, nec derogat juri Epiſcopi, ut per Butr. *ubi ſupra.*

13 Ultimò nota ibi, *cæterum confirmamus* Papam in confirmatione poſſe immutare, alterare, & interpretari voluntatem ſtatuentium, teſtantium, & paciſcentium, prout hic notant Innocent. *poſt princ. in verſ. aſſiduè.* Hoſtien. *num. 7.* Abbas Antiq. *numer. 1. in ver. Eatenus.* Joan. Andr. *numer. 3.* Butr. *num. 8.* Card. *in 5. oppoſit.* Anchar. *in 6. notabil.* Abb. *num. 5. verſ. Et ex prædictis.* Sed qualiter hoc ſit intelligendum, planè explicabitur in quæſtione ſequenti *à num. 25.*

14 QUÆRO, an, & quando onera Miſſarum celebrandarum, quæ in aliquibus Eccleſiis ex variis defunctorum relictis, vel ex largitionibus fidelium impoſita ſunt, Sedes Apoſtolica moderari, & ad pauciorum numerum reducere poſſit aut debeat.

15 Hæc quæſtio proponitur de Sede Apoſtolica; quia de jure communi Epiſcopi hanc poteſtatem non habent, ut ſcripſi plenè in c. *Ex parte à n. 20. ſupra de conſtit.* & quod ſpectat ad Concilium Tridentinum, Sacr. Congregatio Cardinalium ejuſdem Concilij interpretum olim conſulta, an facultas tributa Epiſcopo in Diœceſana Synodo, & Generalibus Ordinum in Capitulis generalibus per decretum Concilij *cap. 4. ſeſſ. 25.* ſit intelligenda de præteritis oneribus ab antiquo uſque ad Concilium, & primam Congregationem Epiſcopalem, ſeu generalem Capitulorum Ordinum, aut etiam de oneribus in futurum imponendis quoties opus fuerit: Reſpondit *d. cap. 4.* eſſe intelligendum de onere Miſſarum impoſito ante Concilium. Item cenſuit decretum *d. c. 4.* non procedere in obligationibus Miſſarum, quæ impoſitæ ſunt Capellis erectis in titulum, ſive ex prima inſtitutione teſtatorum ſive ex alia quacumque. Et propterea in decretis *de celebrat. Miſſar.* à S. D. N. Urb. VIII. confirmatis, §. 1. eadem Sacr. Congregatio diſtrictè prohibet, atque interdicit ne Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquo modo reducant onera ulla Miſſarum celebrandarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis: Sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apoſtolicam ſedem recurratur, quæ re diligenter perſpecta id ſtatuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, ut *in Bullar. to. 4. pag. 315.* Quinimò etſi legatum ſit ita tenue, ut non ſit qui velit onus illi injunctum ſubire, & ſi recurrendum ſit ad Sedem Apoſtolicâ pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum inſumendum ſit pro expenſis ad id neceſſariis; nihilominus S. Congregatio cenſuit pro reductione oneris, ut ſupra impoſiti ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apoſtolicam eſſe adeundam, quæ abſque ulla impenſa id ſtatuet quod magis in Domino fore eſſe judicaverit, *eodem tom. 3. pag. 317.*

Pro ſolutione quæſtionis eſt animadvertendum duplex eſſe genus harum largitionum: nã aliquæ ſemel offeruntur, ut cum dantur centum aurei, ut ex eorum annuo reditu Miſſæ quinquaginta quotannis celebrentur. Aliquæ verò dietim dantur, & appellantur manuales, ut cum offeruntur duo julii pro duabus miſſis. Præterea ex oblationibus primi generis, quæ ſemel fiunt, aut quæruntur de jam factis, aut de faciendis. Rurſus jam factæ aut proveniunt à defunctis, aut ab his, qui adhuc vivunt. Singulas igitur conſiderando,

16 Dubitatur primò, an Summus Pontifex poſſit prædictas reductiones, ſeu moderationes facere pro ſimilibus largitionibus factis ab iis, qui jam mortui ſunt, & cum hæ ad pias jam defunctorum voluntates reducãtur, non videtur ambigendum quin id Pontifici ex cauſa liceat, ut ſatis patet ex *d. c. 4. ſeſſ. 25.* & de hoc diſputare dicit eſſe ſacrilegium Gemin. *conſ. 63. Dicta ſuprascripta in princ.*

17 Dubitatur ſecundò quid de illis largitionibus, quarum largitores adhuc vivunt, & tunc cum verſentur quidem in materia pia, ſed extra defunctorum voluntates, aliquibus non videtur ita clarum Pontificem poſſe largitoribus non conſentientibus
18 dictas obligationes moderari. Nam prima fronte cum laici, qui non ſunt de temporali juriſdictione Eccleſiæ non teneantur poteſtati Eccleſiaſticæ in non concernentibus animã obedire, c. *Novit. de judic.* Innoc. in c. *Inquiſitioni, propè finem, verſ. item ſi præcipiat laico, de ſentent. excomm.* Abb. in *ſua q. 1. in cap. Epiſcopus, col. 2. circa med.* Felin. in c. *Accepimus,*
19 *n. 2. de fide inſtrum.* Nec Papa ſuper actiones laicorum habeat poteſtatem, niſi prout diriguntur ad beatè vivendum, c. *Per venerabilem,* & ibi gloſſ. in *ver. Habeat poteſtatem. Qui filii ſint legitim.* Victor *de poteſtate Eccleſiaſtica,* in illa quæſtione. Utrum poteſtas ſpiritualis ſit ſupra temporalem, per totum; nec ſit peccatum laico ſi noluerit bona ſua Eccleſiæ aliter dare, quam ſuper prædictis ſibi bene viſis conditionibus, l. *In traditionibus, ff. de pact.* forte non videtur ſubeſſe fundamentum quo Pontifex id in invitos poſſit, contra reg. cap. *Id quod noſtrum, de reg. jur. lib. 6.* & in l. *In re mandata, C.*
20 *Mand.* cap. *Super his, de Sepultur.* Poſſet quidem Papa mandare, ut hæ oblationes cum hoc onere non reciperentur, ſeu etiam ut adjecta onera minuerentur, ſed tamen res ob id receptæ, niſi rationabilis cauſa excuſaret, fortè reſtituendæ eſſent, arg. ejus, quod idem Concilium diſpoſuit in diſſolutione juriſpatronatus *ſeſſ. 25. c. 9. in fine,* ibi, *reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt,* & hic notat Butr. *numer. 12. verſ. Etſi non adimplea-*





*tur*

tur, & tenendo hanc opinionem non obſtat hæc Decretalis, ubi Papa modificavit illam erectionem præbendæ cum certis oneribus adjunctis. Quoniam hic ſolùm moderatus eſt, quoad qualitatem non laudabilem. Præterea hic nihil minuit, ſed ſolùm declaravit illud verbum, *perpetuo*, quomodo intelligatur, & continua etiam reſidentia quomodo eſſet intelligenda: ſed non inde ſequitur, ut eidem ſimilis competat authoritas in recipienti-
21 bus temporalia, ut ibi not. Abb. *num*. 5. Similiter non obſtat Concilium *d.c.4.ſeſſ*. 25. quia Princeps habet quidem poteſtatem immutandi voluntates defunctorum, præſertim juſta ex cauſa, l. 1. & l. *Legatam ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertinen.* & quo ad pia idem poteſt Papa, c. *Quia contingit, de relig. domib.* in Clemen. Sed inde non videtur inferri ad diſpoſitiones inter vivos, in quibus Princeps non tam amplam habet facultatem, Bart. in l. *Servientes, in fin. ff. de ſervitut.*

22 Cæterum his non obſtantibus contraria opinio eſt verior, pro qua primò adducitur textus in dicta Clem. *Quia contingit, de relig. domib.* ubi præcipitur ut impleantur onera hoſpitalibus incumbentia ex erogationibus, & largitionibus fidelium, nec diſtinguitur an hujuſmodi largitiones factæ fuerint per diſpoſitionem inter vivos, an in ultima voluntate, & gloſ. *in ver. Largitione*, exponit verbum illud, *in vita, & morte*, & tamen textus dum diſponit, ut ea quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium converti, expreſſè interſerit præſervationem illam ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate. Ergo ex eo textu conſtat apertè Sedem Apoſtolicam habere poteſtatem immutandi uſum piarum largitionum, & ſic moderandi onera Eccleſiis, vel piis locis incumbentia, etiam ex largitionibus viventium, & propterea gloſſ. *ibi in ver. Sedis Apoſtolicæ.* Nota, inquit, per hanc litteram ſolum Papam alterare poſſe uſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta, cap. *Quod tranſlationem, de offic. leg.* Pondera illud verbum gloſſæ, *donata ſunt*, quod propriè importat donationem inter vivos, l. 1. *ff. de donat.* & eodem verbo utitur ibi Abb. *nu-*
23 *mer.* 3. *verſ. Solus Papa*. Ratio eſt, quia res, quæ à laicis donantur Eccleſiis, vel locis piis adjecto onere celebrationis Miſſarum, deſinunt eſſe laicales, & tranſeunt in dominium, & proprietatem Eccleſiæ, cap. *Conqueſtus*, & ibi gl. *fin. de foro compet.* Anchar. *hic numer. 5. verſ. Salvando tamen dicta Doctorum*, & Eccleſiæ collatum dicitur conſecratum Deo, & Sanctis ejus, cap. *Injuſtum, de rer. permutat.* ac proinde ſubſunt omnimodæ diſpoſitio-
24 ni Summi Pontificis, qui ut in propoſito dicit Landun. in d. Clem. *Quia contingit*, & poſt eum Cardin. *ibi num*. 4. eſt gubernator in ſolidum univerſalis Eccleſiæ, cujus caput eſt Eccleſia Romana; & ideò ejus eſt tanquam capitis ad membra ſingula alimenta tranſfundere, cap. *Cuncta*, & cap. *Per principalem, 8. quæſt. 3.* Clem. *Frequens, §. Præte-*
25 *rea, de exceſſ. Prælator.* Deinde pro hac ſententia eſt textus apertus hic non cavillando litteram. Nam Papa immutavit pactum, ut conditionem illam in tribus ſecundùm Innocen. *poſt princ. in verb. Aſſiduè*, Abb. Antiq. *numer. 1. in ver. Eatenus*, Hoſtien. *nu.* 7. Joan. Andr. *num.* 3. Butr. *num.* 8. Cardin. *in 5. oppoſit.* Anchar. *in 6. not. & in 3. oppoſ.* & Abb. *num.* 5. Quia ubi erat conventum de celebrando Miſſam de S. Maria, & quotidie immutatur, primò ut Sacerdos non arctetur ad celebrandum quotidie, ſed ſecundum qualitatem ſuæ devotionis. Secundò, ut non arctetur ſemper ad dicendam Miſſam de Sancta Maria, ſed poſſit ſolemniter aliàs celebrare ſecundum devotionem & honeſtatem. Tertiò, quod conventum fuit ut non poſſit præbendatus dimittere Eccleſiam, & tranſire ad aliam; modificatur ut non habeat locum, ſubſiſtente legitima cauſa, & in hoc ſecundùm Hoſtien. confirmatio Apoſtolica limitat, ſeu immutat pactum. Ex quibus patet in hac Decretali propriè agi de immutatione, ſeu modificatione conventionis inter vivos, non autem de interpretatione, niſi quatenus interpretatio ſumitur pro correctione, ſeu modificatione, juxta text. in l. 1. §. *Quotoperas*, juncta gloſſ. *in ver. Interpretatione. ff. ad Tertull.* Abb. in cap. *Super quæ-*
26 *ſtionum, numer.* 8. *de offic. deleg.* Paul. de Caſtro *conſ.* 340. *Præmiſſis allegationibus in princ. lib.* 1. Et quamvis Innocentius, ubi ſuprà, dicat ſe non credere quod ſi aliquid eſſet in pactis à Jure tolerabile, liceret illud à confirmatore commutari: immediatè tamen ſubjicit aliam opinionem, quod ſi pacta reſpiciant tantum religionem, ſicut eſt cantare Miſſam de S. Maria, liceat Superioribus ea immutare, etiamſi ſint licita; ſecus, ſi reſpicerent temporale commodum, & hæc ſecunda opinio placet ibi Hoſtien. cum quo tranſit Joann. Andr. & reliqui ſuprà citati. Unde Anton. de Butr. *numer.* 9. Oppono, inquit, Partes convenerunt, & tamen Papa pacta iſtarum partium aliter moderatur, quod facere non debuit, quia contractus legem accipiunt ex conventione, ut l. 1. §. *Si convenerit, ff. de poſ.* & ex eis oritur obligatio naturalis, *ff. de pact.* l. 1. *Solutio*. Aut pacta reſpiciunt religionem, & tunc poſſunt immutari per Papam ut hic, etiamſi ſint licita. Aut reſpiciunt temporale commodum, & non eſt licitum Papæ ipſa commutare, poſtquam inita ſunt authorizante Judice eccleſiaſtico, & in hoc ſecundo caſu *num*. 12. dicit habere locum regulam l. *In re mandata, C. Mandati*, non autem in ſpiritualibus. Quod etiam dixit Cardin. in dicta Clem. *quia contingit, in 2. op-*
27 *poſ. numer.* 9. *de relig. domib.* Ratio eſt ſecundùm Joann. Andr. & Butr. *locis citatis*, quia pactum inferioris non poteſt præjudicare ſuo ſuperiori, nec inferior ſuperioris ſui jus revocare poteſt cap.
28 *Cum acceſſiſſent de Conſtit.* & in hujuſmodi pactis, ſicut & in juramento ſemper intelligitur excepta authoritas Papæ, cap. *Venientes*, & ibi gloſſ. *in ver. Superioris, de jurejur.* gloſſ. in cap. *Conſtitutus, in ver. Juramento*, & ibi etiam Felin. *numer. 9. de reſcript.* gloſſ. *ſecunda* in cap. *Ex parte, de Cleric. non reſid.* Feder. de Sen. *conſ.* 191. *numer.* 4. Bald. *conſ.* 29. *num. 2. in fine lib.* 1. & per hæc patet etiam reſponſio ad objecta.

29 Dubitatur tertiò, numquid reduci poſſint onera futura Miſſarum celebrandarum, & non video qua ratione id fieri poſſit abſque eo quod Chriſti fideles fraudentur, ſeu rebus ſuis ſpolientur cum mendacio, ac violatione fidei, & obligationis na-
30 turalis. Nam ſtatim atque Eccleſia recipit rem ſibi cum tali onere oblatam, facto ipſo, quo magis quam verbis loquimur, l. *Si tamen, §. 1. ff. de ædil. edict.* cap. *Dilecti, il 2. de appellat.* promittit dicta onera adimplere; unde obligatio naturalis deducitur, l. 1. *ff. de pact.* quæ ſuper omnia ſervanda eſt, ut ibi, & l. *Jure gentium, §. Ait Prætor, ff. eod.* cap. 1. *eod. tit.* cap. *Puellæ, 20. quæſt. 1.* c. *Innocens, 22. quæſt. 2.* & c.



31 & c. *Eleutherius, 18. q. 2.* Omne enim pactum quantumcumque ſimplex poteſt appellari fides, c. 1. *de*
32 *ſponſ. duor.* & quamvis nuda pactio obligationem non pariat, parit tamen exceptionem, quia recedens à pacto mortaliter peccat, ut dicit gloſſ. 1. in
33 d. c. 1. *de pact.* Nam inter pactum nudum, & veſtitum nec Deus, nec bona conſcientia diſtinguit, ut ibi ait Bald. *num.* 5. ſubdens de Jure Canonico omne pactum æquum cujuſcumque ſit generis, & formæ appellari veſtitum veſtimento Canonis,
34 ſeu veſtimento roboris Canonicæ Sanctionis. Accedit quod ſi Eccleſia accipit oblata hac intentione ut onera adimpleat, utique aliàs nec rem ſub hoc onere oblatam facere videtur ſuam, ad exemplum eorum qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, & diurnum officium non recitant, ſecundùm opinionem Caldas *in c. 1. de celebr. Miſſarum* Quomodo ergo poteſt eamdem retinere? arg. c. *Si res alie-*
35 *na, 14. quæſt.* 6. Item ubicumque aliquid datur ob cauſam, illa non ſequuta poteſt repeti, l. 1. *& quaſi per tot. ff. de condict. cauſ. dat.* l. *In ſumma, §. Quod ob rem ff. de condict. indeb.* & l. 1. *ff. de condict. ob turp. cau.*
36 Quæ omnia nituntur naturali ratione; & ideo humanis legibus non videntur ſubeſſe, Clem. *Paſtoralis*, cum ibi notat. *de re judic. §. Sed naturalia, Inſtit. de Jur. natur.*

37 Neque obſtat quod Leo X. informatus quod in quibuſdam regionibus pro celebratione unius Miſſæ certa pecuniæ quantitas dari conſuevit in eleemoſynam Fratribus Minoribus adeo tenuis, ut dicti fratres tot Miſſas, quot ſunt largientes pro ſingulis, celebrare non valeant, declaraverit, & conceſſerit prædictis fratribus ut celebrando unam Miſſam dumtaxat, ſi eleemoſyna æquivalens uni Julio, id eſt, decimæ parti ducati non elargiretur, commemorationem in genere faciendo, in hoc conſcientiarum ipſorum prædictorum fratrum ſatisfactum eſſet. Etenim, ut inquit Collector privileg. Mendicant. *in ver. Miſſa 3. n.* 14. (Cavendum eſt omninò ne quis utatur hujuſmodi conceſſione, quia reverà nullius eſt valoris, prout multi celebres Theologi, & juriſperiti ſuper hoc conſulti reſponderent, ecco illam fuiſſe ſubreptitie obtentam. Unde frater Joannes Clapion dum inſtitutus eſſet Procurator Curiæ Romanæ, promiſit procurare revocationem, ſeu potius declarationem nullitatis ipſius conceſſionis, & credendum eſt obtinuiſſe, licèt ad manus noſtras non pervenerit.) Hæc ille, quem iiſdem verbis refert Rodriq. *de Regular. tomo primo q. 43. art.* 17. ubi etiam allegat Medin. addit que eam conceſſionem per contrarium uſum fuiſſe abolitam. Noviſſimè in præalleg. *de celebr. Miſſar. in §. Id verò*, revocantur privilegia, & indulta omnia quibuſvis perſonis, Eccleſiis, ac locis piis tam ſæcularibus, quam regularibus cujuſcumq; Ordinis, Congregationis, & Inſtituti quamcumque ob cauſam conceſſa, quibus indulgetur ut certarum Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu orationibus plurium Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatisfiat, & verba illa, *in futurum ſuſcipiendis*, ſunt intelligenda de oneribus ſuſcipiendis poſt privilegium, ut S. Congregatio declaravit, habetur declaratio in *Bullar. tom. 4. pag.* 317.

38 In gloſſ. prima Quæro, an Sacerdos, qui tenetur ad ſolam Miſſæ celebrationem, non autem ad illius applicationem, poſſit pro applicatione eleemoſynam accipere.

39 Videtur reſpondendum poſſe: nam communis Theologorum ſententia eſt poſt D. Thomam in 2. 2. *quæſt. 100. art.* 3. nec non Canoniſtarum hic poſt Vincen. & gloſſ. præalleg. Sacerdotem pro Miſſæ celebratione juſte poſſe eleemoſynam accipere, non quidem ratione rei, & tanquam pretium commutationum fructus Sacramenti, quem applicat; hoc enim tanquam ſimoniacum damnatur à Concilio Toletano 11. *cap. 8. ut in c. Quidquid 1. q.* 1. ſed tanquam ſuſtentationis ſtipendium ut inquit D. Thomas *ubi ſupra in reſponſione ad ſecundum*, & ibi Cajetan. in 1. *dub.* ſeu ratione ipſius Sacerdotis, qui ſecundùm Vincent. gloſſ. & Anton. de Butr. *hic num.* 12. potius videtur locare operas ſuas, quam vendere divina, arg. c. *Relatum, 10. quæſt. 3. fin. 1. quæſt.* 2. & c. *Cum ſit, de Simon.* de quo tamen plenè diſſerit Cajetan. *ubi ſupra in 2. dub.* quive ut ſacrificium offerat, debet ali ex juſtitia, & vivere de altari: nam, *Quis militat ſuis ſtipendiis unquamne? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* 1. ad Corinth. 9. c. *Ex his, 12. quæſt.* 2. & cap. *Cum ex officii, de præſcript. dignum eſt enim operarium mercede ſua*, 1. ad Timoth. 5. cap. *Quicumque, 12. quæſt.* 2. & denario fraudari non debent in vinea Domini operantes, cap. *fin. de magiſtr.* ne qui ad onus eligitur, repelli debeat à mercede, cap. *Cum ſecundum, infra eod.* cap. *Charitatem, 12 quæſt.* 2. ibi, juſtum namque eſt ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium, & cap. *Eccleſiaſticis, eod. can. & quæſt.* ubi legitur Eccleſiaſticis utilitatibus deſudantes Eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere. Atque hanc ſententiam clarè approbavit Concilium Tridentinum dum in *cap. 4. ſeſſ.* 25. fecit Epiſcopis, & Generalibus facultatem reducendi onera Miſſarum, quia eleemoſynæ pro illis celebrandis ſæpè erant tenues, ut non facile invenirentur qui vellent huic ſe oneri ſubjicere. Nam ſi pecuniæ pro Miſſis celebrandis acceptæ fuiſſent à Sacerdotibus per ſimoniam conventionalem, non fuiſſet agendum de moderatione onerum, ſed de illarum reſtitutione, cap. *De hoc, De Simon.* ibi, *Si quæ receperint, ſine diminutione reſtituant; cum eas ſine gravi ſuæ ſalutis periculo retinere non poſſint.* Silveſt. *in ver. Simonia, numer.* 10. quidquid ſit in ſimonia mentali per cap. *Mandato*, &
40 ibi Doctores, *eod. tit.* Quare jure optimo in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 8. damnantur quadraginta quinque errores Joannis Wicleff, quorum vigeſimus quintus talis erat, videlicet: Omnes ſunt ſimoniaci, qui ſe obligant orare pro aliis eis in temporalibus ſubvenientibus, ut habetur *tomo 3. Concil. pag. 659. col.* 2. Poteſt autem accipi hujuſmodi
41 eleemoſyna etiamſi Sacerdos aliunde habeat ſuſtentationem, imò etiamſi redditibus Eccleſiaſticis abundet, gloſſ. & Doctores in cap. *Clericus, 1. quæſt.* 2. & docet D. Thomas *quodl. 6. art.* 10. Navarr. *in Manual. cap. 25. num.* 102. & Suar. *in 3. part. tom. 3. diſp. 86. ſect. 3. concl. 1. & 2.* Unde cum in d. c.
42 *Clerici 1. quæſt.* 2. decernatur ut Clerici omnes, qui Eccleſiæ fideliter vigilant, & deſerviunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundùm ſervitii ſui meritum per ordinationem Canonum à Sacerdotibus conſequantur, Abb. *in ſua quæſt.* 4. quæ incipit, *Tertio Clericus in 4. dub. ſub numer.* 21. *uſque in fin.* obſervat ponderandam eſſe illud verbum, *omnes*, quod includit tam pauperes, quàm divites, aliàs ad quid dixiſſet omnes? Item ponderanda eſſe il-

7 in cap. *De multa*, *infra eodem*, & in cap. 1. *de conſuetudine*, *lib. 6.* & paſſim alibi. Nam jura interdum accipiunt dignitatem, perſonatum, & officium tanquam ſynonyma, ut eſt text. expreſſus in cap. *Cùm accesſiſſent, ſuprà de conſt.* ubi Primiceriatus Eccleſiæ Tullen. primò appellatur perſonatus, ſecundò dignitas, tertiò officium, in cap. *Ad aures, de reſcript.* ubi Decani, Archidiaconi, Præcentores, & alii, dicit textus, ſ[illegible] nomen dignitatis ut, tanquam ſi non habeant aliquem perſonatum, & in c. *Dudum*, el. 2. §. *Licet autem, verſ. Sed cùm in jure, de elect.* ubi de Archidiacono jurisdictionem habente dicitur negari non poſſe quin ſit perſonatus, ad idem c. *Cùm olim, de conſuetud.* c. *Cùm in tantum*, §. *Inferiora, de elect.* & c. *Cùm ad noſtram, de inſtitut.* Hinc & [illegible] dicit, dignitatem eſſe præeminentiam in gradu, quæ alio nomine dicitur perſona-
8 tus, allegat d. c. *Cùm ad noſtram.* Multoties verò dignitas, perſonatus, & officium accipiuntur in jure tanquam diverſa ut patet in hoc cap. in c. *De multa, infra eod.* in c. *In Genesi, ſupra de elect.* & *lib. 6.* c. *Statutum, de reſcript.* c. 1. *de conſuet.* c. [illegible] *autem, de elect.* c. *Eum qui de ea, qui mitt. in poſſ.* c. *Quia ſæpe, de Præben.* cum ſimil. Et ita negari non poteſt quin ſint diverſa, ut inquit Joan. Andr. in prædicta Decretali in *Mercur.* num. 1. & in d. cap. *Cùm accesſiſſent*, n. 7. ubi dicit, falſam eſſe opinionem dicentium dignitatem, perſonatum, & officium eſſe ſynonyma, & ſequuntur ibi Butr. *nu.* 4. Imol. *n.* 1. & Abb. *in princ.* & idem Joan. Andr. in d. c. *Quia ſæpe inter*, §. *Juſſu*, ubi notat hæc tria, ſcilicet dignitatem, perſonatum, & officium ibi poni ut diverſa, prout etiam ponuntur in c. *final. de Præben. lib. 6.* Nec obſtat [illegible] d. c. *De multa, n. 6.* nam, ut ipſe ait, hæc tria textus ſemper pro eodem accipiuntur; & ita ſecundum eum ex ſui natura hæc ſunt diverſa, quæ tamen plerumque [illegible] ut [illegible] & [illegible] tranſeunt, ubi Joan. Andr. num. 13. Imol. n. 9. & 19. & plerique alii.

In hac varietate prima opinio fuit Abbatis Antiqui in c. *Dudum*, in c. *de elect.* dicentis dignitatem eſſe præeminentiam cum cura, perſonatum ſine cura. Sed, ut inquit Joan. Andr. *ibidem n.* 27 hoc conſtat eſſe falſum per cap. *Inter de cracundia lib. 6.* & c. *un. de ætat. & qualit. eodem lib.*

9 Secunda opinio fuit Archidiaconi in cap. 1. *num.* 1. *verſ. Sed* [illegible] *de conſuetud. lib. 6.* quem [illegible] ferè verbis ſequitur Jo. Andr. *eodem num.* Nam ſecundum eos ſi dignitas ſumatur in larga ſignificatione, ſecundum quod dicitur quædam præeminentia in gradu, comprehendit etiam perſonatum, & ſic aliquando dignitas appellatur perſonatus, vel cuſtodia, c. *Cùm ad noſtram, de inſtitut.* [illegible], vel miniſterium, vel officium, cap. *Cùm accesſiſſent*, c. *Cùm olim, de conſuet.* c. *Cùm in tantum*, §. *Inferiora, de electione.* & c. *ult. de Præben.* Unde Archidiaconatus, Decanatus, & Primiceriatus [illegible] nominibus promiſcuè appellantur; & [illegible] omnes Præpoſiti appellari ex eo, quod [illegible] præeminentiam habere no-
10 ſcuntur, c. *Quærens de verborum ſignificat. lib. 6.* Sin autem [illegible] ſumatur hoc verbum *Dignitas*, accipitur etiam pro majoribus, ſcilicet Epiſcopatibus, & ſimilibus. De quo vide per Felin. *in Rubr. de major. & obed.* [illegible] ubi ait dignitas comprehendit Papatum, Archiepiſcopatum, Epiſcopatum, Cardinalatum, Patriarchatum & ſimilia.

11 Perſonatus verò accipitur pro Archidiaconis, & ſimilibus. & hoc modo ſecundum eos intelligi poteſt c. *Eum qui, de eo, qui mitt. in poſſeſſ. lib. 6.* ubi perſonatus comprehendit majora, mediocria, &
12 minora beneficia. Verùm, ut inquit Gemin. in d. c. 1. *col.* 1. *poſt medium, verſ. Mihi videtur*, iſti non declarant funditus hanc materiam.

Tertia opinio fuit Gulielmi de Monte Lauduno in Extravag. *Execrabilis, n. 3. de Præben.* quæ habetur ibi in gloſſ. *in ver. Perſonatus*, ubi firmat, iſta inter dignitatem, perſonatum, & officium non conſtituere aliquem gradum, ſeu diſtinctionem aliquam: & licèt nomina ſint diverſa, unam tamen formam tenere, ſicut legitur de Primatibus, & Patriarchis in c. *Provinciæ, 99. diſt.* [illegible] Diverſitas autem nominum introducta eſt ex diverſo modo loquendi, & diverſis conſuetudinibus Eccleſia-
13 rum. Nec obſtat quod de ſtylo Curiæ omnia in litteris, & Conſtitutionibus ſpecificantur; quia fortè hoc fit ad cautelam, & ex ſuperabundanti, cum talia non vitient, ſed proſint potius ad exceptiones [illegible] eludendas, vel ut diverſis [illegible] Gentium ſatisfiat, arg. Clem. 1. *de Magiſtris*, c. *Qui de menſa*, 37. *diſtin.* Ad varietatem autem diverſæ locutionis, ſeu mutabilitatem nominum nihil immutatur in iſtis realiter in effectu, nec mutari debet, ſed aliquando veritas denotari, arg. cap. *Lege*, 10. *diſt.* Unde dicit Philoſophus, propter noſtrum affirmare, vel negare rei veritas non mutatur, l. *Aſſumptio*, ff. *ad municipal.* Eandem opinionem amplectitur Cardinal. in d. c. *De multa*, § *Ibidem, num. 3. verſ. Et per prædicta*, dicens dignitatem, perſonatum, & officium non habere diſtinctionem præciſam in jure: & licèt perſonatus videatur poni ſupra officium, & dignitas ſupra perſonatum, tamen hoc jure non probatur; nec eſt jus, quia de iſtis idem judicium, cap. 1. *de conſuetud. lib. 6.* nec ulla realis differentia inter hæc poteſt aſſignari; & hæc vocabulorum varietas potius originem traxit à diverſitate locorum, quàm à jure, & ſequitur Abb. in d. c. *De multa, n. 2. verſ. Prima concluſio*, ubi ait, credendum eſſe ex diverſitate locorum inſurrexiſſe hæc diverſa vocabula; nam in multis locis dignitas appellatur perſonatus, & in aliquibus dicitur perſonatus quodlibet beneficium curatum: & ideo in his debet attendi ſubſtantia rei magis, quàm denominatio.

14 Sed certè hæc opinio deſtruitur ex prædicta Decretali *De multa*, §. *Ibidem*, ubi primò ſtatuit de dignitatibus, & poſtea ſubdit, hoc idem in perſonatibus decernimus eſſe obſervandum. Quod fruſtra feciſſet, ſi perſonatus in ſubſtantia idem eſſet quod dignitas, ut benè per Archidiac. & Jo: Andr. in d. c. 1. *num.* 1. *de conſuet. lib. 6.* & Oldrad. *conſ.* 150. incipien. *In Eccleſia, n. 3. verſ. Et hoc reſpectu.* Et ſatis infirma eſt reſponſio Lauduni *loc. cit.* quia illud verbum *idem*, non denotat identitatem perſonatus cum dignitate, ſed identitatem juris circa diverſa tamen beneficia. Et conſideratio illa, quòd hæc diverſitas nominum inſurrexerit ob diverſas locorum conſuetudines, adaptari poteſt tantummodò ad illa jura, quæ emanarunt pro aliqua peculiari Eccleſia, ut c. *Cùm accesſiſſent, de conſtit.* pro Eccleſia Tullen. c. *Dudum*, el. 2. *de elect.* pro Eccleſia Ambian. & conſimilia. Sed congruè adaptari non poteſt ad illa jura, quæ non reſtringuntur ad certa loca, ſed per modum legis uni-



verſalis hanc differentiam conſtituunt, ut facit Concilium Generale in d. c. *De multa*, Concilium Lugdunen. in c. 1. §. *Hoc autem, de elect. lib. 6.* ibi, *in dignitatibus, perſonatibus, & Canonia obſervaretur eorum*, Bonifacius in d. c. 1. *de conſuetud. lib. 6.* per quem textum, ut inquit ibi Geminian. *col.* 1. *circa medium*, deſtruitur contraria opinio, quia ibi dignitas, perſonatus, & officium ponuntur ut diverſa, & idem Bonifac. in c. *Statutum, in princ. de reſcript. eod. lib.* ibi, *dignitate præditi, vel perſonatum obtinentibus*, & in aliis juribus ſupracitatis *num.* 8.
15 Et quamvis ſecundùm locorum conſuetudinem hæc nonnunquam accipiantur tanquam ſynonyma, prout in Anglia, ubi perſonæ Eccleſiarum dicuntur quæ præſunt Eccleſiis, qui alibi dicuntur Curati, c. *Perſonæ, ſuprà de appellat.* & c. *Quæſitum*, 1. *q.* 3. & nihilominus dicantur in dignitate conſtituti, ſecundùm Innoc: in d. c. *De multa, n. 6.* Attamen circumſcripta conſuetudine, neceſſe eſt fateri prædicta differre non ſolum nomine, ſed etiam re, & ſubſtantia, & verum eſſe quod dicunt Archid. & Jo: Andr. *locis citatis*, & Oldrad. *d. conſ.* 150. *num:* 3. ubi ait: (Si horum duorum vocabulorum virtus, (ſcilicet dignitatis, & perſonatus) propriè ſumantur, neutrum eſt alterum; licèt ſi ſumantur largè, & impropriè, vel ſint ſynonyma, vel convertibilia alterum in altero, ſicut genus in ſpecie, & ſicut emptum & partum, ut l. *Si quis earum*, §. *Inter emptum*, ff. *de legat.* 2.) quod etiam dixerunt Archid: & Jo: Andr. in d. c. 1. *imbo, n. 3.* facit tex. in l. *Si idem*, C. *de codicill.*

16 Quarta opinio fuit Gemin. in cap. 1. *col.* 1. *poſt medium, verſ. Mihi videtur, de conſuetud. lib. 6.* qui putavit dignitatem habere ſe ad perſonatum, & officium tanquam genus ad ſpecies: nam dignitas eſt quoddam nomen generale generaliſſimum aptum denotare omnem habentem aliquem gradum præeminentiæ, & hoc voluit gloſſa in cap. *Denique, in ver. Dignitas*, 4. *diſt.* cum ſimil.
17 Item dignitas ſumitur largè, & ſtrictè ſecundùm naturam materiæ, in qua fit prolatio, vel ſecundùm intentionem proferentis ſi de ea conſtat. Unde etiam in materia ſtricta & pœnali dignitatis appellatione comprehenditur Epiſcopatus, & ſuperiores, quando hoc exprimitur, ut in c. *Felicis*, §. *Quiſquis, de pœn. lib.* 6. quandoque non comprehenditur Epiſcopatus appellatione dignitatis, ut notatur in c. 2. *de Præben. lib. 6.* & in c. *Dilectus, de conceſſ. Præben. eodem lib.* Perſonatus, & officium ſunt ſpecies comprehenſæ ſub illo genere.
18 Verùm neque hæc theorica videtur procedere; quia ſi dignitas ad perſonatum, & officium ſe haberet ut genus ad ſuas ſpecies, omnis perſonatus, & omne officium eſſet dignitas, quia ad poſitionem ſpeciei neceſſariò ſequitur poſitio generis, l. *Si quis earum*, §. *Inter emptum*, & ibi notant gloſſ. Bart. & DD. ff. *de legat.* 2. ſicut dicimus de credito, & mutuo, ut in l. 2. §. *Creditum*, & ibi Bald. ff. *ſi cert. petat.* & tamen hoc conſtat eſſe falſum, quia eſt dare perſonatum, qui non eſt dignitas, ut in d. c. *De multa, infrà eod.* & ſimiliter eſt dare officium, quod non eſt dignitas, ut c. *Salvator*, §. *Nomine*, 1. *q.* 3. & patet in titulo *de officio Cuſtodis, de officio Sacriſtæ*, & in multis juribus infrà ci-
19 tandis, n. 54. Quin potiùs oppoſitum eſt verum, quia qui dignitatem habet, dicitur etiam habere perſonatum, ſed non convertitur, ut dicunt in c. 1. *de conſuetud. lib. 6.* Archid: *num.* 3. *verſ. Dico tamen*, & Joan: Andr. *num:* 2. *verſ. Dicit autem*, & Cardinal. in c. *De multa*, §. *Hoc idem, in ultima quæſt.*
20 *num.* 3. *verſ. De hac materia, infra eod.* Ego verò in hac materia ponam primò diffinitionem dignitatis ſtrictè ſumptæ, prout comprehenditur in Decretali, *De multa*, & illius partes explicabo. Deinde per quatuor concluſiones deducam ſigna ad dignoſcendum quando quis dicatur habere dignitatem. Tertiò, ſubjiciam diffinitionem perſonatus. Quartò, diffinitionem officii, ex quibus deprehendi facilè poterit quænam inter iſta ſit ſpecifica differentia.

Dignitas nihil aliud eſt, quàm adminiſtratio perpetua rerum Eccleſiaſticarum cum præeminentia in gradu. Dicitur primò *adminiſtratio*, quod
21 eſt genus ad omnia officia Eccleſiaſtica: adminiſtrationis enim appellatione jure noſtro continentur omnia Eccleſiaſtica officia, Clem. 1. *de reſcript.* c. 2. *ſuprà de ætate, & qualitate*, & notat gloſ. in Extravag. *Execrabilis, in ver. Perſonatus, de Præben, inter communes*, Innoc: in c. *Ex litteris, nu. 2. de probat.* Idque ad exemplum tutoris, qui adminiſtrationem habet, ut in tit. *de adminiſtrat. tutor.* & dicitur habere officium, l. *Alienam*, C. *de Procurat.* & dicitur *adminiſtratio*, id eſt gubernatio, l. *Sancimus*, § *fin.* ff. *de adminiſtr. tutor.* ſeu regimen, ut d. c. 2. *de ætate, & qualitat.* Itaque dignitati ineſt adminiſtratio, ut notat Bald: in l. 2. *n. 54.* C. *de ſervitut. & aqua.*
22 Et ex hoc excluditur dignitas ventoſa, & ſine adminiſtratione, ut l. 3. C. *ubi Senator. vel Clariſſ.* & l. *ad Rempublicam*, ff. *de muner. & honor.* quæ eſt abuſivè dignitas, & cujus effectus alius non eſt, quàm ut invidiam generet, & ſcandalum ſeminet inter fratres, ut idem Bald: ſcripſit in c. *Cùm olim, n. 8. de conſuet.*

23 Sequitur in definitione illud verbum *perpetua*, quia ad conſtituendam dignitatem Eccleſiaſticam requiritur ut ſit perpetua, cap. 2. §. 1. *infra de ſtatu Monachor.* c. 1. *de conſuetud. lib. 6.* & firmat Innoc: in c. *De multa, n. 6. in fin. infra eod.* ubi formaliter ſic ait: (Nunquam autem reputamus aliquem ad hanc Conſtitutionem teneri, niſi perpetuam habeat dignitatem; & eum ſequuntur ibi Hoſt: Jo: Andr. Abb: & alii communiter.

24 Et hinc fit ut cùm ſuffraganeatus non ſit titulus perpetuus, Parochialis Eccleſia quam obtinebat is, qui à Sede Apoſtolica ad Epiſcopatum titularem promotus, ac eodem tempore alicui Epiſcopo in ſuffraganeum deputatus eſt, non intelligatur vacare, ut olim declaravit S. Congregatio Concilii. Hinc etiam ſolvitur quæſtio, num-
25 quid acceptans Vicariatum Epiſcopi perdat dignitatem, vel beneficium Curatum ex diſpoſi-
26 tione d. c. *De multa, infra eod.* Pro parte affirmativa facit, quia per Vicariatum conſequitur dignitatem, ut notat gloſſ. in Clem. *Ex principali, in ver. Per electionem, de reſcript.* reddens rationem, quia quamvis non ſit perpetua, ſatis tamen eſt ut poſſit eſſe perpetua, quia fortè Epiſcopus quamdiu vixerit eum non removebit, arg. l. *Imperitos*, ff. *de excuſat. tutor.*
27 Item facit pro hac parte, quia judex dicitur habere dignitatem, l. *ult.* ff. *de alb. ſcriben.* l. *Obſervandum*, ff. *de offic. Præſid.* & notatur in c. *Quia nonnulli, ſuprà de Cler. non reſid.* & per Archid. in cap. 1. *num.* 1. *verſ. Sic etiam judex, de conſuet. lib. 6.* In contrarium eſt veritas ſecundùm Abb. in d. c. *De multa, num:* 23. quia illa dignitas eſt Epiſcopi, & Vicarius facilè poteſt amoveri, ad

hoc

dignitatibus conſiſtunt, qui in prædictis prærogativis præcærunt eiſdem. Ita Archid. in d. cap. 1. n. 2. verſ. Perſonatus verò, de conſuet. lib. 6. qui ſubdit hæc poſſe colligi ex c. Ibidem, il 2. de elect. & c. De multa, de præbend. Idemque totidem verbis repetit ibidem Joan. Andr. num. 1. verſ. Perſonatus autem. Et eſt quid plus quam officium, quod nullam ha-
52 bet prærogativam, ut inferius dicemus. Et ſic perſonatus eſt quid medium inter dignitatem, & officium, quod pluribus comprobat Cujac. in rubr. de Præben. col. 2. in princ. verſ. Pari que ratione, oſtendens perſonatum tenere medium gradum inter Dignitatem, & Canonicos, & ſequitur Hoied. de benef. incompatibilit. part. 1. c. 9. n. 2. & noviſſimè Lotter. de re beneficiar. lib. 1. q. 14. num. 50. & ex his communium differentia quam conſilio it Oldrad. in præal. conſ. 150. n. 3. dum ait, Dignitatem eſſe quandam præeminentiam ex adminiſtratione; Perſonatum eſſe honorem quendam ſine adminiſtratione.
53 Officium verò multipliciter accipitur, ut plenè notant in d. c. 1. de conſuet. lib. 6. Archid. d. n. 2. verſ. Officium verò, & Jo. Andr. n. 1. eod. verſ. Sed ſtrictè ſumptum, eſt adminiſtratio perpetua rerum Eccleſiaſticarum ſine prærogativa in Choro, vel
54 in Capitulo ultra alios ſui ordinis, ſicut ſunt Præpoſiti Eccleſiæ Carnoten. & qui habent onus annexum officio, ut Syndici, Procuratores, & Caſtaldi, de quibus in c. Abbate, 3. Nemus, 1 q. 3. & l. Alemann. C. de Procurator. Item Vicedomini, S. Officium. 85. diſt. Archidiac. & Jo. Andr. locis citatis. & Domini de Rota d. deciſ. 9. verſ. Tamen quicquid ſit, de cons. in Novis.

## DE PRÆBENDIS.

### Cap. Præterea.

*SVMMARIVM.*

1 *Dignitates plures habens alteram dimittere compellitur.*

1 PRÆTEREA. Habens plures Dignitates alteram eligere, alteram dimittere compellitur. hoc dicit. Concordat c. *Referente, ſupra* ed. ubi plenè ſcripſi de intellectu hujus textus, & an optio, de qua hic, & ibi, ſundimus ſublata fuerit per jura poſteriora, ac Trident. Concilij Decreta, illuc recurre.

## DE PRÆBENDIS, & Dignitatibus.

### Cap. Cùm ſecundùm.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinato per Epiſcopum ad ſacros ſine titulo, nemine præſentante, ordinator, vel ſucceſſor compellitur in neceſſarijs providere, donec titulum habeat.*

2 *Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris debentur alimenta ex reditibus Eccleſiæ de jure Divino.*

3 *Sacerdotibus de altario vivere, non luxuriari permittitur.*

4 *Clerici habentes patrimonium, quamvis poſſint vivere de bonis Eccleſiæ, tamen ſi illa inſumant in uſus inhoneſtos tenentur ad reſtitutionem.*

5 *Pauper locare poteſt operas ſuas ſpirituales ſine ſimonia.*

6 *Bona Eccleſiarum ſunt patrimonium Jeſu Chriſti.*

7 *Argumentum ab etymologia vocabuli validum eſt in jure,*

*Si negativè ſumatur; ſed ſi affirmativè ita demum valet, ſi definitioni rei non contradicat, n. 10.*

*Et quidem etymologia nominis proprij, n. 14.*

8 *Etymologia dat verbi proprium ſignificatum, ubi definitio non repugnat.*

9 *Etymologia quid ſit.*

11 *Etymologia non convertitur ſicut definitio cum definito, ſed generalius eſt.*

12 *Argumentum a genere ad ſpeciem affirmativè non valet, ſed negativè.*

13 *Genus comprehendit ſpecies, ſed non infert: ſpecies verò infert genus, ſed non comprehendit.*

15 *Nomina propria ad beneplacitum imponuntur.*

16 *Gregorius dicitur quaſi ●gregem regens.*

17 *Presbyter unde dicatur.*

18 *Ordinationes factæ ſine certo titulo olim irritæ erant quoad executionem, & n. 67.*

19 *Sed hodie ſecus, & n. 68.*

20 *Ordinare ſine titulo, an, & quando Epiſcopus teneatur vitæ neceſſaria miniſtrare, & nu. ſeqq. uſque in finem,*

*Quid ſi ordinatus jam erat conſtitutus in ſacro Ordine, n. 23.*

*Et quid ſi plures Epiſcopi ordinaverint ſubditum ratione originis, domicilij, vel beneficij, n. 24.*

*Et quid in Epiſcopo alieno, qui ordinavit ex commiſſione generali Epiſcopi proprij, n. 25.*

*Et quid in ſucceſſore Epiſcopi ordinantis, n. 26.*

*Et quid ſi ordinatus neglexerit petere alimenta ab ordinatore quando erat ſolvendo, n. 33.*

*Et quid ſi Epiſcopus renunciaſſet Epiſcopatui, aut eſſet depoſitus, n. 34.*

*Et quid in hæredibus ordinatoris, n. 36.*

*Et quid ſi titulus ordinato ex poſt fuerit, aut eximitur, n. 42. & 43. & ſeq.*

*Et quid in promoto ad minores Ordines ſine certo titulo, n. 47.*

*Et quid ſi ordinatus aliunde habeat unde vivere poſſit, n. 48.*

*Et quid ſi fuerit ab alio præſentatus, & examinatus, n. 49.*

*Et quid in Epiſcopo alieno, cui Diœceſanus commiſit ut certas perſonas ordinaret, n. 50. & 58.*

*Et quid in alieno, qui ordinavit in vim licentiæ de ſe promoveri faciendo à quocunque Antiſtite, n. 59.*

*Et quid ſi ordinatum furtivè ſe in numerum ordinandorum intruſerit, n. 61.*

*Et quid ſi conficto titulo ordinatorem deceperit, n. 62. & 66. uſq. in finem.*

21 *Conſecrans Eccleſiam ſine competenti dote tenetur de ſuo eam dotare.*

22 *Argumentum à conſecratione Eccleſiæ ad conſecrationem Miniſtri, & è converſo valet.*

27 *Succeſſor cur teneatur ex delicto Epiſcopi, qui Clericum ſine titulo ordinavit, & n. ſeq.*

*Crimina regulariter morte extinguuntur, ibid.*

28 *Clericorum mendicitas cedit in dedecus ordinis Clericalis, & opprobrium ejus, in cujus ſortem aſſumpti ſunt, & n. 69.*

29 *Ad onus qui eligitur, non debet repelli à mercede.*

30 *Clericorum numerum augere favorabile eſt.*

31 *Epiſcopus ex ſuo officio generali providere debet ne quis Clericorum egeat, & n. 44. & 46.*

32 *Bona Eccleſiarum pauperum ſunt.*

35 *Ordinator tenetur conſtituere ordinato ad ſacros Ordines ſine certo titulo unde perpetuò vivere poſſit.*

37 *Obligatio Epiſcopi ordinantis Clericum ſine titulo oritur ex contractu, vel quaſi, & ideo tranſit ad hæredem.*

38 *Hæredes ſecundùm Canones etiam ex maleficio defuncti obligantur.*

39 *Hæredes an ſint diſcutiendi priùs quam conveniatur ſucceſſor in dignitate ſuper alimentis promoti ad ſacros Ordines ſine certo titulo, & n. ſeq.*

40 *Obligatio, quæ contrahitur ex ordinatione ſine titulo, an ſit realis, vel perſonalis.*

42 *Epiſcopus qui contulit beneficium alterius, an teneatur providere de æquivalenti beneficio.*

43 *Donator non tenetur de evictione.*

45 *Minus factum eſt ab initio adire locupletem hæreditatem,*

46 *Epiſcopus tenetur providere ordinatis ſi eorum patrimonium pereat chaſmate, vel alluvione.*

50 *Ordinans ſubditum alienum ex commiſſione Epiſcopi proprij, non tenetur inquirere an promovendus ſit idoneus, & n. 55.*

51 *Et ſi promotus reperiatur ſine titulo, non tenetur ei providere qui ordinavit, ſed qui examinavit.*

52 *Ordines conferre debent Epiſcopi per ſemetipſos, & ægritudine impediti ſubditos ſuos non aliter quàm probatos, & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittere.*

53 *Ordinari nemo debet ab Epiſcopo alieno niſi ejus probitas, & mores Ordinarij ſui teſtimonio commendentur*

54 *Etiam in vim licentiæ Apoſtolicæ de ſe promoveri faciendo ab alieno Epiſcopo.*

55 *Ordinans alienum ſubditum de Ordinarij licentia poteſt ſi vult, ſed non tenetur deferre Ordinarij atteſtationi, & n. ſeq.*

56 *Litteris Examinatorum creditur.*

57 *Conſtitutio Sixti V. præcipiens Epiſcopis ut examinent qualitates ordinandorum, intelligenda eſt de proprijs ſubditis tantùm.*

*Examen de qualitatibus ordinandorum, quamvis ſit faciendum ab Epiſcopo dimiſſorias concedente, non tamen ab ordinante; tamen ſi Epiſcopus alienus ſciret aliquem criminoſum, peccaret ordinando, ibidem.*

60 *Dimiſſorias concedere poteſt Epiſcopus etiam abſens, & examen committere Ordinario loci, in quo ille degit.*

62 *Epiſcopus ignoranter ordinans ſubditum alienum, qui furtivè, aut ex ſimplicitate ſe in numerum Ordinandorum ingeſſit, aut litteras dimiſſorias furtivè impetratas, in pœnam ſuſpenſionis non incidit.*

63 *Ordinati ad ſacros ſine titulo poſt Conc. Trid. an ſint ſuſpenſi ab executione Ordinum, ac ſi miniſtraverint irregulares, & n. ſeq.*

64 *Patrimonium, ad cujus titulum Clericus eſt ordinatus ſi fit minùs ſufficiens, licentia Epiſcopus tandem ex proprijs ſupplere, donec per ipſum Epiſcopum, vel alium in ſua, vel aliena Eccleſia fuerit competenti beneficio aſſecutus.*

65 *Ordinati ſine titulo ex Conſtitutione Sixti V. ſuſpenſi erant ab executione Ordinum, ac ſi miniſtraſſent irregulares. Sed ea Conſtitutio redacta fuit à Clemente VIII. ad terminos Iuris, & Concilij Tridentini.*

66 *Ordinatus ad ſacros Ordines, qui conficto titulo Ordinatorem decepit, an incidat in ſuſpenſionem ab Ordinum executione, & nu. ſeqq. uſq. in finem,*

67 *Ordinati ſine certo titulo beneficij, vel patrimonij, quas pœnas incurrant, ſecundùm jus antiquum, medium, & noviſſimum, & n. ſeq.*

1 CUM SECUNDUM, Ordinato per Epiſcopum ad Sacros ſine titulo, nemine præſentante, ordinator, vel ſucceſſor compellitur in neceſſarijs providere donec titulum habeat. Hoc dicit. Primò ponit exordium ex quo elicit editionem novi juris, & correctionem antiqui. Secundò facti narrationem, mandatum, & commi nationem, ibi, *inde eſt*.

2 Nota 1. ex principio text. Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris deberi alimenta ex reditibus Eccleſiæ de jure Divino: nam quod hic dicitur, ſecundum Apoſtolum: *Qui Altari ſervit, de Altari vivere debet*, in can. 41. *Apoſtolorum* dicitur, Lex Dei præcipit, ut qui Altario deſerviunt, paſcantur de ipſo, ut refertur in c. *Ex his*, 12. q. 1. de quo plura teſtimonia concordantia ex ſacris litteris deſumpta poſui in cap. *fin. num.* 7. *infrà de Pecul.*

3 *Cleric.* Et pondera illud verbum, *vivere*: nam, ut inquit Hier. *in Michæam, cap. 3. in fine*, (Tibi, ô Sacerdos, de Altario vivere, non luxuriari permittitur,) ut *in ſumm.* 44. *diſt.* & ponitur luxuria pro omni illicita concupiſcentia. Ex quo notabiliter

4 infert Abbas *hic num.* 2. ut Clerici habentes bona patrimonialia, quamvis licitè poſſint ex bonis Eccleſiæ victum percipere, ſecundum communem opinionem de qua teſtatur Dec. in cap. *Epiſcopus, num.* 13. *ſupra eodem*, tamen ſi reditus Eccleſiaſticos convertant in uſus inhoneſtos, teneantur ex proprijs bonis reſtituere Eccleſiæ quod malè expenderunt; allegat. c. 1. & 2. 12. *quæſt.* 4. Idem tenet Archidiaconus 44. *diſt. in princ. in ver. Permittitur*, & Dec. in d. c. *Epiſcopus, n.* 13. *verſ. Prædicta ergo procedunt*. Sed an hoc obtineat in portione, quæ contingit Clerico ultra congruam ſuſtentationem, latiſſimè examinavi in d. c. *fin. à n. 1. uſq. in fin. de pecul. Cleric.*

5 Secundo nota ibi, *à mercede*, proventus Eccleſiaſticos deberi Sacerdotibus tanquam mercedem oneris, ſeu laboris, ut hic, & in cap. *Charitatem*, & in c. *Quicunq.* 12. *quæſt.* 1. Nam *dignus eſt operarius mercede ſua*, ut 1. *ad Timoth.* 5. Unde colligit Abbas *hic num.* 3. ne pauper locare poſſit operas ſuas ſpirituales, nec ſimoniam committat; quia non intendit principaliter ſpiritualia vendere ſed victum ſibi quærere, de quo dic ut in c. *Significatum, ſupra eodem.*

6 Tertio nota ibi, *de patrimonio Ieſu Chriſti*. Bona Eccleſiarum non eſſe Prælatorum, ſed Patrimonium Jeſu Chriſti acquiſitum Sanguine ſuo; Concordat tex. in c. *Cùm ex eo*, ibi, *de patrimonio Ieſu Chriſti dotari, &c. de elect. lib.* 6. Quod ſignat contra Prælatos reputantes ſe dominos, ſecundum Hoſt. *hic n.* 1. *in ver. Patrimonio*. Jo. Andr. n. 2. Card. n. 1. Abb. n. 4. & Joan. de Anan. num. 9. & vide gloſſ. in cap. *Cauſa*. Caſpen. *in ver. Sacrilegio, de ver. verum ſignif.* & Innoc. in cap. *Cùm ſuper, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

7 Quartò nota ibi; *Ut ipſa nominis ratio*. Licitum
eſſe arguere ab etymologia vocabuli, ut hic, &
in l. 2. §. *appellata*, *ff. ſi cert. petat.* in l. 1. ubi Bart.
Ang. Joan. de Imola, Alex. & Doctores notant *ff.*
*de acquirenda poſſeſſione* in cap. *Privilegia*, 3. *diſt.* &
in cap. *Cleros*: ubi Gemin. & Præpoſ. 21. *diſt.* cum
8 multis ſimilibus. Nec mirum, quia etymologia
dat verbis proprium ſignificatum, ubi diffinitio
non repugnat, l. *Nomen* §. *Inſtrumentorum*, *in ver.*
*Proprietatis*, l. *Quibus præcipua*, l. *Tugurii*, l. *Ut Al-*
*phenus*, & l. *Pupillus*, §. *Territorium*, *ff. de verborum ſi-*
9 *gnif.* & cap. *Forus*, *infra eod. tit.* Eſt enim etymo-
logia reſolutio vocis in proprium effectum rei,
quæ demonſtratur, ut notat Bald. in c. 1. §. *Si quis*,
*de manſo*. *col. ult. de controverſia inveſtituræ in uſibus*
10 *feudorum*. Sed ſecundum Abbatem *hic*, *num.* 5 ar-
gumentatio hæc à vi nominis ſemper eſt valida,
ſi negativè ſumatur, ut in d. §. *Appellata*: ſed affir-
mativè ita demum valet, ſi diffinitioni rei non
contradicat d. l. 2. *ff. ſi cert. petat.* & notat Bartol.
in l. 1. *ff. de teſtam.* ut exempli gratia, cùm mu-
tuum dicatur, quia de meo fit tuum, & teſtamen-
tum quaſi teſtatio mentis: concludit argumen-
tum; De meo non fit tuum: ergo non eſt mu-
tuum: item. Non eſt teſtatio mentis: ergo non
eſt teſtamentum, ut in d. l. 1. Sed non procedit af-
firmativè, quia non ſemper ſequitur, De meo fit
tuum: ergo eſt mutuum, nam poteſt eſſe dona-
tio, ut l. 1. *ff. de donat.* Item non ſequitur: Eſt
teſtatio mentis: ergo eſt teſtamentum: nam &
codicillus eſt mentis teſtatio, & tamen non eſt te-
ſtamentum, ut l. *Si idem*. *C. de codicill.* Eamdem
theoricam poſuit idem Abbas in *conſ.* 82. incipien.
11 *Quamquam*, *num.* 2. *lib.* 1. & eſt ratio differentiæ;
quia etymologia non convertitur, ſicuti diffini-
tio cum diffinito, ut l. 1. §. *Dolum*. *ff. de dolo*: ſed eſt
generalior, ut probatur in cap. *Cleros*, §. *Epiſcopa-*
12 *tus*, 21. *diſt.* A genere autem ad ſpeciem affirma-
tivè non valet argumentatio; non enim ſequitur:
Eſt animal: ergo eſt homo: ſed benè valet nega-
tivè; quia à quo removetur genus, removetur
& ſpecies, ut l. *Fundi*. *ff. de fundo inſtructo*, & l. *Sed*
*& ſi pater*, & ibi gloſſ. *in ver.* *Ex omni eventu*. *ff. ad*
*Macedonian.* & notat Dyn. *in regul.* *mor.* *de regul.*
13 *jur. lib.* 6. Item genus comprehendit ſpecies, ſed
non infert: ſpecies verò infert genus, ſed non
comprehendit: c. *Pœnale*, 14. *q.* 5. cap. *Auditis*, *ſu-*
*prà de præſcript.* c. 2. *infrà de capell. Monac.* notat
Bartol. in l. 2. §. *dolo malo*. *ff. de vi bonor. raptor.* &
Petr. Brix. *in repertor. in verb. Genus*.
14 Adverte tamen, quia hæc differentia inter ar-
gumentum negativè, & affirmativè ſumptum
procedit in etymologia nominis appellativi, ut
hic, & in juribus prææallegatis: non autem in ety-
mologia nominis proprii: nam indiſtinctè non
concluditur argumentatio, tex. eſt in l. *fin.* *circa fi-*
*nem*, juncta gloſſ. *in ver.* *Nam ſolam nominis*, *ff. ad*
*municipal.* & notant Bartol. Bald. Imol. Alex.
15 & alii *in Rubrica*. *ff. ſolut. matrim.* Ratio eſt, quia
nomina propria ad beneplacitum imponuntur,
ut in l. *Si quis in fundi vocabulo*, *ff. de legat.* 1. Unde
non ſequitur, Talis eſt Bolognetus: ergo eſt
Bononienſis: vel econtra, Non eſt Bononienſis;
ergo non eſt Bolognetus, quo exemplo utitur
16 gloſſ. in d. l. *fin.* ſicut Gregorius dicitur quaſi
gregem regens, ut ait Joan. Andr. *in proœmio hujus*
*compilationis*, *in ver.* *Gregorius*, *num.* 5. & tamen
non ſequitur, Talis non regit gregem; igitur
non eſt Gregorius. Accipe aliud exemplum no-
17 ſtri nominis, Componitur Proſper ex procul, &
aſper, quaſi procul ex aſperitate, & moleſtia, ut
idem Joan. Andr. inquit *in proœmio lib.* 6. §. *Sacro-*
*ſanctæ*, *num.* 1. *in ver.* *Proſperitate*. Profectò à nobis
procul non abfuit aſperitas, cùm in miſeriam ce-
citatis nos perduxerint peccata noſtra; quod
tam aſperum eſt, ut ſacri Canones inhumanum
putent tantæ calamitatis non miſereri, ut in cap.
*Licet de cenſib.* & tamen Proſperi nuncupationem
non amiſimus, licèt aliquando viſa ſit nobis ve-
rior contraria alluſio, ut ſcilicet potiùs dicatur
Proſper, quaſi propè aſper, quàm procul aſper.
Sed benedictus Deus qui unxit nos unctione mi-
ſericordiæ ſuæ, & conſolatus eſt nos in omni tri-
bulatione noſtra.
18 Quintò nota, pœnam ordinati ſine titulo ſe-
cundum antiquos Canones: nam ordinationes
hujuſmodi in injuriam ordinantis erant irritæ, &
inanes, ut *hi.* dicitur *in verſ.* *Licet autem*, & Con-
cil. Calcedon. *cap.* 6 præcepit tales habere vacuam
manus impoſitionem, & nullum tale factum va-
lere. Etiam Conc. Urbani II. habito Placentiæ
ſtatutum eſt, ut ſine titulo facta ordinatio irrita
habeatur, ut refertur in cap. *Neminem*, & cap. *San-*
*ctorum*, 70. *diſt.* quod tamen intellige quoad exe-
cutionem, non autem quoad veritatem; quia
characteris impreſſionem non impedit defectus
tituli, ut hic notat gloſſ. *in ver.* *Irritas*, & Butr. *num.*
14. gloſſ. Archid. Bellam. & Gemin. in d. cap. *Ne-*
*minem*, omnes *in ver.* *Vacuum*, & idem Archid. in
d. cap. *Sanctorum*, *in princ.* *in ver.* *Irrita*.
19 Sextò nota, hodie ordinatum ad Sacros ſine ti-
tulo non eſſe amplius ſuſpenſum ab Ordinum e-
xecutione, quemadmodum erat ex diſpoſitione
veterum Canonum; ſed tantummodò ordinan-
tes, & eorum ſucceſſores teneri ſic ordinatis tam-
diu vitæ neceſſaria miniſtrare, donec beneficium
Eccleſiaſticum fuerint aſſecuti; & ſic pœnam an-
tiquorum Canonum fuiſſe abrogatam per hanc
Decretalem, quod fuſiùs infrà explicabitur in ſe-
cunda, & tertia quæſtione.
20 QUÆRO pro declaratione materiæ, An, &
quando Epiſcopus teneatur providere ordinato
ſine titulo.

Hæc quæſtio plures implicat inſpectiones, quæ
faciliori methodo explicabuntur conſtituendo
regulam cum ampliationibus, & limitationibus.

Regula eſt: Epiſcopus, qui ſine certo titulo
Clericum promovit ad ſacros Ordines, tenetur
ſic promoto tamdiu de ſuo vitæ neceſſaria con-
gruè ſubminiſtrare, donec ille in Cathedrali, vel
alia Eccleſia per ipſum ordinatorem, vel alium,
competens beneficium Eccleſiaſticum fuerit aſ-
ſequutus. Probantur hæc in hac Decretali in c.
2. & cap. *Epiſcopus*, *ſuprà eod.* & in cap. *Si Epiſcopus*,
*eod. titulo lib.* 6. & ex dicendis *infrà num.* 64. Quod
21 confirmatur etiam exemplo Epiſcopi qui Eccle-
ſiam conſecravit ſine competenti dote, contra
textum in cap. *Nemo*, *de conſecr.* *diſt.* 1. nam tenetur
de ſuo illam dotare, ut notat gloſſ. *unica* in c. *Cùm*
*ſicut infrà de conſecr. Eccleſiæ, vel altaris*, quæ illicò
Doctoribus communiter recipitur, unde eodem
modo tenetur de ſuo providere Clerico conſe-
crato ſine ſufficienti titulo, arguendo à conſecra-
22 tione Eccleſiæ ad conſecrationem Miniſtri, &
è converſo, prout in propoſito arguit gloſſa præ-
allegata, & Lambertinus poſt alios in *tract. de ju-*
*re patr.*



*repatr. lib.* 1. *par.* 1. *in* 5. *q. principal.* *art.* 18. *in princ.*
*verſ.* *Si autem Eccleſia*.
23 Ampliatur primò hæc regula, ut procedat e-
tiam in Epiſcopo, qui Clericum ſine titulo jam
conſtitutum in ſacro Ordine promovit ſine novo
titulo ad ſuperiores Ordines, text. eſt in c. *Epiſco-*
*pus*, & ibi dixi poſt Decium in 1. *notab.* *ſuprà eod.*
24 Ampliatur ſecundò, ut procedat etiam in plu-
ribus Epiſcopis, qui Clericum ſubditum ratione
originis, domicilii, vel beneficii ſine titulo ordi-
nârunt; nam quilibet eorum tenetur in ſolidum
præſtare alimenta ſic ordinato, ut ſcripſi in d. cap.
*Epiſcopus*, *n.* 5.
25 Ampliatur tertiò, ut procedat non tantùm in
Epiſcopo proprio, ſed etiam in alieno, cui nullis
perſonis expreſſis in genere proprius Epiſcopus
commiſit, ut in ſua diœceſi Ordines celebraret:
nam ſi quempiam ad ſacros Ordines promoveat
titulum non habentem, tenetur illi, cùm in culpa
fuerit, taliter ordinando eundem, vitæ neceſſaria
miniſtrare, donec ei per ordinatorem, vel alium
de competenti beneficio ſit proviſum, ut eſt ca-
ſus in c. *Si Epiſcopus*, *in* 1. *reſponſ.* *infr. eod. lib.* 6.
26 Ampliatur quartò, ut procedat non ſolùm in
Epiſcopo ordinante, ſed etiam in illius ſucceſſo-
re: nam & is tenetur de ſuo providere ordinato
ad ſacros ordines ſine certo titulo, ut hic diſertis
verbis ſtatuitur in verſ. *Licet autem*, ibi *Per Ordi-*
*narios*, *vel ſucceſſores eorum*, & in verſ. *Inde eſt*, ubi
Clericus fuerat ordinatus ad Subdiaconatum à
prædeceſſore, & tamen Pontifex mandat Epiſco-
po ſucceſſori, ut ſic promoto vitæ neceſſaria mi-
niſtret.
27 Quòd ſi quæras, cur ſucceſſor conveniatur ex
delicto defuncti contra text. in l. *unica*, *C. ne ex de-*
*licto defuncti*, cùm regulariter crimina morte ex-
tinguantur, c. *Quorundam*, 23. *diſt.* & l. 2. *C. Si reus*,
*vel accuſator fuerit mortuus*; ſolvit gloſſ. *hic in*
*ver.* *Succeſſores*, quòd hoc caſu non tam punitur
ſucceſſor, quàm Eccleſia, ſine cujus conſilio ordi-
nationes fieri non debent, cap. *penult.* 24. *diſt.* pro-
pterea enim punitur, quia non reſiſtit ordinatori
delinquenti, ut c. *Quapropter*, 2. *q.* 7. Sed hæc ſolu-
tio non placet, Hoſtien. *num.* 11. quia multa ſunt
Capitula Cathedralium, quæ parum punirentur
ſi Epiſcopalis menſa gravaretur, neque enim pu-
niretur Eccleſia, cùm Epiſcopus teneatur provi-
dere ex menſa ſua, ut dicit Abbas, *num.* 10. *verſ.*
*Nec procedit dictum gloſſæ*. Unde dic meliùs, eſſe ſpe-
ciale in hoc caſu ut ſucceſſor ex facto prædeceſ-
ſoris ad id obligetur, & ratio ſpecialitatis multi-
plex reddi poteſt, ſecundùm Innoc. *n.* 1. & Hoſt.
*n.* 9. *in ver.* *Per ordinatores*, Joan. Andr. *num.* 20. in
28 gloſſ. *Sed quare*, Butr. *n.* 15. & Abb. *n.* 10. Prima
ratio eſt, quia mendicitas Clerici cedit in dede-
cus Ordinis Clericalis, c. *Diaconi ſunt*, *verſ.* *Men-*
*dicat infelix Clericus*, 93. *diſt.* & cap. *Ad ſupplica-*
*tionem*, ibi, *in vituperium miniſterii noſtri*, *defectum in*
*rebus temporalibus patiatur*, *ſuprà de renunc.* Adde
Concil. Trident. *cap.* 2. *in princ.* *ſeſſ.* 21. Secunda
eſt, quia ſi egeret Clericus, non redundaret in op-
probrium ejus, in cujus ſortem, ſeu hæreditatem
aſſumptus eſt, juxta tex. *hic*, & in cap. *Cleros*, 21.
*diſt.* quandoquidem,

*Non ſibi, ſed domino grave eſt, cui ſervit, egeſtas.*

hic in gloſſ. *in ver.* *Obſequium*. Tertia, quia ex quo
29 eligitur ad onus, repelli non debet à mercede, ut
hic dicitur, & in cap. *Charitatem*. cap. *Quicumque*,
& cap. *Eccleſiaſticis*, 12. *quæſt.* 2. Quarta ut nomen
conveniat rebus, ut in littera ibi, *ut ipſa nominis ra-*
*tio perſuadet*, & in c. *Chorepiſcopi*, §. *Quod autem*, 68.
*diſt.* & *inſtit. de donat.* §. *Eſt & aliud*. Quinta, ne Ec-
cleſia videatur ſic promoto fraudulenter laque-
um injeciſſe, arg. c. *Conſtituit*, 20. *q.* 3. c. *De viduis*, *il*
2. 27. *quæſt.* 1. c. *Per tuas*, §. *fin.* *infrà de donat.* Sex-
30 ta, quia favorabile eſt augere cultum Divinum,
& per conſequens numerum Clericorum, cap. *Ex*
*parte*, *ſuprà de conſtit.* c. *Vaſa*, *de conſecr.* *diſt.* 1. cap.
*Quæ ad perpetuam*. 25. *q.* 1. & *q.* 2. c. *Quæcumque*.
31 Septima, quia Epiſcopus ex ſuo officio generali
providere debet, ne quis Clericorum egeat, ut
patet 10. *quæſt.* 1. *per totam*, cap. *Præcipimus*, & cap.
*Sequenti*, 12. *quæſt.* 1. & cap. *Poſſeſſiones*, 16. *quæſt.* 1.
32 Octava, & ultima, quia omnia bona Eccleſiarum
pauperum ſunt, ut c. *Cleros*, & c. *Paſtor*, 1. *q.* 2. &
c. *fin.* 16. *quæſt.* 1.
33 Procedit autem hæc ampliatio, etiamſi quo
tempore ordinator erat ſolvendo, ordinatus ne-
glexerit ab eo petere vitæ neceſſaria, & poſteà i-
dem ordinator ad inopiam redactus fuerit: nam
nihilominus poterit ordinatus ad ſucceſſorem re-
currere, nec ei obſtabit exceptio, quod dum po-
tuit ab Ordinatore titulum exigere, tamen ne-
glexit; quia hæc Decretalis tribuit illi hoc jus
indefinitè, ac ſine ulla exceptione, ut concludit
Innoc. *n.* 3. Hoſt. *n.* 10. *verſ.* *Quid ſi dum ſolvendo*. Jo.
Andr. *n.* 11. *verſ.* *Et licet ordinatus*, & Card. *num.* 15.
*in* 5. *quæſtione*, quod fuſiùs proſequitur idem Ho-
34 ſtien. in cap. *Tua quæſtionibus*, *infr. eod.* Cæterum ſi
ordinator reſignaſſet Epiſcopatum, aut depoſitus
eſſet, & haberet unde poſſet Clericis à ſe ordina-
tis ſine titulo vitæ neceſſaria miniſtrare, ipſe ad
hoc eſſet compellendus, & non ſucceſſor, ut hic
determinat Innoc. *num.* 2. *verſ.* *Dicimus tamen*, ad-
jiciens ita judicatum fuiſſe in Epiſcopo Ambia-
nen. & ſequitur Hoſt. *num.* 9. *verſ.* *Quid ſi ordinator*
*reſignavit*, Jo. Andr. *num.* 11. Butr. *num.* 17. Cardin.
*n.* 13. *in* 2. *q.* & Joan. de Anan. *num.* 2. Et probatur
à fortiori; nam ſi præſentator priùs tenetur pro-
videre talibus, quàm ordinator, ut hìc colligitur
à contrario ſenſu: longè magis primo loco co-
gendus eſt ordinator, qui non ſolùm Ordines con-
tulit, ſed etiam ſibi præſentavit: nam de talibus
loquitur hæc littera, ibi ſcilicet non eſt alius præ-
ſentator, ut latius patebit *infrà in* 2. *limitatione*. Ad
hoc argumentum optimum in cap. *De multa*, §. *Ul-*
*tra ſex menſes*, *infr. eod.* Quod nunquam tradas ob-
35 livioni, quia hæc eſt notabilis limitatio ad hanc
Decretalem, quæ ſimpliciter, & indiſtinctè obli-
gat ſucceſſorem in Epiſcopatu ex facto ordinato-
ris, & tamen Doctores illam reſtringunt, ut tan-
tummodò vendicet ſibi locum in ſucceſſore Epi-
ſcopi prædefuncti, non autem Epiſcopi, qui re-
nunciavit, aut depoſitus eſt. Immò plus voluit
Innoc. *n.* 2. *verſ.* *Immò plus videtur*, videlicet ut or-
dinator vivens, ſi habeat de proprio, cogi poſſit,
ut ordinato conſtituat unde perpetuò vivere poſ-
ſit, & cum eo tranſit Jo. Andr. *n.* 11. & Card. *in* 3.
*q.* quod videtur intelligendum donec ordinatus
conſequatur competens beneficium Eccleſiaſti-
cum, ut hic, & in c. *Epiſcopus*, *ſuprà eod.* & in cap. *Si*
*Epiſcopus*, *inf. eod. lib.* 6.
36 Ampliatur quintò prædicta regula, ut proce-
dat etiam in hæredibus ordinatoris, ut firmant *hic*
Innoc. *n.* 2. *verſ.* *Videtur etiam quod heredes*, Hoſt.
*num.* 10. Joan. Andr. *num.* 11. *verſ.* *Videtur etiam.*

37 Cardinalis *in 3. quæſt.* & alii communiter, quandoquidem ex contractu, vel quaſi oritur hæc obligatio inter ordinatorem, & ordinatum, & ideo tranſit actio ad hæredem, *ut inſt. de oblig.* quæ quaſi ex contractu naſcuntur, & l. *unica*, C. *Ut a-*
38 *ctiones ab hæred. & contra hæred.* incipiant, *in rubro, & nigro.* Quod ſi dicas hujuſmodi obligationem non oriri ex quaſi contractu, ſed ex maleficio, vel quaſi: nihilominus hæredes ſecundum Canones obligantur, ut patet in eo quod legitur, & notatur in cap. *Parochiano, infra de ſepult.* & in c. *Litteris, de raptor.* ſecundum Hoſt. Sed remanet
39 dubium, quid ſi ordinator habeat hæredes reſpectu patrimonii ſui, numquid prius ſint compellendi hæredes, quàm ſucceſſor in Dignitate. Abb. *hic num.* 11. dicit Hoſtienſem, quem communiter Doctores ſequuntur, tenere, quòd prius ſint diſcutiendi hæredes per rationes proximè adductas. Ipſe tamen Abbas dicit ſe dubitare an hoc ſit indiſtinctè verum, quia hic textus innuat oppoſitum, dum decidit ordinato providendum eſſe per ordinatores, & ſucceſſores; ac deinde mandat indiſtinctè compelli ſucceſſorem; nec præcipit, ut prius diſcutiantur hæredes ordinatoris.
40 Unde pro ſolutione putat conſiderandum an hujuſmodi obligatio, quæ contrahitur ex ordinatione ſine titulo, ſit realis reſpectu Eccleſiæ, an verò perſonalis. Et concludit obligationem videri realem, ſi Eccleſia Cathedralis redditibus abundet; ac proinde in ſucceſſorem tranſire, ut in cap. *Dilecti, ſupra de foro competent.*: nam ſicut poteſt Sacerdos præſentare aliquem ad titulum Eccleſiæ ſuæ, ut in cap. *Per tuas, de ſimon.* eodem modo Epiſcopus poteſt diſponere, ut ordinati vivant ex proventibus Eccleſiæ Cathedralis, & ideo text. fecit mentionem tantummodò de Epiſcopo, vel ſucceſſore. Sed ubi Eccleſia eſſet impotens, tunc cùm Epiſcopus deliquerit, tenebitur ipſe, vel hæres ſuus per regulam, *Delictum perſonæ*, &c. Et ita Abbas vult in effectu, ut prius diſcutiendi ſint reditus Eccleſiæ; & hæredes Ordinatoris non teneantur niſi in ſubſidium, ubi ſcilicet Eccleſia non eſt ſolvendo.

Tu adverte, quia quod Abbas dicit, Hoſtienſem, & communiter Doctores tenere, ut prius ſint conveniendi hæredes, quàm ſucceſſor in Dignitate, hoc non videtur verum: nam Innoc. *n.* 2, cujus verba ad litteram tranſtulit Hoſt. & alii ſupracitati, *nu.* 36 cùm prius declaraſſet ſucceſſorem teneri ex facto prædeceſſoris, poſteà formaliter ſic ait: Videtur etiam quòd hæredes ordinatoris ad hoc teneantur, quia ex quaſi contractu eſt hæc obligatio, unde Innoc. & Hoſt. non dicunt hæredes eſſe priùs diſcutiendos, quàm ſucceſſorem in Epiſcopatu, quin potiùs videntur ſentire, aut primo loco teneri ſucceſſorem, aut certè omnes teneri æqualiter, & in ſolidum. Idque eorum menti proximiùs accedit ponderando dictionem *etiam*, quæ eſt augmentativa, & implicativa præcedentium. Unde veriùs videtur tam ſucceſſorem in dignitate, quàm hæredes in bonis patrimonialibus teneri in ſolidum ex facto ordinatoris, & eſſe in optione ordinati hos, vel illum convenire, ut de duobus reis cavetur in l. 2. & l. 3. §. *Ubi duo, ff. de duobus reis*, & vide quod dixi in cap. *Epiſcopum, in 1. notab. ver. Et ex his notabiliter infero, ſupra eod.*

41 Ampliatur ſextò ead. regula, ut locum habeat, etiamſi Epiſcopus ordinaverit aliquem ad certū titulum, qui poſteà fuerit evictus: nam nihilominus tenebitur illi providere de alio beneficio, arg. c. *Præſentium, 7. q. 1.* & c. *Inter cætera, inſr. eod.*
42 & hujus ſententiæ fuit Vincentius. Sed hoc intellige verum ſi Epiſcopus fraudulenter contulit beneficium alterius, quo titularis non fuerat juſtè privatus, aut beneficium alteri debitum, & ipſe, cui contulit hoc ignoravit, tunc enim tenetur Epiſcopus ei providere de æquivalenti beneficio, ut firmat gloſſ. *hic in ver. Donec per te*: quæ in hoc adducit jura præallegata, & cap. *Paſtoralis, inſr. de jur. patr.* & pro gloſſ. *in verb. Ignoravit*, ſecundum Jo. Andr. *in fine.* Facit tex. in c. *Si beneficia, inſr. eod.*
43 *lib. 6.* & ſequuntur Butr. *n.* 19. & Card *in 6. q.* Sed ceſſante fraude non oritur hæc obligatio; quia donator non tenetur de evictione, l. *Ad res donatas, C. de Aedilitio edict.* Unde ſi Epiſcopus ordinaſſet bona fide ad titulum beneficii, quod non credebat alteri debitum: tunc non poſſet conveniri ex obligatione ſpeciali proveniente ex diſpoſitione hujus Capituli: teneretur tamen ex
44 obligatione generali, qua obſtringitur providere omnibus indigentibus in ſua Diœceſi, ſecundum Vincentium, & declarant Butr. *n.* 19. Abb. *nu.* 15. *verſ. Sed ſi Epiſcopus ordinaſſet*, & pleniùs Jo. de Anan. *num.* 15. 16. & 17.
45 Et eodem modo non tenetur Epiſcopus ſi ab initio contulit ordinato beneficium ſufficiens, quod poſteà effectum eſt inſufficiens, & exinanitum, ſecundùm Vinc. ſatis enim eſt minori ab initio adire locupletem hæreditatem, ut l. *Verùm, §.*
46 *Si locupleti, ff. de minoribus*: videtur tamen teneri ex generali obligatione, ut *ſupra*, & hoc tenet gloſſ. 1. in c. *Tuis, infra eod.* ubi firmat Epiſcopum teneri providere ordinatis de beneficio Eccleſiaſtico, ſi illorum patrimonium periret chaſmate, vel alluvione; quia cùm ad ſæculum redire non poſſit, eorum paupertas redundaret in opprobrium Ordinis Clericalis. Et idem tenet Innoc. in cap. *Epiſcopus, in fin. ſupra eadem.*
47 Ampliatur ſeptimò eadem regula, ut locum habeat etiam in Epiſcopo, qui aliquem promovit ad Ordines minores, ut probat tex. in ſui generalitate, in c. *Non liceat, ſupra eod.* nam nec ad minores ordinari quis debet abſolutè, ſeu ſine titulo, ut videtur expreſſum in c. *Neminem*, ibi, *vel quamlibet in Eccleſiaſtica ordinatis, ut conſtitutum, 70. diſtin.* ubi hoc tenet gloſſ. 1. & Hoſt. *hic num.* 11. *verſ. Ordinatis*, & Joan. Andr. *num.* 3 *in eod. verſ.* Sed hoc non ſervat Eccleſia Romana, & ideo de hoc articulo dic pleniùs ut ſcripſi in prædicta Decretali, *Non liceat, à n. 5 uſque in fin.*
48 Nunc limita primò regulam ſuperiùs firmatam, ut non procedat ſi ordinatus ſine titulo aliunde habeat, unde congruè poſſit ſuſtentari, tex. eſt in c. *Epiſcopus, ſupra eod.* ubi primò ponitur regula, ut Epiſcopus ordinato ad ſacros ſine certo titulo teneatur neceſſaria ſubminiſtrare; ac deinde adjicitur limitatio ibi, *niſi talis ordinatus de ſua, vel paterna hæreditate ſubſidium vitæ habere poſſit*: nam Clericus non beneficiatus, ſi de patrimonialibus bonis habeat unde vivere poſſit, ad ſacros Ordines legitimè promovetur, ut eſt caſus in cap. *Tuis, infra eod.* quia in eo caſu intelligitur ordinari titulum patrimonii quoad hoc ut non poſſit petere alimenta ab ordinatore, ut ibi dixi conciliando opiniones *n.* 19. poſt gloſſ. *final.* & Card *n.* 7 *in* 7.



*in 7. q.* & gloſſ. in c. *Si Epiſcopus, in ver. titulum, inſr. eod. lib. 6.* Hoc ipſum inſinuat hæc Decretalis, quæ adſtringit Epiſcopum ad ſubminiſtrandum ſic ordinato vitæ neceſſaria: ergo ſupponit eum eſſe pauperem, & aliunde non habere unde vivere poſſit. Atque ita Papam hîc non intendere niſi pauperibus Clericis providere, declarat textus, qui eſt gloſſa hujus Decretalis, in c. *Cùm accessiſſet, ſupra de reſcript.* ut hîc per Hoſt. *num.* 17. *in ver. Eccleſiaſticum.* Hodie tamen in hoc ſervari debet jus noviſſimum Conc. Trid. in *cap.* 2. *ſeſſ.* 21. ut ſcripſi plenè in d. c. *Epiſcopum, n.* 24. 25. & 29.

49 Limita ſecundò propoſitam regulam, ut non procedat ſi ordinatus ſine certo titulo fuerit ab alio præſentatus, & examinatus; quia tunc non tenetur illi providere Epiſcopus qui eum ordinavit, ſed ille, qui præſentavit, & examinavit, ut c. *Ex antiquis*, & c. *Si ſervus, 54. diſt.* & c. *Quando, 24. diſt.* & notatur in c. *Accepimus, de ætate, & qualit.* Et hoc innuit hæc Decretalis à contrario ſenſu in illis verbis, *nullo præſentante*, & tenent gloſſ. *in ver. Succeſſores, ad finem, verſ. Et hoc intellige*, Innoc. *n.* 3. *in ver. Præſentante*, Butr. *n.* 5. & 16. Card. *n.* 7 *in* 11 *notab. & num.* 12. & videtur expreſſum in cap. *Si Epiſcopus, in fine, infrà eod. lib. 6.* ut patebit in ſeq. limit.

50 Et hinc collige præſentatos, & examinatos ab aliis Epiſcopis, vel exemptis, non eſſe neceſſariò examinandos ab Epiſcopo ordinatore, ad hoc c. *Epiſcopum, 9. q. 2.* quia non tenetur illis providere, ſecundùm Innoc. *d. n.* 3. *verſ. Hic apparet*, Joan. Andr. *num.* 4. Butr. *n.* 9. Quotieſcunque enim proprius Epiſcopus committit alteri Epiſcopo ordinationem certorum Clericorum, & nominatorum, Epiſcopus cui facta eſt commiſſio, non tenetur inquirere an nominati ſint idonei, necne; ſed debet præſumere præſentatos eſſe idoneos: ideo-
51 que ſi tales reperiantur ſine titulo, imputandum eſt committenti, non ordinanti, ut ad litteram inquit gloſſ. Joan. Andr. in c. *Si Epiſcopus, in prin. inſr.*
52 *eod. lib. 6.* Quod multò magis procedit poſt Decretum Conc. Trid. *cap.* 3. *ſeſſ.* 23. ubi ſtatuitur, ut Epiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant, quod ſi ægritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter, quàm jam probatos, & examinatos ad aliū
53 Epiſcopum ordinandos dimittant. Oportet igitur, ut de idoneitate ordinandi conſtet ordinatori per litteras teſtimoniales Ordinarii, alioquin alieno Epiſcopo non liceret eum ordinare, ut eſt expreſſum in *cap.* 8. *ejuſdem ſeſſ. verſ. Quòd ſi quis ab*
54 *alio promoveri petat.* Quinimò S. Congregatio ejuſdem Concilii interpres conſulta, an qui facultatem à Sede Apoſtolica obtinuit, ut poſſit ordinari ab alio quàm à ſuo Ordinario, debeat nihilominus probitatem ſuam, & mores Ordinarii ſui teſtimonio comprobare: Reſpondit ita debere, prout Signatura gratiæ jam dudum ſolita eſt in hujuſmodi facultatibus ponere clauſulam illam, *de licentia Ordinarii*, cujus teſtimonio probitas, &
55 mores commendentur. Et hoc caſu verum eſt, quod docuit Innoc. videlicet Epiſcopum non teneri promovendum examini ſubjicere, ſed ſuper illius qualitatibus, & titulo poſſe deferre Ordinarii atteſtationi. Creditur enim litteris Examinatorum, ut c. *In præſentia, ſuprà de renunt.* cap. *Poſt ceſſionem, ut probat c. Ad probandum, de re judic.* c. *Solita, de cenſibus*, & *ibi.* ubi notant Hoſt. Joan. Andr. *in ver. Per litteras*, Card. *num.* 10 Idemque jam pridem probavit S. Congreg. Conc. nam cùm fuerit quæſitum an Epiſcopus ordinans alienos ſubditos ſæculares cum dimiſſoriis proprii Epiſcopi aſſerentis eos examinatos fuiſſe, & idoneos repertos, hujuſmodi atteſtationi deferre teneatur, vel etiam poſſit eoſdem ordinandos examinare: S. Congregatio cenſuit eſſe arbitrarium, & ideo
57 poſſe, ſed non teneri. Conſtitutio autem Sixti V. qua parte injungit Epiſcopis, ut examinent natalia, vitam, & reliquas ordinandorum qualitates, ex ipſius Congregationis ſententia eſt intelligenda de propriis duntaxat ſubditis: nam quoad eos, qui alienæ Diœceſis ſunt, hujuſmodi inquiſitio adhibenda eſt ab Epiſcopis litteras dimiſſorias concedentibus, quod tamen fallit in caſu c. *Si Epiſcopus, in 1. reſponſ. infra eod. lib. 6.* ut dictum eſt ſuprà in 3. ampliat. *n.* 25.

Subdunt tamen Innoc. Joan. Andr. & Butr. *ubi ſupra*, & benè, quòd ſi Epiſcopus alienus ſciret eum criminoſum, peccaret ordinando.

58 Limita tertiò ſuprà ſcriptam regulam, ut non procedat in Epiſcopo alieno, cui Diœceſanus commiſit non in genere, ſed in ſpecie, ut certas perſonas ordinaret: nam ſi quempiam illorum ad ſacros Ordines promoverit titulum non habentem; non ipſe qui ordinavit tenebitur ſic promoto providere, ſed Diœceſanus, qui ordinationem commiſit: debuit enim prævidere an ti-
59 tulum haberent. Et idem ſi Diœceſanus det aliquibus licentiam, ut poſſint à quo maluerint Epiſcopo promoveri: non enim qui ordinat, ſed qui licentiam tribuunt, cùm eam dare non debeant titulum non habenti, obligantur, ut de his eſt caſus ad litteram in c. *Si Epiſcopus, in 2. & 3. reſponſ. infra eod. lib. 6.* Licet hæc limitatio in effectu coincidat cum præcedenti: nam Decretalis *Si Epiſcopus*, emanavit ad declarationem textus noſtri, præſertim in illis verbis, *nullo præſentante*: & declarationem eorum, quæ in propoſito ſcripſerunt Innoc. & Hoſtien. in c. *Antepenult. & penult. ſuprà de ætat. & qualit.* ut notatur in d. c. *Si Epiſco-*
60 *pus, in gloſſ.* 1. Hanc tamen tertiam limitationem ſublimita, niſi Epiſcopus proprius committeret alieno, ut non ſolùm Ordines conferret, ſed etiam ordinandum examinaret ſuper titulo, & aliis qualitatibus requiſitis; quia tunc non is qui commiſit, ſed ordinator, & examinator obligaretur ſi promoveret titulum non habentem, ut patet tum ex dictis ſuprà in 2. limitat. *n.* 49. tum quia licet de delicto promoventis conſtet eo ipſo quod conſtat de inhabilitate promoti, cap. *Tanta Daniel in fin. 81. diſt.* & c. *Cùm ſit ars, ſuprà de ætat. & qualitat.* Hoc tamen procedit ſi promovens per ſeipſum examinaverit, ſecùs ſi per alium, quia tunc puniendus eſt tantùm qui examinavit, cap. *Quando, 24. diſt.* c. *Ad hæc, ſuprà de ſim. Archid.* & notant in d. c. *Cùm ſit ars, gloſſ. in verb. Deprehendi*, Innoc. *num.* 2. *in ver. Ordinare*, Hoſt. *num.* 10. & plerique alii. *Poteſt autem Epiſcopus proprius committere alieno Epiſcopo examen ordinandi, non obſtante c. 3. ſeſſ. 23. Conc. Trid. dummodò id faciat ex legitima cauſa. Unde cùm Epiſcopus Feretranus dubitaret, an poſſet litteras dimiſſorias concedere cuidam ſuo Diœceſano, qui in Urbe habitabat, cùm ejus qualitates notas non haberet: S. Congreg. cenſuit poſſe; ſi enim qualitates ejus non novit, poterit committere examen Ordinario loci, in quo degit, ut alias deci-

lum fuit in *una Mediolanen.* his verbis (Sac. Congregatio cenſuit Epiſcopum quanquam abſentem poſſe litteras dimiſſorias dare, & ordinandos ſubjicere ſuo examini; & ſi abſentes ſint, ad ſe ut examinet vocare, ſi commodum erit; alioquin eorum examen committere Ordinario loci, in quo illi degunt.)

61 Limitatio quarta colligi poteſt ex dictis Jo. Monachi in c. 2. *n. 6. de tempor. ordinat. lib. 6.* videlicet cum Epiſcopo probabiliter ignorante, alienus Clericus furtivè, vel ex ſimplicitate ſe in

62 multitudinem Ordinandorum ingeſſit, vel cum Epiſcopus fuit deceptus juxta ignorantiam facti, puta ſi ordinatus detulerit litteras ſurrepti impetratas à Cancellario ſui Epiſcopi. Et quamvis Jo. Monach. loquatur de pœna ſuſpenſionis Epiſcopi ordinantis Clericum alienum ſine licentia Epiſcopi proprii, de qua in d. c. 2. & c. *fin. de tempor. ordinat. in 6.* tamen idem dicendum de pœna ordinantis Clericum ſine titulo, ut patebit infrà in tertia quæſtione *à num. 66. uſq. in finem.*

63 2. QUÆRO, an per illa verba poſita in fine *cap. 2. ſeſſ. 21.* Conc. Trid. videlicet, *Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innovando*, cenſeatur innovata pœna, c. *Neminem*. & c. *Sanctorum* 70. *diſt.* ita ut qui ſine aliquo titulo poſt Trid. Concil. ſacros Ordines ſuſceperunt, ſint ſuſpenſi, ac ſi miniſtraverint, irregulares.

Propoſito hoc dubio, S. Congregatio Cardinalium Concilii Trident. interpretum cenſuit fuiſſe innovatas dumtaxat pœnas, cap. *Cum ſecundum, de Præben.* Præcipuum hujus deciſionis fundamentum fuit, quia cùm pœna ſuſpenſionis ab executione Ordinum, de qua in d. c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*, jam fuiſſet ſublata per hanc Decretalem, ut dictum eſt ſupra in 5. *notab.* Concil. in d. *cap. 2.* dum innovavit pœnas antiquorum Canonum, non cenſetur innovaſſe pœnam illam, quæ per poſteriores Canones jam fuerat abrogata, ut etiam patebit infrà in tertia quæſtione.

64 Unde poſtea cùm quidam promotus ad ſacros Ordines ad titulum patrimonii inſufficientis, quæſierit quid ſibi agendum, ut ad Sacerdotium promoveri poſſet; S. Congregatio cenſuit ſi patrimonium, ad cujus titulum orator eſt ordinatus, minus ſufficiens ſit ad ejus ſuſtentationem congruam, teneri Epiſcopum tamdiu ex proprio ſupplere, donec per ipſum Epiſcopum in ſua, vel alia Eccleſia fuerit competens beneficium aſſequutus; ideo debere ad reliquos Ordines Oratorem ab Epiſcopo promoveri. Quod autem dixit Sac. Congregatio per ipſum Epiſcopum, ſupple, vel per alium: ita enim hoc c. hodie ſuppletur per Decretalem *Si Epiſcopus*, ibi, *donec ſibi per eum vel alium de competenti beneficio ſit proviſum, infr. eodem lib. 6.* & ita olim ſupplebat Innoc. *hic in fine*, & confert textus in c. *Si pauper, eodem tit. & libro.*

Item cùm nonnulli ad ſacros Ordines abſque titulo promoti quæſiviſſent an eſſent ſuſpenſi, & irregulares ex eo, quòd in ſuſceptis Ordinibus miniſtraſſent: Sac. Congregatio cenſuit Oratores minimè quidem debuiſſe ad ſacros Ordines abſque titulo ſufficientis beneficii, aut patrimonii promoveri, oportuiſſeque obſervare quod providè ſtatuitur Decreto *cap. 2. ſeſſ. 21.* Cæterùm Ordinatos ante felic. record. Sixti V. Conſtitutionem hac de re editam nequaquam propterea eſſe ſuſpenſos neque irregulares, tametſi in ſuſceptis Ordinibus miniſtraverint.

65 Porrò in Conſtitutione *Sanctum, & ſalutare*, cujus fit mentio in declaratione S. Congregationis, Clerici ſine titulo ſufficientis beneficii, vel patrimonii, aut alias malè promoti declarantur perpetuo ſuſpenſi ab executione Ordinum, ac ſi in eis miniſtraverint, irregulares, ut *in Bullar. tom. 2. pag. 651.* Sed eam Conſtitutionem, excepto capite Simoniæ, poſteà moderatus eſt, & ad terminos juris Bullæ Pii II. & Concilii Trident. reduxit Clemens VIII. in Conſtitutione, *Romanum Pontificem, in Bullar. tom. 3. pag. 54.*

66 3. QUÆRO, Poſita prædicta deciſione S. Congregationis, quâ declaratum fuit Concilium Tridentinum *cap. 2. ſeſſ. 21.* prohibens aliquem ordinari ad ſacros Ordines abſque titulo ſufficienti beneficii, vel patrimonii, in illis verbis, *Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innovando*, innovare pœnam ut menſa Epiſcopalis teneatur ad alimenta ordinati, non autem pœnam, ut ordinans, & ordinatus ſint ſuſpenſi: An diverſum cenſeri debeat cùm Clericus circa hujuſmodi titulum in ordinatione fraudem committit, adeò ut ſi is confictio titulo beneficii, vel patrimonii ordinatorem deceperit, in ſuſpenſionem propterea incidere intelligatur.

67 In hac materia habemus jus antiquum, jus medium, & jus noviſſimum Tridentini Concilii. Jus antiquum habetur in c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*, 70. *diſt.* quibus ordinatio Clerici ſine titulo in odium ordinatoris irrita decernitur, quod intelligendum eſt, ut ordinatus careat executione, prout declarant ibi omnes, præſertim Turrecrem. poſt Hugo. *n. 5.* & fuſiùs dictum eſt ſuprà in 5. *no-*

68 *tab.* Jus medium habetur in hoc cap. quo ſtatuitur ut ſi quis ab Epiſcopo ſine titulo ordinetur, menſa Epiſcopalis teneatur ad alimenta ordinati, quod etiam cavetur in c. *Non liceat*. & c. *Epiſcopus, ſupra eod.* & c. *Si Epiſcopus, infr. eod. lib. 6.* Hic verò ſatis perſpicuè abolentur pœna, quæ antiquitus conſtituta erat in d. c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*, ut ſcilicet ordinatus ſit ſuſpenſus; quæ etiam de conſuetudine non ſervabatur, ut teſtatur Turrecrem. in d. c. *Neminem, in fine*, & propterea poſt poſt hanc Decretalem ordinatus ſine titulo non carebat amplius executione; ſed menſa Epiſcopalis tenebatur ita ordinato vitæ neceſſaria ſuppeditare. Jus noviſſimum Tridentini Concilii traditur Decreto *cap. 2. ſeſſ. 21.* quo conſtituitur, ut ordinati ad ſacros debeant habere beneficium, vel patrimonium ſufficiens, & antiquorum Canonum pœnæ ſuper his innovantur; & cùm eſſet poſteà dubitatum, an Concilium ibi innovaſſet pœnam hujus cap. ut menſa Epiſcopalis teneretur alere ordinatum; an verò etiam pœnam poſitam in c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*, ut ordinatus eſſet ſuſpenſus, S. Congregatio, ut prædiximus, *n. 63.* declaravit dicto Concilii Decreto innovatam eſſe pœnam hujus Decretalis, quæ obligat menſam ad alimenta ordinato; non autem pœnam ſuſpenſionis poſitam in c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*, & jam abrogatam per hanc Conſtitutionem.

His poſitis ſuboritur nunc alia dubitatio, an ſaltem quoad ordinatum ſine titulo, qui ordinantè decepit ementitis falſis forte probationibus ſe congruum titulum habere, adhuc duret pœna ſuſpenſionis, quæ ſtatuta erat in d. c. *Neminem*, & c. *Sanctorum*. Cujus dubitationis ſolutio pendere videtur ab alia, de qua erat controverſia inter d. Doctores, etiam ante Concilium Tridentinum: An videlicet hoc capitulum correxerit, & ſuſtulerit pœnam ſuſpenſionis ſtatutam per anteriores Canones cùm Clericus eſt in culpa, quia ordinantem confictio, falſoque titulo beneficii, vel patrimonii decepit. Nam ſi hæc pœna quoad hujuſmodi Clericum non ſit ſublata, non videtur poſſe dubitari, quin vigeat, & quin innovata ſit à Tridentino Concilio, ſi verò eſſet ſublata, Concilium innovando pœnas non videretur referri ad jam abrogatas, ut jam in ſuperiori deciſione ſenſit Sacra Congregatio.

In hac dubitatione tutior, & ſalubrior videtur opinio, ut pœna ſuſpenſionis non ſit ſublata per hanc Decretalem, quam opinionem tenet hic Antonius de Butrio *in fine*, & Decius *à nu. 29. verſ. In gloſſ. fin.* eam validiſſimis rationibus defendit, inter quas ea eſt potiſſima, quia cùm in hoc capitulo corrigatur pœna ſuſpenſionis, quæ erat inducta in injuriam, ideſt, ut Archidiaconus interpretatur in d. c. *Neminem*, in ignominiam ordinatoris, ubi ordinator non fuit in aliqua culpa, & ordinatus dolo, & fraude, confictio titulo ordinatorem fefellit: conſequens eſt, ut correctio pœnæ juris veteris non extendatur ad caſum, in quo non militat ratio correctionis, id eſt, ubi nihil eſt, quod imputetur ordinanti, ſed ſoli ordinato. Et hanc ſententiam poſt Tridentinum Concilium, & in ipſius Concilii terminis ſequitur, & rationibus à Decio deſumptis tuetur Navarr. *conſ. ultimo de tempor. ordin.* Quod ſi ab ea recederemus, Concilium facilè eluderetur; quia ſi nulla eſſet pœna ſuſpenſionis in hujuſmodi ordinatum, qui fraudem commiſit, facilè eſſet cuiquam confictis titulis abſque vero titulo promoveri, & obtenta abſolutione in foro conſcientiæ abſque ullo impedimento in Ordinibus ſuſceptis miniſtrare, quo pacto multi ad ſacros aſcendere poſſent abſque titulo, & poſtea contra mentem Concilii cum Ordinis dedecore mendicarent.

Non obſtat, quod Imola, & Abbas in d. c. *Non liceat*, contrarium ſenſerint; quia præter quam quod Imol. non ſatis clarè explicat quid ſentiat: contra eos ſtant Ant. & Decius, & firmiores rationes à Decio collectæ, qui omnibus Abbat. rationibus plenè ſatisfacit.

Item non obſtat, quod Imola teſtetur de communi opinione in oppoſitum, ut illum citat Decius, *ubi ſupra*. Nam reſpondetur Imolam non affirmare in hoc articulo contrariam opinionem eſſe communem: ſed tantùm quod Doctores communiter ſequuntur gloſſ. fin. d. c. 1. *Non liceat*, quæ articulum noſtrum nec examinat, nec attingit. Imò gloſſ. potius facit pro hac opinione, dum ait per hoc cap. eſſe correctum quod ſtatutum erat in odium ordinatoris, quaſi à contrario ſenſu velit non eſſe correcta jura vetera quoad pœnam, quæ non odium ordinantis, ſed ordinati delictum reſpiciebant, & ita gloſſæ, quam Doctores ſequuntur, authoritas ponderata huic noſtræ opinioni favet; ut etiam videtur perpendiſſe Decius, qui inſinuat opinionem Anton. de Butr. *in illa gloſſ.* eſſe fundatam; & poſtea ibi confirmando hanc opinionem, dicit opinionem gloſſæ eſſe communem.

69 Quæ ratio validiùs confirmatur ex eo, quod Sacri Canones præ oculis habebant ne in opprobrium Cleri mendicaret per plateas infelix Clericus. Turrecrem. & alii in d. c. *Neminem, num. 1.* & traditur in c. *Diaconi ſunt, 93. diſtinct.* & in c. *Poſtulaſti, ſupra de reſcriptis*, id autem inconveniens duobus modis vitarunt; Primò ſtatuendo pœnam ſuſpenſionis in promotum ſine titulo: non enim erat in conſideratione, quod mendicaret ex quo non habebat ordinis executionem, ut perpendit Decius in d. c. *Non liceat in fin.* Secundò abrogata hac pœna, aliam ejus loco ſubjiciendo, ut ſcilicet menſa Epiſcopalis ad ejus alimenta teneretur, adeo ut ſemper providè occurſum ſit à ſacris Canonibus huic periculo mendicandi cum totius Ordinis vituperio. Hoc autē abſurdum remaneret in Clerico ordinantem decipiente, ſi jura antiqua etiam quoad ipſum eſſent correcta, & à Concilio Tridentino non innovata; quia ipſe ſine titulo ordinatus nec eſſet ſuſpenſus, nec à menſa Epiſcopali alimenta petere poſſet, & ex conſequenti ordinatus ad ſacros, habens executionem oſtiatim cogeretur quærere eleemoſynam, quod tantopere & S. Canones, & Trident. Concilium ſunt deteſtati. Die 27. Novembris 1610. S. Congregatio Conc. propoſito ſupraſcripto dubio, omnium ſententiis cenſuit hoc caſu pœnam ſuſpenſionis ante Concil. non fuiſſe correctam, & hodie à Trident. Conc. eſſe innovatam, & propterea hujuſmodi Clericum, qui adhibito dolo, confictoque titulo ordinatorem decepit, eſſe ipſo jure ſuſpenſum, carereque ordinum executione.

## DE PRÆBENDIS.

### *Cap. Cùm jam dudum.*

*SVMMARIVM.*

1 *Opponenti plura contra electum ſufficit alterum probare, quod ad caſſationem ſufficiat.*

2 *Dignitates plures obtinens abſque diſpenſatione Apoſtolica inelegibilis eſt, & inhabilis ad beneficia obtinenda.*

3 *Intruſus eſt qui ingerit ſe adminiſtrationi ante confirmationem, vel præter authoritatem ejus, ad quem ſpectat, etiamſi præceſſerit electio.*

4 *Adminiſtrationi ſe introducere ante obtentam confirmationem, & poſt confirmationem caſſatam paria ſunt.*

5 *Caſſatio deducit rem de eſſe ad non eſſe.*

6 *Confirmatus poteſt liberè adminiſtrare etiamſi de viribus confirmationis in judicio diſceptetur.*

7 *Dummodo à confirmatione appellatum non fuerit, aliàs ſecus.*

8 *Probare ſufficit unum ex pluribus copulativè in reſcripto narratis, vel in judicium deductis, ſi quodlibet per ſe ſufficiat ad fundandam intentionem impetrantis, vel ad victoriam cauſæ.*

9 *Niſi quis ſe aſtrinxerit ad omnia probanda, quod in dubio non præſumitur.*

10 *Clauſula*, non eſſe tamen adſtringens ad omnia probanda, *quid operetur.*

11 *Diſpenſatio tacita non inducitur ex ſimplici tolerantia Papæ in his quæ ſunt contra jus.*

12 *Tolerantia Papæ non operatur ut pluralis juſtè poſſideat, ſed ut ſubditi licitè ab ipſo Sacramenta percipiant.*

13 *Præbendarum, ſeu Beneficiorum ſimplicium pluralitas an de jure communi ſit prohibita, nec ne*





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

& num. ſeqq. uſque ad num. 31.
Et quid ex Concilio Tridentino num. 31. & ſeqq. uſque ad num. 46.
14 Canonicum, & Præbendatum abſque diſpenſatione quis poteſt eſſe in pluribus Eccleſiis etiam diverſorum Epiſcopatuum, ſecundum opinionem Innocentii, & nn. ſeqq. & n. 32.
15 Intellectus hujus cap. & n. 21. & 23.
16 Beneficiorum ſimplicium pluralitas ante Concilium Tridentinum erat permiſſa ex generali conſuetudine, & num. 30.
18 Præbendas plures intitulatas nemo poteſt habere niſi habeat ab eo, qui omnia poteſt, ſecundum opinionem Hoſtienſis, & n. 32.
19 Canonici de jure communi ſunt adſtricti ad perſonalem reſidentiam.
20 Præbendæ ſingulæ requirunt ſingulos actus, & miniſtros.
22 Intellectus c. De multa, infra eod.
23 Dictio una an idem eſt, ut reſpectu unius determinabilis ſtet alternative, & reſpectu alterius copulative.
24 Præbendatus non Canonicus, vel Canonicus non præbendatus, an quis poſſit eſſe in pluribus Eccleſiis, & num. ſeq. 34. & 42.
Canonicus in una Eccleſia, & Præbendatus in alia tenetur ſervare ſtatuta Eccleſiæ, in qua eſt Canonicus, ibidem.
25 Avaritia notatur magis in pluralitate præbendarum, quàm Canonicatuum.
26 Præbendarum effrænata multitudo prohibita eſt, & num. 33. & 35.
27 Beneficia plura perſonalem reſidentiam requirentia ſunt incompatibilia.
28 Beneficiorum pluralitas an ſit tantum inhibita quoad peccatum in foro animæ, an verò etiam quoad pœnam in foro fori, & n. 57.
29 Beneficia conſtitui non debent niſi ſufficientia ad congruam Clerici ſuſtentationem.
30 Conſuetudo generalis plura beneficia ſine cura obtinendi abſque diſpenſatione an excuſet à peccato.
31 Tridentinum Concilium ſeſſ. 24. cap. 17. de beneficiorum pluralitate expenditur, & num. ſeqq. uſq. ad n. 38. & n. 57.
33 Beneficium unum tantum ex Concilio Tridentino regulariter eſt ſingulis conferendum etiam S. R. E. Cardinalibus, & n. 60.
34 Canonicatus, & præbendæ in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, cùm hodie perſonalem reſidentiam requirant, ſunt incompatibiles.
35 Beneficium inſufficiens obtinenti poteſt Ordinarius conferre ſecundum, ſed non ultra duo, & n. 45. & 71.
36 Beneficium ſufficiens obtinenti, nec in titulum, nec in commendam licet obtinere ſecundum.
37 Beneficium primum ſufficiens vacat per aſſecutionem pacificam ſecundi; & per retentionem cum primo vacat utrumque, & n. 44.
38 Beneficia plura perſonalem reſidentiam requirentia ſunt hodie incompatibilia ſive illam requirant ratione curæ animarum, ſive ratione ſervitii.
39 Beneficia incompatibilia propter reſidentiam ratione curæ, quæ ſint.
Et quæ ratione ſervitii, n. 42.
40 Vicarius amovibilis indicat curam animarum eſſe penes Rectorem.
41 Parochialis acceſſoria unita non eſt incompatibilis cum alia Parochiali.
43 Beneficium ſufficiens obtinenti non poteſt Ordinarius conferre ſecundum, etiam inſufficiens.
44 Beneficium inſufficiens obtinenti an poſſit ab Ordinario conferri ſecundum, quod per ſe ſit ſufficiens, & num. 55. & ſeqq.
45 Beneficia duo obtinenti non poteſt authoritate ordinaria conferri tertium, etiamſi omnia ſimul ſint inſufficientia, & n. 71.
46 Diſpenſare an poſſit Epiſcopus ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium.
47 Quid ſi beneficia exiſtant in diverſis Eccleſiis, & num. 49.
48 Et quid ſi in eadem Eccleſia, & n. 50.
49 Et quid poſt Concilium Tridentinum, & nn. ſeqq.
51 Beneficium ſufficiens habenti ſi Ordinarius aliud conferat, an collatio ſit nulla, an verò adepta pacifica poſſeſſione ſecundi vacet primum ipſo jure, & nn. ſeqq. & n. 56.
52 Conferatur verbum qualiter ſit accipiendum, & num. 54. & 70.
53 Datarius qualiter admittere debeat ſupplicationes illas, quibus habens Parochialem, vel ſimplex ſufficiens petit ſibi aliam Parochialem, vel aliud ſimplex.
58 Beneficium obtinens, quod per ſe ſufficiat, præſumitur moveri ad impetrationem ſecundi, ex ambitione, & avaritia, ſed non è contra.
59 Canonicatum, & officium habenti in ead. Eccleſia, quæ ex fundatione compatibilia ſunt, ſi Epiſcopus Canonicatum alterius Eccleſiæ contulerit, an collatio ſecundi Canonicatus ſit irrita, necne, & nn. ſeqq. uſque in fin.
61 Beneficia duo incompatibilia obtinens ante Concilium Lateranen. habebat optionem alterutrum retinendi, ex eod. Concilio debebat privari ſecundo. Poſt Concilium vacabat primum, & poſt Execrabilem, primum illico erat dimittendum.
62 Intellectus c. Ordinariis, §. in conferendis de offic. Ordinar. lib. 6. & nn. ſeqq. & n. 67.
63 Collatio tertii beneficii incompatibilis de jure communi eſt nulla, & n. 64.
Et quid in tertio beneficio, quod etſi eſſet compatibile de jure, effectum eſt tamen incompatibile ex Concilio Tridentino, vel ratione numeri, vel ratione ſervitii, ibid. & nn. ſeqq. & n. 67. & ſeqq.
64 Beneficia duo incompatibilia obtinens etiam ex diſpenſatione inhabilis eſt ad aliud ſimile aſſequendum, & num. 66.
65 Beneficia duo compatibilia ex lege fundationis, non cenſentur compatibilia reſpectu tertii.
66 Diſpenſatio ad duo incompatibilia nihil operatur reſpectu collationis tertii beneficii.
68 Collatio tertii beneficii incompatibilis vigore ſtatuti non inducit vacationem aliorum incompatibilium.

1 CUM JAM DUDUM. Opponenti plura contra electum ſufficit alterum probare, quod ad caſſationem ſufficiat: Hoc dicit ſecundùm Jo. Andr. vel ſpecialius ſecundùm Abb. Caſſatur electio illius, qui poſſidet plures dignitates, atque præbendas, & idem ſi detinetur aliquo vitio hic ſcripto. Dividitur ſecundùm Hoſt. in tres partes. Primò ponit ſex, quæ opponebantur contra electum. Secundò diffinitionem quæſtionis conditionalem. Tertiò, antipophoram. Secunda ibi, mandamus. Tertia ibi, Cùm multa.
2 Nota primò ibi, Multitudo. Obtinentem plures dignitates, vel perſonatus eſſe ineligibilem, & inhabilem ad beneficia obtinenda, ut hic, & in cap. Ordinariis, de off. Ordinar. lib. 6. in cap. Dudum, il ſecundo, ſupra de electione, & in Extravag. Execrabilis, §. Qui verò deinceps, de præb. & hic notant Imol. numer. 7. & Abb. numer. 2. Quod intellige niſi habeat diſpenſationem Apoſtolicam, d. cap. Dudum, verſ. Inſuper, & cap. De multa, §. Circa, infra eodem, ſecundum Bernar. hic in princ. Hoſt. in princ. in ver. Præbendarum Jo. Andr. nu. 1. Butr. nu. 9. & Imol. n. 12.
3 Secundò nota ibi; Die intruſionis ſuæ. Intruſum eſſe qui ingerit ſe adminiſtrationi ante confirmationem; & ſic ſine titulo, vel præter authoritatem ejus, ad quem ſpectat, etiamſi præceſſerit electio, quod notabis ſecundùm Abb. numer. 4. poſt Butr. eod. numer. & Imol. numer. 6. Quippe nemo debet ſibi honorem aſſumere, &c. cap. Qualiter, ſupra de elect. & ex hoc quilibet reddit ſe ſuſpectum, l. Quæ omnia, ff. de Procur. & l. Si quenquam, C. de Epiſc. & Cleric. ſecundum Hoſtien. hic numer. 2. Qui propriè dicantur intruſi, & quot ſint illorum ſpecies dixi in cap. Niſi cùm pridem à num. 26. ſupra de renunc.
4 Tertiò nota ibi, ſunt & poſt, paria eſſe adminiſtrationi ſe intrudere ante obtentam confirma-
5 tionem, & poſt confirmationem caſſatam. Et meritò, quia caſſatio hujuſmodi deducit rem de eſſe ad non eſſe; & perinde eſt ac ſi confirmatio non præceſſiſſet, l. Si pro parte, §. Verſum, ff. de in rem verſ. cap. Cùm acceſſiſſent, ſupra de conſt. Unde ex utroque vitio pariter quis redditur ineligibilis, ut hic patet, & notant Hoſt. numer. 2. Butr. n. 5. & Imol. num. 8.
6 Quartò nota ibi, poſt confirmationem caſſatam argumentum optimum, quod poſt confirmationem, de cujus viribus in judicio diſceptatur, poteſt quis liberè adminiſtrare. Quod efficaciter hic probatur per argumentum à contrario ſenſu. Nam cùm textus dicat non licere ſe adminiſtrationi ingerere poſt confirmationem caſſatam: ergo à contrario prius quam caſſata fuerit, & ſic etiam ſi de illa diſceptetur in judicio, bene licebit ſe ingerere. Hoc tamen intelligunt, & declarant Doctores ut locum habeat, quando à confirmatione non extitit appellatum: quia tunc ſi adminiſtrat, & eſt in poſſeſſione, removeri non poteſt niſi per viam denunciationis, vel accuſationis. Facit quod habetur in cap. Conſtitutus, ſupra de appellat. & in cap. Accedens, infra de Accuſat. Secus ſi à confirmatione appellatum fuerit; quia tunc appellatione pendente adminiſtrare non debet, cùm per eam confirmatio ſit extincta, ita declarat gloſſ. in c. Avaritiæ in ver. Confirmatur, de elect. lib. 6. dicens ita fuiſſe olim diſputatum, & terminatum Bononiæ, per l. Reus, §. Eum contra quem ff. de muner. & honor. & ſequuntur hic Petr. de Anchar. in 2. not. Imol. n. 8. & Jo. de Anan. n. 3.
Quintò nota ibi; Plures alias Dignitates, atque Præbendas, ſolam pluralitatem Præbendarum non eſſe de jure prohibitam, cùm textus requirat utrumque copulative, ſed an hoc ſit verum, latius examinabitur infra in 3. quæſt.
8 Sextò nota ibi, Aut aliquid aliud præmiſſorum: ex pluribus in reſcripto copulative narratis, aut in judicium deductis, ſufficere unum probare, ſi quodlibet per ſe ſufficiat ad fundandam intentionem impetrantis, vel ad victoriam cauſæ, ut hic



eſt caſus ſecundum omnes in ſummario textus, & notant Hoſtien. numer. 7. Joan. Andr. num. 4. Butr. numer. 6. Cardin. num. 4. Anchar. num. 5. Imol. n. 9. & Joan. de Anan. num. 4. Et eſt theorica gloſſ. 1. in cap. 2. & ibi DD. ſupra de reſcript. & vide quæ leguntur, & notant. in cap. Olim, eodem tit. & in c. Ex-
9 hibita, de judic. Hoc tamen intelligas, niſi quis ſe aſtrinxerit ad omnia probanda, per ea, quæ habentur in cap. Licet, ſupra de probat. ſecundùm Anchar. Imol. & Joan. de Anan. quod in dubio non præſumitur, ut notatur in d. cap. Licet, & per Bart. in l.
10 Divus n. 5. ff. de re judic. & Anchar. d. n. 3. Cautela eſt ut in poſitionibus, vel in articulis apponatur clauſula, non ſe tamen aſtringere volens ad omnia probanda; prout faciunt practici Advocati, ut in forma Capitulorum Actoris, quam ponit Jo. Petr. de Ferrar. Papien. in ſua Pract. fol. 138. & notat Bart. ubi ſupra num. 6. de qua clauſula vide per Alex. conſ. 6. Circa proceſſum, num. 7. vol. 3. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 198. Dec. in cap. 2. col. penult. verſ. Quintò, ſupra de reſcript. & Marian. in Specul. in ſecundo membro Judicii, n. 11.
11 Ultimò nota ex hac littera, ex ſimplici tolerantia Papæ non induci tacitam diſpenſationem in his, quæ ſunt contra jus, arg. c. Super eo, infra de cognat. ſpirit. & ca. Mulieres, ſupra de Jurejur. Quia multa per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente Juſtitia tolerari non debent, ut hic ja. ex. qui quotidie ad hoc conſuevit allegari, & firmant gloſſ. ult. Butr. numer. 7. I-
12 mol. numer. 11. & Abb. num. 5. Sed in contrarium ſecundùm Hoſt. num. 8. videtur text. in l. 1. §. Scientiam ff. de tribut. act. ubi cavetur, ut ſi dominus ſciat & toleret ſervum contrahere in merce peculiari, & non proteſtatur in contrarium, cùm poſſit, conſentire videatur. Facit text. in l. Sed ſi pupillus, §. de quo palam ff. de inſtitut. act. Idem ergò dicendum in Papa, ut ſi ſciat, & toleret, videatur conſentire, & tacitè diſpenſare, ex quo poteſt reſiſtere, ne dicamus eum præbere aſſenſum peccatis. c. Quapropter 2. quæſt. 7. & quod notatum in cap. Is qui tacet, de reg. jur. lib. 6. ſolvit Hoſtien. ſub diſtinctione, videlicet quod in præteritum, & quoad ea quæ concernunt animas ſubditorum, ex tolerantia Papæ inducatur tacita diſpenſatio, ſeu permiſſio, ne animæ illaqueentur. Secus verò quoad promotum indignè, ſeu illegitimè; quia reſpectu illius diſpenſatio, ſeu permiſſio non inducitur. Ratio differentiæ eſt, quia in ſubditis non deficit fides, licet deficiat Sacramentum. Facit cap. Veniens, infra de Presbyt. non baptiz. de quo per gloſſ. in cap. Dudum, il ſecundo, ſupra de elect. quaſi velit Hoſtien. ut quoad ipſum pluralem patientia Papæ non operetur, ut per hoc juſtè teneat: ad hoc enim non ſufficit ſola patientia, ſed exigitur diſpenſatio expreſſa, & in hoc caſu loquitur hic textus. Sed quantum ad ſubditos, ut ipſi juſtè ab eodem plurali Sacramenta recipiant ex tolerantia Papæ, benè inducitur tacita diſpenſatio, ſeu permiſſio, quia putant eum juſtè tenere, & ſic in eis non deficit fides. Quam diſtinctionem ſequuntur hic Joan. Andr. & Butr. ambo in fin. Imol. n. 12. & Abb. n. 10. Reſpectu ſubditorum an geſta à Prælato putativo ſuſtineantur propter communem reputationem; ita ut ſubditi ab ipſo licitè Sacramenta percipiant, eſt materia, l. Barbarius ff. de off. Prætor. de qua vide per Canoniſtas in cap. Nihil, ſupra de elect. & quod plenè ſcripſi in cap. Quod à Præ-

*Prædeceſſore*, *d.n.* 129. *infra de ſchiſmat.* Deſcendo ad quæſtiones.

13 Et primò QUÆRO, An Pluralitas Præbendarum, ſeu beneficiorum ſimplicium de Jure communi ſit prohibita, necne?

Hæc quæſtio ardua eſt, & difficilis ob diverſitatem Jurium, & opinionum inter primarios Canoniſtas. Ergo pro faciliori ſolutione primò referam ſingulorum opiniones, earumque fundamenta; Deinde ſubjiciam quid hodie tenendum ſit, conjungendo jus commune cum jure noviſſimo Concilii Tridentini. Ex opinionibus duæ, videlicet prima, & ſecunda, ſunt principales, & invicem oppoſitæ: reliquæ ſeptem ſunt mediæ, & diſtinguentes. Decima & ultima, principales opiniones conciliat.

14 Prima igitur, & principalis opinio fuit Innoc. *hic numer. 2. verſ. Tu autem dic*, quod ſcilicet abſque diſpenſatione quis poſſit eſſe Canonicus, & Præbendatus in pluribus Eccleſiis, etiam diverſorum

15 Epiſcopatuum. Pro qua allegatur primò hæc Decretalis in illis verbis, *plures alias dignitates, atque præbendas*, quæ probant ex ſola pluralitate præbendarum quem non reddi ineligibilem, cum textus non loquatur alternativè per dictionem *vel*, ſed requirat pluralitatem Dignitatum, & Præbendarum copulativè, per illam dictionem *atque*. Et ita eſt hic argumentum expreſſum, quod ſola pluralitas Præbendarum, & Canonicatuum non improbatur à jure. Deinde allegatur cap. *De multa*, *infra eod.* ubi Papa in Concilio Generali fecit ſpecialem prohibitionem in Curatis, Dignitatibus, & Perſonatibus: ergo de aliis videtur pluralitatem tacitè conceſſiſſe, ca. *Nonne, de præſumpt.* l. *Cùm Prætor ff. de judic.* Nam ſi idem de præbendis intellexiſſet, ſicut Dignitates, & curata excepit, pariter & præbendas excepiſſet, cap. *Ad audien-*

16 *tiam*, *de decim.* cum ſuis concord. Tertiò, pro hac opinione allegantur plura jura, quæ videntur pluralitatem permittere, nempe cap. *Dilectus*, *ſupra de reſcript.* ubi ille Joannes Saracenus in tribus Epiſcopatibus retinebat beneficia, cap. *Ex inſinuatione*, *ſupra de Procurat.* cap. *Eccleſia*, *il 2. de elect.* & c. *Officii*, *infra de ſent. excomm.* ubi in eadem perſona jus habent diverſi Prælati, quod non poteſt facile contingere niſi ratione diverſorum beneficiorum, ad idem cap. *Relatum*, *il 2. infra de teſtam.* & c. *fin. de religioſ. domib.* ubi hujuſmodi pluralitas ſpecialiter prohibetur Religioſis. Ergo ſæcularibus

17 videtur permiſſa d. l. *Cùm Prætor.* Quartò, allegat Innocen. in cap. *Cùm Eccleſiaſticæ*, *ſupra de except.* ubi hoc videtur expreſſum. Demum huic opinioni ſuffragatur generalis conſuetudo plura ſimplicia obtinendi, quam Papa ſcit, & tolerat. Nam conſuetudo talis cum patientia Superioris facit jus, ut l. *De quibus ff. de legib.* Multi enim damnarentur ſi contrarium diceremus, & ſanguinem elicit qui nimium emungit, cap. *Denique*, §. *De ipſa*, *4. diſt.* de qua conſuetudine atteſtantur *hic* poſt Innocen. *numer. 1.* Hoſtien. & Joan. Andr. ambo *num. 3* Cardin. *numer. 11.* Anchar *numer. 6.* & pleriquealii, Hoſtien. in cap. *Litteras*, *numer. 4. verſ. Item generaliter*, *infra de conceſſ. præben.* Henric. Boich. in c. *De multa*, *numer. 5. in fin. infra eod.* & S. Thom. *quodlib. 9. art. 15. verſ. Sed contra eſt, & in corp.* Non obſtant jura, quæ prohibent pluralitatem Præbendarum, nempe cap. *Sanctorum*, *70. diſt.* cap. *Epiſcopi*, *80. diſt.* & c. *Presbyteros*, *16. quæſt. 1.* cum multis ſimil. Quoniam ex non multorum ſententia loquuntur ſecundùm antiqua tempora. Vel ſecundùm Innoc. intelligi debent de pluralitate, quæ ſonat in vitium, & ex qua notatur ambitio, & avaritia illorum, qui non propter honorem Dei, nec propter utilitatem Eccleſiarum plura beneficia obtinent, ſed propter fructus dumtaxat, quos cum tali intentione neque de jure communi, neque ex diſpenſatione poſſunt licitè retinere. Non obſtat quod pluralis in diverſis Epiſcopatibus non poterit duobus Prælatis parere diverſa præcipientibus. Quoniam ut reſpondet Innoc. obediet primò; quia ſecundus videtur eum ſub illa conditione elegiſſe, ut primo ſemper obtemperet, arg. l. *in operis*, *ff. locat.* niſi forte ſecunda Eccleſia multum egeret ejus ſervitio, & prima modicum, aut nihil, aut eſſet periculum in mora; quia tunc ſecundo parebit. Et huic opinioni adhæret hic Abb. Antiq. cum ſuo Magiſtro Petro de Sampſone, eamque dicit veriorem eſſe Cardin. *n. 11.*

18 Secunda principalis opinio primæ oppoſita, fuit Hoſt. *hic num. 6.* qui poſt Vinc. & Goffred. reprobans primam opinionem Innocentii dicit illius rationes eſſe ſatis debiles, & facilè poſſe omnibus reſponderi, nullaque adhibita diſtinctione firmat non poſſe quem habere duas præbendas intitulatas, niſi hoc habeat ab illo, qui omnia poteſt, cap. *Propoſuit*, *de conceſſ. Præbend.* & ita ipſe notat in c. *Superinordinata*, *num. 1. in ver. Eccleſia*, *& num. ſeqq. infra eod.* Quod fuſius proſequitur in cap. *Litteras num. 5. infra de conceſſ. præben.* Movetur Hoſtien. per d. cap. *Sanctorum*, *17. diſt.* ubi etiam ex diſpenſatione Epiſcopi non poteſt quis eſſe Canonicus Præbendarius in diverſis Eccleſiis. Item per d. c. *Superinordinata*; ubi dicit eſſe caſum expreſsè, quod nullus poteſt habere plures præbẽdas: quod etiam innuitur in cap. 2. *De inſtit.* & in cap. *De multa*, §. *Etſi ultra*, *infra eod.* Ad idem cap. *Epiſcopi*, *80. diſt.* cap. *Presbyteros*, *16. quæſt. 1.* cap. *Cùm non ignores*,

17 *ſupra eod.* & d. cap. *Litteras*. Rurſus movetur, quia Canonici videntur adſtricti ad perſonalem reſidentiam, ut cap. *Conquerente*, & cap. *penult. ſupra de Cler. non reſid.* & cap. *Extirpandæ*, §. *Qui verò*, *infra*

20 *eod.* ubi reſidentia in Præbenda prævalet reſidentiæ in parochiali: item ſingulæ præbendæ videntur requirere ſingulos actus, & miniſtros, cap. *Singula*, *89. diſt.* & c. *Ad hæc*, *ſupra eodem.* Unde quemadmodum in caſtro requirente duodecim cuſtodes, non poſſet unus occupare locum duorum, ita nec in præbendis, ut in Auth. *Ut Cler. qui rec. collat.* §. Nec obſtant jura in contrarium adducta pro prima opinione, *numer. 16.* quæ videntur permittere pluralitatem. Quoniam ſecundùm Hoſt. narrativè loquuntur, & notant facti contingentiam, non juris diſpoſitionem. Vel intelliguntur quan-

21 do diſpenſatio interceſſit. Et ad hunc textum reſpondet exponendo dictionem *atque*, pro *vel*, argumento eorum, quæ habentur in cap. *Cùm teneamur*, & c. *Cùm non ignores*, *ſupra eodem*, juncta l. *Sæpè ff. de ver. ſignif.*

Hæc opinio Hoſt. mihi videtur de jure verior, quod ſic probo. Ex diſpoſitione antiquorum Canonum pluralitas præbendarum abſque dubio erat inhibita, ut ſunt jura clara in d. c. *Sanctorum*, *70. diſt.* cum aliis ſupra citatis *num. 18.* Regulæ igitur, & antiquo juri ſtandum eſt, niſi in quantum reperitur receſſum, ut notat gloſſa in cap. *Conſtitutionem*, *in ver. Prorogamus*, *ad finem*, *de regul. lib. 6.*



*lib. 6.* & Joan. Andr. in c. *Quæ à jure*, *de reg. jur. eod.*

22 *lib.* Qui verò affirmant antiqua jura eſſe correcta, fundantur tantummodo in d. c. *De multa*, *infra eod.* & in hac Decretali. Quæ tamen jura ſi ſedulò expendantur, nullatenus corrigunt jus antiquum: nam Conſtitutio *De multa*, ſolùm diſponit, ut recipiens ſecundum beneficium Curatum ipſo jure ſit privatus primo, & ſi utrumque contenderit retinere, etiam ſecundo ſpolietur. Et idem ſtatuit de Dignitatibus, & Perſonatibus; & ita ibi eſt caſus ſecundùm omnes. Hanc autem pœnam fateor non eſſe extendendam ad præbendas, & beneficia ſimplicia, ſed habere locum dumtaxat in Curatis, & Dignitatibus, in quibus illa Conſtitutio induxit jus novum, ut probat Cardin. *conſ. 3.* incipien. *Circa elucidationem*, *num. 2.* & ita illa diſpoſitio ſpecialis eſt quoad pœnam ibi ſtatutam. Ergo in reliquis, & ſic quoad incompatibilitatem præbendarum, & beneficiorum ſimplicium jura antiqua manent in ſuo robore, ut per Cardin. *loco citato*. Nam quod non mutatur, cur ſtare prohibetur? l. *Sancimus*, *C. de teſtam.* Facit cap. *Cùm expediat*, *de*

23 *elect. lib. 6.* Hæc autem Decretalis in illis verbis *plures alias Dignitates, atque Præbendas*, omnino intelligi debet disjunctivè, ut ſi copula *atque*, reſolvatur in disjunctivam *vel*. Quod efficaciter ſic probo. Sola pluralitas Dignitatum ſine Præbendis facit quem ineligibilem, ut hic, & in c. *Dudum*, *il 2. §. penult. ſupra de elect.* & hic notant Hoſtienſ. *in princ. in ver. Multitudo Dignitatum*, Jo. Andr. *nu. 2.* & reliqui omnes. Ergo ſimiliter facit quem ineligibilem ſola pluralitas præbendarum ſine dignitatibus; & ſic reſpectu utriuſque termini textus intelligitur disjunctivè: abſonum enim eſſet, ut eadem dictio *atque*, reſpectu unius determinabilis, ſcilicet Dignitatum, ſtaret copulativè, & reſpectu alterius, ſcilicet præbendarum ſtaret alternativè, l. *Jam hoc jure*, §. *Sed ſi*, & ibi Bart. *num. 1 ff. de vulg. & pupill.* cum concordan.

24 Tertia fuit opinio, quod in pluribus Eccleſiis poſſit quis eſſe præbendatus, ſed non Canonicus, per d. c. *Sanctorum 70. diſt.* ubi videtur littera prohibere ne quis intituletur in pluribus Eccleſiis; & ſic non videtur prohibere, ne quis habeat plures præbendas. Unde talis erit Canonicus in prima Eccleſia, & habebit præbendam in titulum. In ſecunda habebit præbendam in ſtipendium, ſed non habebit ibi Canonicatum, & ſecundùm hoc ſervabit ſtatuta primæ Eccleſiæ, & electioni illic celebrandæ intererit, & à Diœceſano illius Eccleſiæ ordinabitur, & judicabitur; quaſi cenſeatur ſortiri domicilium ubi primò eſt Canonicus, non ubi ſecundò habet præbendam. Poterit tamen in ratione ipſius præbendæ in loco ubi eſt ſita, conveniri, per ea quæ habentur in c. *fin. de for. compet.* Et circa hanc tertiam opinionem vide quod tangit Henric. Boich. in d. c. *De multa*, *nu. 4. in fin. verſ. Et tunc aut unum eſt intitulatum.*

25 Quarta fuit opinio præcedenti oppoſita, quod quis poſſit eſſe Canonicus in pluribus Eccleſiis, ſed non præbendatus, quam poſuit Innoc. in cap. *fin. ſupra de Cler. non reſid.* reddens rationem diverſitatis; quia in pluralitate præbendarum notatur avaritia & ambitio, quæ ſunt cauſæ cur pluralitas ſit prohibita, ut hic probatur: Sed in pluralitate Canonicatuum verſatur utilitas Eccleſiæ, cui expedit plures habere Conſiliarios, arg. c. *Prudentiam*, *de offi. deleg.*

Quinta fuit opinio, quod ſi in plures præbendas non poteſt notari ambitio, vel avaritia, ut quia ad illas non promovetur propter utilitatem propriam, aut favorem perſonæ, ſed propter utilitatem Eccleſiæ, & honorem Dei, ut quia eſt induſtrioſus, & melius novit gubernare quatuor beneficia, quàm alter unum: tunc talis pluralitas cenſetur permiſſa, ſecus ſi fiat propter favorem perſonæ & ſic notari poſſit avaritia, vel ambitio: quia tunc pluralitas eſt inhibita: & hanc opinionem tetigit Innoc. *hic circa finem magnæ gloſſæ ſub n. 3. verſ. Quod enim.*

26 Sexta opinio fuit, quod effrænata Præbendarum multitudo dumtaxat ſit prohibita, veluti ſi quis obtinere vellet octo, vel decem præbendas, & in hoc caſu intelligunt d. c. *Sanctorum*, *70. diſt.* Secus ſi non eſſet effrænata, ut quia non vellet habere niſi duas, ut exemplificant Butr. *nu. 10. verſ. Sexta fuit opinio*, & Imol. *num. 14. verſ. Quinta fuit opinio*, vel tres, ſecundùm Abb. *num. 6. verſ. Secunda opinio*, tunc enim hujuſmodi pluralitas non prohibetur, ut hic, & pro hac diſtinctione facit quod habetur in c. *Quia in tantum*, *ſupra*, *eod.* & hanc opinionem ſequitur Butr. *d. n. 10. verſ. Videte.*

27 Septima fuit opinio, quod in Præbendis perſonalem reſidentiam requirentibus pluralitas ſit inhibita. Sunt enim incompatibiles propter onus reſidentiæ, cap. *penult. ſupra de Cler. non reſid.* & hoc eſt ſecundùm mentem juris: quod quodlibet beneficium creatur propter officium, ut cap. *fin. de reſcript. lib. 6.* & in hoc primo membro conveniunt hic Innocen. *num. 4.* Butr. *numer. 10. circa fin. verſ. Modica item*, Cardin. *numer. 11.* Abb. *numer. 7. verſ. Circa primum*, & reliqui omnes, Hoſtienſ. in locis ſupra citatis *in 2. opinione*, Lap. *allegat. 36. 96. & 117.* Rota *deciſ. 497. numer. 7. part. 1. recent.* Secus ſi reſidentiam non requirant: quia tunc videtur ceſſare ratio cap. *Quia nonnulli*, & c. *Relatum*, *ſupra de Cler. non reſid.* & hanc amplectitur Innoc. *d. num. 4.*

Octava opinio fuit, quod aut una præbenda, ſeu beneficium ſimplex ſufficiens eſt ad congruam Clerici ſuſtentationem, & non licet obtinere plura beneficia propter utilitatem propriam, immo eſt peccatum mortale, cùm in ibi vitium ambitionis & avaritiæ, ut occupentur ſtipendia aliorum pauperum, ut notat gloſ. in c. *Dudum*, *il 2. in ver. Intitulatam*, *de elect.* quæ concludit, ſi primum beneficium ſit ſufficiens, non poſſe obtineri ſecundùm, niſi diſpenſativè, & ita etiam poteſt intelligi d. c. *Sanctorum*, *70. diſt.* ubi cavetur ne quis poſſit eſſe præbendarius, & Canonicus in diverſis Eccleſiis. Aut unum ſimplex beneficium per ſe non ſufficit, & licet tenere plura uſque ad congruam ſuſtentationem, & ſic poſſunt intelligi c. *Gratia*, *de reſcript. lib. 6.* & Clemen. *Gratia*, *eod. tit.* & c. *Cùm teneamur*, *à contrario*, *ſupra eod.* Et hanc opinionem tenet gloſ. præalleg. Imol. *hic n. 14. verſ. Unde videtur dicendum*, & Abb. *n. 8.*

Nona opinio diſtinguit an quis habeat plures præbendas in titulum; an verò unam in titulum, aliam in commendam, ut primo caſu inhibita ſit pluralitas, in ſecundo autem non, per tex. in cap. *Qui plures*, *21. q. 1.* & in c. *Dudum*, *il 2. §. Inſuper*, & ibi gloſ. *in ver. Intitulatam*, *verſ. Item ſi habet*, *ſupra de elect.* & facit quod habetur in c. *Nemo*, *de elect. lib. 6.* ut hic per Butr. *n. 10. verſ. Si verò non requirunt*, & Imol. *n. 14. in eod. verſ.*

De-

28 Decima, & ultima opinio fuit Cardin. *hic numer. 11.* qui dixit dupliciter quæri poſſe an multitudo beneficiorum ſimplicium ſit permiſſa. Primo modo ut quæramus, an plura talia ſint incompatibilia in foro externo, adeo ut per aſſecurationem pacificam ſecundi vacet primum ipſo jure, vel ſaltem liceat Ordinario obtinentem privare primo, vel ſecundo. Alio modo quæri poteſt an ejuſmodi pluralitas ſit prohibita in foro animæ, ita ut ſit peccatum plura obtinere. Primo modo dicit veram eſſe opinionem Innocentii tam de jure, quàm de conſuetudine: nam beneficia incompatibilia modo prædicto dicuntur tantùm in ſequentibus caſibus, videlicet, ſi ſunt duo Curata, vel Dignitates, vel Perſonatus, vel aliquod iſtorum cum altero, ut c. 1. *de conſuetud. lib. 6.* vel plura ſimplicia reſidentiam requirentia, ut c. *fin.* cum ibi not. *ſupra de Cler. non reſid.* vel plures Canonicatus in ead. Eccleſia, cap. *Litteras, infra de conceſſ. preben.* prout hæc notantur in Clem. *Gratiæ,* in
29 gloſſ. in *ver. Beneficium, de reſcript.* Quoad ſecundum modum quærendi, cum inſpecto ſtatu beneficiorum originario beneficia conſtitui non debeant niſi ſufficientia ad congruam Clerici ſuſtentationem, c. *Ut quoque, ſupra de vita, & honeſtat. Cler.* Hinc fit, ut abſque pecato non liceat habere plura talia ſine diſpenſatione; & ſic loquitur text. in c. *Cum non ignores, ſupra ead.* cum ſimil, & ſecun-
30 dùm hoc procedit opinio Hoſtien. Subdit tamen Cardin. hoc ultimo caſu evitari peccatum, ſi quis obtineat plura talia propter generalem conſuetudinem, quæ poteſt de illicito facere licitum, & è converſo, cap. *Cùm olim, de Cler. conjugat.* Sed attento ſtatu hodierno beneficiorum, cùm reperiantur ſæpe beneficia ſimplicia inſufficientia, ſecundum eum non eſt peccatum, propter hujuſmodi generalem conſuetudinem, ita tamen ut abſit avaritia: tandem remittit ad ea, quæ latius dixit in præalleg. Clem. *Gratiæ,* in hoc ſecundo diſtinctionis membro, tu recurre ad S. Thomam *quodlib. 9. art. 15.* ubi egregiè explicat an habere plures præbendas ſine cura animarum abſque diſpenſatione ſit peccatum mortale; & an excuſet conſuetudo. Et vide eundem *quodlib. 8. art. 13.* & quod in propoſito ſcripſi, in d. c. *Dudum, il 2. ſupra de elect.*

31 Quid tenendum? Hodie tam ingens controverſia ex omni parte ſublata eſt ex Decretis Concil. Trid. & præſertim ex c. 17. *ſeſſ. 24.* cujus hæc ſunt verba. (Cum Eccleſiaſticus ordo pervertatur quãdo unus plurium officia occupat Clericorum, ſanctè ſacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Eccleſiis conſcribi. Verum quoniã multi improbæ cupiditatis affectu ſeipſos, non Deum decipientes, ea, quæ benè conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt, S. Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti Decreto, quod in quibuſcumq; perſonis quocumque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obſervari, ſtatuit ut in poſterum unum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur: quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri.) Hæc ibi. Ponderanda ſunt ſingula verba, quæ videntur ſtudioſè appoſita propter diſſidentes antiquorum opiniones. Et quidem in illis verbis *Sanctè ſacris Canonibus cautum fuit*: nec non in verbis *reſtituere cupiens,* Concilium indicavit ſe velle innovare, & in uſum reſtituere antiquos Canones ſuper pluralitate beneficiorum, qui habentur in cap. 1. & 2. 21. *quæſt. 1.* in cap. *Unio § Sed & hoc, 10. quæſt. 3.* in cap. *Sanctorum, 70. diſt.* cum aliis ſupracitatis, *numer. 18.* Sed quia Canones illi videbantur abrogati, vel per jura poſteriora, vel per contrariam conſuetudinem, quæ ubique vigebat, ut dictum eſt ſupra *num. 17. & n. 30.* Præterea S. Synodus utitur verbis illis *ſtatuit ut in poſterum,* quæ jus novum inducunt, ut notat gloſ. in Clem. *Eos, in ver. Denuo, de Regular.* Et eſt commune dictum, ut inquit Cardinal. *conſ. 3. nu. 2.* & ſic tollitur fundamentum, quod Innocen. & alii
32 conſtituebant ſuper generali conſuetudine. Deinde in illis verbis: *Unum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur,* nec non in illis verbis *aliud ſimplex* Concilium ſuſtulit primam opinionem Innocentii, & approbavit ſecundam Hoſtienſis, qui ſenſit indiſtinctè non licere cuiquam abſq; diſpenſatione Papæ obtinere plures præbendas, vel beneficia ſimplicia. Nam de his etiam ſimplicibus Concilium loquitur, ut probat illa dictio *aliud,* quæ eſt repetitiva ſimilium, Clem. *2. de celebr. Miſſar.* gloſſ. in l. *Si fugitivi, in ver. Alia pœna,* & ibi Bald. Ang. & Paul. de Caſtr. & Salyc. *C. de ſerv. fu-*
33 *git.* Præterea in iiſdem verbis ſublata fuit ſexta opinio illorum, qui dicebant ſolum effrænatam beneficiorum multitudinem eſſe prohibitam: nam Concilium conſtituit regulam, ut unum tantum beneficium ſingulis conferatur, & permittit ſecundum in eo tantum caſu, in quo primum eſt inſufficiens; atque ita ex Concilio beneficia ſunt incompatibilia, etiamſi ſint duo tantum, & non plura. Rurſus dum Concilium dixit: *hoc decretum locum habeat in quibuſcumque perſonis, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant,* non admiſit quintam opinionem eorum, qui pluralitatem admittebant, ſi perſona eſſet induſtrioſa, & quæ præ aliis ſciret Eccleſiam regere; licet hæc poſſit eſſe juſta cauſa obtinendi Apoſtolicam diſpenſationem, ſecundum ea quæ habentur, & notantur in cap. *De multa, § Circa ſublimes, infra eodem.* Ad hæc in verbis ſequentibus,
34 *dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat,* correxit tertiam, & quartam opinionem eorum, qui dicebant poſſe aliquem in pluribus Eccleſiis eſſe præbendatum, & non Canonicum; vel è converſo Canonicum, & non præbendatum: hodie enim tam Canonicatus, quam præbendæ, ſeu portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis perſonalem reſidentiam requirunt ex alio ejuſdem Concilii Decreto, nempe ex *cap. 12. ſeſſ. 24.* & conſequenter ſunt incompatibiles ex d. c. 17. ut decidit Rota *dec. 497. numer. 1. part. 1. recen.* Unde etiam patet Concilium hoc loco approbaſſe primum membrum ſeptimæ opinionis quoad prohibitam pluralitatem beneficiorum, perſona-
35 lem reſidentiã requirentium. Amplius in illis verbis, *ſi ad vitam honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens eidem conferre.* Similiter approbavit primum membrum octavæ opinionis, & permiſit pluralitatem beneficiorum ſimplicium perſonalem reſidentiam non requirentium in eo caſu in quo primum eſt inſufficiẽs, non tamen permiſit poſſe conferri ultra duo, quia dixit, *aliud,* &c. & ſic ſecundum, & non plura. Unde etiam improbavit illorum ſententiam, qui exemplificabant multitudinem non eſſe prohibitam niſi effrænatam, ut dictum eſt in ſexta opinione.
36 Demum jungendo hoc decretum, c. 17. *ſeſſ. 24.* cum decreto *c. 4. ſeſſ. 7.* Concilium ſuſtulit duas ultimas opiniones. Primã enim dum in c. 17. ſtatuit in ſecundum obtinentium ſimplex ſit incompatibile, ſi primum ſit ſufficiens; & in *d. c. 4.* impoſuit pœnam obtinentibus plura incompatibilia, ſive in titulum, ſive in Commendam: utique correxit c. *Dudum, il 2. de elect.* & improbavit nonam opinionem eorum, qui dixerunt unam præbendam poſſe obtineri in titulum, & aliam in Commendam: nam ex *d. c. 4.* nec in titulum, nec in Commendam licet obtinere plura incompatibilia, qualia ſunt ex *cap. 17.* duo beneficia, ſimplicia, quando primum eſt ſufficiens. Deinde
37 dum in *d. cap. 4.* ampliavit diſpoſitionem Decretalis *De multa,* ad beneficia incompatibilia ex quovis capite, & in præd. c. 17. voluit primũ beneficium ſufficiens eſſe incompatibile cum ſecundo, reprobavit decimam opinionem Cardinalis, qui ad ſententias conciliandas dixit duas præbendas eſſe incompatibiles, quoad peccatũ, & in foro animæ, non autem quoad incurrendam pœnam privationis in foro judiciali: nam hodie cum ſecundum beneficiũ ſimplex ſit incompatibile cũ primo ſufficiente ex *d. c. 17.* ſequitur ut obtinens ſecundum, perdat primum ipſo jure, & per retentionem amborum ſit privatus utroque ex *d. c. 4.* quod extendit pœnam c. *De multa,* ad beneficia quæcumque incompatibilia, ut plenè ſcripſi in prædicta Decretali in *1. not. n. 3.* Atque ita prohibetur incompatibilitas non ſolũ in foro animæ, & quoad peccatum, ut patet in *d. c. 17.* ibi *ſeipſos, non Deum decipientes,* quod Cardinalis fatetur: Sed etiam in foro externo, & quoad pœnam; quod Cardinalis negat.

38 Quibus ita conſtitutis, jungendo jus commune cum decretis Concilii, & declarationibus S. Congregationis, cum quæritur an plura beneficia ſint hodie incompatibilia; pro ſolutione quæſtionis ſic diſtinguo. Aut quæris de beneficiis perſonalẽ reſidentiam requirentibus, aut de aliis beneficiis, quæ talem reſidentiam non requirunt. Primo caſu concludo plura beneficia eſſe incompatibilia tam de jure communi ex unanimi Doctorum ſententia, ut dictum eſt ſupra in ſeptima opinione, quàm ex Concilio Tridentino in d. c. 17. ſive hu-
39 juſmodi reſidentiam requirant ratione curæ animarum, ſive ratione ſervitii. Qua de re multæ declarationes fuerunt editæ à S. Congregatione. Et primo ratione reſidentiæ propter curam animarum incompatibiles ſunt duæ Parochiales: Item Parochialis cum Epiſcopali, & ſimiliter beneficium, cui injunctum ſit onus coadjuvandi in
40 cura animarum. Item is, qui habet Rectoriam, ſi curam exerceat per Vicarium amovibilẽ, poteſt Parochialem obtinere. Siquidem amovibilitas indicat curam reſidere penes Rectorem; ſecus ſi cura exerceri ſolita eſſet per Vicariũ perpetuũ,
41 ita ut eo remanente Rector curam non poſſet exercere. Et cum ſimiliter quæſitum, an caſu quo cura unita eſt alicui Eccleſiæ ex altera dependenti, ita ut exerceatur per Vicarium perpetuum, juxta terminos *Extirpandæ, § Qui vero, de præben.* reſultet ratione curæ animarum incompatibilitas talis Eccleſiæ cum alia Parochiali? Reſponſum eſt negativè, ut etiam per gloſſ. c. *Ramus, de ætat.*
42 *& qualitate, in ver. pendeat.* Ratione reſidentiæ propter ſervitium ex Concilio ſurgit incompatibilitas non ſolum in Parochialibus & Curatis, ſed etiam in beneficio Curato, & Canonicatu, & in pluribus Canonicatibus, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum, cum perſonalem reſidentiam requirãt propter ſervitium, ut in c. 12. *ſeſſ. 24.* licet de jure communi hoc eſſet controverſum, ut patet ex opinionibus ſupra relatis. Item ex Congregatione incompatibilis eſt præbenda Theologalis erecta per unionem alicujus ſimplicium beneficiorum cum Parochiali, vel Canonicatu. Idemque dicendũ de pluribus Monaſteriis, ſeu Capellaniis ſervitium perſonale, ſeu reſidentiam requirentibus propter divini Officii celebrationem. Veruntamen ex Congregatione ſervitium Eccleſiæ receptitiæ, pro quo non levantur Bullæ, nec ulla fit inſtitutio, ſeu confirmatio, ſed Presbyteri tenentur ſolum ad Miſſas, & horas Canonicas, deque præſtimoniis participãt pro rata ſervitii circumſcripti Eccleſiæ ſtatutis, non eſt incompatibile cum Parochiali communi pluribus, vel pluribus, habente onus celebrandi ternis hebdomadis; ideoque illã obtinens, ubi ſatisfecerit dictis oneribus Miſſarum, poteſt inſervire dictæ Eccleſiæ receptitiæ.

43 Secundo caſu, ideſt cum beneficia perſonalem reſidentiam non requirunt, eo quod jus commune inducens reſidentiam in omnibus beneficiis ſecundum ea, quæ leguntur, & notantur in c. *Conquerente, ſupra de Cler. non reſident.* abrogatum fuerit ex generali conſuetudine, ut notatum eſt ſupra in prima opinione, *n. 17.* iterum ſic diſtingue. Aut primum beneficium eſt ſufficiens ad cõgruam ſuſtentationem Beneficiati, & non poteſt haberi ſecundum, ex *d. c. 17. ſeſſ. 24.* etiamſi ſecundum ſit inſufficiens, quia Concilium permittit ut poſſit conferri ſecundum in eo tantum caſu, in quo primum ad ſuſtentationem non ſufficit. Collatio tamen ſecundi non eſt nulla, ſed adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacat primũ ipſo jure, & per retentionem ſecundi cum primo vacat utrumque ex *cap. 4. ſeſſ. 7.* Quod ampliat diſpoſitionem, c. *De multa, infr. eodem* ad beneficia quomodolibet incompatibilia ratione ſufficientiæ, de quo latius dicetur *infra in tertia quæſtione.*
44 Aut primum eſt inſufficiens, & poteſt conferri ſecundum etiamſi ſolum per ſe ſufficiat, ut ſonat litera *d. C. 17.* ibi, *aliud ſimplex ſufficiens*, non enim dixit ſufficiens una cum primo, ſed ſimpliciter ſufficiens; quod tamen fuſius infra examinabitur
45 in quarta quæſtione. Sed ultra duo haberi non poſſunt ab Ordinario, licet omnia ſimul ſint inſufficientia, ut ſæpius S. Congregatio cenſuit, & dicã infra, *n. 70.* An autem collatio tertii ſit nulla, necne, ut videbitur infra in ultima quæſt. Et hæc intelligas de beneficiis in diverſis Eccleſiis: nam ſi in ead. Eccleſia exiſtunt, erit aliter diſtinguendum, ut dicam in quæſt. ſequenti.

46 2. QUÆRO. An Epiſcopus ſuper pluralitate Præbendarum, vel beneficiorum ſimplicium poſſit diſpenſare.

47 De jure communi articulus eſt ſatis dubius: communiter tamen tenetur diſtinctio Jo. Andr. in cap. *Litteras, infr. de conceſſ. præben.* Quod aut Canonicæ, & præbendæ, ſeu beneficia ſimplicia exiſtunt in diverſis Eccleſiis, & diſpenſat Epi-

48 ſcopus. Aut exiſtunt in ead. Eccleſia, ſeu ſub eodem tecto: & tunc ſubdiſtingue: nam aut ſunt difformia, & poteſt Epiſcopus diſpenſare; aut ſunt conformia, & non poteſt, ſed opus eſt diſpenſatione Apoſtolica. Ratio diverſitatis eſt, quia in primo caſu non frangitur ſibi numerus: ſecus in ſecundo. & hanc diſtinctionem amplectitur ibi Antonius de Butr. n. 10 verſ. mirare, dicens ſe illi adhærere, quia eſt ſententia tanti Doctoris, ut fuit Jo. Andr. quod latius proſequitur Abb. n. 9. qui tamen limitat dictum Jo. Andr. quando una præbenda tum eſt ſufficiens: alias ſecus, per c. San-
49 ctorum 70. diſt. Sed tu brevius dicas hodie ad plura beneficia ſimplicia in diverſis Eccleſiis Epiſcopum nullo caſu poſſe diſpenſare; quia aut primum eſt inſufficiens, & poteſt obtineri ſecundum non requirens reſidentiam abſque ulla diſpenſatione, ut dictum eſt in præcedenti quæſtione n. 45. Aut primum eſt ſufficiens, & Epiſcopus non diſpenſat; quia obſtat Concilium Tridentinum contra quod Epiſcopus non habet facultatem diſpenſandi, ut latiſſime probavi in c. fin. de fil. Presbyter. Quod multò magis procedit in canonicatibus, & præbendis, cum ex capite perſonalis reſidentiæ ſint incompatibiles, ut dictum eſt ſu-
50 pra num. 38. & 42. Si verò duo beneficia ſint ſub eodem tecto, ſiquidem ſint conformia, Epiſcopus non diſpenſat: & vera eſt opinio, Jo. Andr. & communis in d. c. Litteras. Sin autem ſint difformia; tunc aut primum eſt ſufficiens, & ſimiliter non diſpenſat Epiſcopus obſtante Concilio Tridentino in d. c. 17. ſeſſ. 24. Aut eſt inſufficiens, & hoc caſu Epiſcopus diſpenſare poteſt, & procedit limitatio Abbatis d. n. 9. dummodo tamen utrumque perſonalem reſidentiam non requirat; quia tunc obſtaret Concilium, & ideo opus eſſet diſpenſatione Apoſtolica prout hæc omnia latius explicavi in d. c. Litteras in 1. quæſt.

51 3. QUÆRO, An quando habenti beneficium ſufficiens Ordinarius aliud confert, collatio ſit nulla; vel ſi valida ſit, an adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacet primum ipſo jure.

Hoc dubium fuit tranſmiſſum per manus Cardinalium Sacræ Congregationis Concilii cum voto Cardinalis Alciati, qui ejus erat opinionis, ut Ordinarius non poſſet conferre, & ſi conferret, nulla eſſet collatio. Rationes ſunt infra ſcriptæ.

52 Primò, quia Concilium utitur illo verbo conferatur, quod propriè reſpicit actum ipſum collationis: & ſic in effectu prohibet eam fieri de duobus beneficiis uni perſonæ. Unde ſequitur ut ſi facta fuerit contra hanc prohibitionem legis, ſit ipſo jure nulla, ſecundum regul. l. Non dubium, ubi Jaſ. n. 17. C. de legib. Nec poteſt hæc diſpoſitio Concilii intelligi juxta terminos juris communis de quibus in c. De multa, de præben. quia d. c. Non utitur verbo, conferatur, nec prohibet actum ipſius collationis, quinimo eam permittit, & amplius vult eam eſſe validã, quod patet ibi in verſ. Præſenti, dum ſtatuit, ut quicunque receperit ſecundum beneficium curatum, ſit privatus illo, quod habebat. Ergo apparet quod collatio ſecundi fieri potuit, & facta valuit & eam recipiens acquirit ſecundum beneficium, licet primũ perdiderit. At non ita Concilium diſpoſuit, ſed ſimpliciter vetuit ne ſecundũ conferatur. & videtur Concilium Tridentinũ voluiſſe renovare decretum Lateranen Concilii, quod erat ante d. c. De multa. & cum ſit mentio expreſſa in princ. dict. c. Per quod prohibitum erat, ne habens Parochialem reciperet aliam, & ſi recepiſſet, eam amitteret, & qui contuliſſet, conferendi poteſtatem nõ habuiſſe cenſeretur, & ita Sacra Congregatio vi-
53 detur à principio intellexiſſe d. c. 17. Nàm cum dubitatum eſſet an Datarius ſupplicationes illas deberet admittere, quibus habens Parochialem, vel ſimplex, quod tamen ſufficeret ad victum, petebat ſibi aliam Parochialem, vel aliud ſimplex: fuit decretum & ita d. Datario injunctũ, ut ſupplicationes iſtas non admitteret, niſi addita hac clauſula, quod Orator habita poſſeſſione ſecundi beneficii, intra duos menſes, vel ſi per eum ſtaret, quominus haberet, teneretur primum, vel ſecundum dimittere, alias careret utroque. Ex quo decreto clarè colligitur, Congregationẽ nõ intellexiſſe d. c. 17. ſecundum diſpoſitionem c. De multa; quia clauſula illa non eſſet conformis dict. c. Neque extravag. Execrabilis, § Qui vero de incept. Et ſic longè diverſa à terminis juris communis, de quibus etiam per Abb. in d. c. De multa n. 10. ſecundum quos terminos neque præfigebatur impetranti aliquis terminus ad adipiſcendam poſſeſſionem ſecundi beneficii, neque ei dabatur optio dimittendi utrum mallet; ſed quandocunque poſſeſſionem ſecundi adeptus fuiſſet, illico abſque ulla mora cogebatur præcisè dimittere primum: & ex aliis etiam deciſionibus apparet Congregationem ſenſiſſe, in toto illo cap. 17. nullam fuiſſe habitam rationem d. c. De multa, & memor eſt Alciatus ſe audiviſſe à patribus, qui interfuerunt Concilio, eam fuiſſe mentem fere omnium, ut d. c. De multa, prorſus abrogaretur, & quod ita etiam pius IV. ſcripſiſſet ad Concil.

54 Tamen Congregatio cenſuit poſſe conferri ſecundũ, ſed habita pacifica poſſeſſione ſecundi vacare primum ipſo jure; quia verba illa Concilii, conferatur, debent intelligi cum effectu, id eſt ad finem retinendi, & per tex. d. c. Nonnulli, de Cleric. non reſiden. ibi, accipere, quod verbum in ſenſu paſſivo eſt ſimile verbo, conferatur, prout ſentiunt ibi Abb. & alii, qui ſummant textum, quod plures eccleſiæ uni conferri non debeant, & tamen, ut ibi declarant Abb. & cæteri, diſpoſitio illius c. intelligitur ut illa ſimul retineat, ſed debet altero privari, prout etiam probatur in d. c. De multa. Quod cum non procederet niſi in Curatis, fuit per Concilium ampliatum ad omnia beneficia ſufficientia, & cum Concilium ſit jus novum, & correctorium, ſatis eſt ut maxime operetur abſque eo quod amplius reſtringatur Ordinariorum facultas, & maximè ſine utilitate, cum ſatis ſit quoad intentionem Concilii, ut quis in effectu non poſſit retinere plura beneficia. Sed cum hoc fuiſſet decretum Congregationis partis, fuit dictum referendum ad Sanctiſſimum, an vellet de hoc agi in Congregatione generali. Sanctitas ſua decretum Congregationis partis approbavit, & noluit revocari in dubium in congregatione generali; ſed tantum in ea agi, quid quando habenti duo alia incõpatibilia ex diſpenſatione Ordinarius confert tertium, an collatio ſit nulla.

56 4. QUÆRO, Si quis habens ſimplex beneficium non ſufficiens, acquirat ex collatione Epiſcopi aliud beneficiũ quod per ſe ſolum ſufficiat, an ex decreto Concilii, ſeſſ. 24. c. 17. poſſit utrumque retinere. An verò dicantur hæc beneficia incompatibilia, ita ut adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, primum vacet ipſo jure, vel qui obtinet privandus ſit per ſententiam.



In Congregatione publica diſcuſſa latè materia ex ſeptem Cardinalibus, tres nempe Per.... Sanctorum Quatuor. & Albanus tenuerunt poſſe utrũque retineri, neque incompatibilia eſſe, & minus vacare ipſo jure, aut eum qui obtinet, privandũ eſſe altero nec obſtare Concilium, quia non prohibet, quin habenti unum inſufficiens detur alterum; & Concilium, ut patet ex proœmio, & verbis, nihil voluit decidere niſi quod prius jure veteri, & communi erat deciſum: & ſic voluit tantum reſtituere jus vetus, quo talia beneficia non erant incompatibilia. Sed aliis viſa eſt hæc opinio periculoſa: primò, quia Concilium nihil novi induxiſſet. Secundò, quia verba Concilii loquuntur etiam de ſimplici, quod non erat jure veteri. Tertiò, quia Concilium loquitur taxativè, unum uni tantum &c. Ergo excludit, & prohibet duo, prout eſt naturæ taxativæ, Jaſ. in l. 1. n. 47. de offic. ejus. Item ex verbis liceat conferre, ſi non ſufficit; Ergo ſi ſufficiat, non licebit. Lu. . . . dixit eſſe incõpatibilia, non ut adepta poſſeſſione ſecundi vacet primum, ſed juxta gloſ. in cap. Dudum il 2. de elect. ver. Retinet, ut ſcilicet cum peccato tenens, non faciat fructus ſuos in conſcientia, & ſit privãdus, prout jus commune vetus ſanxit. Senonen. & Carafa tenuerunt primum non vacare, etiamſi ſecundum requirat reſidentiam, ſed per ſententiam privãdũ eſſe ex Concilio, quia prohibet utrũque ſimul retineri, quando aliud ſufficit, & jure veteri erat quoque ſic privandus, Abb. in c. Conquerente, in 3 not. & in c. Quia nonnulli, de Cler. non
56 reſid. Alciatus autem admiſſo illo, quod Conciliũ prohibet utrumque ſimul retineri, cenſuit primũ vacare ipſo jure: nam quando duo beneficia ſunt incompatibilia, adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacat ipſo jure primum, Abb. in c. De multa, de præben. n. 10. & 16. quæ habent locum etjam in ſecundo beneficio ſimplici, quod de jure non poteſt retineri cum primo, Clem. Gratia, de reſcript. ubi poſt Innoc. Feder. de Sen. & alios in terminis firmat Barbat. in gloſ. in verb. Beneficium, col. 3. verſ. Ego autem eligo opinionem, uſque ad verſ. Et inquantum iſta gloſ. comprobatur per Cardin. conſ. 3. prope finem, verſ. Attento etiam teſtamento, ubi vult ut quando ſtatutum eſt ut beneficium ſimplex non poſſit haberi cum alio beneficio ſimul, tunc aſſecutione ſecundi beneficii vacet primum. Et ita quoque in terminis tenet Rebuff. in Praxi ſua, tit. de diſpenſat. ratione ætatis, in verb. Incompatibilia, n. 6. juncto cum n. 1. A Concilio autem ſatis clarè videtur ſtatutum ut beneficium per ſe ſufficiens non poſſit obtineri cum alio. Poſtea ex conſenſu omnium dictum fuit referendum ad Sanctiſſimum, Convocata tota Congregatione, Sanctiſſimus voluit de hac quæſtione amplius agi in Congregatione, ſuadendo omnibus, ut denuo ſtuderent, & deliberarent. In Congregatione cui interfuerunt octo Cardinales; Sanctorum Quatuor, & Albanus videntur ſenſiſſe non eſſe incõpatibilia ex Concilio; ideo non vacare neque ipſo jure, neque privationem ante ſententiam. Lu. . . . Senon. Montalt. Carafa, Per. . . . . cenſuerunt non vacare ipſo jure, ſed bene ſenſerunt privandum; quia Concilium pro incompatibilibus habet; ſed ſolum eſſe hoc dubio reſpõdendum, quod non vacet. Alciatus verò cenſuit vacare ipſo jure, ut aliàs in ſimilibus Congregatio decidit, & reſponſum eſt pluribus.

57 Tu verò conſidera: nam ut ſupra tetigi n. 54. Concilium in d. c. 17. ſeſſ. 24. non diſpoſuit ſimpliciter ut habenti unum beneficium inſufficiens ad honeſtam ſuſtentationem poſſit conferri aliud, ſed ut poſſit conferri aliud ſufficiens; nec addidit ſufficiens una cum primo, ſed ſolum dixit ſufficiens, & ſic videtur intellexiſſe de alio, quod per ſe ſufficiat; cum præſertim agatur ad effectũ inducendi privationem primi beneficii per aſſecutionem ſecundi. Unde in conſtituenda ſufficiẽtia ſecundi beneficii conjungi non debent fructus inſufficientes primi, quia in materia pœnali ſummæ non coacervantur, & quinquaginta & quinquaginta non ſunt centum, ut notat Bart. in l. Fidejuſſor. in princ. ff. de ſolut. & dixi in c. Inſinuante, n. 34. infra Qui Cler. vel vov. Et eſt communis theorica, quam pluribus exemplis exornat Alex. conſ. 113. incip. Viſo themate, n. 3. & ſeq. lib. 5. Nec obſtat ſi dicatur, Mens Concilii fuit, ut Clericus ex fructibus unius, vel alterius beneficii Eccleſiaſtici non habeat niſi honeſtam ſuſtentationem; & quamadmodum non permittit, ut qui habet unũ ſufficiens, poſſit obtinere ſecundum, etiam inſufficiens, ut cõcluſum eſt in præcedenti quæſtione; ita è converſo nõ cẽſetur permiſiſſe, ut qui habet ſecundum ſufficiens, poſſit illud retinere cum primo inſufficienti, arg. c. Inferior, cum gloſ. in ver.
58 Hinc. 21. diſt. Id inquam nõ obſtat, quia inter utrũq; caſum conſiderõ magnam eſſe rationem diverſitatis: nam qui habet primum ſufficiens, cum jam habeat congruam ſuſtentationem, videtur moveri ad impetrationem ſecundi ex avaritia, & ambitione, quę ſunt præcipuæ cauſæ prohibitionis pluralitatis, ut hic patet, & notat Innoc. nu. 3. verſ Quod enim At qui habet primum non ſufficiens, juſtè appetit ſecundum ad ſui honeſtam ſuſtentationem. Et quamvis ex accidenti contingat, ut ſecundum per ſe ſufficiat; tamen appetendo illud non peccat, cum hoc faciat Concilii authoritate, c. Qui peccat, 24. q. 3. nec recipiendo ſecundum ſufficiens debet incidere in pœnam privationis primi inſufficientis; quia cum lex hoc permittat, quod legitime factum eſt nullam pœnam meretur, dicit text. in l. Gracchus, C. ad l. Jul. de adulter. gloſ. 1. in c. 2. de conſtit. gloſ. in c. Nihil in verbo Ætatis, de elect. Præterea ſi habens primum inſufficiens non poſſet obtinere ſecundum ſufficiens, oporteret eum expectare quouſque vacaret aliquod beneficium ſufficiens ad hoc ut poſſet illud retinere cũ primo; & ita poſſet contingere ut per multos annos remaneret cũ primo beneficio ſine ſufficienti ſuſtentatione, prout accideret ſi per multum temporis non contingeret vacatio alicujus beneficii niſi ſufficientis; non enim illud poſſet obtinere abſque eo quod per aſſecutionem pacificam ſecundi incideret in pœnam privationis primi. Ad quod fortè animadvertentes Patres Concilii ſimpliciter voluerunt, ut habenti unũ benficium, quod non ſufficeret ad congruam ſuſtentationem, poſſet conferri ſecundũ ſufficiens, nulla habita diſtinctione, an eſſet ſufficiens per ſe ſolũ, vel unà cum primo. Quæ ratio non viget in eo, qui certus eſt de ſua congrua ſuſtentatione; & ideo non poteſt appetere ſecundum ſine vitio ambitionis vel avaritiæ. Inſuper ponamus juxta conſue-

tudinem loci, & conditioné perſonæ, congruam ſuſtentationem eſſe ducatorum centum: ſi talis perſona haberet beneficiũ ducatorum quinquaginta, abſque dubio poſſet obtinere aliud beneficium ducatorum octoginta, cum neutrum per ſe conſideratum ſit ſufficiens: neque hoc caſu per aſſecutionem pacificam ſecundi perderet primum; alioquin remaneret ſine congrua ſuſtentatione contra mentem Concilii, & hoc planum. Si verò talis haberet beneficium ducatorum viginti, non poſſet obtinere aliud beneficium ducatorum cẽtum, admiſſa opinione illa, quod habenti unum inſufficiens non poſſit conferri ſecundum, quod per ſe ſolum ſufficiat. Atque ita talis ex Concilio poſſet authoritate ordinaria habere duo beneficia ſimplicia valoris centum & triginta ducatorum, ut in primo caſu: & tamen habere non poſſet ex Concilio duo beneficia ſimplicia valoris ducatorum centum & viginti, ut in ſecundo caſu. Dicamus ergo indiſtinctè habente unum beneficium inſufficiens poſſe aliud conferri ab Ordinario, ſive ſecundum ſit per ſe ſufficiens, ſive non, arg. c. *Majores*, §. *Cæterum*, *inf. de Baptiſm.*

59 Ultimo QUÆRO, Si habenti in eadem Eccleſia Canonicatum, & officium, quæ ex fundatione compatibilia ſint, Epiſcopus Canonicatum alterius Eccleſiæ contulerit, an collatio ſecundi Canonicatus ſit irrita, necne?

60 Tertius in c. *Singula* 89. *diſt.* ſtatuit ſingula beneficia eſſe ſingulis conferenda; & pleriſque in locis improbatur pluralitas beneficiorum, ut *hic*, & in c. 1. *& per totum* 21. *quæſt.* 1. in c. *Quia in tantum*, & c. *Ad hæc*, *ſupra eodem*, & *infra* in c. *Superordinata*, cum multis ſimilibus, ſed non deciditur an collatio tertii ſit ipſo jure nulla, necne; quemadmodum nullo jure irrita decernitur col-
61 latio ſecundi beneficii incompatibilis: Nam ante Concilium Lateranen. proviſus habebat optionem alterutrum retinendi, c. *Referente*, & cap. *Præterea*, *ſupra eod.* Ex Concilio Lateranen. relato in c. *Quia nonnulli*, *de Cler. non reſid.* debebat privari ſecundo, poſt Concilium Lateranen. vacabat primum ipſo jure, ex c. *De multa*, *infr. eodem.* At poſtea per extravag. *Execrabilis* tenebatur primum verbo, & facto in manibus Ordinarii illico dimittere; alioquin vacabat utrumq; & proviſus inhabilis efficiebatur ad Ordines, & beneficia, ut ibi in §. *Qui verò*, prout hæc quatuor tempora diſtinctè recenſet Cardinal. *conſ.* 3. *circa elucidationem num.* 4. & in d. cap. *Referente*, & Abb.
62 in d. cap. *Quia nonnulli*. Decretum Concilii Tridentini *c.* 17. *ſeſſ.* 24. diſponit ut ab Ordinariis ſecundum beneficium eidem conferri poſſit, ſi primum non ſit ſufficiens, ſed tertii collationem non irritat. Decretum verò *cap.* 4. *ſeſſ.* 7. ſimiliter non agit de nullitate collationis, ſed ſolum de pœna illorum, qui plura beneficia incompatibilia
63 recipere, & ſimul retinere præſumpſerint. Solus tex. in c. *Ordinarii*, §. *In conferendis*, *de offic. Ordinar. lib.* 6. decernit irritam collationem tertii beneficii. Quamobrem ſolutio præſentis quæſtionis pendebit ab inſpectione, an d. §. *In conferendis*, quo irrita decernitur collatio tertii beneficii incompatibilis, habeat locum in tertio beneficio, quod quamvis non eſſet incompatibile de jure communi; tamen effectum eſt poſtea incompatibile, per ſupervenientem Concilii diſpoſitionem, ſive ratione ſervitii juxta *c.* 17. *ſeſſ.* 24. ſive ratione numeri, cum in *cap.* 17. *ejuſdem ſeſſ.* Concilium prohibeat authoritate ordinaria conferri poſſe tertium beneficium obtinenti duo etiam
64 inſufficientia. Præmittendum eſt primo d. §. *In conferendis*, quidquid ſenſerint ibi Joan. Monach. *ſub n.* 2. *in fin.* & Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. ratione ætatis*, *in ver. Quoad vixerit* ex identitate rationis procedere in omnibus beneficiis incompatibilibus de jure communi, licet loquatur in ſpecie de obtinente duas dignitates, vel perſonatus, ſive Eccleſias curam animarum habentes. Atque ita ex eo textu colligunt Gemin. *in princ.* & Franc. *in* 2. *notab.* ubi notant habentem plura beneficia incompatibilia etiam virtute diſpenſationis cenſeri inhabilem ad aliud beneficium aſſequendum, Petr. de Anchar. *conſ.* 59. *in publica num.* 1. *circa med. verſ. Bene ponderandum*, Vital. in Clem. *Si plures*, *num.* 12. ubi reddit rationem, & *n.* 46. *de præben.* & Pariſius *conſ.* 74. *Gratia*, *num.* 39. *&* 40. *vol.* 4. Itaque ex diſpoſitione illius textus habenti duo beneficia quovis modo incompatibilia de jure communi non poteſt conferri tertium; & ſi conferatur, collatio eſt ipſo jure nulla.

65 Præmittendum ſecundò, Canonicatum, & officium, de quibus agitur, eſſe compatibilia ex fundatione quoad hoc tantum, ut poſſint ab eodem recipi, & retineri abſque diſpenſatione Apoſtolica: ſecus autem reſpectu tertii beneficii: quia lex fundationis non ſuſtulit niſi primam ſpeciem incompatibilitatis reſpectu ſervitii, vel reſidentiæ, aliam verò ſpeciem reſpectu numeri relinquit diſpoſitioni juris communis, cujus vigore cum hæc duo beneficia non ſint invicem unita, juxta
66 cap. *Super eo*, *de præben. lib.* 6. faciunt numerum reſpectu tertii, & pariunt incompatibilitatem à jure inductam, ut probatur ex doctrina Matt. relat. per Cardin. in Clem. *Si plures*, *in* 3. *oppoſ. verſ. Quod valuit hic*, *de præben.* ubi ait: (Duo beneficia incompatibilia habentur quidem loco unius, quoad hoc ut ſimul poſſint retineri cõtra jus cõmune vigore diſpẽſationis; ſed comparando illa duo ſimul reſpectu tertii, nihil operatur diſpenſatio) & conſentiunt Gemin. & Franc. ut dictũ eſt ſupra *n.* 64. Eſt ergo locus juri communi, unde & lex fundationis hoc caſu tantum operatur, ut Canonicatus & officium, quæ alias incompatibilia ſunt, ſimul legitimè retineri poſſint; ſed non propterea tollit incompatibilitatem à jure provenientem quoad alios effectus, Quia cum ſit contra jus commune, eſt ſtrictè interpretanda, & ut minus faveat beneficiorum pluralitati, quam fieri poſſit, ut per Speculat. *tit. de diſpenſat. verſ. Dicendum reſtat*, *ſub n.* 20. *verſ. Præſertim cum Indulgentia*, Gemin. in c. *Si cui conceditur*, *col.* 2. *verſ. Nec obſtat*, *de præben. lib.* 6.

67 His præmiſſis, ad quæſtionem breviter videtur reſpondendum; collationem ſecundi Canonicatus eſſe ipſo jure nullam, veluti factam habẽti duo beneficia incompatibilia, per tex. in d. c. *Ordinarii*, §. *In conferendis*, *de offi. Ordinar. lib.* 6. ſive enim Canonicatus ſit incompatibilis cum officio de jure communi, ſive ex decreto c. 12. *ſeſſ.* 24. *ſive c.* 17. *ejuſdem ſeſſ.* ille text. vendicat ſibi locum in quacunque ſpecie incompatibilitatis, ut initio probavimus *n.* 6. In qua quidem incompatibilitate, quod attinet ad rem præſentem, nulla eſt habenda ratio fundationis, quia hæc nihil ope-



ratur reſpectu aſſecutionis tertii, ſed tantum reſpectu retentionis Canonicatus, & officii, ut ſimiliter patet ex doctrina Cardinalis proximè relati.

Neque obſtat quod d. §. *In conferendis*, loquatur de incompatibilibus de jure communi, non autem de hac nova ſpecie incompatibilitatis à Concilio introducta reſpectu reſidentiæ, vel numeri, eo quod de hac jus commune non cogitaverit; & quod propterea jura de incompatibilitate loquentia ad hanc ſpeciem non extendantur, ut in ſpecie conſuluit Anchar. *conſ.* 59. *In publica*, *per tot.*

68 Nam reſpondetur Anchar. fuiſſe conſultum an per collationem tertii incompatibilis vigore ſtatuti vacarent duo prima incompatibilia ipſo jure, per Clem. *Si plures de præben.* & reſpondit non vacare; quia jura inducentia vacationem primi per adeptionem ſecundi incompatibilis, cum ſint pœnalia, & correctoria juris communis antiqui, non extenduntur ad caſum novum, & improviſum, de quo antiqua jura non cogitarunt. At in caſu præſenti non eſt quæſtio an obtinens tertium incompatibile ſit privatus ipſo jure beneficiis antea obtentis; ſed an obtinens duo incompatibilia ſit habilis ad tertium ſimile. Atque ita in caſu Anchar. tractatur de jure quæſito amittendo: hic verò de inhabilitate ad jus quærendum, inter quæ Anchar. ipſe *ibidem ſub num.* 5. expreſsè differentiam conſtituens ait, difficilius tolli jus in re, quam jus ad rem; neceſſe bonam conſequentiam. Facio actum incõpatibilem juri meo: Ergo videor ei renunciare; illud enim non eſt verum in jure quæſito, ſed in jure quærendo.

69 Rurſus in caſu Anchar. erat quæſtio, An jura antiqua de incompatibilitate loquentia extẽderẽtur ad beneficia incompatibilia ex ſtatuto particulari in materia pœnali, & correctoria juris communis antiqui. At in caſu præſenti quæritur an jus antiqui diſponens de incompatibilitate habeat locum in beneficiis incompatibilibus ex generali Concilio, in materia favorabili, & ſecundum jus commune, quod ubique improbat beneficiorum pluralitatem; & præſertim in c. 1. *de conſuetud. lib.* 6. ubi omnes notant. Quamobrem non mirum ſi diſpoſitio d. §. *In conferendis* procedat etiam in obtinente tertium incompatibile ex Concilio. Atque ita poſt Concilium, quamvis obiter, animadvertit Nicolaus Garz. *in tract. de benef. part.* 11. *n.* 208. quicquid ſcripſerit Navarr. *conſ.* 10. *de præben.*

His accedit, quod decretum c. 4. *ſeſſ.* 7. ampliat diſpenſationem cap. *De multa*, *inf. eodem*, & jura omnia de incompatibilitate loquentia ad quamcunque ſpeciem incompatibilitatis. Ideoque Sac. Congregatio ſæpius reſpondit per adeptionem profeſſionis ſecundi beneficii, etiam inſufficientis vacare primum ſufficiens ipſo jure, ex d. *cap.* 4. & ſimiliter vacare primum Canonicatum adepta pacifica poſſeſſione ſecundi. Unde quemadmodũ jura de incompatibilitate loquẽtia extenduntur à Cõcilio ad novam ſpeciem incompatibilitatis ad effectum inducendi vacationem propter cinnium retentionem: ita diſpoſitio d. §. *In conferendis*, debet cenſeri ampliata à Concilio ad novam incompatibilitatis ſpeciem ad effectum irritandi collationem tertii beneficii. Idque ex majoritate rationis, cum in primo caſo, quo inducitur privatio, tollatur jus quæſitum; in ſecundo fiat inhabilitatio ad jus quærendum, & occurratur pluralitati ſacris Canonibus inimicæ, ut per Anchar. in d. *conſ.* 59. *n.* 5.

Poſtremò, videtur irrita collatio tertii beneficii, etiam ex decreto d. *c.* 17. *ſeſſ.* 24. quod dum tribuit facultatẽ Ordinariis duo beneficia ad ſummum conferendi, neceſſariò prohibet collationẽ tertii, & tacitè irritat ſi quid ſecus factum fuerit; quia lex præſertim lata in Concilio generali, quãvis ſimpliciter prohibeat, ſemper tamen intelligitur habere clauſulã derogatoriam, & annullativam actus, ut notat Bald. per illum tex. in l. *Non dubium in* 4. *not.* & Jaſ. poſt alios *numer.* 17. *C. de legib.*

70 Nec obſtat quod Concilium ibi ſimiliter prohibeat collationem ſecundi, quando primum eſt ſufficiens; & tamen Sac. Congregatio ſæpius declaraverit collationem ſecund. non eſſe irritam. Nam reſpondetur ideo obtinenti unum poſſe cõferri ſecundum, quia unum obtinere non eſt contra jus commune; ideoque illud habens non cenſetur inhabilis ad aliud beneficium etiam incompatibile aſſequendum: in hoc Concilium recipit declarationem à jure communi, ita ut quamvis ſimpliciter prohibeat collationem ſecundi; hoc tamen intelligi debeat ad effectum utrumque retinendi, ut olim interpretata eſt S. Congregatio. At verò obtinere duo eſt contra jus commune; ideoque plura obtinens tanquã tranſgreſſor Canonum non eſt habilis ad aliud obtinendũ abſq; diſpẽſatione Pontificis, & ita in propriis terminis hanc rationem differentiæ aſſignat gloſ. *fin. in d.* §. c. *Ordinarii*, §. *In conferendis*, *de offic. Ordinar. lib.* 6.

71 Atque hanc ſententiam paſſim ſequuta eſt S. Cõgregatio. Nam ſæpius in caſibus contingentibus reſpondit, Epiſcopum habenti unum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad ejus ſuſtentationem poſſe aliud ſimile conferre, ſed non poſſe ultra duo abſque diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, etiamſi omnia ſimul ad illius ſuſtentationem non ſufficiant. Quod multò magis videtur habere locum hoc caſu, in quo adeſt incompatibilitas non ſolum reſpectu numeri, ſed etiam reſpectu ſervitii, cum tam officium, quam duo Canonicatus perſonalem reſidentiam requirant ad præſcriptum *cap.* 12. *ſeſſ.* 24.

## DE PRÆBENDIS.

### *Cap. dilectus.*

*SUMMARIUM.*

1 *IN canonicum recepto quem cito facultas ſe obtulerit præbenda datur, & interim quotidianas diſtributiones habebit. & n.* 16. *uſque in fin.*

2 *Compulſio ſuper re ſpirituali fieri poteſt, ſed non tranſactio.*

3 *Canonicus receptus non vitiatur ex inſecuta promiſſione futuræ præbendæ.*

4 *Quod procedit ſi recipiatur ea intentione, ut ſtatim ſit canonicus, ſed præbendam non habeat niſi cum vacaverit.*

5 *Secus ſi effectus tam receptionis, quam promiſſionis differatur in tempus vacaturæ.*



 Fa-

6 Factum idem diverſis reſpectibus poteſt ſimul approbari, & reprobari.

7 Canonico ſupranumerario debetur præbenda, cum ſe facultas obtulerit non ex vi promiſſionis, quæ nulla eſt, ſed ex vi receptionis, & n. 14.

8 Canonicus recipi poteſt ſine beneficio ſeu præbenda.

9 Dummodo id fiat ex cauſa, & non multi ſic recipiantur.

10 Nec interveniat pactũ, ut receptus nihil participet.

11 Legatus de latere non poteſt contra Concilium diſpenſare.

12 Poteſt beneficium vacaturum reſervare etiam pro certa perſona, ſed non dare jus ad vacatura, & quæ ſit ratio diverſitatis.

13 Præbenda vacans non Canonico numerario, ſed ultra numerum recepto conferri debet ubi præbendæ ſunt diſtinctæ.

14 Canonicus ſupranumerarius vacante præbenda extinguitur, & numerarius efficitur, & n. 18.

15 Secus in Monialibus ſupranumerariis.

16 Canonici ultra numerum recepti an habere debeant ſtallum in Choro, vocem in Capitulo, quotidianas diſtributiones, et n. ſeqq. uſque in fin.

17 Quid ſi ſuper hoc extat conſuetudo Eccleſiæ.

Et ceſſante conſuetudine quid in receptis voluntariè à Capitulo, n. 20.

Et quid in receptis de mandato Papæ, n. 25.

18 Conſuetudo, quæ communiter eſt ubique, ut recepti ultra numerum non habeant jura Canonicalia, nec diſtributiones quotidianas, valida eſt & obſervanda.

Canonici expectantes dici non poſſunt beneficiati, & vocantur Canonici in herbis, ibid.

19 Canonici ultra numerum ad limites inſtallationis vocem conſequuntur.

21 Numerus frangitur ſi receptio ultra numerum fiat à Capitulo ſimpliciter: Secus ſi cum adjectione ut receptus ſit ſupranumerarius, n. 24.

22 Canonicus ultra numerum receptus poteſt eſſe Delegatus Papæ.

Item poteſt eſſe conſervator poſt Bullam Gregor. XV. de Conſervatoribus.

24 Canonicus ultra numerum à Capitulo receptus cum adjectione ut ſit ſupranumerarius non conſequitur niſi jus quoddam præparatorium ad jus integrum obtinendum.

25 Numerus non frangitur ſi Papa mandet quem recipi in canonicum ultra numerum ſimpliciter.

26 Clauſula, cum plenitudine juris Canonicalis, includit quotidianas diſtributiones.

1 DILECTUS. Il primo. Recepto in Canonicum quam citò facultas ſe obtulerit præbẽda debetur, & interim quotidianas diſtributiones habebit. Hoc dicit ſecundum Jo. Andr. cui conſentiunt Butr. Anchar. Imol. Abb. & omnes, præter Cardin. qui ponderando literam, quæ in fine dicit *portiones*, & non *diſtributiones*, aliter ſummat, videlicet: Si recipitur quis in Canonicum ſub expectatione præbendæ, adjecto quod interim nil recipiat, nõ tenet adjectio etiã authoritate legati facta, & ei providebitur cùm facultas ſe obtulerit, & interim portiones quotidianas habebit. Primam tamen lecturam videtur ſequi gloſ. 3. & communiter Doctores, ut ipſemet Cardin. fatetur. Decretalis quatuor continet ſecundum Hoſtien. Primò ſcilicet mandatum Apoſtolicum. Secundò ibi, *adconſtantiam*, juſtum, & injuſtum præceptum. Tertiò ibi, *Cum ergo*, juſti præcepti commendationem, & injuſti reprobationem. Quartò ibi, *facientes Papalem ſubſtitutionem*.

2 Nota primò ibi, *compoſitio intercesſit*, valere compoſitionẽ ſuper re ſpirituali, & per hoc ſignat differentiam inter compoſitionem, & tranſactionem: nam de ſpiritualibus ſtrictè non poteſt tranſigi. c. *ſuper eo ſupra de tranſact.* & tamen fieri poteſt amicabilis compoſitio ſuperioris authoritate, dummodo aliàs ſit licita, ut hic, & in c. *Statuimus, de tranſact.* & hic notant, Butr. Imol. & Abb. omnes *primo notab.* Facit textus in c. *Sufficient*, ubi Abb. in 5. *notab. infr. eod.*

3 Secundò nota in verſ. *Cum ergo*, receptionem in Canonicum non vitiari ex infecta promiſſione futuræ præbendæ, quia cum aliud ſit Canonia, aliud Præbenda, & receptio, & promiſſio ſint duo actus ſeparati, & diſtincti, quamvis ſint ſimultanei, utile ab inutili non inficitur, ut in regula Sexti, *Utile*: & hic notat Butr. *num.* 5. Anchar. n. 4. *notab.* & Imol. *num.* 4. Quod tamen procedit

4 quando ex intentione quis recipitur, ut ſtatim ſit Canonicus, ſed præbẽdã non habeat niſi cum vacaverit: & ita contigit in caſu hujus Decretalis: nam fuit conventum inter partes, ut receptus in Canonicum illicò haberet ſtallum in Choro, & participationem divinorum, quæ ad Canoniam pertinent, ſed præbendam non haberet, niſi loco proximo vacaturam. Et propterea Pontifex factũ legati licitum, ſcilicet receptionẽ approbavit, & factum illicitum, ſcilicet promiſſionẽ vacaturæ, quæ Lateranen. Concilio adverſatur, reprobavit.

5 Secus verò ſi effectus tam receptionis, quam promiſſionis differatur in tempus vacaturæ: tunc enim vitiatur utrumque, quia licet inſpecta diverſitate conceptionis verborum videantur duo actus, ſcilicet receptio, & promiſſio, tamen inſpecta unitate effectus, eſt unicus actus, & individuus, & idcirco utile per inutile vitiatur. Ita Innocent. *hic num.* 1. *in ver. Proximo*, cui conſentiunt, Hoſtien. *num.* 5. *in ver. Niſi loco proximo*, Joan. Andr. *num.* 10. Butr. *num.* 11. & pleriquealii, & idem Butr. in cap. *Cum M. num.* 32. *verſ. quartus caſus*, ubi etiam Imol. *num.* 26. *verſ. ſecus ſi conſtaret de mente, ſupra de Conſtit.* Generaliter autem, an, & quando Canonici ultra numerum recipi poſſint cum expectatione futuræ præbendæ, & quibus caſibus vitietur receptio, aut promiſſio vacaturæ, vel utrumque, plenè examinavi in prædicta Decretali *Cum M. à n.* 57 *uſq. in fin.*

6 Tertiò nota in eodem verſ. idem factum veluti ſententiam, compoſitionem, donationem, & alia hujuſmodi poſſe diverſis reſpectibus approbari, & reprobari. Poteſt enim reprobari reſpectu modi, ſeu medii, & approbari reſpectu finis. Ad hoc cap. *Raynutius, infra de Teſtamen.* cum aliis hic allegat. gloſ. *in ver. Abrodantes*, & per Hoſtien. *n.* 7.

7 Hic enim Pontifex improbat factum legati in quantum continet promiſſionem vacaturæ ex diſpoſitione hominis, quia talis promiſſio damnatur à jure, ut in cap. 2. *infra de conceſſ. præben.* Sed quia receptio fuit valida, & Canonicus non debet carere præbenda, ut hic, & c. *Relatum, ſupra eod.* cum ſimil. ideò præcipit ut præbendam habeat cum ſe facultas obtulerit, non ex diſpoſitione hominis, quæ nulla eſt, ſed ex diſpoſitione juris ſurgentis ex receptione; & ſic approbatur finem, ſcilicet conſecutionem præbendæ, ſed reprobat modum, ſcilicet mediante promiſſione; & ita non ſunt ſibi contraria, ut hic benè per Butr. *n.* 7. *&* 14. & notat gloſ. in c. 2. *in ver. indirectè, de conceſſ. præb. lib.* 6. & Abb. in c. *Cum M. num.* 29. *de Conſtit.*

8 Quartò nota ibi *quod eſt licitum approbantes*. Licitum eſſe recipere aliquem in Canonicum ſine beneficio, ſeu præbenda, ut hic eſt expreſſum ſecundum Innocen. 2. *verſ. Item hic habes.* Hoſt. *n.* 6. & Abb. *n.* 5. & eſt ſimile in c. *Dilectus, infra eod.* & in c. *Cum ſuper, de conceſſ. præb.* Quamvis enim Canonicus eſſe non poſſit ſine ſpe, & expectatione futuræ præbendæ, ut in prædictis juribus, & in c. *Si quis objecerit*, 1. q. 3. tamen actualis præbenda non eſt de ſubſtantia Canonicatûs, ut hic, & in c. *Cum M.* ibi, *in Canonicos receperant nullis præbendis aſſignatis eiſdem, ſupra de Conſtitut.* & ibi notant Bald. *num.* 18. Abb. *in* 3. *notab.* & *n.* 15. *verſ. Hoc dictum* Aretin. *num.* 6. & Ripa *num.* 26. poſt Innocentium in c. 2. *in. ſupra de Cler. non reſiden.*

9 Declara primò prædictam concluſionem, ut procedat, dummodo receptio in Canonicum ſine præbenda fiat ex cauſa, puta ut receptus inſtituatur in moribus, & officiis Eccleſiaſticis, & inſerviat prioribus & antiquis Canonicis, & Eccleſiæ, c. *Statuimus, de major. & obed.* alioquin ſuperior ex officio ceſſabit; præſertim ſi multi ſic fuerint recepti, arg. l. 1. §. *In honorariis*, l. 2. & 3. *ff. de var. & extraord. cognit.* ſecundum Innoc. *hic n.* 2. *verſ. Solutio*, & Hoſt. *n.* 6. *in eodem verſ.* & Abb. in d. c. *Cum M. n.* 3. *notab. de Conſtit.* ubi ait, non multos debere ſic recipi, ne hoc tendat in dedecus Eccleſiæ. Quot autem recipi poſſint, & qualis proportio in hoc haberi debeat ad numerum antiquorum Canonicorum, vide hic per Jo. Andr. *num.* 12. & Butr. *eodem num.*

10 Declara ſecundò eandem concluſionem, ut locum non habeat ſi receptio in Canonicum fieret cum pacto, ut receptus nec de Canonia, nec de præbendis, nec de communibus proventibus quidquam perciperet: hoc enim eſſet ſimoniacum, ut ex hoc textu deducit gloſ. in d. c. *Cum M. in ver. Nihil perciperent*, Innoc. *num.* 7. & communiter Doctores *ſupra de Conſtitut.* & eſt ex mente gloſ. 1. *hic.* Facit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 14. Fallit hoc ſi Papa vellet facere Canonicum honorarium, ut notat Hoſt. in c. 1. *n.* 1. *infra de teſta.* dicens videri corrigendam formam litterarum Apoſtolicarum, quibus mandatur quotidie ut aliquis recipiatur, licet præbenda non vacet: niſi Papa velit facere Canonicos honorarios ſecundum ea, quæ notantur in c. *Super inordinata, infra eod.* Subdit tamen: quidquid ſentiamus, non poſſumus (ſcilicet corrigere) quia non debemus ponere os in cœlum. Ad quod vide quod de his Canonicatibus, & Dignitatibus honorariis & veteribus ſcripſi poſt Baldum c. *Adhæc, nu.* 22. *ſuprà eodem.*

11 Quintò nota ibi, *factũ ejuſdem legati illicitũ reprobans*. Legatum etiam de latere, prout erat iſte Epiſcopus Prænestinus, qui etiam erat Cardinalis, non habere authoritatem diſpenſandi contra generale Concilium, ut hic probatur evidenter. Nam Papa reprobat factum legati tanquã illicitum, ſcilicet promiſſionem vacaturæ præbendæ, & reddit rationem, quia obviat Concilio Lateranenſi, & ita hic notat gloſ. *penult.* communiter recepta, quam ſemper dicit eſſe tenendam Abb.

12 *n.* 10. Hinc etiam collige Legatum de latere, quamvis poſſit beneficium reſervare, vacaturum etiam pro certa perſona, ut in c. *Cum ſit Ecc. infrà de jurepat.* & in c. *penult. de offic. leg. lib.* 6. non tamen poſſe dare jus ad vacatura, ut hic eſt expreſſum. Et poteſt eſſe ratio diverſitatis ſecundum Abb. *hic n.* 5. quia per reſervationem nullum jus acquiritur perſonæ, cùm Legatus variare poſſit, & alteri conferre beneficium ſic reſervatum: unde non præbetur tanta occaſio captandi mortem proximi. Sed ſi poſſet dari jus ad beneficium vacaturum, jus acquireretur perſonæ, quæ de facili mortem alterius deſideraret, ut ejus beneficium conſequeretur contra rationem expreſſam in c. *Nulla, de conceſſ. præb.* & c. *Detestanda*, & cap. *Ne captandæ, eod. tit. lib.* 6. Tu adde aliam rationem, quia promiſſioni vacaturæ reſiſtit generale Concilium, ut in d. c. *Nulla*, contra quod legatus non diſpenſat, ut proximè dictum eſt. Reſervatio verò nullam habet reſiſtentiam, quin potius eſt juri conſona, ut in d. c. *Cum diſtellus*.

13 Sextò nota ibi, *cum ſe facultas obtulerit* in Eccleſia, ubi ſunt præbendæ diſtinctæ, præbendam vacantem non eſſe conferendam Canonico numerario, ſed Canonico ultra numerum recepto:

14 nam ipſe ſupranumerarius vacante præbenda extinguitur, & numerum antiquum ingreditur; & cum jam repetiatur de numero, non eſt inconveniens, immo juri conſentaneum ut præbenda illi conferatur, ut hic, & in c. *Relatum, ſuprà eodem*, & in c. *Cum ſuper, infra de conceſſ. præben.* cum ſimil. Neque hinc aperitur via ad vacatura, quia præbenda non debetur illi ex diſpoſitione hominis, quod à jure improbatur, & ita loquitur c. *Nulla, de conceſſ. præben.* ex diſpoſitione juris ex vi receptionis, & connexionis, quam habet præbenda ad Canoniam, ut dixi *ſuprà in* 3. *notab.* & in cap. *Cum M. n.* 17. & 28. *ſuprà de Conſtit.* & ita hic declarat Butr. *n.* 9. *verſ. Hoc eſt in effectu*, & Imol. *nu.* 16. *verſ. Sed adverte*, contra Innocent. cujus dictum communiter damnant Doctores, ut Butr. teſtatur.

15 Contrarium in Monialibus cenſuit S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in negotiis præpoſita. Hæ namque non ſubrogantur in locum Monialis numerariæ decedentis, ſed ſemper remanent ſupranumerariæ, ut dixi aſſignando rationem diverſitatis in c. 1. *de inſtit.*

16 Ultimò nota ibi, *portiones quotidianas*. Canonico authoritate Apoſtolicâ ultra numerum recepto deberi quotidianas diſtributiones abſq; ulla diminutione, ut hic videtur expreſſum, & notat Butr. *nu.* 8. Sed quia textus ſecundum Card. non loquitur de diſtributionibus, ſed de portionibus quotidianis, & articulus eſt admodum controverſus; plenius examinabitur in quæſt. ſequenti.

Revoco igitur in dubium, an Canonici ultra numerum recepti habere debeant ſtallum in Choro, vocem in Capitulo, & quotidianas diſtributiones?

Hæc quæſtio difficilis eſt, & involuta ob multiplices Doctorum opiniones, quas recenſent in c. *Cum M. ſuprà de Conſtit.* Anton. de Butr. *mult. quæſt. n.* 66. Joan. de Imol. *num.* 28. & Abb. *nu.* 29.

17 in gloſ. ultra numerum. Ego dicta aliorum perſtringendo, & opiniones quantum fieri poterit ad concordiam reducendo, exiſtimo ſic diſtin-

 guen-

guendum, videlicet: Aut ſuper hoc viget conſuetudo in Eccleſia, & ſtandum eſt conſuetudini, ut firmat gloſ. in præd. decretali, *Cum M. in ver. Ultra numerum*, quæ hac in parte communiter recipitur, & hoc ad limites conſuetudinis, ut ibi per
18 Imol. n. 28 *verſ. Sic tamen conſuetudo Curiæ.* Unde ſi conſuetudo habeat, ut Canonici ultra numerum recepti non habeant jura Canonicalia, talis conſuetudo, quæ communiter eſt ubique, valida eſt, & obſervanda, ut deciſum Domini de Rota *deciſ. 445. incip. Si legatus*, alias 26. *de præben. in nov.* ubi propoſito dubio an Canonicus receptus cum expectatione futuræ præbendæ cenſeatur habere beneficium, poſt prolixam diſputationem in utramque partem, *nu. 6.* pro determinatione dicunt receptum ultra numerum, ſicut ſunt omnes expectantes Apoſtolici, non poſſe dici beneficiatum, quia tales hodie de conſuetudine, & obſervantia univerſalis Eccleſiæ nec participant de quotidianis diſtributionibus, & vocantur Canonici in herbis, nec perpetuò retinent illum Canonicatum ſic collatum, ſed vacante præbendâ diſtinctâ Canonicali infra numerum, & collatâ impetranti, ſtatim proviſus conſequitur novum Canonicatum infra numerum, & primus eſſe deſinit, allegant Jo. de Lignano in hoc c. Compoſtell. in d. c. *Cum M.* & in c. *Capitulum, de reſcript.* & illam deciſionem ſequitur in eodem cap. *Cum M.* Imol. *n. 28. verſ. Tamen Domini de Rota.* Felin. *num. 23. verſ. Limita tertio*, & idem in caſu converſo;
19 nam ſi ſit conſuetudo inſtallandi Canonicos ultra numerum receptos, tunc ad limites inſtallationis vocem conſequuntur, ita ut ſi ſint inſtallati in Choro, habeant ea quæ ſunt Chori; ſi in Capitulo, ea quæ ſunt Capituli, ut tenent in d. c. *Cum M. de Conſtit.* Innoc. *nu. 4.* & c. Compoſtell. *eum. 12.* quos refert, & ſequitur ibi Ripa, *num. 187.* Feder. de Sen. *conſ. 290.* incip. *Quia in præſenti, nu. 5. verſ. An ſi ſit recepti.*
20 Aut non conſtat de conſuetudine, & tunc conſtituo duo membra. Primum eſt in receptis ultra numerum de voluntate propria Capituli. Secundum in receptis de mandato Papæ.
21 In primo membro ſubdiſtingue: nam aut receptio ultra numerum fit a Capitulo ſimpliciter; & ſic receptus habere debet ſtallum in Choro, vocem in Capitulo, & quotidianas diſtributiones, & in hoc caſu procedat opinio Innocent. in præcit. cap. *Cum M. 4, num. 4. verſ. Si autem nulla eſſet conſuetudo.* Tum quia ex quo receptus eſt ad jus Canoniæ, conſequenter habere debet jura Canonicalia, ut plenè per Rip. in d. c. *Cum M. num. 186.* & imponent ſibi qui voluntariè elegerunt, ut per Butr. *ibid. n. 66.* Calder. & Imol. relatos ibi a Felin. *nu. 23.* Tum quia per receptionem ſimpliciter factam ultra numerum frangitur numerus, ut probatur in ead. Decretali *Cum M.* ibi; *in derogationem ſuæ Conſtitutionis*; & per conſequens habere debet omnia jura Canonicalia, & expectare præbendam cum vacaverit, ut ibi per Abb. *n. 31. verſ. Unde ad propoſitam quæſtionem*, & Felin. *n. 23 in prima limit. verſ. Et hi autem recepti.*
22 Ex hinc eſt ut talis poſſit eſſe delegatus Papæ ad præſcriptâ c. *Statutum, de reſcript. lib. 6.* ſecundum Guillelm. de Monte Laudino in Extravag. Joan. XII *Sedes Apoſtolica in gloſ.* incipien. *Cum integrale*, Joan. Andr. & Gemin. in d. c. *Statutum*,
23 & Felin. in d. cap. *Cum M. n. 23.* Ex quo infero ut hodie poſſit etiam eſſe Conſervator, ſtante Bulla Gregor. XV. de Conſervatoribus, incip. *Sanctiſſimus*; nam etſi de jure communi Canonicus Capitularis non poſſet eligi Conſervator, ut in c. *fin.* cum ibi notat. *de offic. deleg. lib. 6.* tamen ſecus poſt Gregorianam Conſtitutionem, per quam fuit extenſa diſpoſitio d. *cap. fin.* ad Canonicos Cathedralium Eccleſiarum juxta terminos d. c.
24 *Statutum.* Aut receptio ultra numerum fit a Capitulo non ſimpliciter, ſed eo adjecto ut receptus ſit ſupranumerarius; & tunc non conſequitur jura Canonicalia, quia Capitulum recipiendo cum tali adjectione ſeu proteſtatione, cenſetur noluiſſe numerum frangere, ſed quoddam jus extraordinarium dare; unde ſic receptus non habet jus integrum & ordinarium, ſed tantummodo jus quoddam præparatorium ad jus integrum obtinendum, quod interim eſt inane & ventoſum: & in hoc caſu procedat opinio gloſſæ, ad quam quotidie ſit remiſſio in d. c. *Cum M. in ver. Ultra numerum, de Conſtit.* ut ibi per Abbat. *num. 31. in fin.* Felin. *num. 23. verſ. Secundò limita*, & Ripa *nu. 188.*
25 In ſecundo membro principali, ſcilicet in recepto authoritate Papæ, ſimiliter ſubdiſtingue: nam aut Papa mandat quem recipi ultra numerum ſimpliciter; & ſic receptus non conſequitur jura Canonicalia, quia in dubio Papa non cenſetur voluiſſe numero derogare, ſed potius ut dictum eſt in præced. membro, creare jus quoddam extraordinarium, & præambulum ad jus integrum conſequendum, juxta textum in c. *Dilecto, inſ. eodem*, atque ita ex tali receptione numerus non frangitur ſecundum communem opinionem Doctorum in c. *Pro illorum, inſ. eod.* de qua teſtantur in d. c. *Cum M.* Abb. *nu. 32.* & Felin. *n. 23. in 2. limitat.* & in hoc caſu procedat deciſio Rotæ ſupracitata, *num. 18.* Unde jus pinguius habet ſimpliciter receptus ultra numerum authoritate Capituli, quam Papæ, licet regulariter contra: nam receptus à Capitulo conſequitur diſtributiones quotidianas, & alia jura Canonicalia, quod non videmus ſervari in receptis de neceſſitate, ut authoritate Papali, ut inquit Jo. Andr. *hic n. 7.* Et ſit ratio diverſitatis, quia magis ſubvenitur Capitulo recipienti ultra numerum ex neceſſitate, quam ex nuda voluntate, ut in c. *Ex arbitrio*, & ibi gloſ. *fin. de off. deleg. lib. 6.* & notant in d. c. *Cum M.* Jo. Andr. *num. 41.* Butr. *num. 66. verſ. Si eſt receptus authoritate*, Imol. *num. 28.* Verùm Calder. ibi tenet indiſtinctè receptum ultra numerum de mandato ſuperioris, etiam ſimpliciter conſequi debere jura omnia Canonicalia; & ſic vocem & diſtributiones quotidianas; eique adhærent ibi Jo. de Imol. *n. 28. verſ. De jure mihi placet*, & Dec. *n. 135. verſ. Et ſupradicta*, & perpendit Ripa *num. 189.* Pro qua opinione videtur textus expreſſus in hoc c. ubi receptio ultra numerum fuit facta ſimpliciter de mandato Papæ, & tamen deciditur, ut receptus habere debeat quotidianas diſtributiones, ut per Butr. *num. 8.*
26 Aut Papa ſcribit ut aliquis recipiatur ultra numerum non ſimpliciter, ſed cum plenitudine juris Canonicalis: & hoc caſu receptus abſque dubio obtinere debet vocem in electionibus, diſtributiones quotidianas, & alia jura, quæ competunt Canonicis numerariis ſecundum Anton. de Butr. in c. *Pro illorum, ad fin. inſ. eod.* quem ſequitur Abb.



Abb. in d. c. *Cum M. n. 32. verſ. Si verò ad mandatum Papæ*, & Felin. *d. n. 23. verſ. Limita ſecundò.* Et in ſpecie quòd verba cum plenitudine juris Canonicalis includant quotidianas diſtributiones, eſt textus expreſſus in cap. *fin. §. In illis verò, de conceſſ. præben. lib. 6.* ubi hoc tenet Gemin. *in princ.* adjiciens tales non comprehendi in Statuto de Canonicis loquente, & eum ſequitur Felin. *loco cit.*

# DE PRÆBENDIS.

## *Cap. Niſi eſſent.*

### *SUMMARIUM.*

1 *Penſionem annuam poteſt Iudex commiſſarius pro bono pacis uni ex duobus electis aſſignare, & alterum confirmare.*
2 *Factum ab honeſta & provida perſona, licèt aliàs videatur de genere malorum, non præſumitur factum illicitè.*
3 *Compoſitio ſuper jure beneficij præſumitur ſimoniaca, niſi facta fuerit auctoritate ſuperioris.*
4 *Compoſitio amicabilis ſuper ſpiritualibus valida eſt licet tranſactio ſtricta non valeat. & n. 42.*
5 *Oportet tamen ut compoſitio capiat initium ab auctoritate ſuperioris, & non à pactione partium.*
6 *Arbitratores pronuntiando pro bono pacis poſſunt excedere limites juris. Sed judices contra jus pronuntiare non poſſunt. & n. 41.*
7 *Beneficium, quantum ad ipſius ſubſtantiam, non eſt diviſibile, nec quantum ad fructus quando diviſio eſt realis, ſeu perpetua. & n. 43.*
8 *Penſio ſuper fructibus Beneficij de conſenſu beneficiati auctoritate ſuperioris impoſita extinguitur mortuo ipſo beneficiato, vel beneficium dimittente. & n. 13.*
9 *Quod ſi renuntiet, & poſtea eligatur, præſumitur fraus, niſi probetur bona fides. & n. 11. & 12.*
10 *Renuntiaſſe non videtur qui ſtatim iterum eſt aſſumptus.*
12 *Renuntiatio præſumitur facta in fraudem penſionarij, ſi beneficium conſanguineo renuntiantis conferatur.*
14 *Epiſcopus an poſſit authoritate ordinariâ penſiones imponere ſuper proventibus beneficiorum ſuæ Diœceſis, latè diſcutitur, & nn. ſeqq. uſque in fin.*
15 *Sine juſta cauſa non poteſt. & n. 17.*
*Nec ſine conſenſu Titularis, n. 22.*
*Nec quando beneficium confert cum pacto ſolvendi penſionem, n. 18.*
*Nec quando fructus Parochialis non excedunt ducatos centum, n. 25.*
*Nec quando penſio excedit medietatem fructuum, n. 27.*
16 *Papa poteſt penſionem imponere nullâ causâ expreſſâ.*
18 *Epiſcopus in collatione beneficij convenire non poteſt, ut penſio ſolvatur ſibi, vel alteri, & n. 53.*
19 *Conditio omnis, quæ jure non ineſt, adjecta collationi beneficij efficit eam ſimoniacam.*
20 *Reſignatio beneficij cum reſervatione penſionis non poteſt fieri coram Epiſcopo.*
21 *Simoniaca eſt pactio inter partes ſine judice, ut una pars cedat liti, & recipiat penſionem ab altera, ſi pars cedens habeat jus in cauſa, aliàs ſecus.*
22 *Dignitatis jura Prælato irrequiſito Epiſcopus diminuere non poteſt.*
23 *Penſio ſuper fructibus beneficij vacantis non poteſt ab Epiſcopo reſervari, & n. 53.*
24 *Eccleſia vacante illius fructus diminui poſſunt.*
*Declaratur. n. 50.*
26 *Penſio ſuper beneficio de jure imponi non poteſt, niſi ſuperſint reditus ſufficientes ad ſuſtentationem Rectoris.*
27 *Papa non ſolet reſervare penſionem ultra tertiam vel dimidiam fructuum.*
28 *Epiſcopus an poſſit imponere penſionem duraturam ad vitam gravati, & nn. ſeqq.*
29 Toleramus *verbum inducit tacitam diſpenſationem ſuper facto alias illicito, & n. 31.*
30 *Compoſitio ſuper juribus Eccleſiæ poteſt fieri à Rectore in præjudicium ſuiipſius, etiam ſine conſenſu ſuperioris.*
*Epiſcopus antequam beneficium conferat, ſi aliquid ſubtrahat de fructibus illius in pios uſus expendendum, non eſt illicitum, num. 31. verſ. Tertio ad idem.*
32 *Epiſcopus an poſſit imponere penſionem ad vitam penſionarij, ita ut ſit tranſmiſſibilis ad ſucceſſorem in beneficio, & nn. ſeqq. uſq; in fin.*
33 *Cenſus Eccleſiæ impoſitus ex cauſa tranſactionis ſine auctoritate Epiſcopi non excedit vitam ejus qui ſolvit.*
34 *Præbendæ duæ ex una poſſunt conſtitui ſi rationabilis cauſa ſubſit.*
35 *Penſio impoſita ab Epiſcopo pro perſona ſibi benevisa eſt ſimoniaca, & confidentialis ex Bulla Pij V.*
37 *Epiſcopus poteſt reſervare penſionem per modum quantitatis, non autem per modum quotæ.*
38 *Sed contra.*
39 *Epiſcopus pro bono pacis, & ex cauſa concordiæ poteſt imponere penſiones tranſmiſſibiles ad ſucceſſores in beneficio.*
40 *Contrarium.*
43 *Beneficium ſcinditur per impoſitionem penſionis realis, ſeu perpetuæ.*
44 *Beneficij ſectio de jure eſt prohibita. Et in hoc non diſpenſat Epiſcopus etiam ex magna cauſa.*
49 *Penſionem novam Eccleſijs imponi, vel veterem augeri prohibet Concilium Lateranenſe, contra quod Epiſcopus non diſpenſat.*
47 *Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione ſunt conferenda, & n. 49.*
48 *Intellectus cap.* Extirpandæ, §. Qui verò, de Præbendis.
50 *Eccleſia non poteſt conſtitui cenſualis auctoritate Epiſcopi.*
*Declaratur, n. 64.*
51 *Penſio perpetua facit Eccleſiam cenſualem.*
52 *Beneficiatus conſentiendo reſervationi penſionis auctoritate Epiſcopi obligat ſucceſſorem.*
54 *Penſio non poteſt imponi ab Epiſcopo in actu collationis beneficij.*
55 *Et conſenſus Titularis eſt ſimoniacus.*
56 *Alienatio rerum Eccleſiæ etiam cum cauſa Epiſcopo eſt prohibita.*
57 *Penſionis impoſitio eſt alienatio, ſeu donatio rerum Eccleſiæ.*
58 *Penſionarius habet hypothecam ſpecialem ſuper fructibus beneficij, niſi penſio ſit perſonalis.*
59 *Penſio ſuper beneficio, de quo alicui per obitum providetur, imponi non poteſt ſine expreſſa licentia Papæ ex Decreto Pauli IV. & n. 61.*
60 *Penſionis ab Ordinario impoſitæ non datur confirmatio Apoſtolica, ſed Papa ex integro reſervat.*

62 Præ-

Felin. in c. Ad audientiam, il 2. num. 2. verſ. Secunda concluſio, ſuprà de reſcriptis ubi dicit, ex cauſa licita & honeſta poſſe ab Epiſcopo conſtitui penſionem alicui dandam ex redditibus beneficij per hoc c. Ubi pro bono pacis fuit alteri litigantium ſtatuta penſio de redditibus Eccleſiæ ad vitam ſolvendis. Sarnen. in Compend. utriuſq; Signaturæ, q. 36. n. 86. verſ. (Et eſt advertendum, quòd licet inferiores à Papa nullas ſuper beneficijs penſiones imponere in caſibus notatis per Paul. Rom. in tract. penſionum q. 1. n. 10. & 11. & q. 4. n. 102. & habetur in c. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælat. & in c. Niſi, ubi Abb. infra, de præbend. tamen nullis penſionibus de ſtylo Signaturæ dari ſolet in commiſſionibus appoſita dicta clauſula Sine retentione. Secus eſt in penſionibus impoſitis per Papam. Ratio diverſitatis eſt, quia inferiores à Papa non poſſunt niſi in certis caſibus, & cauſa expreſſa imponere penſiones, quæ non tranſeunt ad ſucceſſores, ut notant Jo. Bap. de S. Severino in tract. penſion. q. 4. & DD. in c. Extirpandæ, § Qui verò, de præben.) Hæc Sarnen. quem refert & ſequitur Redoan. de Simon. in 2. part. c. 14. n. 27. Navar. conſ. 43. Cum & tamen n. 4. de Simonia, ubi conſuluit poſſe imponi penſionem ab Ordinario duraturam, quamdiu gravatus tenuerit beneficium. Redoan. de Simonia in 2. parte cap. 21. num. 36. dicens Epiſcopum non poſſe imponere penſionem, niſi ad vitam onerati. Et pro hac opinione adduci poſſunt DD. omnes infrà citandi num. 35. qui tenent Epiſcopum ex juſta cauſa poſſe ſuper beneficijs ſuæ Diœceſis imponere penſiones, etiam perpetuas, & tranſmiſſibiles ad ſucceſſores: hi enim à fortiori cenſent eum poſſe imponere penſiones ad vitam onerati. Rurſus pro hac opinione afferri poſſunt etiam Authores, qui ſimpliciter & abſolutè affirmant Ordinarium ex juſta cauſa poſſe penſiones reſervare; videntur enim intelligendi de reſervatione ad vitam ejus, qui ſolvit. Inter quos Anchar. conſ. 279. Quæſtio proponitur, n. 1. poſt med. verſ. Ex qua cauſa. Decius in c. Ex parte, il 1. nu. 16. de officio Delegati, ubi ait etiam Epiſcopum poſſe in collatione beneficij apponere onus alimentandi illum, qui renunciavit, & idem Dec. in conſ. 416. Viſa inſtructione, n. 12. ſubdens ita etiam ſentire Oldrad. d. conſ. 226. quia licet videatur penſionem impugnare, tamen hoc ideo facit, quia erat exceſſiva: ergo ſecus ſentit ſi fuiſſet moderata. Et ex recentioribus Flaminius Pariſius alios referens de reſignat. q. 28. n. 220. ubi proſequitur plures modos, & cauſas reſervationis, & latiſſimè Nicolaus Garz. de benef. par. 1. c. 5. n. 295. & decidit Rota in Meliten. Canonicatus 9. Martij 1595. coram Card. Millino, impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. pag. 611. in qua fuit reſolutum pro validitate penſionis reſervatæ ab Epiſcopo in actu collationis beneficij in favorem Clerici ex cauſa paupertatis, & quia ſacris litteris operam dabat. Hæc concluſio probatur apertiſſimè in hac Decretali, ubi Papa tolerat ordinationem à Judicibus factam, quòd unus ex litigatoribus habeat dignitatem, & alter annuam penſionem, hoc tamen adhibito moderamine, ut perſona, non autem dignitas remaneat onerata: & ſic Papa declarat Judices potuiſſe imponere penſionem perſonalem, ſeu duraturam ad vitam onerati, idque ob rationem in textu expreſſam, quia per hujuſmodi impoſitionem penſionis perſonalis, ſeu ad vitam non ſcinditur beneficium, ſicut ſcinditur per impoſitionem penſionis realis, & tranſmiſſibilis ad ſucceſſores in beneficio.

29 Sed dices: Papa hic utitur verbo toleramus, ubicumq; autem in facto ſpecifico Princeps reſpondendo, vel ſcribendo dicit toleramus, videtur diſpenſare ſuper illo actu alias illicito, ut eſt tex. in c. Quia circa, juncta gloſ. ultima, infra de conſang. & affinit. & hic declarat Abb. n. 9. ergo, ut inquit gloſ. 3. hic. (Papa toleravit hanc compoſitionem ob cauſas in textu expreſſas, videlicet quia facta fuit pro bono pacis, & ordinatis, & quia placuit omnibus, & ſi Papa compoſitionem non toleraſſet, authoritas Judicis non fuiſſet ſufficiens, quia de jure hoc facere non poterat; unde dicit Papa, nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, & ad tempus ut ſequitur.) Hactenus verba gloſ. quæ, ut vides, apertè ſentit ſine tolerantia Papæ reſervationem penſionis etiam ad tempus non ſuſtineri. At reſpondetur contra gloſ. tenere Hoſt. & communiter DD. ut dicit Abb. hic n. 2. in fin. verſ. Contrarium tamen, & idem tenet gloſſ. & Archid. in c. Si quæ, 1. q. 3. & meritò, quia Rector poteſt ſuper juribus Eccleſiæ immobilibus, & ſpiritualibus tranſigere, & componere etiam ſine ſuperioris conſenſu in præjudicium ſucceſſoris, ita ut compoſitio ſit valitura toto tempore, quo ipſe erit Rector. Caſus eſt in c. Veniens, ſuprà de Tranſact. & ibi dixi num. 2. poſt Abbatem num. 1. dicen-

31 tem ſe neſcire alium ita bonum textum. Licèt autem Papa hìc dixit toleramus, ne ex toto videretur approbare hoc factum, quia erat ſuſpectum de ſimonia, niſi proceſſiſſet à viris probis, & honeſtis, & non expediebat, ut aſſumeretur in exemplum, unde dicit ſe tolerare, quia multa ſunt toleranda, non laudanda propter malum, quod poteſt ſubeſſe, ut hic per Abb. n. 9. verſ. Quare ergo dixit toleramus.

Denique pro hac opinione adducitur tex. in c. De cætero, ſuprà de Tranſact. ubi Abb. nu. 3. (Nota (inquit) quod per compoſitionem factam authoritate judicis delegati poteſt Clericus ſe obligare ad ſolvendum adverſario cenſum, ſeu annuam penſionem toto tempore vitæ ſuæ, licet Epiſcopus non conſenſerit, nec conſentire velit,) quod eſt notatu dignum. Nam licet bona Eccleſiaſtica debeant converti ad uſus pios, ut in c. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælat. tamen pro bono pacis poteſt conſtitui ex redditibus Eccleſiæ cenſus ſolvendus adverſario.

Tertiò ad idem facit quod notat Innoc. in cap. miſs. n. 6. infra, Ut Eccleſiaſtica beneficia, ubi ait eſſe ibi argumentum, quod Epiſcopus ex cauſa poteſt conſtituere cum conſenſu Capituli ſui de reſervandis fructibus dignitatis, vel præbendæ vacantis, puta ſi Eccleſia gravaretur debitis: allegat c. Conſtitutam, ſuprà eod. & concordat S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. in fine, ubi ait: (Si Epiſcopus antequam beneficium alicui conferat, ob aliquam cauſam ordinaverit aliquid ſubtrahendum de fructibus beneficij, & in pios uſus expendendum non eſſe illicitum.)

Quicquid tamen ſit de jure, uſus Sedis Apoſtolicæ ubique receptus habet, ut ſolus Papa penſiones reſervet; ideoque Congregatio deputata in cauſa Laudicen. reſpondit non licere Sereniſſ. Epiſcopo penſiones ad vitam reſervare, ut ſcripſi in c. Cum de ſua, num. 12. & 17. de corpor. vitiat.

Circa



32 Circa ſecundum, videlicet an Epiſcopus poſſit imponere penſionem ad vitam penſionarij, ita ut ſit tranſmiſſibilis ad ſucceſſorem in beneficio.

Ad partem affirmativam inducitur Primò, cap. Paſtoralis, ſuprà de his quæ fiunt à Prælat. ubi decidit Epiſcopum non poſſe viris Religioſis penſionem conſtituere ſuper fructibus Parochialium Eccleſiarum præter ſui capituli voluntatem: ergo de conſenſu capituli poteſt. Et ita ex illo textu Abb. hic num. 3. notat Epiſcopum cum conſenſu capituli ſui poſſe imponere penſionem Eccleſiæ abundanti ſolvendam ad ſuſtentandam vitam Religioſorum; & ſic non ſolùm Papam, ſed etiam Epiſcopum poſſe imponere penſionem Eccleſiæ, dummodo tamen detracta penſione Rector Eccleſiæ poſſit commodè ſuſtentari.

33 Secundò, Ad hanc partem, inducitur cap. De cætero, ſuprà de tranſact. ubi cenſus, ſeu penſio Eccleſiæ impoſita ex cauſa tranſactionis ſine conſenſu Epiſcopi non excedit vitam ejus qui ſolvit, ubi Innoc. num. 3. ſic ait. (Si conſtituatur cenſus Eccleſiæ perpetuus ſolvendus, hoc non poteſt ſine auctoritate Epiſcopi: ergo à contrario ſi penſio impoſita fuerit de Epiſcopi conſenſu excedit vitam ſolventis, & tranſit in ſucceſſorem, & ita gloſ. ultima dicit talem compoſitionem eſſe perſonalem, nec tranſire in ſucceſſorem, niſi facta fuerit auctoritate Epiſcopi, & concordant ibi Butr. num. 4. verſ. Nota quod non poteſt, & num. 6. Abb. num. 2. verſ. Item nota, & alij communiter.

34 Tertiò, Ad idem inducitur cap. Vacante, infra eod. ubi habetur quod etſi Turonenſe Concilium ſectionem inhibeat Præbendarum, tamen rationabili cauſa ex una præbenda duæ poſſunt conſtitui: ergo & penſio perpetua poteſt imponi ſi rationabilis cauſa ſubſit.

Quartò, Ad idem allegantur, cap. Ad audientiam il 2. de reſcript. cap. Conquerente de Cler. non reſident. & cap. Quamvis, de præben. lib. 6. & facit tex. in cap. Conſtitutus, infra de Religioſ. domib.

35 Et pro hac opinione conſuluit Petr. de Anchar. in conſ. 279. Quæſtio proponitur, num. 1. poſt med. verſ. Ex qua cauſa, ubi ex facto reſpondit Epiſcopum ceſſante pactione qualibet partium ex ſuo puro, & mero officio fortè poſſe providere, ut in permutatione beneficij unus ex permutantibus teneatur dare alteri jam ſenio confecto, & inhabili annuam penſionem ad vitam ejus ſuſtentandam, quia huic ſeni, & debili dandus eſſet coadjutor cum congrua fructuum aſſignatione, cap. penult. & final. de Cler. ægrot. longe autem melius eſt habere compermutantem, qui ad ſuſtentationem dicti ſenis aliquid conferat, quam ei coadjutorem dare cum onere expenſarum; & ſic tenet Anchar. auctoritate Epiſcopi poſſe conſtitui penſionem ſuper beneficio ad vitam penſionarii, & ſic tranſmiſſibilem ad ſucceſſorem quamdiu penſionarius vixerit. & illud conſ. referunt, & ſequuntur Felin. in cap. Ad audientiam, il 2. num. 2. verſ. Secunda concluſio, de reſcript. licet poſtea ſubdat ſe dici deſideraſſe de hoc habere pleniores deciſiones. Dec. conſ. 336. Viſa inſtructione num. 12. Caccialup. de penſio. qu. 4. num. 3. & quæſt. 5. Olg. in eod. tract. quæſt. 6. num. 3. & num. 4. ubi quod in illis caſibus, in quibus Epiſcopus poteſt penſionem imponere, tamen illam imponere non poteſt niſi ad vitam ejus, cui aſſignatur. Item pro hac opinione allegatur Oldrad. d. conſ. 226. Quidam Epiſcopus per totum, ubi latè impugnat penſionem ab Epiſcopo conſtitutam cuidam nobili tanquam de Eccleſia benemerito, tum quia de meritis non conſtabat, tum quia penſio erat in quantitate enormi, & ex deductis per eum poteſt rectè inferri, ut ubi concurrunt merita, & de ipſis conſtat, poſſit Epiſcopus in quantitate moderata aliquam penſionem reſervare alicui, quoad vixerit, de redditibus Eccleſiæ, & ita ex illo conſ. Oldr. deducunt Felin. & Dec. locis proximè citatis, & tenuit Rota in Meleveitana Canonicatus 6. Martij 1595. impreſſ. apud Garz. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 213. & ſeq. in qua firmatum fuit Epiſcopum ex juſta cauſa poſſe reſervare penſionem ad favorem alterius. Allegat Anchar. Felin. Dec. & Gigan. in locis ſuprà citatis, & præter eos Abb. in cap. Conquerente num. 5. de Cler. non reſidentibus, & Roman. conſ. 258. num. 26. quæ deciſio fuit firmata in Calaguritana penſionis 29. Maij 1595. coram Penia, apud eundem Garz. d. par. 1. cap. 5. num. 542. & idem tenuit Rota deciſ. 519. par. 1. diverſ. ubi penſio reſervata in favorem ex cauſa ceſſionis fuit judicata valida. In prædictis tamen deciſionibus non aperitur, an penſio ſit perpetua, & tranſmiſſibilis ad ſucceſſores, nec ne.

36 Et tenendo hanc opinionem non obſtat Bulla Bſ. Pij V. ſuper confidentia, § 3. verſ. Idem ſi Ordinarius, in Bullario tom. 2. pag. 284. illis verbis: ſeu penſionem illi, vel illis, quem, vel quos ſibi nominaverit, aut cedens, vel alium per ſe, vel alium ſcripto, aut verbo juſ-

37 ſerit, ſeu ſignificaverit, perſolvat. Quoniam Bulla loquitur quando penſio fuit impoſita per Epiſcopum perſonæ ſibi benevisæ, & poſtea declarandæ; tunc enim eſſet ſimoniaca, & confidentialis. Sed extra hunc caſum per Bullam non fuit adempta Epiſcopis facultas reſervandi penſiones ex juſta cauſa, ut reprobando Hamin. Parid. de confiden. quæſt. 28. num. 120. tenet Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 113. & ſeq. & Gonzal. ad regulam de menſibus gloſ. 5. § 5. num. 27. & cenſuit Rota in Meliten. Canonicatus 9. Martij 1595. coram Cardinali Millino apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1. fol. 611. Temperant nonnulli hanc opinionem, ut locum ſibi vendicet dummodo penſio reſervetur per viam quantitatis pecuniæ, ſeu frumenti, vel bladi, non autem per modum quotæ, puta tertiæ, vel quartæ partis fructuum, quia eſſet ſcindere beneficium, quod eſt de jure prohibitum, cap. Maioribus, de præben. & cap. De cætero, de tranſaction. & hanc declarationem poſuit Felin. in d. cap. Ad audientiam, num. 2. poſt med. verſ. Debet tamen iſtud ordinare, de reſcript. & ante eum Jo. de Anan. in cap. Audivimus, num. 3. verſ. Debet tamen iſtud ordinari, infra de colleſ. detegend.

38 Sed hæc declaratio eſt apertè contra text. noſtrum, ubi improbatur penſio perpetua, & tranſmiſſibilis ad ſucceſſorem in dignitate, quia per eam ſit ſectio beneficij, & tamen penſio non fuit conſtituta per modum quotæ, ſed per viam quantitatis pecuniæ, videlicet quadraginta librarum, ut in litera.

39 Alij verò opinantur Ordinarium nõ poſſe penſionem imponere, quæ ſit tranſmiſſibilis ad ſucceſſores in beneficio, niſi pro bono pacis, & concordiæ, prout loquitur hoc Capitulum, & c. De cætero, ſuprà de tranſactionib. Et hanc dicit





eſſe

tra in communi opinione, quod Ordinarius non poſſit penſionem imponere: de hoc tamen decreto Pauli IV. nobis non conſtat authenticè.

61 Decimo, Ad iſtam afferuntur duæ declarationes Sacr. Congregationis Concilij. Altera ad Vicarium Ep. ... in hæc verba, videlicet. (Si reſignatio Eccleſiæ Parochialis verè fuit Romæ ... , neceſſitam Ordinarius reſignationem ... beneficio dictæ Parochialis privaret, eandem reſignationem ... ſuum ſortiri effectum, nec Ordinarium poſſe eam infringere, nec alicui Eccleſiæ penſionem imponere. Pondera illa verba, *nec alicui Eccleſiæ*, quæ generalia ſunt, nec reſtringuntur ad Eccleſiam illam, quæ Parochus concubinarius ab Ordinario privatus fuerat, ut male putavit Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. nu. 50.*

Altera declaratio eſt hujuſmodi. Cum Epiſcopus univiſſet Eccleſiam Parochialem ... ejus paupertatem, & penſionem Parocho reſervaſſet: hoc Congregatio cenſuit potuiſſe Epiſcopum facere hujuſmodi unionem, ſed penſionem reſervatam petendam à Sanctiſſimo.

63 Undecimo. Hanc ſententiam firmavit diuturna obſervantia, quæ eſt optima legum interpres, *l. ſi de interpretatione, ff. de leg. cap. Cum dilectus, de conſuetud.* Nam, ut inquit Rebuff. *in prax. benef. tit. de reſervat. tam generali. quam ſpecial.* hodie Epiſcopi non conſtituunt penſiones. Item Ludovic. Lopez *in inſtruct. conſcientiæ tom. 1. cap. 303.* poſt Sotum *de juſt. & jur. lib. 9 quæſt. ... art. 2.* affirmat jam uſu Romano receptum eſſe, ut ſolus Papa penſionem imponere poſſit. Similiter Zecch. *de benef. & penſ. cap. 11. num. 2. in princip.* teſtatur jam uſu receptum eſſe, ut Epiſcopus nullo caſu propria authoritate poſſit penſionem imponere. Sed & Ledeſma *2. 2. ſumm. tract. 12. concl. 20. & 21.* aſſerit jure poſitivo facultatem imponendi penſiones eſſe reſervatam Summo Pontifici, ut conſtat ex uſu. Quinimo, ut loquit Cardin. Toletus *in ſumm. lib. 5. cap. 24. in fin.* ob conſuetudinem, & communem ſtylum Romanæ Curiæ ſi quis ſine Summi Pontificis facultate penſionem haberet, Simoniacus eſſet. Et hanc facultatem ex non uſu Epiſcopos amiſiſſe affirmat Camillus Gaetanus *in tract. de penſion. Epiſcop. ad fin.* eamque poteſtatem ex non uſu receſſiſſe ab eis ante publicationem Bullæ Pij V. ſuper confident. pariter atteſtatur Flamin. Pariſ. *de confident. q. 28. nu. 120.* Allegat Rebuff. *ubi ſupra*, & modernos *in tract. de penſion. tom. 15. par. 2. tractat.* & ſubdit, verè ſe nunquam vidiſſe hoc ſervari in praxi; ideoque de hujuſmodi facultate nullam eſſe habendam conſiderationem.

Poſtremò in terminis juris hanc opinionem tenet Butr. in cap. *Audientiam*, *num. 2. inf. de ſolut.* Ibi ergo tibi nota, inquit, quod in cauſis beneficialibus non eſt licita tranſactio, ut beneficium uni remaneat, & alteri certa portio detur, & infra *nu. 5.* tenet cum gloſſ. 2. quod etiam ceſſante colluſione non valet conſtitutio penſionis, ut ſit perpetua, & ex recent. per tex. hic idem firmat Garzias *de benefic. par. 5. cap. 5. num. 314.*

Non obſtant modo argumenta contraria: Nam ad primum, nempe ad cap. *Paſtoralis*, *de his quæ ſiunt à Prælato*, Reſpondetur Papam ibi non decidere affirmativè id Epiſcopus poſſit ſuper fructibus Parochialium Eccleſiarū pijs locis penſionem conſtituere cum conſenſu Capituli, ſed negativè videlicet ut id non poſſit præter Capituli voluntatem. Hinc autem non licet arguere à contrario; ergo cum voluntate Capituli poterit; quia argumentum à contrario ſenſu non rectè ſumitur ubi illius argumenti contrarium reperitur in jure expreſſum, ſicut reperitur hoc caſu in hac Decretali, ita declarat Jo. And. in cap. *Publicato*, *nu. 12. ſupra de elect.*

64 Et eodem modo reſpondetur ad ſecundum, idest ad cap. *De cætero de tranſact.* & ad dictum Innocent. ibi poſitum, *num. 5.* & ita in puncto reſpondet Abbas in cap. *Audientiam*, *in 3. notab. ſupra de ſolut.* Deinde reſpondetur illum textum intelligi in eo caſu, in quo duæ Eccleſiæ litigant ſuper ſubjectione: tunc enim Eccleſia ſubjecta poteſt conſtitui cenſualis auctoritate Epiſcopi, ut ibi notat gloſ. *alicui in fine.*

65 Ad tertium reſpondetur negando conſequentiam, quia quando ex una præbenda fiunt duæ, præbenda non remanet ſciſſa, nec dividitur utilitas, quæ diviſionem non recepit, c. *Loquitur Dominus, 24. quæſt. 1.* nec præbenda ſic dividitur, ut ſub nomine præbendæ cenſeatur uterque quaſi dimidius Canonicus, ſed ſunt duæ præbendæ integræ pro duobus Canonicis, & duo nova jura. Merito id fieri poteſt ex rationabili cauſa non obſtante ſtatuto Turonenſis Concilij, ut ibi deciditur, & optimè declarat gloſ. Singularis in c. *Ne fratres ..., in verb. Scilicet ſupra eod.* At ſecus eſt in impoſitione penſionis perpetuæ, quia beneficium remanet ſciſſum quandiu durat penſio, ut hic patet. Facit tex. in cap. *Cum cauſa infra ...* ubi Papa dicit non eſſe intentionis ſuæ ut pro reintegratione unius Præbendæ alia ſcindatur.

Alia jura in contrarium allegata patent, aut nihil faciunt.

# DE PRÆBENDIS.

## Cap. Dilecto.

S U M M A R I U M.

1 Canonici duo ſi recipiantur ad unam præbendam, non tenet receptio, etiamſi legati authoritas intervenerit, & n. 7.

2 Beneficium vacans etiam ex cauſa reſignationis in curia conſtituto non prohibetur quis conferre nepoti ſuo.

3 Secus ex Bulla Pij V.

4 Et quid ſi beneficium vacet per aſſecutionem alterius incompatibilis remiſſive.

5 Reſignatio fieri poteſt ea intentione, ut beneficium alteri conferatur, dummodo illud non deducatur in pactum.

6 Reſignans cum pacto ut beneficium alteri conferatur, Simoniam committit.

7 Præbenda Canonicæ annexa eſt jus ſpirituale indiviſibile.

8 Canonici receptio ad vacaturam præbendam non valet.

9 Legatus non diſpenſat contra Concilium, nec contra Canones non Conciliares.

10 Niſi in caſibus, in quibus diſpenſat Epiſcopus.

11 Poſſeſſio juris Canonicatus qualiter ſit articulanda.

12 Vacatio præbendæ non eſt poſſibilis in Eccleſia non numerata.

In



13 In Canonicum cum quis recipitur in Eccleſia non numerata, creatur quoddam jus de novo, quod naſcitur, & extinguitur cum perſona.

14 Canonice vita functo in Eccleſia non numerata ſi ejus Canonicatus impetretur, non valet impetratio.

15 Extingui aliud eſt, aliud ceſſare, vel in ſuſpenſo manere.

16 Canonicorum numerus an poſſit ab Epiſcopo augeri de Capituli conſenſu, & num. ſeqq. uſq. in finem.

17 Quid ſi numerus non ſit per ſtatutum iuratum, nec confirmatus.

Et quid ſi ſit iuratus, ſed non confirmatus. n. 19.

Et quid ſi ſit iuratus, & confirmatus cum decreto irritanti, n. 22. Et quid ſi reditus Eccleſiæ ſint aucti, n. 23.

18 Canonicorum numerus neque ab Epiſcopo augeri poteſt ſine Capitulo, neq; à Capitulo ſine Epiſcopo.

20 Statutum qui poteſt tollere, poteſt etiam tollere iuramentum illi acceſſorium.

21 Niſi iuraverit non contravenire, quia tunc requiritur ſuperioris authoritas.

23 Canonicorum numerus etiam iuratus, & confirmatus cum clauſula decreti habet in ſe conditionem reſolutivam, niſi Eccleſiæ facultates excreverint.

24 Eccleſiæ intereſt habere plures conſiliarios, & miniſtros.

25 Canonicos ſupranumerarios poteſt Epiſcopus creare, ita tamen ut nullum jus ad vacaturam præbendam ſibi vendicent ex tali creatione.

26 Dignitatem omnino novam Epiſcopus erigere non poteſt.

27 Canonicatus erectio ſine Capituli conſenſu eſt nulla.

1 DILECTO. Si ad unum Canonicatum, & præbendam vacantem in Eccleſia duo Canonici ſint recepti, non tenet receptio, etiamſi Legati Sedis Apoſtolicæ authoritas intervenerit. Hoc dicit, Dividitur in tres partes. In prima ponuntur multa, quæ faciunt pro Cellerario. In ſecunda ponuntur quæ faciunt contra eum. In tertia diffinit. In quarta proteſtatur, vel tacitæ quæſtioni reſpondet. Secunda ibi, *Procurator.* Tertia ibi, *unde dictum.* Quarta ibi, *Ita quod.*

2 Nota primò ibi, *intendentis providere G. nepoti ſuo*, habentem poteſtatem conferendi beneficium non prohiberi illud conferre nepoti ſuo, etiamſi vacet ex cauſa reſignationis, prout hic vacabat præbenda in Eccleſia Trecenſi, concordat, c. *Ex parte, il primo, ſupra de off. deleg.* Caveat tamen ne affectum ſanguinis præponat judicio rationis, c. *Grave, infra eodem*, ſecundum Hoſtien. *hic in princ. in ver. Nepoti*, Joan. Andr. *num. 2. in eodem ver.* Card. *in 2. notab.* & Abb. *n. 2.* Ad quod vide graviſſima verba Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 1.*

3 *verſ. Omnino vero eis interdicit.* Sed hodie hoc corrigitur ex Conſtitutione Pij incip. *Quanta Eccleſiæ Dei incommoda*, edita Calendis Aprilis 1568. qua prohibetur Epiſcopis, ne beneficia in eorum manibus reſignata eorum aut dimittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus conferant, alioquin irrita ſit collatio, ut ibi habetur in §. *Præ-*

4 *cipimus.* Quid autem ſi beneficium vacet ob aſſecutionem alterius incompatibilis numquid Epiſcopus ex prædicta Bulla prohibeatur illud conferre nepoti ſuo, dixi in c. *Non ſine à num. 54. uſque in fin. ſupra de arbitr.*

5 Secundò nota ex iiſdem verbis Clericum licitè poſſe beneficium ſuum reſignare ea intentione, ut alteri conferatur, dummodo actum renunciatio-

6 nis tacitè, vel expreſſè non deducat in pactum, ſed purè, & liberaliter reſignet, & ita per hunc textum tenet gloſſa notabilis in c. *Ordinationes, in verpretio. 1. q. 1.* Butr. & Imol. *hic ambo in 1. notab.* & Abb. *num. 3.* Sed ſi in actu renunciationis hoc in pactum deduceret, reſignatio facta in manibus Ordinarij eſſet ſimoniaca, c. *Cum pridem*, & c. *fin. de Pactis.* cap. *Ex parte, il 1. de off. Deleg.* c. *Tua nos, de ſimon.* & tenent *hic* gloſ. 1. Jo. Andr. n. 15. Abb. *n. 3.* & communiter Doctores, Felin. in c. *Ad audientiam, il 2. n. 3 ſupra de reſcript.* Staphil. *de litter. grat. tit. Reſignationis modus, nu. 5.* Rebuff. *in Praxi tit. de pura reſignat.* Hodie hoc eſt expreſſum in præcitata Bulla Pij V. in §. *Caveant autem.*

7 Tertiò nota in verſ. Procurator, electionem, ſeu receptionem duorum ad unum Canonicatum vel præbendam vacantem non valere, ut hic eſt caſus valde notabilis. Rationem habes in textu: nam aut illi duo unicam habent præbendam, & hoc eſt contra Concilium Turonenſe, quod præbendarum inhibet ſectionem, ut in c. *Maioribus*, *ſupra eodem.* Præbenda enim Canoniæ annexa eſt jus ſpirituale indiviſibile, ut patet in hoc textu ibi, *ad unum ſpirituale jus*; & ibi, *quoddam ius ſpirituale*, & forte non probatur alibi ita clarè ſecun-

8 dum Cardin. *in 10. notab.* & Abb. *nu. 6.* Aut præbenda illa datur uni tantum ex duobus, & alius remanet ſub expectatione futuræ præbendæ, quod eſt contra Concilium Lateranenſe, ut in c. *Nulla, infra, de Conceſſ. præben.* & ſic collige non valere receptionem duorum ad unam præbendam animo illam ſcindendi; & ſimiliter non valere receptionem unius ad vacaturam, prout has duas regulas ex hoc textu colligunt Butr. *num. 7.* & Imol. *num. 10.*

9 Quartò nota, ibi, *prædicto legato non licuit*, Legatum nō habere poteſtatem diſpenſandi contra Concilium: hic enim allegantur duo Concilia, & circa utrumque denegatur legato poteſtas contraveniendi. Nec mirum, quia nec contra Conſtitutiones Apoſtolicas non Conciliares Legatus diſpenſat, ut firmat *de heret. lib. 6.* Hoc tamen limi-

10 tat Abb. *hic in 4. notab.* ut non procedat in illis caſibus in quibus diſpenſat Epiſcopus. Sed circa hoc vide tu quod ſcripſi in c. *Dilectus, ſupra de tempor. ordinat.* & in c. *Nimis, de fil. Presbyter.*

11 Quintò nota multa, ex quibus infertur quaſi poſſeſſio Juris Canonicalis, quæ colliguntur in verſ. *Dictus*, uſque ad verſ. *Procurator.* & ex textu collige bonam practicam probandi hanc quaſi poſſeſſionem: oportet enim ut articuletur ſuper exercitio actuum, qui non competunt niſi Canonicis; non tamen requiritur ut eis competant ex diſpoſitione juris, ſed ſatis eſt ut competant ex conſuetudine; ſicut iſte Cellerarius allegabat ſe habuiſſe domum fortè prope Eccleſiam, quæ erat ſolita aſſignari Canonicis tantum, ut patet ibi, *quæ ſolis Canonicis conſueverat aſſignari.* Seque receptum fuiſſe ad oſculum pacis eo tempore, quo ſoli Canonici recipiebantur, ut patet ex illis verbis, *cum tunc nonniſi Canonici ad oſculum admittantur.* & ita *hic* notant Butr. *n. 5.* Anchar. *in 8. notab.* Cardin. *n. 4.* Imol. *n. 5.* & Abb. *n. 7.*

12 Sextò nota in verſ. Præterea, in Eccleſia nō habente certum numerum præbendarum non eſſe

13 poſſibile dare vacationē alicujus prębendæ; idem-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que dicendum in Canonicatibus ; nam cum in tali Eccleſia quis recipitur in Canonicum, creatur quoddam jus de novo, quod cum recepto naſcitur, & deſinit, ſeu extinguitur cum defuncto, ut dicitur in littera. Vacare autem non poteſt quod jam extinctum eſt, c. *Ex parte, Aſten. infra, de conceſſ. præb.* c. *Cum acceſſiſſent, ſupra de Conſtit.* ſecundum Hoſt. *hic num.* 11. Butr. in c. *Cum M. n.* 1. *in fin. ſupra de Conſtit.* & ad hoc quotidie allegatur
14 hæc Decretalis; ut per Abb. *n.* 9. Quò fit ut ſi in Eccleſia non numerata ſint plures Canonici, quorum unus moritur, non valeant litteræ ſi impetrentur ſuper illius Canonicatu alteri conferendo, quia non vacat, ſed deſinit. Ubi verò eſt certus numerus non deſinit, ſed vacat. Ita Innoc. *hic n.* 3. cui conſentiunt Jo. Andr. *n.* 5. *in ver. Deſinit.* Card. in 3. *not.* & Anch. *in* 12. *notab.* Facit ad prædicta l. *Comperimus, C. de Proxen. Sacr. Scrin. lib.* 12. l. *Non plures, C. de Sacroſ. Eccl.* l. *Petitionem, C. de Advoc. di-*
15 *verſ. ind.* Aliud enim eſt extingui, aliud ceſſare, ſicut aliud eſt extinctum eſſe, & aliud in ſuſpenſo manere, ut l. *Illa quæſtio*, §. *fin. ff. de hered. inſtit.* & l. 2 *ff. de verb. Obligat*, §. 1, ubi habes bonam gloſ. in *ver. Detur.*

Ultimo nota ibi, *augmentare numerum præbendarum.* In Eccleſia numerata poſſe augeri Canonicorum, & præbendarum numerum per eos, ad quos ſpectat Canonicorum receptio, quoddam jus ſpirituale de novo creando, ut dicitur in littera, & notant Innoc. *num.* 3. *in ver. Augmentare*, Abb. Antiq. *in fin.* Abb. Sicul. *n.* 10. & alij communiter. Sed quia in textu excipiuntur duo caſus, & articulus plures habet inſpectiones; ideò dic plenius, ut in quæſtione ſequenti.

16 QUÆRO, An numerus Canonicorum poſſit ab Epiſcopo augeri de Capituli conſenſu.

17 Pro ſolutione quæſtionis tres caſus videntur diſtinguendi. Nam aut numerus Canonicorum non eſt per ſtatutum juratus, nec aliquo modo cōfirmatus, & in hoc primo caſu Epiſcopus cū conſenſu Capituli poteſt numerum dictum Canonicorum propria authoritate augere, ut hic patet, & in c. *Vacante, infr. eodem.* Quam ſententiam ſecutus
18 fuit Abb. in c. *Cum acceſſiſſent, num.* 4. *de Conſtit.* & in eod. c. Felin. *n.* 11. aſſerentes tamen nec Epiſcopum ſine Capitulo, nec Capitulum ſine Epiſcopo hujuſmodi augmentationem facere poſſe, cum unum corpus conſtituant Epiſcopus, & Capitulū, c. *Novit.* & c. *Quanto, de his quæ fiunt à Præl.* gloſ. in cap. 2. *verſ. Statutum de verb. ſignif. lib.* 6.

19 Aut numerus Canonicorum eſt juratus, ſed non confirmatus, & hoc etiam caſu Epiſcopus cū conſenſu itidem Capituli poſſet dictum numerum augere, ſublato tamen prius ſtatuto. Idem Abb. in præall. c. *Cum acceſſiſſent*, & poſt eum ibi Felin. n. 11. per ea quæ notantur in hoc. c. *Dilecto.*

20 Nec refragatur quod tales Canonici videantur venire contra juramentum. Quoniam conceſſa eis poteſtate tollendi ſtatutum, quod eſt principale ut in ſimilib. ſup. alleg. conceditur etiā poteſtas propria authoritate tollendi juramentum, quod eſt acceſſorium. Præſertim quia ab altero alteri præſtitum, & non Deo præſentialiter, cap. 2. *de ſponſal.* Cardin. in Clem. 1. *verſ. Tertiò quæro, de Regular.* per totam illam quæſtionem, & Felin. loco citato. Idem firmat Bart. in l. *Omnes populi, n.* 32. *ff. de Iuſt. & Iur.* quamvis idem eſſet ſi Canonici hoc facerent antequam tollerent ſtatutum, cum nemo præſumatur immemor propriæ ſalutis
21 c. *Saluberrimum*, 1. *q.* 1. Quæ concluſio falleret, ſi Canonici juraſſent obſervare contenta in ſtatuto. Quo caſu eſſet neceſſaria Summi Pontificis licentia. Felin. *loco citato, n.* 12. & citati ab eo.

22 Aut demum numerus dictorum Canonicorum eſt juratus, & confirmatus, & hoc caſu non poſſet Epiſcopus illum augere cum ſolo conſenſu Capituli ſi in confirmatione adeſſet clauſula Decreti irritantis, ut in hoc cap. & notat Felin. in d. c. *Cum acceſſiſſent. num.* 13. *de Conſtit.* poſſet tamen auctis facultatibus Eccleſiæ, ut tenet Butr. in cap. *Cum M. num.* 2. *verſ. Si eſt confirmatus, de Conſtit.* Felin. *loco citato*, & Jaſ. in l. *Quod Servius, ff. de condit.*
23 *cau. dat. non ſeq. num.* 11. quia ſecundum eos hujuſmodi ſtatutum ſic confirmatum cum dicta clauſula habet in ſe conditionem reſolutivam tacitè ſubintellectam, niſi facultates excreverint, ut eſt textus in d. c. *Cum M.* ibi, *niſi in tantum excreverint Eccleſiæ facultates*, & ibi notat gloſ. in *ver. Sufficere.* Card. *in princ.* & communiter Doctores, quibus propterea auctis, & ſic eveniente conditione, ſtatuentes poſſunt ſtatuto contravenire abſque ſuperioris licentia.

Quibus ſic ſe habentibus nulli dubium eſt quin Canonici cum Epiſcopi conſenſu, & Epiſcopus cum conſenſu Capituli poſſit numerum Canonicorum augere, ſervata tamen ſupra dicta diſtinctione. Quæ concluſio fortius procederet in augendo numerum Canonicorum, in quo nullum adeſt ſtatutum, nullum præſtitum juramentū, nullaq; Summi Pontificis confirmatio, ut per Abb.
24 *hic num.* 10. & in d. c. *Cum acceſſiſſent, num.* 4. *de Conſtit.* Præſertim verò quia hujuſmodi augmentum cedit in utilitatē Eccleſiæ, cujus intereſt plures habere cōſiliarios, & defenſores, ac miniſtros, c. *Extra*, 64. *diſt.* c. *Obeuntibus*, 63. *diſt.* Innoc. in c. *fin. ſub num.* 1. *circa med. infra de Cler. non reſid.*

25 Suffragatur prædictis deciſio alias edita à ſacra Congregatione Concilij, videlicet poſſe ab Epiſcopo Canonicos ſupranumerarios creari, ea tamen conditione ut nullum jus ad præbendam va-
26 caturam habeant, vel vendicet ſibi ex tali erectione. Neque verò concluſioni ſuperius firmatæ obſtant jura contraria, cum loquantur in creatione dignitatis omnino novæ, ut inter alios declarat Abb. in d. c. *Cum acceſſiſſent, num.* 4. *per textum* in cap. 1. 22. *diſt.* Nam dignitatem omnino novam Epiſcopum erigere non poſſe etiam S. Congre-
27 gatio declaravit. Sicuti nec obſtat textus in c. *Olim de conſuet.* quia ibi non aderat conſenſus Capituli; & ideò non mirum ſi habitus fuit recurſus ad Summum Pontificem, ut declarat idem Abb. in eod. c. *Cum olim, n.* 2.

## *DE PRÆBENDIS.*

## Cap. Dilectus, il ſecondo.

*SUMMARIUM.*

1 *Datæ tempus, vel receptionis an attendatur in reſcriptis ad lites, vel ad beneficia.*
2 *Quoad habilitatem, vel inhabilitatem impetrantis in litteris ad beneficia inſpicitur tempus executionis, & non datæ, & n. ſeqq.*
*Niſi à principio fuerit commiſſa ſubreptio, num. 3. & 5.*



3 *Habilitas perſonæ ſatis eſt, ut adſit quando potentia excitatur ad actum.*
5 *Gratia ab initio ſubreptitia ob ætatis defectū per ſupervenientiam legitimæ ætatis non convaleſcit.*
6 *Acceſſus ante Concilium Tridentinum Clerico illegitimo reſervatus per deceſſum ultimi poſſeſſoris ad beneficium, quod ante eius Pater obtinuerat, an potuerit ſortiri effectum defuncto ultimo poſſeſſore poſt Concilium, latè diſcutitur, ut n. ſeqq. uſque in fin.*
7 *Gratia conditionalis ſuperveniente impedimento ante implementum conditionis expirat.*
8 *Dies conditionis adimpletæ non retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis, quando ante impletam conditionem ſupervenit impedimentum.*
9 *Clauſula ex nunc, prout ex tunc non operatur niſi eveniente conditione, nec conſideratur niſi à tempore conditionis purificatæ.*
10 *Conſtitutio nova comprehendit diſpoſitionem, quæ habet ſuctum de præterito, quod expectat perfectionem de futuro, ſi antequam perficiatur nova conſtitutio ſuperveniat.*
11 *Factum legitimè non retractatur, licet deveniat ad eum caſum, à quo inchoare non poterit, ſi actus fuerit perfectus, & conſummatus, aliàs ſecus.*
12 *Acceſſus non tribuit ius in re, ſed ſpem quandam beneficium obtinendi, & n. 24.*
13 *Ius ad beneficium perditur, ſi inhabilitas ius habenti ſuperveniat antequam beneficium conſequatur.*
14 *Matrimonium per ſuperveniens impedimentum non diſſolvitur.*
*Sponſalia ſecus, ibidem.*
15 *Regreſſu uti non poteſt Regreſſatarius propter ſupervenientem inhabilitatem.*
16 *Epiſcopus electus, & confirmatus repellitur ſi ſiat inhabilis ante conſecrationem.*
17 *Ius in re difficilius amittitur, quàm ad rem.*
18 *Habilitas quando conſideretur utriuſque extremi.*
19 *Tempus vacationis beneficij attenditur ubi agitur de habilitate, vel inhabilitate perſonæ.*
20 *Conſtitutio prohibens uſum alicuius rei, vel actus comprehendit etiam uſum rei præteritæ.*
21 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione ante Concilium Tridentinum obtenta non poteſt poſt Concilium effectum ſortiri.*
22 *Statutum de lucranda parte dotis uxore præmortua comprehendit dotem ante ſtatutum acceptam, ſi uxor poſt ſtatutum moriatur.*
23 *Statutum prohibens ne mulieres deferant veſtes ſericeas, includit etiam uſum veſtium iam factarum.*
25 *Verbum obtinendi, quid propriè ſignificet.*
26 *Diſpenſatio ad beneficia in Eccleſia in qua pater, non extenditur ad beneficium patris.*

1 DILECTUS IL SECONDO ſummatur, & dividitur, ut per Joann. Andr. In textu ibi; *Tempore quo eiuſdem Eccleſiæ Canonici noſtras litteras receperunt.* Ex his verbis gloſ. in verb. *Receperunt*, movet quæſtionem illam brocardicam, Nunquid in reſcriptis conſideretur tempus datæ, an receptionis? Allegat jura pro, & contra, & tandem concludit diverſificando caſus contrarios, non tamen tradit aliquam bonam doctrinam, Joann. Andr. *num.* 17. recitat prolixam diſtinctionem Petr. de Sampſone, Sed Abbas *num.* 7. coniungendo eorum dicta dat generalem theoricam diſtinguendo inter reſcripta ad lites, & ad beneficia, & utrumque membrum proſequitur, plura
2 capita ſubdiſtinguendo. Ex ejus dictis collige notabilem regulam cum limitatione. Regula eſt, quod in litteris ad beneficia, quoad habilitatem, vel inhabilitatem impetrantis, non inſpicitur tempus Datæ, ſed tempus executionis, hic eſt textus notabilis in cap. *Ei cui, de præben. lib.* 6. ad idem cap.
3 *Is cui*, & cap. *Si poſtquam eod. tit. & lib.* ſatis enim eſt ut ſit habilis perſona quando potentia excitatur ad actum, ut dicitur in d. c. *Is cui*, Jo. Monach, & Jo. Andr. *num.* 3. *in verb. Dimittat*, & ſequitur poſt alios Felin. in cap. *Eam te, num.* 18. *in prima*
4 *Fallentia*, & ibi etiam Ripa *num.* 42. *de reſcriptis.* Limitatur prædicta regula quando à principio committitur ſubreptio, quia tunc inſpicitur tempus Datæ, Et iſte eſt caſus cap. *Si eo tempore, de reſcript. lib.* 6. & ita ad concordiam reducuntur hæc duo cap. Quæ videntur invicem pugnantia. Nam in cap. *Si eo tempore.* deciditur, ut ſi mandetur provideri alicui de beneficio Curato vacativo, & impetrans non habeat ætatem legitimam tempore impetrationis, licet eam habeat tempore vacationis beneficii, reſcriptum ſit ſubreptitium. Sed in cap. *Ei cui*, videtur dici oppoſitum: nam ubi cavetur, ut ſi mandetur provideri alicui de præbenda vacatura, & in illa Eccleſia ſint variæ præbendæ, quædam Diaconalis, quædam Sacerdotalis, quamvis tempore Datæ impetrans non habeat ætatem ad obtinendam præbendam Sacerdotalem, ſi tamen ſit in legitima ætate,
5 tempore quo vacat, debetur ei Sacerdotalis: hæc enim diverſitas inde oritur, quia in cap. *Si eo tempore*, impetrans commiſit ſubreptionem eo ipſo, quod impetravit litteras ad beneficium Curatum, non facta mentione de defectu ætatis. Unde gratia, quæ propter ſubreptionem fuit à principio nulla, non potuit poſtea convaleſcere per ſupervenientiam legitimæ ætatis; & ideo attenditur tempus Datæ: ad quod vide bonam gloſſam in cap. *Dudum, il primo, in verb. Electionis tempore, ſupra de election.* & Rota apud Verallum, *deciſ.* 40. *num.* 2. *par.* 2. Achill. *deciſ.* 2. *num.* 2. *de reſcriptis*, Seraphin. *deciſ.* 936. *num.* 1. & *in recentior. deciſ.* 140. *num.* 1. *par.* 7. At verò in c. Ei cui, nulla fuit commiſſa ſubreptio, quia impetravit in genere non faciendo mentionem de præbenda Diaconali, vel Sacerdotali; & ideo ſatis fuit, ut tempore vacationis reperietur in ætate legitima, quod bene nota.

Hinc ſumpta ſuaſione infero ad quæſtionem, quæ olim contigit in facto, videlicet.

6 Poſito Decreto Concilij Tridentini, *c.* 15. *ſeſſ.* 25. utrum acceſſus ante Concilium Clerico illegitimo auctoritate Apoſtolica reſervatus per deceſſum ultimi poſſeſſoris ad beneficium, quod antea ejus pater obtinuerat, effectum ſortiri potuerit defuncto ultimo poſſeſſore poſt Concilii publicationē.

Gregorius Alvares Pater Joannis de Barreda, dum viveret, in Eccleſia Conchen. obtinuit nedū Canonicatum, ſed etiam ipſum Decanatum, qui eſt prima Dignitas poſt Pontificalem. Poſtea idē Joannes non obſtante Decreto Concilii Trident. *cap.* 15. *ſeſſ.* 25. vigore acceſſus aliàs ſibi per deceſſum Conſtantini ſenioris auctoritate Apoſtolica reſervati prætendebat obtinere eundem Decanatum per obitum prædicti Conſtātini ſenioris poſt

Conciliū defuncti: ex parte verò Conſtantini ju-
nioris de eodem Decanatu legitimè proviſi præ-
tendebatur adverſario obſtare Concilium, dum
filios illegitimos Clericorum, qualis eſt ipſe Joan-
nes in Eccleſiis, in quibus eorum patres aliquod
beneficium eccleſiaſticum habent, vel habuerunt,
quodcumque etiam diſſimile beneficium obtine-
re prohibet, fuit quæſitum, quid juris?
Videtur reſpondendum prædicto Joanni ob-
ſtitiſſe Decretum de 15. Licet acceſſus hujuſmo-
di fuerit ante Concilium reſervatus. Primò, quia
prætenſa dicta gratia acceſſus fuit conditionalis,
videlicet, decedente Conſtantino ſeniore. Quæ
verba reſpiciunt futurum eventum, & diem incer-
tum, & ſunt ablativi abſoluti, & ideo conditionem
important, l. *A Teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat.*
l. *Evictio, ff. de evictione* Paris. *conſ. 81. num. 7. lib. 1.* Et
in terminis idem Paris. *conſ. 82. num. 4. & ſeq. lib.*
*4.* & cùm ante eventum conditionis ſupervene-
rit impedimentum, prætenſa gratia non ſuffraga-
tur, ad tex. in l. *Intercidit, ff. de condit. & demonſtrat.*
& in l. *Quoties, § 1. ff. de novat.* cum notat. ibi per
Bart. in l. 1. §. *Sin autem aliquid, C. de caduc. tollen.* &
in l. *Si ita legatum, §. Ibi enim volet, ff. de legat. 1.* Et
8 tradunt Jo. Monach. Joann. Andr. & Anchar. in
cap. *Deteſtanda, de conceſſ. præben. lib. 6.* Dies e-
nim conditionis adimpletæ tunc ſolum retrotra-
hitur, quando pendente conditione non ſuper-
venit aliquid, quod illius diſpoſitionis condi-
tionalis effectum impediat, ad text. in l. *Bonorum,*
*ff. Rem ratam haberi*, in c. *Si proce, de reſcrip. lib. 6.*
& in terminis ſimilis Concilii tradit Caſſad. *in*
*dec. 3. in princip. num. 16. & ſeq. de præben.* alias ſe-
cus, etiam ubi eſſet clauſula *ex nunc, prout ex tunc*:
9 illa enim non operatur niſi eveniente conditio-
ne, & conſideratur à tempore conditionis,
non autem à tempore Datæ, gloſ. in Clem. 1.
*in verb. Ex nunc, de conceſſ. præben.* & ibi Cardin. &
Imol. Rota *deciſ. 11. eod. tit. in nov. in prima addit.*
Caſſad. *d. deciſ. 3. num.* 15. Tiraquell. *de retract.*
*num. 86.* Sed hic tempore evenientis conditio-
nis videlicet obitus Conſtantini ſenioris emana-
verat decretum Concilij, quod, ut dixi, inhabili-
tat filios Clericorum, ut non poſſint obtinere be-
neficia in Eccleſia, in qua pater, &c. Ergo dictus
10 acceſſus effectum ſortiri non poteſt. Eadem quo-
que concluſio alia ſecunda ratione comprobatur,
videlicet quia conſtitutio nova comprehendit di-
ſpoſitionē, quæ habet factum de præterito, quod
expectat perfectionem de futuro, ſi antequam
perficiatur nova conſtitutio ſupervenerit, ut eſt
gloſ. communiter approbata in Clem. 2. *in verb.*
*Impoſterum, juncto text. de ætat. & qualitat.* Felin.
in cap. *fin. num. 11. de Conſtit.* poſt Abb. Imol.
11 Ant. Card. Dominic. & alios, quos allegat. Et
quamvis regulariter factum legitimè non pereat,
licet ad eum caſum deveniat, unde incipere non
poſſit, reg. *Factum lib. 6.* l. *In ambiguis, §. 1. ff. eod. tit.*
tamen illud procedit quando actus fuit perfe-
ctus, & confirmatus; ſecus eſt ubi non eſt con-
ſummatus, quia tunc deſtruitur ſi deveniat ad eum
caſum, à quo inchoare non poteſt, l. *Si metallum*
*§. Si ſervo alieno, ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* l. *Pa-*
*tre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* Ol-
drad. *conſ. 58. num. 4.* In caſu autem noſtro tem-
pore ſupervenientis Concilii prætenſus acceſſus
nondum fuerat effectum ſortitus, neque condi-
tio aliquo modo purificata, merito, &c.

12 Tertiò, quia per acceſſum hujuſmodi non niſi
jus ad rem, ſeu potius quædam ſpes obtinendi be-
neficium dicto Joanni ante conditionis purifica-
13 tionem acquiſita fuit, non autem jus in re. Sed
omne jus ad rem ad aliquod beneficium compe-
tens perditur, ſi inhabilitas illud habenti ſuperve-
niat, antequam jus in re perfectum conſequatur.
Rebuff. *in concordat. de mand. app. in verſ. Proſequen-*
*tes.* Et in *tract. nominat. quæſt. final.* Anchar.
14 *conſ. 58. Circumſcriptis* Et facit quod in ſimili vi-
demus in matrimonio carnali: illud enim ſi per-
fectum ſit, propter impedimentum ſuperveniens
non diſſolvitur, cap. *Quoniam de coniug. lepros.* d. l.
*Patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* ſpon-
ſalia verò de futuro, quibus jus ad rem aſſimila-
tur, per ſupervenientiam inhabilitatis diſſolvun-
tur, cap. *Quemadmodum iureiur.* facit etiam quod
hæres, qui tempore teſtamenti, & mortis teſta-
toris reperitur habilis ad hæreditatem adeun-
dam, & ſic jus ad rem habet, & multò propinqui-
us ad jus in re, quàm qui habet acceſſum ad bene-
ficium nondum mortui, ſi tamen ante aditam hæ-
reditatem fiat inhabilis, illud jus ad rem ante ſibi
quæſitum perdit, l. *Si alienum, § In extraneo, ff. de*
*de hæredib. inſtituen.* & idem videmus in legatario
conditionali: nam is perdit ſpem, ſi pendente
conditione deportetur, & durante deportatione
dies legati ceſſerit vel conditio purificata fuerit,
d. l. *Intercidit, ff. de condit. & de monſtrat.* l. *Interve-*
*nit, ff. de legat. præſtan.* l. *Si Cognatus*, cum ibi nota-
tis, *ff. de reb. dub.* & tamen conſtat plus iuris eſſe
legatario conditionali in legato poſt mortem
teſtatoris acquiſito, quam habenti acceſſum ad
15 beneficium ante mortem illud obtinentis. Et
in regreſſu, quod propter inhabilitatem ſuperve-
nientem regreſſatarius illo uti non poſſit, habe-
tur per Anton. Auguſtin. *in ſuis notis, num.* 147. &
in fortioribus terminis de Epiſcopo electo, & cō-
firmato, quid ſi ante conſecrationem efficiatur in-
16 habilis, repellitur. Tradunt Cardin. Butr. Imol. &
alii in cap. *Ex parte, de Cler. ægrot.* & tamen
poſt electionem, & confirmationem jus in re
acquiritur, cap. *Transmiſſam de elect.* & diffici-
17 lius amittitur jus in re, quàm jus ad rem. Prob. in
cap. *Si propter num. 4. de præben. lib. 6.* Paris. *conſ. 5.*
*num. 96. lib. 4.* ubi propriè loquitur in terminis
regreſſus.
18 Quartò, quia decretum Concilii inhabilitat fi-
lios Clericorum ad obtinenda beneficia, & ſic in-
habilitat finem, & conſummationem actus, ut pa-
tet ex illo verbo, *obtinere*: ſed conſummatio dicti
acceſſus completa fuit poſt Concilium: ergo à
Cōcilio comprehenditur, à quo filius Clerici tē-
pore conſumationis acceſſus inhabilitatus reperi-
tur. Ita in terminis alterius Concilii concluſit
Caſſad. in *d. deciſ. n. 16. & ſeq. & in nota b. q.* Decius.
*conſ. 24. num. 6. verſ. Prædicta fundamenta*, quia tunc
habilitas conſideratur tempore utriuſque, ut
per Caſſador. *ibi* Sarnen. *in reg. de infirm. q. 11. ad*
*fin.* & in cap. *Statutum, num. 316. de reſcrip. lib. 6.*
Imo quando actus recipit eſſentiam à fine, habi-
litas, vel inhabilitas conſideratur in fine, non in
principio. Calder. & Ant. in cap. *Dudum il 1. de e-*
*lection.* vel quando finis dat eſſe perfectum, res, &
præcedentia ordinantur ad finem, ut per Caſſad.
*in d. deciſ. 3. num.* 13. vel quando initium habet
relationem ad finem, Sarnen. *de infirmis, quæſt. 22.*
*num. 5.* Quæ omnia in acceſſu concurrunt, quia eſt
actus



jam inchoatus, non perfectus, & recipit ſubſtā-
tiam, & eſſentiam à fine, & ordinatur ad finem,
videlicet, ad tempus vacationis beneficii; & regu-
19 lare eſt in materia beneficiali, ut ubi agitur de ha-
bilitate perſonæ, tempus vacationis attendatur,
Abb. in [illegible] eſt ſupra num. 2. & ſeq. Et fa-
cit quod voluit Angelus in l. [illegible] ff. de [illegible]
& in l. 1. C. de his qui accuſ. non poſſ. videlicet ſta-
te ſtatuto ne querelæ bannitorum audiantur, ac-
cuſatorem, qui pendente accuſatione bannitur,
amplius audiri non debere, quia inhabilitas ante
rem perfectam ſuperveniens repellit.
20 Nec obſtat quod natura legis ſit futuris dare
formam negotiis, cap. 2. & cap. fin. de Conſtitution.
l. *Leges Sacratiſſimæ, C. de leg.* quia ubicumque con-
ſtitutio prohibet uſum, & exercitium alicuius rei,
vel actus, comprehendit etiam uſum, & exerci-
tium rei præteritæ, ut per gloſ. juncto tex. in
Clem. 2. in verb. [illegible] de ætat. & qualit. [illegible] quam
ſequuntur Cardin. Abb. Imol. ibi, & Felin. & Dec.
in cap. fin. de Conſtitution. quoniam ut ibi gloſ. ſub-
tiliter ſubjicit, per hoc non extendimus Conſti-
tutionem ad præterita, ſed damnatur uſus rei fu-
turus. Sicut igitur d. Clem. 2. comprehendit u-
ſum futurum rei præteritæ, ita & Concilium Tri-
dentinum comprehendit futuram ſucceſſionem
ratione rei præteritæ, & ſic futuram ſucceſſionem
21 vigore dicti acceſſus. Et ita in ſimilibus, & ferè
iiſdem terminis cenſuit Sac. Congregatio videli-
cet in gratia coadjutoris cum ſimili futura ſucceſ-
ſione ante Concilium obtenta, cui futura ſucceſ-
ſioni poſt Concilium locus factus fuerat, in una
Canarien. Canonicatus. Et iterum in facultate
optandi vigore ſtatuti Eccleſiæ ante Concilium
competenti, cenſuit enim filium Clerici dicta fa-
cultate uti non poſſe ad obtinendum beneficium
in Eccleſia, in qua pater. Et idem reſolvit in una
Salmantin. Canonic. Quæ concluſio pluribus
aliis ſimilibus comprobari poteſt, et primo per
tex. in c. [illegible] de elect. lib. 6. ubi electus antequā
confirmetur non poteſt adminiſtrare, etiam ſi ante
dictam conſtitutionem electus fuiſſet, ut ibi de-
clarat Dominic. [illegible] verſ. Quid de illis, ea ratio-
ne, quia conſtitutio loquitur de adminiſtratione
& hæc ſequitur poſt conſtitutionem, & ſic reſpi-
cit futura. Item caſu noſtro Concilium ſuos fi-
lios obtinere beneficia in Eccleſia, in qua pater, &
hoc ipſum obtinere venit poſt Concilium, quia
vacatio poſt ſupervenit, & ideo comprehenditur
ſub prohibitione Concilii. Contrarium autem pro-
cederet ſi Concilium prohiberet, reſervari ac-
ceſſus: tunc enim dici poſſet non comprehende-
re acceſſus jam reſervatos.
Secundo, per gloſ. [illegible] in cap. 1. de [illegible] lib.
6. quæ voluit textum illum, qui excommunicat
concedentes, vel extendentes [illegible] ad Cle-
ricos, comprehendere etiam eos, qui antea con-
ceſſas extendunt, & ita comprehendit actum fu-
turum rei præteritæ.
Tertio per Jo. Andr. in cap. [illegible] verſ. Di-
cas tamen quod hæc Conſtitutio, de elect. lib. 6. qui vo-
luit illud cap. ſtatuens formam confirmandi electi-
ones, comprehendere confirmationes electio-
num præteritarum, quia etſi electiones ſint præte-
ritæ, non tamen ideo [illegible], & confirmatio.
Quarto, per doctrinam Guil. de Suſa, & Jacob.
de Aren. quos Cyn. in l. 2. C. [illegible] refert de ſtatuto
veteri, quod continebat, ut banniti eximerentur

à banno ſoluti 50. libris, poſtea ſuperveniente novo
ſtatuto, ut ſolvi debeant libræ centum: banniti
[illegible] novum ſtatutum [illegible] à banno,
& ſolvere 50. libras, fuit determinatum ut deberent
ſolvere centum, quia ſtatutum non dat formam
futuris [illegible], ſed futuris exemptionibus banni-
torum, & ſic lex nova ſervari debet.
22 Quintò, per Bart. in l. *Omnes populi, n. 49. de iu-*
*ſtit. & iure.* de ſtatuto novo de lucranda parte
dotis uxoris præmortuæ, quod comprehendit
etiam dotem uxoris ante ſtatutum acceptæ, ſi u-
xor poſt ſtatutum moriatur, & idem tenent Ray-
mund. de Forliv. [illegible] 43. & Baptiſta de Sancto Se-
23 vero 87. Anchar. *conſ. 127. Piſis. ad fin.* & Bald. in
d. cap. *Omnes populi* n. 14. concludit ſtatutum ve-
tans mulieribus, ne deferant veſtes ſericeas, inclu-
dere uſum veſtium jam factarum, & Crot. in
eād. l. *Omnes populi nu.* 8. voluit ut ſtatutum dans
primum præſentanti bannitum habeat locum etiā
in eo, qui ante ſtatutum captus fuiſſet, ſi poſt ſta-
tutum præſentetur cum multis aliis ſimilibus,
quæ brevitatis cauſa omittimus.
24 Præterea non poteſt negari quin Joannes tra-
ctaverit de obtinēdo beneficio Eccleſiaſtico poſt
Concilium, & ſic eo tempore, quo fuit inhabili-
tatus; quia certum eſt, eum ante Concilium non
potuiſſe prætendere jus in re, ſed tantū jus ad rē,
ſeu potius quandam ſpem, ut per Parif. *conſ. 5. n. 96*
*lib. 4.* cum vacatio beneficii non fuerit niſi poſt
Concilium, quo tempore Joannes vigore d. ac-
ceſſus jus in re ſe acquiſiviſſe prætendebat. Quam
quidem acquiſitionem ipſum Concilium prohi-
buit, dum diſpoſuit, ut illegitimi non poſſint obti-
nere beneficia in Eccleſiis, in qua pater.
25 Inſuper dum Concilium prohibet obtentionē,
intelligitur etiam de obtentione de jure, id eſt
acquiſitionis juris in beneficio, ſed etiam de fa-
cto, id eſt adeptione poſſeſſionis, quia verbum
obtinere, quo Concilium utitur, verificatur de ju-
re, & de facto, Rota *deciſ. 12. de præben. in antiq.*
Imo ſecundum dicti verbi propriam ſignificati-
onem, obtentio facti, & non juris deſignatur, ut
per gloſ. & DD. in l. *Stipulatio iſta, § Hi quoque,*
*ff. de verb. oblig.* Et ideo cum Joannes poſt Con-
cilium voluerit acquirere poſſeſſionem Decana-
tus in Eccleſia Conchen. in qua eius Pater fuit
Canonicus, & etiam Decanus; & ſi Decanatum
de facto obtinuerit, dictum decretum Concilii ei
obſtitiſſe dicendum eſt: & eo magis, quia ratio
dicti Decreti, videlicet repellendi memoriam
incontinentiæ paternæ ab Eccleſiis, magnopere
viget in caſu de quo agitur, cum Decanatus ſit
prima dignitas, & habeat etiam juriſdictionem, i-
ta ut Joannes in Eccleſia Conchen. in oculis om-
nium extitiſſet valde conſpicuus.
26 Neque etiam obſtat quod in ipſis litteris acceſ-
ſus narretur cum Joanne diſpenſatum fuiſſe, quia
ex eadem narrativa apparet diſpenſationem non
eſſe ſufficientem: verba enim ſunt hujuſmodi;
(etiam in Eccleſiis, ſeu locis, in quibus genitor
ſuus fuit, erat, vel eſſet beneficiatus, &c.) Di-
ſpenſatio autem eſt ſtrictè intelligenda cap. 1. *de*
*fil. presbyter. lib. 6.* Rota *deciſ. 5. eod. tit. in antiq.* O-
dioſum autem eſt illegitimum obtinere ipſum
beneficium, quod fuit obtentum à patre, quàm
obtinere aliud beneficium in eadem Eccleſia, in
qua pater fuit beneficiatus: ergo diſpenſatio non
extenditur ad illud, ex notatis per Abb. & alios in
cap. fin.

cap. ſu. eod. tit. ubi diſtinguunt de diſpenſatione facta ad obtinendum beneficium diverſum à paterno in eadem Eccleſia, & ad obtinendum ipſum beneficium paternum. Sed ceſſat omnis difficultas, quia Concilium tollit omnes diſpenſationes, dum ait: ( Et ſuper his quæcunque diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur ); præſertim ponderando quod Concilium utitur verbo plurali tamen ibi, & ſuper his, & ſic refertur ad omnia, quæ in d. cap. 15 diſpoſita fuerunt, ut Alex. conſ. 226. n. 8. lib. 6. cum alijs per eum allegatis.

# *DE PRÆBENDIS.*

## Cap. De multa.

*SUMMARIUM.*

1 *Dignitatem, vel perſonatum, aut beneficium Curatum obtinens ſi ſecundum tale recipiat, vacat primum; quod ſi retinere contenderit, etiam ſecundo privabitur.*

2 *Beneficium primum vacat per receptionem ſecundi, dummodo utrumque ſit Curatum, alias ſecus.*

3 *Et quid poſt Concilium Tridentinum.*

4 *Beneficium ſufficiens habenti poteſt conferri aliud, ſed habita poſſeſſione ſecundi, vacat primum ſufficiens.*

5 *Beneficia plura ratione reſidentiæ, aut alias incompatibilia præſumens poſt Concilium Trid. retinere, incidit in pœnam cap. 4. ſeſſ. 7.*

6 *Beneficia plura incompatibilia quando quis retinere dicatur ad hoc ut omnibus ipſo jure privatus exiſtat.*

7 *Beneficium primum quo ipſo jure privatum eſt, per aſſecutionem ſecundi ſtatim non dimittens in manibus Ordinarij, privatus eſt etiam ſecundo, & inhabilis ad Ordines, & beneficia.*

8 *Beneficium Curatum obtinens, & aliud ſimile recipiens olim non erat privatus ſecundo, ſed erat privandus per ſententiam. Hodie ſecus.*

9 *Beneficium Curatum non vacat per aſſecutionem alterius ſimilis, niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi.*

10 *Et poſſeſſio debet eſſe pacifica.*

*Et ideo non vacat per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, num. 15. verſ. Et ex hoc.*

11 *Et an requiratur adminiſtratio majoris partis bonorum.*

12 *Beneficium Curatum vacat adepta poſſeſſione ſecundi ſimilis, etiamſi proviſus adhuc ſit infra tempora promotionis ad Ordines, aut non occupet ſecundum.*

*Vel primum habeat de jure, & non de facto, ibidem.*

13 *Præſtimonium etiam manuale, & non curatum vacat ipſo jure per receptionem ſecundi ſimilis.*

14 *Beneficia non vacant per promotionem ad Epiſcopatum, & adeptam poſſeſſionem, niſi poſt ſex menſes præfixos ad conſecrationem ſuſcipiendam.*

*Electus & confirmatus in Epiſcopum non eſt Epiſcopus, niſi poſt conſecrationem, ibidem.*

15 *Beneficium in multis caſibus non vacat per aſſecutionem alterius incompatibilis, remiſſivè.*

Liberè, *dictio quid importet.*

16 *Beneficium vacans per aſſecutionem alterius poteſt & debet ab Epiſcopo ſtatim conferri, etiam irrequiſito poſſeſſore, ibidem.*

17 *Sed poſſeſſio tradi non poteſt niſi poſſeſſore prius vocato.*

18 *Collatio primi beneficij vacantis per aſſecutionem ſecundi ad proximum ſuperiorem devolvitur ſi Epiſcopus infra ſex menſes non conferat.*

19 *Et tantumdem ex ſuis proventibus tenetur Epiſcopus illi Eccleſiæ aſſignare, quantum ex fructibus ipſius durante vacatione conſtiterit eſſe perceptum.*

20 *Quod ſi proprios proventus non habeat aliter punitur arbitrio judicis.*

21 *Ex ſex menſes computari debent à die, quo Epiſcopus ſcivit proviſum habuiſſe poſſeſſionem pacificam ſecundi beneficij.*

22 *Perſonatus plures non Curatos in diverſis Eccleſiis obtinens, an incidat in pœnam hujus Conſtitutionis, & nu. ſeqq.*

23 *Diſpenſatus ad plures dignitates non cenſetur diſpenſatus ad plures dignitates in ead. Eccleſia, niſi hoc exprimatur.*

24 *Perſonatus plures non Curatos in diverſis Eccleſiis haberi non poſſunt abſque diſpenſatione. Et an Epiſcopus poſſit ſuper hoc diſpenſare.*

25 *Et quid poſt Concilium Trid.*

26 *Perſonatus plures in eadem Eccleſia haberi non poſſunt, licet curam non habeant animarum.*

27 *Et an per receptionem ſecundi vacet primus.*

28 *Et quid poſt Concilium Tridentinum.*

29 *Dignitas aliud eſt, aliud Perſonatus.*

30 *Diſpenſare poteſt Papa cum ſublimibus, & litteratis perſonis ad plures dignitates, & beneficia etiam Curata, & nu. ſeqq.*

31 *Et quæ ſit forma talis diſpenſationis.*

32 *Diſpenſare nequeunt Epiſcopi ad plura Curata ob prærogativam perſonæ.*

33 *Neque ob urgentem Eccleſiarum neceſſitatem, vel evidentem utilitatem.*

34 *Beneficia habitu tantum curata an debeant regulari, & conferri ut curata, an vero ut ſimplicia, & an comprehendantur in hac conſtitutione Concilij Generalis, & nu. ſeqq. uſque ad n. 48.*

35 *Delegatio ſi fiat Epiſcopo, & unus habeat Epiſcopatum habitu, alius exercitio, erit judex qui habet habitu.*

36 *Parochialem Eccleſiam non facit exiſtentia actus, ſed ſuperioris authoritas.*

37 *Potentia reducta ad actum reponit rem in primo ſtatu.*

38 *Parochialis habitu non comprehenditur in c.* Licet canon. de elect. lib. 6.

39 *Status ultimus attenditur ad cognoſcendum an beneficium ſit Curatum, necne, & nu. ſeq.*

40 *Beneficium quod fuit rectum per decem proximos annos à Clerico ſæculari cenſetur ſæculare, niſi contrarium probetur.*

41 *Gratia ad beneficium Curatum verificatur in Curato tempore vacationis, licet tempore datæ litterarum eſſet ſimplex.*

42 *Gratia nulla ab initio ex ſuperveniente cauſa confirmari poteſt.*

43 *Beneficium Curatum habitu non cenſetur curatum niſi ſubſit ſpes ut de proximo revertantur Parochiani.*

44 *Collegiata Eccleſia non dicitur quæ per deſuetudinem deſiit eſſe collegiata.*

45 *Expectativa ad beneficium ſimplex an comprehendat beneficium curatum habitu tantum, & nu. ſeqq.*

46 *Qualitates requiſitæ in ſubjecto concurrere debent actu, & habitu in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis.*



47 *Actus momentaneæ interpoſitionis non excludunt continuum.*

48 *Regula de Triennali an habeat locum contra Decreta Concilij Trid. & n. ſeq. uſq. ad n. 52.*

49 *Diſpenſationibus vero ſuper pluralitate incompatibilium à Concilio Tridentino ſublatis, multo magis ſublatæ cenſentur præſumptæ.*

50 *Fictio non debet eſſe majoris efficaciæ, quam veritas, & naturalis actus.*

51 *Diſpenſatio Apoſtolica ex diuturnitate temporis inſolitis non præſumitur.*

52 *Regula de Annali an tueatur poſſeſſorem plurium beneficiorum incompatibilium contra eum, qui contenta in ſecunda parte illius non adimplevit & n. ſeqq. uſq. in fin.*

53 *Regula de Annali non adverſatur Decr. Trid. Conc. prohibentibus pluralitatem beneficiorum, & n. ſeq.*

44 *Regula de Triennali inducta eſt in favorem poſſeſſoris.*

55 *Et tribuit robur juri invalido, & tuetur poſſeſſorem quoad omnes, num. 57.*

*Regula de Annali inducta eſt in odium impetrantium, & exquirentium lites, n. 54.*

56 *Nullum jus tribuit poſſeſſori, ſed tantum adimit ab impetrante.*

58 *Nec excludit omnes, ſed ſolum impetrantem, qui contenta in regula non adimplevit.*

59 *Et illum beneficio uti poteſt poſſeſſor Execrabilis.*

1 DE MULTA. Famoſum eſt, & valde utile in materia ſua licet in aliquibus ſit alteratum ex jure noviſſimo Concilii Tridentini. Et in ſumma hoc intendit, ſecundum Jo. Andr. Butr. Abbatem, & omnes. Habens dignitatem, perſonatum, vel beneficium curatum, ſi ſecundum tale recipiat, vacat primum; quod ſi retinere contenderit, etiam ſecundo privabitur. Et is, ad quem ſpectat prioris collatio, liberè illud confert ſtatimque inſtitutus ſecundum recepit. Quod ſi infra ſex menſes non conferat, duplici pœna punitur. Cum ſublimibus tamen perſonis circa incompatibilium pluralitatem Papa diſpenſat. Dividitur in tres partes principales. In prima ponitur Conſtitutionis cauſa. In ſecunda Conſtitutio ibi, *Præſenti*. In tertia quædam proteſtatio, ibi, *Circa*. Prima pars pro Conſtitutionis cauſa Concilium Lateranen. repetit, & illius tranſgreſſionem ponit. Secunda vero ſubdividitur in ſex. Nam prima privat habentem beneficium Curatum ipſo beneficio ſi ſecundum tale recipiat. Secunda ibi, *etſi forte*, in contemptorem pœnam aggravat. Tertia ibi, *Is quoque* collatorem primi monet, ut conferat. Quarta ibi, *& ſi ultra*, eum punit ſi non cõferat. Quinta ibi, *Hoc idem*, ad perſonatus Conſtitut. prorogat. Sexta ibi, *Addentes*, addit de pluribus dignitatibus, aut perſonatibus etiam non Curatis in una Eccleſia non habendis.

2 Nota primo ibi, *curam animarum habere annexam*, per receptionẽ ſecundi beneficii vacare primum ipſo jure, dummodo utrumque ſit Curatum. Unde à contrario ſenſu infertur ut ſi obtinens beneficium curatum recipiat non curatũ, vel è converſo obtinens non curatum recipiat ſecundum curatum, non inducatur vacatio primi ipſo jure, licet non curatum perſonalem reſidentiam requirat, vel alias ſit incompatibile; quia textus requirit ut primum beneficium ſit curatũ ſicut ſecundum, ut patet ibi, *ſi prius tale*, & quamvis nonnulli contradicant, hoc tamen dictum eſt verius, & communius, ut inquit Abbas *hic in 5. not.* poſt Anchar. *num.* 10.

3 Hodie dic contra, quia ex Jure noviſſimo Concilii Tridentini pœna hujus Decretalis extenditur ad beneficia quomodolibet incompatibilia in *c. 4. ſeſſ. 7.* nam decretum illud generaliter loquitur de quibuſcunq; Beneficiis incompatibilibus* vigore quorumcunque canonum, nec ſe reſtringit ad hunc textum, quia dicit præſertim, ut obſervat Rota *deciſ. 485. n. 4. part. 1. diverſ.* Alphonſ. Hoied. *de incompatibil. Beneficior. c. 9. n. 5.* Gonz. ſ. *ad regul. de menſ. gloſ. 15 n. 16.* & Nicol. Garz. *de beneficiis part. 11 cap. 5. n. 80.* dicens, ita eſſe indubitanter tenendum, & fuit alias reſolutum, ut ibi per eum, & mox dicetur, quidquid contra ſcripſerint Navar. *conſ. 17.* incipien. *An per adeptionem, de præben.* & nonnulli alij apud Garz. *loco citato*. Plura autem beneficia ſimplicia ſi perſonalem reſidentiam requirant, vel ſi primum ſit ſufficiens, ſunt incompatibilia ex alio ejuſdem Concilij decreto, nempe ex *cap. 17. ſeſſ. 24.* ubi (ſtatutum eſt ut unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem ſi ad vitam ejus cui confertur honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri.) Hæc ibi. Et conſequenter primum beneficium ſimplex ſi ſit ſufficiens per receptionem alterius ſimilis, & ſimiliter primum perſonalem reſidentiam requirens, licet non curatum, nec ſufficiens, per receptionem ſecundi ſimilis vacant ipſo jure, ut per Ro-

4 tam *deciſ. 497. num. 1 part. 1. Recent.* & ita ſæpius fuit reſponſum à Sac. Congregatione Cardinalium ejuſdem Concilii interpretum. Aliquando enim cenſuit, habenti beneficium ſufficiens poſſe conferri aliud, ſed habita poſſeſſione ſecundi, va-

5 care primum ſufficiens. Et alias cenſ. eum, qui retinere præſumit plura incompatibilia ratione reſidentiæ poſt Concilium, incidere in Decretum Concilii, *ſeſſ. 7. cap. 4.* Et iterum conſulta an in omnibus beneficiis reſidentiam requirentibus, aut aliàs quomodocunque incompatibilibus, etiamſi Canonicatus ſint, vel Portiones, inducatur vacatio ipſo jure primi per adeptionem ſecundi pacifici poſſeſſ. reſpondit induci ex *c. 4. ſeſſ. 7.* & juxta diſpoſitionem, *c. De multa de præben.*

6 Secundo nota ibi, *retinere contenderit*. Ad hoc ut recipiens ſecundum beneficium Curatum illo ſit privandus, neceſſarium eſſe ut idem beneficiũ una cum primo retinuerit uſque ad litis conteſtationem. Si enim ante deſtiterit retinere, non privabitur utroque ſecundum gloſſam ſecundã hic, quæ ita intelligit verbum *contenderit*, ſcilicet uſque ad litem conteſtatam, & judicium contentioſum. Ita enim eſt in alijs ſtatutis pœnalibus, ut l. *Hoc amplius, ff. rem rat. haber.* & l. *Quamvis, ff. de in ius vocan.* & ſic ponitur in c. *Statuimus*, 16. q. 1. & in hoc conſentiunt Vincen. Jo. & Philipp. Sed contrariũ tenet Innoc. *hic n. 2. in ver. Contenderit, verſ. Vel dic*, cui adhærent Abb. antiq. & Ægid. dicentes, ex ſola retentione eſſe privandum, etiamſi quando incipit conveniri, velit dimittere & hoc duplici motivo. Unum eſt, quia ſatis manifeſta cauſa privationis apparet ex quo non obtemperavit Canoni ſic præcipienti. Alterum, quia furtum committit in

ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
®

in rebus prioris beneficii, quo ipſo jure privatus eſt, c. *Cum iamdudum, ſupra eod.* & c. *Dudum, il ſecondo, ſupra de elect.* Hoſtien vero *num. 2. in ver. Alio.* dicit hoc eſſe intelligendum, dummodo monitus per Judicem dixerit ſe nolle dimittere, vel ſi hoc non fecerit infra tempus ſibi à jure aſſignatum, & allegat c. *Sicut, de cohabitat. Cleric. & mulier.* & hoc dictum ſatis videtur æquum, ſecundum
7 Jo. Andr. *num. 17.* Hodie hæc controverſia ſublata eſt per Extravag. Joann. XXII *Execrabilis*, *de præben.* ubi ſi ſecundum recipiens, primum, quo privatus eſt abſque moræ diſpendio verbo, & facto in manibus Ordinarij ſub teſtimonio publico non dimittat, privatus eſt etiam ſecundo. & inhabilis ad ſacros Ordines, & beneficia, ut ibi in §. *Querens*, ubi gloſ. exponit verba illa, *abſque moræ diſpendio*, id eſt, non expectata ſententia privatoria facti, vel litis conteſtatione, & ita de prædictis opinionibus non eſt curandum, ſecundum Jo. Andr. *hic num. 7. & d. num. 17. verſ. Hodie*, Henric. Boic. *col. 4. circa fin. verſ.* Hodie verò, Anchar. *in 4. not.* Cardin. *in ult. quæſt. nu. 9.* Imol. *num. 7.* & Abb. *num. 10.* Quod nota pro intellectu Concili Trident. *in d. c. 4. ſeſſ. 7.* in illis verbis, *ac ſimul retinere præſumpſerit.*

8 Tertiò nota ibi, *& aliis ſpolietur*, per retentioné primi, & ſecundi beneficii Curati in terminis hujus Conſtitutionis non induci privationem ſecundi ipſo jure, ſed requiritur privetur à Judice: ita enim intelligitur illud verbum *ſpolietur*, ſcilicet per ſententiam, ſecundum Innoc. *n. 2. in verb. Contenderit.*

Contrarium tamen videtur innuere Concilium Trid. in præalleg. *c. 4. ſeſſ. 7.* ubi cavetur ut retinés plura beneficia incompatibilia omnibus ipſo jure privatus exiſtat juxta diſpoſitionem Concilii Lateranen. de qua hic. Atque ita videtur ſupponere ex diſpoſitione hujus textus induci privationem utriuſque beneficij ipſo jure. Et quamvis addat verba illa, *etiam præſentis Canonis vigore.* Forte tamen hoc fecit, quia de jure poterat hoc in dubiú revocari propter illud verbum, *ſpolietur.* Unde ad majorem cautelam Concilium voluit inducere privationem etiam ſui Canonis authoritate; quaſi dicat, ſunt ipſo jure privati ex Concilio Lateranen. ſed nihilominus ſint privati etiam vigore hujus Canonis. Quidquid tamen ſit, hodie expeditum eſt, etiam ſecundum beneficium per retentionem ſimul cum primo vacare ipſo jure; & ſi non conſtitutionem Concilij Lateranen. certè opinionem Innocentij, & ſequacium eſſe correctam per Conſtitutionem *Execrabilis*, & Decretum d. *c. 4.* ut dictum eſt in præcedenti notab. *n. 7.*

9 Quarto nota ibi, *poſt receptionem alterius.* Primum beneficium Curatum non vacare ipſo jure per aſſecurationem alterius ſimilis, niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi: hoc enim importat illud verbum *receptionem*, ſcilicet corporalem, gl. hic in ver. Poſt receptionem, allegat c. *Si quis iam translatus, 21. q. 2.* & notata in c. *Cum in cunctis*, §. *Cum vero, ſupra de elect.* & in c. *Si qui Epiſcopi 42. diſt.* Idem Innoc. *hic num. 1. in ver. Sex menſes*, Hoſt. *num. 3. in ver. Receperit, & nu. 6. in ver. Receptionem*, Anchar. *nu. 5.* Imol. *num. 5.* & Abb. *num. 16.* quia receptio ſecundi cum effectu eſt accipienda, cap. *Relatum, de Cler. non reſid.* l. 1. ff. *quodquiſque iur.* Hodie hoc eſt expreſſum in c. *Licet Epiſcopus, de præben. lib. 6.* & in Extravag. *Execrabilis*, §. *Qui verò, eod. tit.*

10 Sed numquid hoc habeat locum ſi poſſeſſio ſecundi beneficii ſit litigioſa? Innoc. *hic n. 2. verſ. Sed ſi habet poſſeſſionem*, & latius *num. in 4. ver. Sex menſes*, tenet adhuc primum beneficium vacare ipſo jure, & poſſe ſtatim conferri, per d. c. *Si quis iam translatus, 21. q. 2.* & c. c. *Cum in cunctis*, §. *Cum verò, de elect.* Nec obſtat quod ſecunda proviſio, ex quo per ſententiam apparet invalida, non debeat tollere primam. Quoniam ut reſpondet Innoc. in culpa fuit, acceptando rem litigioſam, vel de hoc non bene diſquirendo, ut notatur in c. *Noſtra, ſupra de reſcript.* Sed ejus opinio corrigitur hodie in d. c. *Licet Epiſcopus, infra eod. lib. 6.* ubi patet primum beneficium curatum poſt aſſecutionem ſecundi ſimilis conferri non poſſe, niſi proviſus habuerit pacificam poſſeſſionem ſecundi, vel per eum ſteterit quominus haberet.
11 Quinimò ſecundum aliquos nec ſufficit poſſeſſio pacifica, niſi etiã habeat adminiſtrationem majoris partis rerum ſecundæ Eccleſiæ, arg. c. *fin. de reſtit. ſpoliat.* ut refert Innoc. *hic num. 2. verſ. Quidam etiam dicunt.* Hoſt. *num. 6.* & Jo. Andr. *n. 9.* Tunc uſiſe et liberum exercitium curæ, ut notat gloſ. in c. *Commiſſa, in verb. Pacificam, de elect. lib. 6.* & Cardin. *hic in §. Is quoque in 2. quæſt.*

Et ex hoc notabiliter infero, ut beneficia promoti ad Epiſcopatum in partibus infidelium minimé vacent, cùm per eũ non ſtet quominus poſſeſſionem Epiſcopatus aſſequatur; Staphil. *tit. de qualit. & ſtat. benefic. §. Huiuſmodi autem, num. 15.* Mandoſ. *reg. 26. Cancell. q. 4. num. 5.* Burſat. *conſ. 351.* Navarr. *conſ. 14. num. 3. de elect.* & alij apud Garz. *de benefic. par. 11. cap. 6. num. 24.*

12 Hæc regula, qua dictum eſt primum beneficium vacare ipſo jure adepta pacifica poſſeſſione ſecundi incompatibilis, ampliatur primo ut procedat etiamſi recipiens ſecundum beneficium adhuc ſit infra tempora promotionis ad Ordines, ad præſcriptũ c. *Licet canon de elect. lib. 6.* quia nihilominus vacat primum adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, nullo tempore prætextu ordinationis expectato, ut hic firmat Innoc. *num. 1. verſ. Melius credimus*, & Hoſt. *num. 2. in ver. Receptionem.*

Ampliatur ſecundò, ut procedat etiamſi obtinens primum beneficium vi occupet ſecundum, vel in eo ſe ſcienter intrudat: textus eſt in c. *Eum qui, infra eod. lib. 6.* & hic notat Butr. *num. 4.* & Cardin. *in 5. not.*

Ampliatur tertiò, ut procedat etiam in eo, qui habet primum beneficium de jure, ſed non de facto, ut quia erat ſpoliatus: adhuc enim per receptionem ſecundi vacat primum, ſecundum Innoc. cui conſentiunt Cardin. *num. 9. in 5. quæſt.* & Butr. *num. 17.*

13 Ampliatur quartò, ut locum habeat etiam in Religioſis habentibus Prioratus, vel Eccleſias curatas, ut cap. *Cum ſingula, infra eod. lib. 6.* Quod procedit etiam in Prioratibus manualibus, Clem. *Quia Regulares, cum ibi notata* in gloſſa *antepenult. de ſupplen. neglig. Prælator.* Cardin. *hic n. 4. in 1. q.* & Butr. *n. 13.*

Ampliatur quintò, ut locum habeat etiam in eo, qui obtinet plura curata ex diſpenſatione Apoſtolica: nam ſi pacificè aſſequatur aliud Curatum, vacabunt omnia priora, Clem. *Si plures, de præben.* Caveat igitur ne ultimi vicietur collatio, ut ibi notatur in gloſ. *antepenult.* per cap. *Ordinarij, in fin.*



*in fin. de offic. Ordinar. lib. 6.* Cardinal. *hic num. 2.*

Ampliatur ſextò, ut multò magis vendicet ſibi locum in eo, qui habet jus, ſeu expectativam ad dignitatem, vel beneficium Curatum: nam ſi pacificè aſſequatur aliud incompatibile cum primo, fortius extinguitur illud jus ad rem, quam hic extinguatur jus in re, hic eſt caſus in Clem. *Gratiæ*, & ibi omnes notant *de reſcript.*

Sed fallit eadem regula in Epiſcopatibus; non enim per promotionem ad Epiſcopatum, & adeptam poſſeſſionem vacant beneficia prius obtenta, niſi poſt ſex menſes præfixos ad munus conſecrationis ſuſcipiendum, c. *Cum in Cunctis*, §. *Cum vero, ſupra de elect.* gloſſa *hic in ver. Poſt receptionem*, & Innoc. *num. 1. verſ. Melius credimus*, reddens rationem diverſitatis, quia electus, & confirmatus in Epiſcopum, non eſt Epiſcopus niſi ſit conſecratus. Sed electus ad dignitatem inferiorem, puta Archidiaconatum, ſtatim atque eſt confirmatus, eſt verus Archidiaconus, & omnia quæ pertinent ad dignitatem exercere valet: nec poteſt contra eum excipi ut non ſit Archidiaconus, licet excipi poſſit ut non ordinetur; quia eſt criminoſus, arg. c. *Conſtitutus, ſupra de appellat.* Et dictum Innoc. ſequuntur, licet rationem impugnent, Hoſt. *num. 6. verſ. Hæc tamen ratio non placet*, & Jo. Andr. *n. 18.* Anchar. *in 2. oppoſ.* & Imol. *n. 16.* Ratio tamen Innocentij placet Abbati *n. 22.*

15 Item fallit ſupradicta Regula in quampluribus caſibus, in quibus primum beneficium incompatibile non vacat adepta poſſeſſione ſecundi, quos ponit Vincentius in cap. *Dudum, il 2. ſupra de elect.* & Jo. Andr. *hic n. 19.* Cardin. *in §. Is quoque q. 11.* Imol. *n. 20.* Abb. *n. 15.* & Jo. de Anan. *n. 5.*

16 Quinto nota, ibi, *liberè conferat*, poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi beneficij incompatibilis poſſe, ac debere Epiſcopum ſtatim conferre primum, etiam irrequiſito poſſeſſore; hoc enim importat verbum *liberè*, id eſt ſine monitione, ut hic per Jo. Andr. *num. 10. in verb. Liberè*, Henric. Boich *num. 19. verſ. Et nota quod dicit textus*, Butr. *num. 29.* Imola *num. 6.* Anchar. *in 5. not.* Cardin. *in §. Is quoque in 4. quæſt.* Abb. *num. 3.* & Jo. de Anan. *num. 8.* & eſt expreſſum in d. cap. *Licet Epiſcopus, infra eod. lib. 6.* Neque hoc eſt ſpeciale in caſu illo ex indulgentia hujus Decretalis; imo obtinet etiam in alijs caſibus, in quibus beneficium ipſo jure vacat, ut fusè probat Innoc.
17 *ſub num. 3. verſ. Quantum ad hoc.* In poſſeſſionem tamen illum, cui contulit, Epiſcopus non inducet, niſi poſſeſſore prius vocato, ut eſt caſus in d. c. *Licet Epiſcopus*, ſecundum Genſelin. & omnes; & hic notat Jo. Andr. *d. num. 10. in ver. Liberè*, & Imol. *d. num. 6.*

18 Sextò nota in verſ. *Si ultra ſex menſes conferre diſtulerit*; & ſigna duplicem pœnam, in quam incidit Epiſcopus ad quem collatio pertinet, ſi infra ſex menſes non conferat primum beneficium
19 vacans per receptionem ſecundi. Prima eſt, quia devolvitur jus conferendi ad proximum ſuperiorem. Secunda, quia tenetur tantundem ex ſuis proventibus aſſignare illi Eccleſiæ, cujus beneficium diſtulit conferre, quantum ex fructibus ipſius durante vacatione conſtiterit eſſe perceptum, ut in littera. Et dic conſtiterit, ſcilicet facta fide coram Judice per juramentum Rectoris Eccleſiæ, vel Syndici, cum hoc intereſſe ſurgat ex delicto, ut notatur in c. 1. *ſupra, quod met. cauſ.* ſecundum Hoſt.

*bic num. 7. in ver. Conſtiterit.* & Jo. Andr. *num. 12. in eod. ver.* Butr. *num. 21.* & Cardin. *in §. Is quoque,*
20 *in ult. quæſt.* Quod ſi Epiſcopus proprios proventus non habeat, aliter puniatur arbitrio Judicis, c. *Illud 15. quæſt. 1.* cap. *Si vero, 14. q. 6.* & c. *Statuimus, infra de Maledict.* Hoſt. *d. num. 7.* & hoc non ſolum propter negligentiam, ſed etiam propter delictum, quo deprehenditur, quia differendo collationé, præſumitur favere detinenti, & vitium ejus palliare, ſecundum Hoſt. *d. num. 7. in ver. Cogatur.* Jo. Andr. *num. 11. in eod. ver.* & Cardin. *in*
21 *§. Is quoque, num. 1.* Prædicti autem ſex menſes computari debent à die, quo Epiſcopus ſcivit eum recepiſſe ſecundum beneficium, & illius poſſeſſionem pacificam habuiſſe, c. *Quia diverſitatem, infr. de conceſſ. præben.* ſecundum Innoc. *hic num. 4. in ver. Sex menſes*, Hoſt. *num. 6. in eod. ver. & in ver. Diſtulerit*, & Jo. Andr. *num. 10. in ver. Sex menſes, & num. 11.* Anchar. *num. 5.* Butr. *num. 19.* Cardin. *in §. Is quoque, in 4. & 5. quæſt.*

22 Septimò nota ibi, *hoc idem in Perſonatibus*, hanc Conſtitutionem, & illius pœnam habere locum non tantùm in beneficijs curam animarum habẽtibus, ſed etiam in Perſonatibus diverſarũ Eccleſiarum non curatis, ſecundum opinionem Hoſt. *num. 7. in verb.* Hoc idem, qui ita intelligit hanc litteram, ductus hoc fundaméto, quia cum textus in principio generaliter diſpoſuerit de beneficijs curam animarum habentibus, in diſpoſitione illa utique erant comprehenſi etiam perſonatus curati. Unde ſupervacaneum fuiſſet poſtea decernere idem eſſe obſervandum in perſonatibus curatis, & conſequenter ille verſiculus. Hoc idem, intelligi debet de perſonatibus curam animarum non habentibus, cum de curatis jam hoc ſtatutum fuiſſet. Idem tenet gloſſa *hic in ver. Eccleſia.* Dum dicit idem eſſe judicium de perſonatibus curatis, & non curatis, & Cardin. *in §. Hoc idem, in 1. quæſt.* Imol. *num. 8.* Abb. *num. 4.* & Jo. de Anan. *nu. 19.* Verum Innocentius *num. 4. in ver. Hoc idem* tenet contrarium, ſentiens hanc litteram eſſe intelligendam de perſonatibus curatis, ut ſic verba illa, *curam animarum habens annexam*, quæ habentur in principio text. qualificent etiam perſonatus, de quibus agitur infra *in eod. verſ. Hoc idem*; quaſi dicat, quod ſtatutum eſt, in genere de beneficijs habentibus curam animarum, ut ipſo jure vacet primum recepto ſecundo ſimili, idem in ſpecie ſtatuimus in perſonatibus diverſarum Eccleſiarum ſimiliter curam animarum habentibus. Et hic intellectus magis conſonat litteræ; quia ſtatim additur in eadem Eccleſia plures dignitates, vel perſonatus haberi non poſſint etiamſi curam non habeant animarum, ut in verſ. *Adjicientes.* Ergo præcedens diſpoſitio intelligi debet de perſonatibus diverſarum Eccleſiarum, qui curam animarum habent annexam; alioquin textus nihil adderet: nam prohibita pluralitate perſonatuum in diverſis Eccleſijs multò magis intelligebatur prohibita pluralitas in eadem Eccleſia, ſecundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap.
23 *Litteras, infra de conceſſ. præben.* Unde videmus diſpenſatum ad plures dignitates non cenſeri diſpenſatum ad plures dignitates in eadem Eccleſia, niſi hoc exprimatur, ut poſt Aegidium hic tenet Jo. Andr. *num. 13.* Anchar. *nu. 7.* Imol. *n. 8.* & communiter Doctores, ut Abbas teſtatur *n. 4.* Quinimo magis abhorrent jura, ut quis habeat duas

Præbendas in una Eccleſia, quàm duo beneficia Curata in diverſis Eccleſijs, ut probat gloſſa ultima in Clem. *fin. de Præbend.* & cum opinione Innoc. videtur tranſire Joan. Andr. *num. 12.*

24 Fatetur tamen Innoc. plures perſonatus non curatos etiam in diverſis Eccleſijs obtineri non poſſe, & abſque diſpenſatione retineri, licet Epiſcopus poſſit ſuper hoc diſpenſare. Nec obſtat c. *Dudum, il ſecondo, ſupra de elect.* quia non dicit non poſſe diſpenſari, ſed peccare eum, qui tenet plures perſonatus non curatos abſque diſpenſatione; vel ibi eſt allegatio ſecundum Innoc. & Joan. Andr. *ubi ſupra.* Contrarium firmat Cardin. hic in §. *Hoc idem in 3. quæſt.*

25 Tu dic has controverſias hodie terminatas eſſe; quia pœna hujus cap. ampliata eſt à Concil. Trid. in *cap. 4. ſeſſ. 7.* ad beneficia ex quovis capite incompatibilia, ut dixi ſupra *in 1. not. n. 3.* Plures autem perſonatus etiam non curati, & in diverſis Eccleſijs, eſto non comprehendantur in hac Conſtitutione; tamen nemo negat quin ſint incompatibiles, quia de hoc ſunt jura clara in *c. Ad hæc ſupra eodem,* in cap. *Quia nonnulli, de cler. non reſid.* & in cap. 1. *de conſuetud. lib. 6.* cum ſuis concord. Præſertim ſi ſint in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs, quia tunc perſonalem reſidentiam requirunt ex Concilio Tridentino *cap. 12. ſeſſ. 24.* Ac proinde ſunt incompatibiles, etiam ex capite reſidentiæ, tam de jure communi, ut per Cardin. *conſ. 3.* incip. *Circa elucidationem,* & Abb. in cap. *Cum jamdudum, num. 7. verſ. Circa primum, ſupra eodem*; quam ex alio ipſius Concilij decreto, nempe ex *cap. 17. ſeſſ. 24.* & per conſequens primus perſonatus vacat ipſo jure per aſſecutionem pacificam ſecundi, & per retentionem amborum vacat utrumque ex d. *cap. 4. ſeſſ. 7.* & ita decidit Rota *deciſ. 497. num. 1. part. 1. Recent.* Unde corrigitur prædicta opinio Innocentij, & approbatur opinio Hoſtienſis. Nec Epiſcopus contra decretum illud Conciliare diſpenſare poteſt, ut dixi in prædicta Decretali *Cum jamdudum, in 2. quæſt.* Quod eſt ſecundum opinionem Cardinalis *in d. §. Hoc idem, in 3. quæſt.*

26 Octavò nota in verſ. Addentes, textum expreſſum, quod plures dignitates, vel perſonatus in eadem Eccleſia haberi non poſſunt, licet curam non habeant animarum, ut in litera, & notat Butr.
27 *num. 6.* & Anchar. *num. 7.* Textus tamen nihil repetit de pœna; unde Joan. tenet recipientem ſecundam dignitatem non curatam in eadem Eccleſia non perdere primam ipſo jure, arg. l. *Interpretatione, ff. de pœn.* Sed oppoſitum cenſet Tancred. quia idem juris eſt de Dignitatibus, ſeu Perſonatibus, & Parochialibus, ut cap. *Dudum, il ſecondo, de elect.* Et quod præmiſſum eſt, multoties intelligitur repetitum, l. *Titia, §. 1. ff. de verb. obligat.* & cap. *Apoſtolus, 32. quæſt. 7.* Quod verius eſt ſecundum Hoſtien. & Cardin. in §. *Hoc idem*
28 *in 2. quæſt.* & Butr. *num. 35.* Sed hodie ſublata eſt hæc dubitatio, quia, ut dixi in præcedenti notab. in fin. ex decreto Concilij Tridentini *cap. 4. ſeſſ. 7.* pœna hujus conſtitutionis extenditur ad omnia beneficia qualitercumque incompatibilia, & ſic ad Dignitates non curatas in eadem Eccleſia, quæ abſque dubio ſunt incompatibiles, ut hic patet in eodem verſ. *Addentes,* & in cap. *Ad hæc ſupra eodem,* ubi eſt caſus.

29 Nonò nota ibi, *Dignitates, aut Perſonatus.* Aliud eſſe Dignitatem, aliud Perſonatum, ut ex hac litera colligit Joan. Andr. *num. 13.* & concordat alia jura per eum allegata. De hoc ſcripſi plenè in d. c. *Ad hæc ſupra eodem.* Dic ut ibi.

30 Ultimò nota ibi, *Circa ſublimes, & litteratas perſonas,* Sedem apoſtolicam poſſe diſpenſare propter prærogativam perſonarum ad plures dignitates, & beneficia etiam curam animarum habentia, ut hic eſt expreſſum, & fusè comprobat, & ab objectis tuetur Joan. Andr. *num. 14.* & copula *&* reſolvitur in disjunctivam, licèt, ſecundum eum *num. 13. in fin.* in hoc inſtandum non
31 ſit, cum agatur de poteſtate Papæ. Solet autem in hujuſmodi diſpenſatione, ut idem refert *nu. 14.* dari talis forma, videlicet, (Apoſtolicæ Sedis benignitas ſic meritæ perſonarum provida deliberatione diſcernit, ut eos, qui litterarum ſcientia, morum, ac generis nobilitate præcellunt, favoris gratia efferat amplioris, & majoribus ſtudeat beneficijs honorare, quia nō indignè tunc uni, quod ſufficeret pluribus, ſpeciali proviſione conceditur, cum circa dona virtutum ſolus obtinere dignoſcitur, quod diviſum in pluribus invenitur. Hinc eſt, &c.) Adverte tamen, quia tex. non dicit ſimpliciter diſpenſandum cum ſublimibus, & litteratis; ſed addit verba illa, *cum ratio poſtulaverit,* ut obſervant Joan. Andr. *d. n. 14.* & Cardin. in §. *Circa, num. 5.* per hoc innuens in diſpenſatione ad plura beneficia curam animarum habentia principale objectum eſſe debere bonum publicum ſpirituale, ut fusè probavi in cap. *Dudum, il ſecondo, à num. 20. ſupra de elect.*

32 In gloſſa finali nota ad plura curata ob prærogativam perſonarum Epiſcopos non poſſe diſpēſare, ut gloſſa firmat. Nam cum textus dicat, per Sedem Apoſtolicam diſpenſari poſſe, per hoc innuit hanc facultatem inferioribus non competere;
33 & quamvis Petr. de Samps. Abb. Antiq. Hoſt. *hic num. 13. in ver. Honoranda,* & fuſius *num. 14. & ſeq.* & Abb. Siculus *num. 19.* diſtinguat triplicem cauſam, quæ diſpenſationem inducit, videlicet urgentem Eccleſiarum neceſſitatem, evidentem utilitatem, & prærogativam perſonæ, & in tertio tantum caſu diſpenſationem eſſe Sedi Apoſtolicæ reſervatam, & correctum eſſe c. *Sanctorum 70. diſt.* In primo autem, & ſecundo caſu etiam Epiſcopos poſſe diſpenſare juxta tex. in d. cap. *Sanctorum.* Tamen contrariam opinionem ſervat Curia, ut idemmet Hoſt. fatetur; Joan. Andr. *n. 21. verſ. Fatentur,* Imol. *num. 28.* & Anchar. *in 3. oppoſ.* Adeo ut etiam Legatus de latere cenſeatur excluſus, prout ſervari atteſtantur Joan. Andr. & Anchar. Et eſt verior, & communior ſententia, ut ſcripſi plenè in d. cap. *Dudum il ſecondo, à num. 14. de elect.* Rurſus & ſi Abbas in cap. *Extirpandæ, §. Qui verò num. 38. verſ. Et pro tanto, ſupra eodem* diſtinguat inter diſpenſationem, quæ fit principaliter ob utilitatem Eccleſiæ, ſecundariò autem ob prærogativam perſonæ; & inter illam, quæ fit principaliter ob prærogativam perſonæ, ſecundariò autem ob utilitatem Eccleſiæ; ut in primo caſu Epiſcopi diſpenſare valeant, non autem in ſecundo: Hanc tamen diſtinctionem latiſſimè confutavi in prædicta Decretali *Dudum, à num. 20. uſque in fin.*

34 QUÆRO, Utrum beneficia habitu tantum curata debeant regulari, & conferri ut curata, an verò ut ſimplicia, & ſignanter an comprehendantur in



hac Conſtitutione Concilij Generalis.

Ad partem affirmativam inducitur 1. textus in l. *Veramen, ff. de ſervit. urban. prædior.* ubi dicitur: Licet aqua cadens de cælo non cadat aſſiduè, quia tamen eſt apta cadere, exiſtimatur perpetuò cadere.
35 Ac idem quod notatur per Jo. Andr. in c. *Per venerabilem, num. [illegible] Qui filij ſint legitimi,* ubi ait: (Si [illegible] delegatur uni Epiſcopo, & unus habet habitu Epiſcopatum, alius habet exercitium; & poſſeſſionem, ille erit judex, qui habet habitu Epiſcopatum.)

36 Secundò, Ad hoc ut Eccleſia cenſeatur Parochialis, non attenditur exiſtentia actus, ſed authoritas ſuperioris, qui eam conſtituit Parochialem, c. *Nullus omnino, 16. quæſt. 7.* & hic notat Jo. Calder.
37 Sic etiam Epiſcopus nullius Eccleſiæ dicitur, c. 2. *de tranſlat. Epiſcop.* Et ideo ſi homines reverterentur ad [illegible] non eſſet opus auctoritate ſuperioris, ut efficeretur Parochialis, ſed potentia reducta ad actum reponit eam in primo ſtatu. l. *Si unus, §. Pactus ne peteret,* ibi, *in priſtinam naturam recidit, ff. de pact.* Et ita ſcripſit Bald. in l. *Conſtitutiones, col. 2. num. 18. verſ. Tertiò quia, ſunt* [illegible] *C. de Summa Trinit.*

Tertiò, Ex varietate facti non debet immutari jus curæ, quod non dependet à facto, ſed ab ipſo ſuperiore tribuente tale jus d. c. *Nullus 16. q. 7.* Et quamvis Rector de facto non exerceat curam, tamen dicitur habere jus curæ, & quacunque hora Parochiani reverterentur, poſſet eam curam exercere, & quaſi jure poſtliminij ſtatum ſuum recuperaret, [illegible] quo de illo aliter non eſt actum, c. *In prima actione 16. q. 3.* ad hoc c. *Quia diligentia, de elect. lib. 6.* & c. *Aliorum, 35. diſt.* alioquin ſi ponderaretur exercitium, ſequeretur ut tempore nocturno, vel etiam diurno quando de facto cura non exercetur, deſineret Eccleſia eſſe curata, quod eſſet abſurdum; & ita per hanc rationem concludit Calder. hic in 3. *quæſt.* & in [illegible] *21. quæſt.* [illegible]

Quartò, Diſpoſitio hujus cap. habet locū etiam in acceptatione beneficij habitu tantum curati, ut hic [illegible] Abb. Antiq. Jo. de Fagnan. & Calderin. cum quibus reſid. in Petr. de Anchar. in 2. not. & Jo. de Imol. n. 33. *verſ. Tangit.* Jo. Andr. & dicit eſſe verius Cardin. *in 3. quæſt.* ut ſcilicet Eccleſia ſine culpa perdat jura ſua, quod regulariter non contingit, c. *Sine culpa de reg. jur. lib. 6.* & idem videtur velle Speculator *de legat. §. Diſcendum eſt,* [illegible] *verſ. Sed quia.* Et facit quod not. gloſ. & Doctores in cap. *Statutum, in fin. de reſcr. lib. 6.* & Thom. Fachol. *dub. 25.* incipien. *Aliud ſi* [illegible]. Cæterum his non obſtantibus videtur verior contraria opinio.

38 Primò, per Gloſſam ordin. in proprijs terminis in cap. *Licet Canon. in ver. Parochialis, ad fin. de elect. lib. 6.* quæ decidit illum textum, quo ſtricta collatio Eccleſiæ Parochialis facta minori viginti quinque annis non habere locum in Eccleſijs, quæ olim habuerunt Parochianos, ſed nunc habere deſierunt; quia deficientibus perſonis, deficit eſſe collegium, ut ibi per eam. Idem tenet ibi Jo. Monach. n. 2. & ſuis Jo. de Imol. Et quamvis hic Doctor [illegible] reaſſumat longam diſtinctionem Butrij in proœm. *Clementinarum,* ad ſciendum quando ſufficiat aliquid eſſe habitu tantum; tamen ſi accuratè expendantur membra diſtinctionis, manifeſtè approbat gloſſam ibi, *& ſequenter caſum noſtrum.* Nam in verſ. *Tertio caſu,* dicit: Ubi actus deficit in re, & non in ſpe: tunc ſufficit habitus, ut procedat quod dictum eſt in d. cap. *De multa,* in quo tamen communis opinio eſt in contrarium, ut ibi dicam. Sed ad propoſitum noſtrum ſubdit paulo poſt: Hoc eſt verum niſi exprimat verba notantia actum, & ita poteſt procedere gloſſa ibi, quia textus requirit qualitatem ætatis, & Sacerdotij, ut curam gregis gerat; ſed ubi non eſt actus, & facultas exercendi Curam, ceſſat illa Conſtitutio, & ita etiam dicit tenere Paulum in Clem. 1. *de offic. Vicar.*

Secundò, adducitur quod notat Butr. *hic n. 9.* ubi dicit communem opinionem eſſe quod hic textus non procedat in Curatis habitu tantum; quia jura in hac materia ponderant periculum animarum, quod ceſſat in carentibus exercitio Curæ. Si igitur teſte tanto Canoniſta hæc eſt communis opinio; ergo & ſequenda, cap. *In Canonibus 19. diſt.* Jo. Andr. & alij in cap. 1. *De conſtitut.* cum concord. Et communem eſſe patet, quia illam tenent Hoſtien. Butr. & Imol. in c. *Quia nonnulli, de Cler. non reſident.* & Imol. poſt Paul. in Clem. 1. in 5. *col. de offic. Vicar.* & Feder. de Sen. *conſ. 80.* incipien. *Falſum eſt tale adſe.* de quo meminit Card. *hic num. 3. in verſ. Tertiò quæro.* Idem Marian. Socin. *col. 92.* dicens: Ratio prohibitionis, c. *De multa,* fuit actuale exercitium, & per conſequens deſerviendi utrique Eccleſiæ. Quæ ratio ceſſat in Eccleſia Curata habitu tantum. Unde Clem. 1. *de offic. Vicar.* loquitur de habentibus actu; & cum hæc conſtitutio ſit pœnalis, non eſt extendenda, ut latiùs per eum. Et idem tenent alij quam plurimi, quos citavi in cap. *Extirpandæ, §. Qui verò num. 42. ſupr. eod.*

39 Tertiò, Adducitur quod notat Bald. in l. *Si mater, C. de [illegible] defunctor.* ubi arg. illius gloſſæ quando beneficium fuit aliquando Curatum, poſtea verò fuit rectum ſine Cura, ut ipſe ait, habetur pro non curato; quia præſens ultimus ſtatus attenditur, per l. *Mela, §. Sed ſi alimenta, ff. de alimen. & cibar. legat.* ubi relictis alimentis conſuetis, ſi diverſimodè præſtita fuerint, attenditur ultimus ſtylus temporis mortis teſtatoris. Ad idē
40 quod notat Rota *in Antiq. ſub tit. de præbend. deciſ. 29.* ubi dicit, ſatis eſſe probare ultimum ſtatum beneficij, ut concludatur in materia, c. *Cum de beneficio, de præben. lib. 6.* Unde ſufficit probare, ut in decem proximis annis beneficium fuerit rectum per ſeculares Clericos, niſi contrarium
41 probetur. Ad idem quod notat Rota *de Præben. deciſ. 60. in Antiq.* dicens, Si impetretur gratia ad Curatum, venit illud, quod tempore vacationis eſt Curatum, licet antea eſſet ſimplex: & in conſideranda taxa inſpicitur tempus præſens, nō præteritum; inducit notata per gloſ. & DD. in Clem. *fin. de reſcript.* & alia plura, quæ faciunt ad propoſitum. Ad idem ſolemnis diſputatio Calder. quæ incipit, *Impetravit Clericus,* ubi concludit, inſpiciendum eſſe præſentem ſtatum beneficij ut cognoſcatur an cadat ſub gratia. De quo meminit Anchar. *in repet. Clem. 1. in 18. col. num. 85.*
42 *verſ. Quid ergo ſi mutetur, de conceſſ. præben.* Nec obſtat cap. *Si eo tempore de reſcript. lib. 6.* quia ibi impetrans erat inhabilis, & ſic cum gratia fuerit ſubreptitia, & per conſequens nulla, ex ſupervenienti cauſa confirmari nō potuit, per regulam ſexti, non firmatur; nam in conſideranda habilita-

te, vel inhabilitate impetrantis attendimus tempus quo petit, cap. Dudum, 2. de præb. cum gloſ. in verſ. ultimum tempore, de elect. ſecundum Rotam ſupra, & poſt Oldrad. optimè Declarat Joan. de Imol. in Clem. fin. in penult. col. de reſcript.

Quartò, affertur deciſio Anchar. in c. 1. ſub n. 4. verſ. Item nota, de conſuet. lib. 6. ubi firmat, quod ſi unum beneficium denominatur Plebs, non ratione habitæ Parochianorum, vel Collegium, licet habeat Capellas ſub ſe, & fructus Plebaniæ, non dicitur Dignitas ad hoc ut impediat habere aliud Curatum; & refert ita conſuluiſſe Feder. de Senis conſ. 80. incip. Caſus tale eſt, Legatus Sedis,
43 & idem tenet Ægidius Bellam. in d. c. Licet Canon. in 5. col. verſ. Item quæritur, ubi per tres columnas ſolemniter hinc inde arguens concludit jura loquentia de Beneficio Curato non habere locum in beneficio habente curã habitu tantum, non actu, niſi ſit ſpes ut Parochiani de proximo revertantur quod ſibi [illegible] in Clem. [illegible] col. de offic. [illegible] addens aliam limitationem, videlicet niſi Parochia habeat territorium, & diſtinguatur per limites, infra quos cõſueverint homines habitare; quia licet hodie non habitent, eſt Curata niſi homines receſſiſſent, & haberent ani-
44 mum redeundi, & eſſet ſpes de reditu eorum. Ita Jo. de Anan. in c. num. 4. dicens hanc quæſtionem decidi per gloſſam in l. Uſufructus, ff. Quibus mod. uſusfructus amittitur, quia ſi Parochiani receſſerunt animo redeundi, habet locum hoc cap. Per l. Nihil. ff. de capt. non enim dicitur receſſiſſe qui animum redeundi habere; alias ſecus facit, quod notat Bald. in proœmio Decretalium, dicens Eccleſiam non dici Curatam, quando non eſt ſpes reparationis, licet olim fuerit Curata. Secus ſi eſt ſpes reparationis. Confert etiam quod notat idem Bald. in l. Non aliter, n. 5. verſ. In contrarium, ff. de legat. [illegible] in Eccleſiam Collegiatam non dici hodie Collegiatam ſi per defectum ſinem deſiit eſſe talis. Idem Francus in d. c. Licet canon. in 2. col. [illegible] indiſtincte cum gloſ. 1. in caſu illius cap. Non ſufficere habitum ſine actu. Idem Anchar. in 11. col. licet nihil firmet; ſicut nec Jo. Andr. tamen Anchar. ait pro opinione prædicta [illegible] urgere hanc rationem, quia textus dicit, ut cui cura animarum credita erat, quæ verba non applicantur niſi Curato actu. Cum prædictis eſt Abb. hic in fin. quia in pœnalibus verba debent capi cum effectu; & ſic mentio de Curato intelligitur de Curato actu. Et quamvis Gemin. in
45 proœm. Decretalium in 11 col. dicat, ubi in diſpoſitione apponuntur verba, quæ denotant actũ non ſufficere habitum, allegando gloſ. in d. c. Licet Canon. & ſic videatur tranſire cum prædictis, licet in ſua magiſtrali diſtinctione, quam ponit in c. Licet Canon. non videatur decernere aliquid in propoſito; tamen in illa diſtinctione in verſ. Quotas [illegible] expreſſe approbat gloſſam ibi, quia textus [illegible] canon animarum [illegible] & ſic videtur gratia expectativa ad beneficia ſimplicia comprehendere ea, quæ habent curam animarum ſolo habitu ſine Parochia habente limites, & ſine probabili ſpe reverſionis incolarum. Et per hoc facit doctrina Lapi, quam ſequitur idem Ge-
46 min. in c. Deliberatione, in fin. de offic. deleg. lib. 6. quod licet in diſpoſitione juris facta mentione alicujus ſubjecti ſufficiat ut illud ſubjectũ habeat qualitates ſuas habitu tantum, tamen ſecundum cum in diſpoſitione hominis, quæ ſtrictè interpretatur ad hoc, ut aliquid comprehendatur ſub ea, requiritur ut habeat qualitates ſuas habitu, & actu. Et ideo Legatus habens facultates reſervandi Collegiatas, non reſervat Collegiatas habitu, & non actu, ſecundum eos; ſic in propoſito habens expectativam ad ſimplicia, intelligitur ex clauſa contrario ſenſu Curatis habitu, & non actu. Unde de habente curam, habitu tantum conceditur gratiam non cogitavit; quia facta a contrario ſolu mentione quaſi expreſſi Curati, intelligitur de Curatis actu. Atque ita ſolus habitus Curæ non excludit eum quin in gratia ſua comprehendatur, ex quo in diſpoſitione hominis requiritur habitus, & actus. Inducitur etiam deciſio Baldi circa l. Sed & milites, §. fin. ff. de excuſat. tutor. ubi ſcripſit non dari Parochialem Eccleſiam, niſi habeat populum actu, & exercitio. Similiter dicit idem Bald. in l. [illegible], §. fin. ff. de excuſat. tutor. non dari Eccleſiam Curatam, quæ habet curam nomine, & habitu, ſed non re. Sentit idem Imol. in Clem. In plerique in 1. col. verſ. Ulterius quæro. de elect. volens, ut ſi homines receſſerint animo non revertendi, Eccleſia deſinat eſſe Parochialis, facit l. Si uſuſfruct. ff. quibus mod. uſusfruct. amittat. ubi ſi civitas cui legatur uſusfructus, eſt paſſa aratrum, non eſt amplius civitas, nec debetur legatum.

Ad primam oppoſitionem d. l. Foramen reſpondet Hoſtien. ſic procedere in cauſa naturali. At nos verſamur in cauſa accidentali, ſicut eſt habere, & non habere Parochianos, quod venit ex accidenti. Eodem modo reſpondent in d. c. Licet canon. de elect. lib. 6. Jo. Monach. n. 2. & Jo. Andr. num. & in gloſ. Sed nunquid.

Ad ſecundum reſpondetur per defectum hominum non extingui habitum Curæ, quia ab ipſis non fuit creatus, ſed tamen extingui actum, quod ſufficit ut beneficia non veniant appellatione Curati.

47 Ad tertium datur eadem reſponſio. Non obſtat allegatum Cardinalis, quia actus momentanei quibus non exercetur cura, non faciunt, ut Rector dicatur continuè habere curam, & indeſinenter; quia ſufficit habere temporibus congruis, licet cum interpellatione, ut ſunt plurimæ gloſſæ in Decretalibus allegatis per Butr. in proœm. Decretal. 4. Rex Pacificus, adde [illegible] ibi per DD. Lutovic. Romanum, & alios in l. 1. ff. ſolut. matr. Sed hic non eſt interpellatio momentanea, ſed totalis extinctio quoad omnes actus, licet poſſibile ſit, ut aliquando reviviſcat exercitium; & tunc erit Curata habitu, & actu, non autem nunc.

Ad hanc quæſtionem vide quod ſcripſi in c. Extirpanda, §. Qui vero, ſupra eodem, in hoc ipſo articulo, an Paroch. habitu tantum Curata [illegible] beneficium ſimplex an verò retineat primævam naturam Parochialis quoad reſidentiam, & incompatibilitatem, à num. 40. uſque in fin. Et vide diſtinctionem, quam ad conciliandas opiniones ibi poſui, num. 45. ſecundum ſtylum Cancellariæ, & decretum Gregorij XIII.

48 2. QUÆRO. An præſumpta diſpenſatio, in qua fundatur regula de Triennali, locum habeat contra decreta Concilij Trid. cap. 4. ſeſſ. 7. c. 17. ſeſſ. 24. Et cap. 15. ſeſſ. 25. itaut poſſidentes beneficia contra diſpoſitionem dictorum Decretorum ex tali præſumpta diſpenſatione quam poſſeſſionem tueri valeant.

Re-



Reſpondendum videtur nec præſumptam diſpenſationem locum habere, nec tali poſſeſſione quem tueri ſe poſſe.

Primò, quia præſumpta illa diſpenſatio ſuper pluralitate Beneficiorum deducta ex pacifica triennali poſſeſſione provenit ab allegatione diſpẽſationis ex illo triennio inductæ, quæ præſcriptio dat præſumptivè titulum coloratum, ſicut alias, decennalis poſſeſſio eundem operatur effectum allegata, licet non probata aliqua cauſa ad colorandum titulum, ut per Cardinalem in c. Cum noſtris, de conceſſ. præben. Pelin. in c. Sicut, num. 21. de re judic. & in c. Licet Heli. de Simon. At Concilium expreſsè tollit quoſcunq; titulos cujuſcunque nominis exiſtant, ut uniones ad vitam, & Commendas, alioque contra formam hujus cap. obtentos; ut in c. 4. ſeſſ. 7. quod verbum quoſcunque, nullam reſtrictionem patitur, & nihil excludit, c. Solitæ, in fin. in ver. Quodcumque ſignaveris, de major. & obedien. Alciat. conſ. 30. num. 3. Mandoſ. ad Roman. conſ. 31. num. 2. & ſeq. Ergo & hic titulus præſumptivus ſublatus cenſebitur.

Deinde hæc præſumtio diſpenſationis oritur ex alia præſumptione viſitationis Epiſcopi; nempe quod non præſumatur Epiſcopus viſitando Diœceſim permiſiſſe quem tot beneficia ſine diſpenſatione retinere ad cap. Ordinarij, de offic. Ordinar. lib. 6. & notat Abb. in c. Illud, num. 8. de præſumpt. & Rot. deciſ. 255. num. 4. part. 7. Recent. Et tamen certum eſt de jure non admitti præſumptiones ex alia præſumptione, ſeu quod duo ſpecialia ſimul concurrant, l. fin. C. de dot. promiſ. cum vulgar. de communi. Caſtill. conſ. 4. num. 14. in fin.

Tertiò, Canon Concilii Tridentini dum innovat hanc Conſtitutionem, utique à prohibitione, & regula excipit ſublimes, & litteratos in c. Exceptos, cum quibus ſolum per Sedem Apoſtolicam, vel ſummum Pontificem diſpenſatur, ut hic not. gloſſ. & DD. & dictum eſt, ſupra num. 32. Ergo cæteros caſus omnes, & formas ſub regula includit, vulg. l. Nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pœna legat. Idque ea præcipuè ratione, quia tenentes Excerabilem defendi per dictam regulam de triennali eo quod præſumatur titulus, & diſpenſatio, (etſi inter Scribentes valde dubia controverſia exiſtat) principaliter fundant eorum ſententiam, eo quia regula de triennali ſolùm excipit duos caſus, ſimoniaci, & intruſi, neque alios; & Excerabilem includit, & per Ludov. Gomez. in d. reg. de Triennali, quæſt. 10. nu. 11. & 12. & ſeq. Ergo pari jure Concilium Tridentinum cum approbet unicam formam hujus Decretalis in odium definientium, & impetrantium plura beneficia, hunc titulum diſpenſationis præſumptæ ſine dubio ſuſtuliſſe arbitrabimur.

49 Quartò, tolluntur ex verbis expreſſis diſpenſationes quæcunq; in d. c. 17. & c. 15. Si igitur tolluntur diſpenſationes veræ, & propriæ à Papa impetratæ, & denuò impetrandæ, quanto magis hæ fictæ, & præſumptæ ſublatæ erunt, c. Ex parte, il 3. de
50 decim. Quippe præſumptio, ſeu fictio non debet eſſe majoris efficaciæ, imo minoris, quam veritas, & naturalis actus, Bald. in l. 1. 4. nu. 2. C. ad Vellejan. nec tacitum majoris virtutis, quam expreſſum, c. Conſtitutionem, de reg. lib. 6. & reg. expreſſa nocent.

51 Demum propoſito ſupraſcripto dubio, die 28 Januarij 1587. S. Congregatio Concilij cenſ. non habere locum contra citata Trid. Concilij Decreta; qua deciſione ad Sanctiſſimum relata, Sanctitas ſua reſpondit rectè Congregationem cenſuiſſe, atq; ita exequendum eſſe. Ratio deciſionis ea potiſſimum fuit, quia cum Papa hodie non conſueverit diſpenſare in inſolitis, non eſt præſumenda diſpenſatio. Put. deciſ. 193. lib. 3.

52 3. QUÆRO, an poſſeſſor plurium beneficiorum incompatibilium poſſit ſe tueri regula de Annali contra eum, qui contenta in 2. parte illius non adimplevit.

Jam S. Congregatio Concilij declaravit præſumptam diſpenſationem, in qua fundatur regula de Triennali, non habere locum contra Decreta Concilii Tridentini, c. 4. ſeſſ. 7. c. 17. ſeſſ. 24. & c. 15. ſeſſ. 25. nec poſſidentes beneficia contra diſpoſitionem dictorum Decretorum ex tali præſumpta diſpenſatione ſuam poſſeſſionem tueri poſſe, ut proximè dictum eſt. Nunc poſita hujuſmodi deciſione quæritur an ſaltem tueri ſe poſſint regula de Annali.

53 Videtur reſpondendum, poſſe; nam regula de Annali non adverſatur Decretis Tridentini Concil. prohibentibus pluralitatem beneficiorum, nec fovet obtinentem incompatibilia, quemadmodum illa de Triennali.

54 Primò, quia regula de Triennali inducta eſt in favorem poſſeſſoris; regula autem de Annali in odium impetrantium, & exquirentium lites, ut habetur in principio regulæ, & conſiderat Sarnen. ſuper ead. regula, quæſt. 52. verſ. Pro qua opinione. Quint. Mand. ibid. quæſt. 3. num. 2. & eſt deciſio Caſſadori 14. ſuper regulis, num. 2.

55 Secundo, quia regula de Triennali tribuit robur juri invalido, Sarnen. in regula de Triennali in
56 princ. verſ. Nec mirandum. Et ita ſi tueretur poſſidentem incompatibilia, validaret jus nullum, & à Concilio improbatum. At regula de Annali non reddit validum jus illius, qui poſſidet, nec ei quidquid tribuit, ſed tantum adimit impetranti propter ejus negligentiam.

57 Tertio, regula de Triennali tuetur poſſeſſorem quoad omnes, ut habetur in regula ibi: Super be-
58 neficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeant. Et propterea ſtilla uti poſſet poſſeſſor triennalis incõpatibilium, non daretur caſus ut poſſidens incõpatibilia per triennium contra Decreta Concilij, cogi poſſet ad ea dimittenda. At regula de Annali non excludit omnes, ſed eum tantum, qui cõtenta in regula non implevit. Et ideo quamvis talis impetrans repellatur, non propterea obtinens incompatibilia eſt tutus, cùm poſſit ab alio impetrante, qui ſervet requiſita in regula ſpoliari beneficio, & amoveri à poſſeſſione, ut per Sarnen.
59 d. q. 52. verſ. Prima eſt. Et in terminis ferè noſtris poſſeſſorem Excerabilis uti poſſe beneficio regulæ de Annali tenuit Rota relata per Sarnen. in regula quæſt. 54. in fine, & quæſt. 52. §. Pro qua opinione, in fin. ubi ſubdit ejuſdem deciſionis mentionem habere etiam Caſſadorum.

# DE PRÆBENDIS.
## Cap. Grave.

S U M M A R I U M.

1 Beneficia indignis conferentes poſt ſecundam correctionem ſuſpenduntur, per Concilium Pro-



N 3

vin-

*vinciali à beneficiorum collatione.*
2 *Et illam ſuſpenſionem relaxat ſolus Papa , vel Patriarcha.*
3 *Indigni in defectum idoneum aſſumi poſſunt ad beneficia Eccleſiaſtica.*
4 *Niſi tanta ſit indignitas , ut eis provideri non poſſit ſine mortali peccato , vel ſine gravi aliorum ſcandalo.*
5 *Mandato Papæ de providendo non eſt obtemperandum cum peccato mortali.*
6 *Illiterati an, & quando repellantur à promotione.*
7 *Prælatorum affectus erga nepotes, & propinquos pervertit judicium rationis.*
8 *Argentinæ Eccleſiæ Canonicorum inordinata ordinatio de ſuis nepotibus in Canonicos aſſumendis, redarguitur ab Hoſtienſi.*
9 *Pœnitentiarius Cathedralis an habeat jus intereſſendi Diœceſanæ Synodo , ita ut ab Epiſcopo repelli non poſſit.*
10 *Ad Synodum Diœceſanam vocandi ſunt Abbates, Sacerdotes, & univerſus Clerus.*
11 *Item ſpecialiter invitandi ſunt Canonici Cathedralis, & num. 15.*
*Item Curati omnes tenentur accedere, num. 13.*
12 *Pœnitentiarius Cathedralis habet juriſdictionem audiendi confeſſiones omnium Diœceſanorum non ex commiſſione Epiſcopi, ſed à lege, & ideo habet ordinariam.*
14 *Ad Concilium Provinciale de neceſſitate vocandi ſunt ſoli Epiſcopi ; ſi tamen alij veniant , ſunt admittendi.*

1 GRAVE Concilium generale à Beneficiorum collatione ſuſpendit eos , qui poſt ſecundam correctionem indignis
2 beneficia conferunt ; Providet etiam quis interim beneficia conferat ; & illam ſuſpenſionem relaxat ſolus Papa , vel ſolus Patriarcha. Hoc dicit. Sed cave ne decipiaris, quia ver. *Generale*, fuit mendatè appoſitum in ſummario hujus compilationis, forte per errorem Typographi ; nam Generale Concilium hic non ſuſpendit, ſed jubet ſuſpendi à provinciali Concilio : quare loco verbi *Generale*, reponendum eſt *Provinciale*, prout ſummant Jo. Andr. Brut. Cardin. Anchar. Imol. Abb. & Jo. de Anan. primo narrat delictum ſecundo providet , ibi, *volentes*. Dicebat Hoſt. *in princ.* Tangit Prælatorum delictum : facit præceptum : punit contemptum : excipit Metropolitanum : honorat Sedes Patriarcharum.
3 Nota primo, ibi, *cum poſſint*. Ad beneficia Eccleſiaſtica ſolos idoneos eſſe aſſumendos, ſi reperiri poſſint, ut in littera. Ergo à contrario in defectum idoneorũ aſſumi poterunt indigni , prout ex hac littera deducunt Hoſt. *num. 1. in ver. Cum poſſint*, Jo. Andr. *num. 2.* Butr. *num. 10.* Cardin. *num. 4.* & Abb. *in 1. notab.* Nam ſecundum Hoſt. quia non ſemper poſſunt idonei reperiri, ut in cap. *Venerabilis* , §. *penult. infra eod.* conſtruenda eſt domus ex lapidibus, qui occurrunt , & melius eſt locum implere, quam vacuum dimittere , argum. l. *Generaliter*, §. *Spurios* , *ff. de Decurionibus* , ubi in defectum legitimorum ſpurij in Decuriones
4 aſſumuntur. Sed hoc notabiliter limitat Abbas ubi ſupra, & eſt ex mente Hoſt. & ſequacium, niſi indignitas tanta ſit , ut ei provideri non poſſit ſine peccato mortali , vel ſine gravi aliorum ſcandalo. Ad quod facit optimè quod notat Jo. Andr. in
5 cap. *Cum adeo, num. 6. de reſcript.* ubi ait ; ( Nec mandato Papæ obtemperandum eſſe, quando eſt tanta indignitas ex parte promovẽdi, ut ſine mor-
6 tali peccato promoveri non poſſit : Secus verò ſi indignitas non ſit tanta , ut quia patitur ſolum defectũ in ſcientia, in reliquis tamen eſt bonus Clericus ; ) tunc enim procedit argumentum à contrario hujus litteræ, ſecundum Abbatem. Ad hoc bonus textus in cap. *Cum nobis, verſ. Illius quoque de elect.* Sed tu hoc intelligas, dummodo defectus ſcientiæ non ſit totalis : nam prorſus illiteratus omnino repellitur, quinimo, & dejicitur jam promotus, ut cap. *final. de ætat. & qualit.* per quem textum dicebat Bald. in c. *Niſi cum pridem, num. 7. de renunciat.* ( In Epiſcopo requiritur ſcientia eminens : tamen toleratur ſcientia competens : ſed nihil ſciens , etiam ſi ſit Epiſcopus , debet de Epiſcopari, & ſic de illiteratis, & imperitis Parochialium Eccleſiarum Rectoribus ) vide Concilium Tridentinum *cap. 6. ſeſſ. 21.* & quod ſcripſi in cap. *Cum in cunctis, num. 151. & 152. de elect.* & in c. *Quæris, num. 18. de ætat. & qualit.*
7 Secundò nota ibi, *carnalitatis ſequentes affectum*, præcipuam cauſam , propter quam ad dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica interdum aſſumuntur indigni , eſſe inordinatum Prælatorum affectum erga nepotes, & propinquos, quia judicium rationis pervertit , ut hic per Brut. *in ſecundo not.* Unde ſancta Trid. Synodus in *cap. 1. ſeſſ. 25 de reformat.* graviſſimis verbis monet Eccleſiarum Antiſtites , ut omnem humanum hunc erga fratres , nepotes, propinquoſque carnis affectum , unde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Cæci enim ſunt Epiſcopi erga nepotes , ut inquit gloſ. in c. *Pervenit, in ver. Gravius, 1. q. 3.* dixi in cap. *Accepimus, n. 45. & 46. de pactis.* & B. Hieronym. ad Fabiolam hic relatus à Jo. Andr. *num. 3.* ( Multa nos cogit affectus, & dum propinquitatem reſpicimus corporum , corporis, & animæ offendimus Creatorem. ) & Beatus Bernardus dicebat : ( Epiſcopus committit tali, ſcilicet nepotulo ſuo duo millia animarum
8 de facili, cui non libenter committeret duo pira. ) ut refert *hic* Hoſt. *num. 4. in fin.* qui ſuperius, *n. 3.* ponit exemplum affectus carnalis in Canonicis Argentinis , qui cum non poſſent concordare de Canonicis creandis, convenerunt in hoc, ut quilibet Canonicus crearet ſuum nepotẽ, vel conſanguineum, nobilem tamen : & tales erant perſecutores Eccleſiæ, & indigni. Quidã Romanus ipſius Eccleſiæ Canonicus nominavit Aſinũ Canonicæ, dicens illum alijs præferendum , quia ſemper procuraverat utilitatẽ Eccleſiæ, & abſtinuerat à damno, quod alij non fecerunt, ad hoc c. *In quibuſdam, inf. de pœn.* & cap. *Cum in officijs Charitatis, de teſtam.* & fortè de hac inordinata ordinatione loquitur textus in cap. *Super inordinata, infra eodem* , dirigitur enim Epiſcopo Argentino , qui fortaſſe inductus fuit à prædicto Romano ad eam conſultationem faciendam , ita Hoſt. ) & ex illo Joann. Andr. *hic num. 2. in ver. Carnalitatis.*
Ultimo nota ibi, *annuatim*. Concilium provinciale hoc jure inſpecto eſſe celebrandum ſingulis annis, & idem dicendum de Diœceſana Synodo, ut cap. Sicut olim , de accuſat. ubi utrumque dictum probatur , ſecundum Abb. *hic num. 5.* Dixi hoc jure inſpecto, quia ex jure noviſſimo Concil. Trident. *cap. 2. ſeſſ. 24.* ſtatutum eſt, ut Provincialia Concilia



cilia quolibet ſaltem triennio celebrentur.
Tractat *hic* Innoc. *à num. 1. uſque ad n. 8.* de auctoritate Concilij Archiepiſcopalis , & quinam ſint vocandi tam ad hoc Concilium, quam ad Cõcilium Epiſcopale, ſeu Diœceſanum, de provinciali Concilio egi latiſſimè in d. cap. *Sicut olim, de accuſat.* per decem quæſtiones, & in quinta egi de ijs, qui ad eam Synodum ſunt vocandi , de quo etiam, & plenè tractavi in cap. *Et ſi membra* , *à num. 1. uſque ad num. 47. de his , quæ fiunt à Prælat.* de ijs verò qui intereſſe debent in Synodo Diœceſana egi in c. *Super his, à num. 1. uſque ad num. 15. de maior. & obedient.*
9 Hic quæro quid in Canonico Pœnitentiario, cum Raphael Miralles Canonicus Pœnitentiarius Eccleſiæ Illerden. voluiſſet intereſſe in Diœceſana Synodo habita anno 1516. fuit ab Epiſcopo repulſus hoc prætextu, quod ex diſpenſatione juris Pœnitentiarius locum in ſynodo non habeat. Quapropter, idem Canonicus ſentiens ſe gravatum, ad S.D.N. & Sacram Congregationem Concilij appellavit, quam nunc conſulit an tanquã Pœnitentiarius inſtitutus in vim Conc. Trid. *c. 8. ſeſſ. 24.* habeat jus aſſiſtendi in Diœceſana ſynodo. Ita ut abſq; legitima cauſa ab Epiſcopo repelli nõ poſſit.
Videtur reſpondendum Pœnitentiarium eſſe admittendum ad ſynodũ Diœceſanam, nec repelli
10 poſſe ab Epiſcopo, ex doctrina Innoc. *in hoc cap. num. 2.* ubi ait ad Epiſcopale Concilium eſſe vocandos Abbates, Sacerdotes, atq; omnem Clerum civitatis, & Diœceſis per Tex. in cap. *final. 18. diſtin.* & Innoc. ſequuntur *hic* , Joan. Andr. *num. 5.*
11 *verſ. ad Synodale* , Petr. de Anch. *eodem verſ. ſub num. 15.* Butr. *nu. 26. verſ. Ad Synodale autem.* Cardin. *num. 12. verſ. Ad 2.* & Jo. de Anan. *num. 14. verſ. in Concilio autem Synodali.* Canonici autem Cathedralis non modo ſunt admittendi, ſed etiam ſpecialiter invitandi cap. *fin. de his , quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Cap.* tradit poſt alios Henric. Bott. *de Synodo Epiſcopi, in 2. par. num. 2 3. & ſeq.* & jam cenſuit S. Congr. Concilij.
12 Non videtur autem dubitandum quominus Pœnitentiarius teneatur ad Synodum Diœceſanam accedere, cum ſit quaſi Parochus totius diœceſis, habeatque jus audiendi diœceſanorũ Confeſſiones, non ex ſpeciali Epiſcopi commiſſione, ſed à lege, ideſt à Tridentino Concilio, ideoque Ordinarius cenſeri debeat. Nam juriſdictio quæ defertur à lege , vel ſtatuto, ordinaria eſt, l. *Et quia* , *ff. de juriſdiction. omnium Iudicum* , l. 1. in 1 *reſp. ff de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio*, & notat Innoc. in cap. *Cum ab Eccleſiarum, num. 3. verſ. Et quia lex, ſupra de off. Ordinar.* Quod abſque dubio procedit cum juriſdictio datur ad univerſitatem cauſarum, vel ad unum negocium univerſale , ut in hoc caſu. Bart. in l. *Ambitioſa, num. 34. verſ. ſed concedendo* , *ff. de Decret. ab Ord. facien.* & in l. *More* , *quæſt. 5. num. 9.* ubi etiam Jal. *num. 51.* & communiter DD. *ff. de juriſdictione omn. Iudic.* & ſcripſi plenius in c. *Cum olim* , *num. 65. de maior. & obed.*
13 Certum eſt autem, teneri ad hanc Synodum accedere omnes quoquomodo curam animarum habentes , ut tradunt omnes in c. *quod ſuper his* , *de maior. & obedien.* & ſtatuitur decret. Conc. Trid. *cap. 2. ſeſſ. 24.*
Quamobrem ſi Pœnitentiarius tenetur ad Conc. accedere, Epiſcopus quoque tenetur illum admittere , cum obligatio accedendi, & admittendi reciproca ſit, & correlativa, arg. l. *final. C. de indict. viduit. toll.* l. *ult. ff. de Acceptilat.* & l. 1. C. *de*
4 *Capriſſu lib. 12.* Quinimo fortior, & ſtrictior eſt obligatio admittendi ex parte Epiſcopi. Ideoque quamvis ad Provinciale Concilium, Epiſcopi ſoli, & non alij de neceſſitate vocandi ſint : ſi tamen alij veniant , ſunt admittendi , ſecundum Innoc. Joan. Andr. & Anch. *locis citatis*. Et Canonici Cathedralis, & ſi aliquando accedere non teneantur, tamen ſunt ſemper ſpecialiter invitandi , ut probat Henric. Bott. *d. par. 2. ſub num. 24. verſ. Quid tenendum.* Et revera abſurdum eſſet, ut Pœnitentiarius teneretur ad Synodum accedere , ſi Epiſcopus non deberet illum admittere ; & ſi admittendi ſunt ex neceſſitate ſimpliciter Canonici, nulla ratio ſuadet cur admitti non debeat qui ſimul eſt Canonicus, & Pœnitentiarius, ad hoc bona gloſ. in Clem. *Dudum, ad finem in ver. Pacta , de ſepultur.*

## DE PRÆBENDIS.

### Cap. Extirpandæ.

*SUMMARIUM.*

1 *PArochus non obſtante conſuetudine Epiſcopi , vel Patroni debet de reditibus Eccleſiæ ſufficientem habere portionem.*
2 *Conſuetudo nutritiva peccati extirpanda eſt.*
3 *Item in conſtitutione, appellatione, juramento, & privilegio.*
4 *Et ſuper talibus ad Papam, non ad Imperatorem eſt recurrendum.*
5 *Patroni vel adminiſtratores Eccleſiarum prætextu conſuetudinis congruam portionem Rectoris diminuere non poſſunt.*
6 *Conſuetudo, qua Patronus aliquid ſibi vendicat de fructibus Eccleſiæ ultra portionem Rectoris, an valeat de iure communi.*
7 *Et quid in Patrono laico.*
8 *Patroni qui in fructibus Eccleſiæ ſe ingerunt ex Concilio Tridentino quas pœnas incurrant, & n. ſeq.*
9 *Patronis beneficiorum prohibitum eſt bona ipſorum conducere.*
10 *Pœna à Concilio impoſita Patronis occupantibus fructus Eccleſiarum locum non habet niſi in doloſa occupatione.*
11 *Pater qui ſe ingerit in fructibus Eccleſiæ, cuius non ipſe, ſed filius eſt Patronus , an incidat in pœnam Concilij Tridentini.*
12 *Patroni Eccleſiarum Parochialium cogi poſſunt ad aſsignandam congruam portionem Rectoribus ibi inſtitutis.*
13 *Parochialium Eccleſiarum paupertati quibus remedijs ſit ſuccurrendum.*
14 *Peritia nulla, vel modica æquiparantur.*
*Competens tamen toleratur. ibidem.*
15 *Illiteratis Parochialium Rectoribus dandi ſunt Coadiutores ab Epiſcopo.*
16 *Parochiales non ſunt ita prægravandæ fructuum detractionibus , ut non ſuperſit ſufficiens portio pro Rectore.*
17 *Et quæ dicatur ſufficiens portio.*
18 *Penſionibus , & reſervationibus fructuum gravari non debent Cathedrales, quæ ducatos mille, & Parochiales, quæ ducatos centum non excedunt.*

19 *Et ducati intelligendi ſunt juxta morem cujuſque regionis.*
20 *Penſionarii an ſint cogendi contribuere ad cantra, cum non ſuperſunt centum pro Rectore.*

1 EXTIRPANDÆ. Rector Eccleſiæ non obſtante conſuetudine Epiſcopi, vel Patroni, de reditibus Eccleſiæ debet ſufficientem habere portionem. Hoc dicit uſque ad §. *Qui verò.* Et ſunt tres partes. Prima narrat vitium in genere. Secunda ſpecificat, ibi, *Nam ut.* Tertia reformat, ibi, *Cum igitur.*

2 Nota primò ex principio literæ extirpandam eſſe conſuetudinem neutritivam peccati. Non enim conſuetudo, ſed corruptela dicenda eſt, cum diuturnitas temporis non minuat peccatum, ſed augeat, c. *Schiſma.* 24. *q.* 1 *cap. fin. de conſuetud.* c. *Cum in Eccleſiis*, & c. *Non ſatis*, *infra de Simon.* Unde hæc decretalis hanc non appellat ſimpliciter conſuetudinem, ſed conſuetudinis vitium.
3 Similiter & omnis Conſtitutio nutriens peccatum caſſanda eſt, cap. *fin. ſupra de præſcript.* Et omnis appellatio, c. *Cum ſpecıali*, *de appellat.* & omne juramentum, c. *Inter cætera.* 22. *quæſt.* 4. & omne
4 privilegium, l. *unica. C. de rapt. virg.* Et ſuper talibus eſt ad Papam, non ad Imperatorem ſpecialiter recurrendum, ut notatur in c. *penult.* §. 1. *ſupra de conſuetud.* & tenet hic Hoſt. *num.* 9.
5 Secundò nota Patronos, vel Adminiſtratores Parochialium Eccleſiarũ non poſſe prætextu conſuetudinis ipſarum reditus ita ſibi vendicare, ut congruam portionem Rectoris diminuant, ut per
6 Abb. *num.* 2. Unde à contrario ſenſu videtur colligi ut valeat conſuetudo legitimè præſcripta aliquid ſibi vendicandi de fructibus Eccleſiæ ultra ſufficientem portionem Rectoris. Quod verum eſt de jure communi in Patronis Eccleſiaſticis, de quibus loquitur hæc Decretalis ſecundũ Hoſtien. *num.* 2. *in ver. Patroni.* Joan. Andr. *num.* 1. *in fine*,
7 *in eodem ver.* & Abb. *in* 1. *notab.* Sed laici in Eccleſiis nulla de jure poſſunt percipere portionem, niſi in limine fundationis à Diœceſano fuerit eis
8 reſervata, ut eſt textus in c. *Præterea*, *infra de jure patron.* Sed hodie decreto Concilij Tridentini c. 9. *ſeſſ.* 25. generaliter interdictum eſt, ne Patroni beneficiorum, etiamſi Communitates, Univerſitates, Collegia quæcunque Clericorum, vel laicorum exiſtant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcumque beneficiorum, aliter ullave cauſa, vel occaſione ſe ingerant; ſed illos liberè Rectori, ſeu Beneficiato, non obſtante etiam quacunque conſuetudine, diſtribuendos dimittant. Et infra: Si ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubjiciantur, & dicto Jurepatronatus ipſo jure privati
9 exiſtant. Quo decreto ſublata eſt ſupradicta differentia, quam hic ponunt Doctores inter Patronos Eccleſiaſticos, & laicos. Nam quoad omnes derogatum eſt conſuetudini, ſecundum quam Patroni in fructibus beneficiorum ſe ingerunt. Et diſpoſitio hujus Decretalis in hoc corrigitur, & in aliis multipliciter ampliatur, ita ut ex Sacræ Congregationis ſententia prohibitum etiam ſit Patronis beneficiorum bona eorundem conducere. Et verſiculum illum, *ſi ſecus fecerint*, Sacra Congregatio declaravit nedum ad clauſulam immediatè præcedentem, ſed etiam ad ſuperiorem eſſe referendum: Itaut Patronus beneficii in ejus ſe fructibus ingerens, incidat in pœnam excommunicationis, & privationis poſitam eo decreto. Totum tamen quod ibi dicitur de perceptione fructuum, quam faciunt Patroni, cenſuit de doloſa occupatione eſſe intelligendum; nam ubi non eſt dolus ibi non cadit delictum.

11 Unde orta dubitatione, An Prohibitio Concilij, ne Patroni in beneficiorum ſe fructibus ingerant, habeat locum in patre Rectoris; qui eſt de familia, & patronatum non habet, licet poſt mortem Patroni ad eum ſpectare debeat ex proviſione fundatoris, præſertim cum fructus quos accepit, filio Rectori reſtituerit: Reſponſum eſt non habere locum. Poſt quam reſolutionem cum ex facto concordato proponeretur, quod pater Rectoris erat principalis patruus, & exegiſſet etiam antequam filius ejus Rector eſſet, & poſt ejus obitum integrum annuum cenſum quindecim ducatorum nomine proprio, quorum ducatorum octo debebantur Eccleſiæ; dubitatum fuit, An haberet locum hoc caſu Concilium d. *cap.* 9. Et ſimiliter reſponſum eſt non habere locum, quia cenſus erat ſibi communis cum Eccleſia, unde ut interpretatio ut jure ſuo, & nõ in fraudem exegerit. Ad hoc l. *meritò*, *ff. pro ſocio*, cum aliis adductis per Roman. *conſ.* 113. *Pro deciſione*, *num.* 1.

12 Tertiò, nota Patronos, vel alios habentes adminiſtrationem temporalium in Eccleſiis parochialibus teneri, & compelli poſſe ad aſſignandam congruam portionem Rectoribus ibi inſtitutis, ut hic per Butr. *num.* 2. *in* 2. *notab.* & concordat
13 cap. *De monachis*, *ſupra eodem.* Alia remedia ad augendos exiguos Parochialium Eccleſiarum reditus habentur in decreto Concilij Tridentini c. 13. *verſ. In parochialibus*, *ſeſſ.* 24. Curare enim debet Epiſcopus, ſi per beneficiorum unionem, non tamen Regularium, id fieri non poſſit, ut primitiarum, vel decimarum aſſignatione, aut per Parochianorum ſymbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat.

Quartò nota, nullam, vel modicam peritiam æquiparari, quod benè probat littera ibi, *Nullam*, *vel modicam.* Imò ſecundum Abb. *num.* 3. interdum deterius eſt habere modicam peritiam, quam nullam; quia modica aliquando in errorem per-
14 ducit; ſed prorſus ignarus conſulit alios. Sed modicam intellige, id eſt minus ſufficientem, & infra mediocritatem, alioquin contra, ut in cap. *Niſi cum pridem*, §. *Pro defectu*, *ſupra de renunc.* per quem textum Bald. ibi ait: In Prælato deſideratur ſcientia eminens; competens tamen toleratur; ſed ni-
15 hil ſciens debet de Epiſcopari. Verumtamen Cõcilium Tridentinum tolerat illiteratos, & imperitos Parochialium Eccleſiarũ Rectores jam promotos, ſi aliàs ſint honeſtæ vitæ, eiſque tantum dari præcipit ab Epiſcopo Coadjutores, ſeu Vicarios, & partem fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignari, ut in *cap.* 6. *ſeſſ.* 21.
16 Ultimò nota, Parochiales Eccleſias non eſſe ita prægravandas fructuum detractionibus ut nõ ſuperſit ſufficiens portio ad ſuſtentationem Rectoris. Et ponderat inconveniens, quod hinc ſequitur quaſi neceſſariò, videlicet promotio, & aſſumptio imperitorum ſecundum Anton. de Butr. *n.* 2. in 1. *notab.* & Abb. *n.* 3. Quod eſt valde periculoſum Eccleſiis, Nam ſi cæcus cæcum ducat, ambo

in



in ſuorum diſtributum, cap. *Per inſuper*, *ſupra de ætat. & qualit.* Et de Paſtorum imperitia vide quod ſcripſi in c. 1 *ſupra de Summa Trinit.* & in d. c. *Niſi cum pridem. de renunc.*
17 Dicitur autem ſufficiens portio non quoad neceſſaria vitæ tantum, ſed ſecundum decentiam, & qualitatem perſonæ, ut not. in c. *Cum ſecundum*, §. *prohib. ſupra eod.* & ibi glo. *hic in ver. ſufficiens* Hoſtien. *num.* 4. *in ver. Congrue.* & alij communiter. Et eſt bona gloſ. in cap. *Competere. de ... in ver. Sufficientia ſuperior. prox.* Imò ſecundum glo. *hic* portio debet eſſe ſufficiens pro ſe, & ſuis, ut in c. *Statuit* 50. *diſtinct.* qui textus hoc benè probat ſecundum Abb. *hic num.* 4. Cæterum in hujuſmodi decentia arbitranda habenæ non ſunt nimis laxandæ, ut ſcripſi plenè in cap. *fin. ſupra de præb. Clericor.* Unde cum myſterio Concilium Tridentinum conjunxit decentiam cum neceſſitate in d. *cap.* 13. *ſeſſ.* 24. ibi: *Quod pro Rectoris, aut Parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat.*
18 Porrò quoad penſiones, & reſervationes fructuum Sancta Synodus in *eod. cap.* 13. ſufficientem æſtimavit portionem, quæ in Cathedralibus Eccleſiis aſcendit ad mille ducatos, & in Parochialibus ad ducatos centum, dum ſtatuit ut omnes hæ Cathedrales Eccleſiæ, quarum reditus prædictam ſummam ducatorum mille, & Parochiales, quæ ſummam ducatorum centum ſecundum verum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſervationibus fructuum graven-
19 tur. Et Sacra Congregatio conſulta, An verba illa Concilii *ducatorum centum*, ſint intelligenda juxta morem cujuſque regionis; reſpondit, ita
20 intelligenda die 20. Martii 1594.
Porrò cum Sanctæ memoriæ Cardinalis Borromæus conqueſtus eſſet apud Sacram Congregationem, quod Parochiales ſuæ provinciæ eſſent gravatæ penſionibus, ita ut titulari non remanerent centum, vel quinquaginta quinque, nec Penſionarii vellent contribuere neceſſitatibus Eccleſiarum propter clauſulas præſervantes in reſervatione penſionis; fuit in S. Congregatione dubitatum, an eſſet adhibendum remedium ut penſionarii omnes cogerentur ad ratam contribuere, non obſtantibus quibuſcunque clauſulis, & Ordinarius eos ad id compellere valeret. Et Patres cenſuerunt non conſtituendam legem generalem hac de re, ſed caſus particulares conſiderandos, poſtea illis providendum, prout æquum videbitur, inſpecta qualitate perſonarum, & locorum. Et ita Sanctiſſimus quoque probavit.

# DE PRÆBENDIS.

## Cap. Extirpandæ, §. Qui verò.

S U M M A R I U M.

1 *Parochialium Rectores tenentur perſonaliter reſidere, eiſque non per Vicarios, ſed per ſeipſos deſervire.*
2 *Delegari non poſſunt ea, in quibus electa eſt induſtria perſonæ.*
3 *Paſtor non eſt qui gregem alienum paſcit, ſed mercenarius.*
4 *Parochi conſidebant ad ſubeundum per ſeipſos, & non per ſubſtitutos omnia munia Parochialia.*
5 *Vicar. ſint tolerandi ut per ſubſtitutos ſuppleant in aliquibus caſibus, & in quibus.*
6 *Parochus tenetur ad reſidentiam, ſi ei reditus Eccleſiæ ſint ſufficientes.*
7 *Impoſſibilitas ſi ex ejus benefic. non tenetur acceptare.*
8 *Parochus tenetur uſque ad reſidentiam ex eo quod fructus annui ſint aliter reſervati, & nihil remaneat pro Rectore.*
9 *Parochiæ ſingulæ ſubveniendum eſt ordinario, vel extraordinario auxilio.*
10 *Sed decreta de reſidentia interim ſuſpendi non debent.*
11 *Reſidere tenetur Parochus, etiamſi eſſent in illa Parochia tres tantum vel quatuor incolæ.*
12 *Parochi tenentur habitare in domo Eccleſiæ Parochialis, et ſi domum non habeant, debent aliquam conducere ſaltem infra limites Parochiæ.*
13 *Ex cauſa tamen quandoque permittuntur habitare in ædibus paternis infra limites Parochiæ, & num. 17. & ſeqq.*
14 *Parochus reſidens in civitate, in qua ſita eſt Parochialis licet extra Parochiæ limites, non tenetur ad fructuum reſtitutionem, & num. 16.*
15 *Cogendus eſt tamen reſidere in domo Eccleſiæ, vel ſi non habet in propinquiore infra limites Parochiæ.*
16 *Parochus juſſus in ædibus Parochialibus reſidere, niſi paruerit, mulctari poteſt ab Epiſcopo.*
17 *Epiſcopus permittere poteſt ut Parochus, qui neque ex fructibus ædes conſtruere, nec aliud intra Parochiæ fines conducere poteſt, inhabitet domum in vicinitate Parochiæ ſitam.*
18 *Rector duarum Parochialium unitarum, qui permittente Epiſcopo reſedit in domo à Parochianis conſtructa in ... extra limites utriuſque Parochiæ fructus facit ſuos.*
19 *Et permittitur ita pergere arbitrio Epiſcopi, dummodo ... aſſiſtat propè alteram Eccleſiam, ... Presbyterum, qui curam animarum exerceat.*
20 *Parochiani cogi poſſunt ad contribuendum pro ædificanda domo ... ſi Eccleſiæ fructus ſummam quinquaginta ſcutorum non excedunt.*
21 *Eccleſia ... requirit perſonalem reſidentiam, & eſt incompatibilis cum Canonicatu, vel Parochiali.*
22 *Cancellaria ... Eccleſia Curata ... Animarum ... ſint baptiſmales.*
23 *Plebaniam obtinens, ... baptiſmalis neceſſaria ... ſunt deſerendi ... tempore ... attingere ... & infra annum ad Sacerdotium promoveri.*
24 *Parochialem obtinens annexam dignitati, vel præbendæ, tenetur in ea reſidere, & Parochiali deſervire per Vicarium perpetuum.*
25 *Præbendalis ... Eccleſia, in qua ſita eſt, dicitur more Parochialis.*
*Contrarium num. 27.*
26 *Beneficia duo incompatibilia obtinens poteſt reſidere in quo maluerit, ſi ſint æqualia, alias reſidere debet in majori, & n. 30.*
27 *Cura animarum ... ſuperat, & excedit.*
28 *Reſidentia in beneficiis non Curatis eſt de jure poſitivo.*
29 *Parochialis perpetuò, & acceſſoriè unita amittit nomen Parochialis, & efficitur membrum beneficii, cui eſt annexa, & n. 36.*
*Nec in ejus collatione requiritur concurſus, n. 3.*
30 *Parochiales duas unitas obtinens, & Præpoſituram Cura-*

ſto eſſe, quàm intra fines Parochiæ; defluit enim
inter utramque Eccleſiam flumen, quod mediâ
ſaltem anni parte vadari non poteſt, ita ut neceſ-
ſe ſit per pontem tranſire, qui penes dictum ca-
ſtrum conſtructus eſt. Ac demum quia idem ca-
ſtrum nec januis, nec mœnijs cingitur, & Rector
quandocunque liberè exire poteſt; die 15. Se-
ptembris 1607. S. Congregatio Concilij cenſuit
Rectorem, qui hactenus in dicta domo in caſtro
exædificata permittentibus Epiſcopis permanſit,
19 fructus feciſſe ſuos. Imò etiam deinceps poſſe
Epiſcopū, ſi ita Parochianis ambarum Parochia-
rum unitarum conſultum eſſe pro ſuo arbitrio exi-
ſtimaverit, permittere ut ibidem manere pergat,
dum tamen domunculam propè illam ex duabus
Eccleſijs unitis, cui hyberno, vel alio tempore ob
pluviam, & itineris difficultatem præſto eſſe non
poteſt, quam primum ædificet, in eaque aliqua
parte anni ejuſdem Epiſcopi arbitrio, quod ex ne-
ceſſitate Parochianorum, & temporum qualitate
pro ſua prudentia moderabitur, alat Presbyterum
qui in dicta Eccleſia celebret, illiſque Sacra admi-
niſtret, & alia munia obeat Parochialia.
20 Nec eſt omittendum ex ſententia S. Congrega-
tionis idem remedium, quod ex Decreto Concilij
c. 13. ſeſſ. 24. competit pro augendis reditibus exi-
guis Parochialium Eccleſiarum per Parochiano-
rum ſymbola, vel collectas, competere etiam pro
ædificatione domus Parochialis. Unde in caſu
contingenti reſpondit Epiſcopū debere officium
ſuum ad ſacrorum Canonum præſcriptum impar-
tiri Parocho petenti ut Parochiani compelleren-
tur ad contribuendum pro ædibus intra Parochiā
ædificandis, cùm ipſe cogeretur habitare domum
ruſtici cultoris terrarum Parochialium, & Eccleſiæ
reditus non excederent ſummam ſcutorum quin-
quaginta.
21 Extenditur quartò prædicta regula, ut locum
ſibi vendicet etiam in Eccleſijs baptiſmalibus;
nam propoſito dubio, An obtinens Eccleſiam
baptiſmalem Plebaniam nuncupatam, teneatur
ad reſidentiam; Et an poſſit cum ea retinere be-
neficium Curatum S. Congregatio licet hujuſ-
modi Eccleſia non ſit Parochialis, neque Curata
ex doctrina Pauli, Zabar. Vital. Genozel. Gomez.
tamen quia agitur de actu principali ad ſalutem
animæ, & fons ibi ſtat erectus, & paratus ad bapti-
zandum quibus tenetur, & in miniſtrando hæc Sa-
22 cramenta videtur electa induſtria perſonæ; & in-
ter ſigna cognoſcendi Curatam præcipuè Cancel-
laria attendit ſi in ea adſit fons baptiſmalis; ideò
cenſuit teneri ad reſidentiam, nec poſſe oratorem
hujuſmodi Eccleſiam retinere una cum Canoni-
catu, vel Parochiali. Et aliàs conſulta, An obti-
nens Eccleſiam baptiſmalem, cui incumbit ſola
cura baptizandi omnes infantes oppidi exiſtentes
ſub cura Archipresbyteri, teneatur ad reſidentiam
præſuppoſito quod in Eccleſia Archipresbyteri
præter baptiſmum alia Sacramenta miniſtrentur;
die 20. Maij 1587. itidem cenſuit teneri.
23 Ac demum propoſitis dubijs, cujus ætatis, &
quibus Ordinibus initiatus eſſe debeat obtinens,
vel retinens Eccleſiam Plebaniam nuncupatam
Baptiſmalem tantum, an perſonaliter reſidere, &
an per ſeipſum baptizare teneatur, & an poſſit ab
his excuſare ſe, ac defendere conſuetudine qua-
dam, vel abuſu non reſidendi, ſed baptizandi per
ſubſtitutum, attenta præſertim Conſtitutione Sy-
nodali infraſcripta, quæ dat regulam recipiendi,
& præbendi Sacramentum baptiſmi in hæc verba:
(Intelligent an baptizandus de ſuo Plebatu ſit, ad
eoſque pertineat illum baptizare; Quòd ſi alieni
comperiet eſſe Plebatus, ad proprium jubeant
deferri Plebanum, nulloque pacto eum baptizare
præſumant, niſi vitæ periculū immineat, aut pro-
prij Plebani licentia intercedat; privilegio tamen
Eccleſiæ Cathedrali à jure communi conceſſo ut
in ea Diœceſani baptizari poſſint, in ſuo robore
perſiſtente:) Sacra Congregatio cenſuit ſi pueri
baptizandi ad illam Plebaniam neceſſariò defe-
rantur, eam obtinentem debere tempore collatio-
nis attingere vigeſimum quintum annum, & infra
annum ad Sacerdotium promoveri, perſonaliter-
que reſidere, & per ſeipſum ubi legitimè impedi-
tus non fuerit, baptizare.
Sed cum qualibet Plebania habeat ſub ſe ali-
quot certas Parochiales, in quibus Sacramentum
baptiſmi non adminiſtratur, & adhuc fuerit quæ-
ſitum pro clariori intellectu Decreti, an pueri tā
ipſius Plebis, quàm ipſarum Parochialium Paro-
chiani dicantur neceſſariò pro baptiſmo deferen-
di ad dictam Plebaniam, attenta præſertim dicta
Conſtitutione; licèt aliquando aliò propter ma-
jorem commoditatem arbitrio parentum deferri
contingat: Reſponſum eſt hujuſmodi pueros ſe-
cundum ea quæ proponuntur, neceſſariò deferri
ad plebaniam hujuſmodi; ac propterea in ea lo-
cum habere ſuperius conſcriptam deciſionem.
24 Secundò nota in ver. *Niſi* limitationem ad re-
gulam, de qua ſupra in primo notabili, videlicet
ut non procedat in obtinenti Parochialē annexam
Dignitati, vel præbendæ, quia non tenetur in Pa-
rochiali reſidere, ſed in majori, & Parochiali de-
25 ſervire debet per Vicarium perpetuum; quod ex-
preſſius habetur in c. *Super eo, infra eod. tit, lib. 6.*
Unde infert Abb. *hic in 4. notab. num. 5.* ut non
ſolum Dignitas, ſed etiam præbenda ratione Ec-
cleſiæ in qua ſita eſt, cenſeatur major Parochiali.
Et ob hanc rationem putat Beneficiatum teneri
deſervire in præbenda, tanquam in majori per ſe-
ipſum, & in Parochiali per Vicarium. Pro quo fa-
26 cit littera ibi, *In majori Eccleſia.* Certum eſt enim
obtinentē ex diſpenſatione duo beneficia teneri
in digniori reſidere, & alteri per Vicarium deſer-
vire, ut ſentiunt hic DD. per hoc limitantes gloſ-
ſam notabilem in c. *Non poteſt, in ver. Retinere,
infra eod. lib.* & quæ dicit habentem duo beneficia
incompatibilia ex diſpenſatione poſſe reſidere in
quo maluerit, vel nunc in uno, & nunc in altero:
debet enim illa gloſſa ſecundum Abb. reſtringi ad
caſum, quando beneficia ſunt æqualia; ſecus ſi
unum ſit dignius altero, ſicut præbēda eſt dignior
27 parochiali. Sed certè ſi hoc verum eſſet, obtinens
ex diſpenſatione præbendam, & Parochialem Ec-
cleſiam, teneretur reſidere in præbenda tanquam
in digniori. Quod tamen eſt falſum, ut patet in
Conſtitutione Pij V. quæ incipit *Cupientes*, edita
octavo idus Julij 1568. ubi ſtatuitur ut obtinentes
ex diſpenſatione Parochialem, & Canonicatum,
vel Dignitatem, etiam majorem poſt Pontificalē,
in quibuſvis Patriarchalibus, aut Metropolitanis,
vel Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſijs tenea-
tur, & obligati ſint ad reſidendum in Eccleſia Pa-
rochiali, & ibi in divinis deſerviendum; ad idque
per locorum Ordinarios cogi, & compelli poſſint,
ac debeant. Et præmittitur ratio illa, cum prima,
& præ-



& præcipua debeat eſſe cura animarū. Quæ ratio
expreſſius habetur in alia Conſtitutione ejuſdem
Pij V. de qua infra *num. 15.* ubi in principio ſic le-
gitur. (Quantum animarum cura cæteras omnes
ſuperat, & excellit; tantò nos impenſius provide-
re neceſſe eſt ut id officij genus omni ubiq; adhi-
bita induſtria excolatur. Ad hoc cap. *Cum ſit ars,
ſupra de ætat. & qualit.* Atque ita quod ſpectat ad
rem præſentem, dignior habetur Parochialis Ec-
cleſia quocunque alio beneficio non Curato. Et
28 meritò; Nam perſonalis reſidentia in Parochiali-
bus innititur jure divino, ut in decreto Concilij
Tridentini *cap. 1. ſeſſ. 23.* & dictum eſt ſupra in pri-
mo notabili. In alijs verò beneficiis inducta eſt ex
Conſtitutione Eccleſiæ, ita ut propterea valeat cō-
ſuetudo in eis non reſidendi, & fructus in abſen-
tia percipiendi, ut eſt textus in cap. *Cum omnes.* &
ibi dixi *num. 18. ſupra de Conſtitution.* cum tamen
conſuetudo non reſidendi in beneficijs Curatis
29 ſit corruptela, ut dicitur in d. *cap. 1.* Vera igitur ra-
tio cur obtinens Parochialem annexam præben-
dæ non teneatur reſidere in præbenda, non eſt
quod præbenda ſit dignior, ſi ſeorſim à parochia-
li conſideretur, ut putavit Abbas, ſed quia bene-
ficium acceſſoriè, & perpetuò annexum amittit
nomen beneficij, & induit naturam beneficij, cui
eſt unitum, & efficitur illius prædium, ut colligi-
tur ex textu in cap. *Recolentes, in fine, infra, de ſtatu
Monachorum.* Oldrad. *conſ. 257. Factum tale eſt, nu.
15. verſ. Fundata igitur,* & dixit Rota *deciſ. 370. a-
lias 11. de reb. Eccleſ. non alienan. in antiq.* & apud
Cardin. Seraph. *deciſ. 1078. num. 6.* Doctores in c.
*Dudum, il ſecondo, de elect.* & ibi dixi *num. 31.* & in
cap. *Licet num. 58. infra eodem.* Ex hoc reſpectu in
hac Decretali Dignitas, vel Præbenda dicitur
30 major parochiali. Fateor tamen verum eſſe
quod dicit Abbas, videlicet obtinentem ex diſ-
penſatione duo incompatibilia, ita demum poſſe
reſidere in quo maluerit, ſi ſint æqualia. Et ita eſ-
ſe limitandum gloſſam in d. cap. *Non poteſt.* Secus
ſi unum ſit dignius altero, puta Dignitas Curata
cum ſimplici Parochiali, quia teneatur reſidere in
Dignitate tanquam in digniori.
Unde orta controverſia, An obtinens ex diſ-
penſatione Apoſtolica duas Parochiales unitas, in
quibus non reſideat, nec unquam reſederit, & Præ-
poſituram Collegiatam, cui annexa eſt cura ani-
marum, & in qua hactenus reſederit, poſſit dictis
parochialibus, ſeu earum fructibus privari, præ-
cipuè cum Ordinarius per edicta omnes monue-
rit ad reſidendum in ſuis Parochialibus Eccleſijs
ſub pœna privationis: Sacra Congregatio cenſuit
non poſſe privari ſi exercitium Curæ præpoſituræ
incumbit perſonæ ipſius Præpoſiti, ipſeque eam
exercuit, & exercet. Quinimò ſi nollet reſidere in
Præpoſitura eſſe cogendum, cum ea ſit dignior,
& quis teneatur reſidere in digniori ex beneficijs
pluribus, quæ obtinere poteſt.
31 Similiter ſi duo beneficia ſint æquè principali-
ter unita, Beneficiatus tenetur reſidere in dignio-
ri; ac ſi per omnia æqualia ſint, in quo maluerit.
Unde cum Andreas Abulen. declarari petiiſſet,
an cum ipſe obtineret duas Parochiales ad invicē
unitas, liceret ſibi in utra mallet reſidere; Reſpon-
ſum eſt, Si illæ parochiales ſunt ad invicem æquè
principaliter unitæ, ita ut altera non dicatur anne-
xa acceſſoriè; & æquales ſint, ita ut neutra ipſa-
rum habeat titulum Dignitatis, poſſe Rectorem



eligere in utra earum reſidentiam.
32 Verum hoc procedit, ut prædixi, ſi per omnia
ſint æquales; aliàs ſecus. Ideoque ſuborto dubio, ſi
duæ Eccleſiæ fuerint unitæ, in qua ſit reſiden-
dum; Reſponſum eſt eſſe reſidendum in dignio-
ri, quod ſi non cōſtet quæ ſit dignior, in frequēti-
ori. Quod ſi una fuerit extra, & altera intra urbem,
eſſe reſidendum in ea, quæ eſt intra.
Hæc, ut vides, procedunt in Parochialibus non
unitis, vel in unitis æquè principaliter. At verò cū
Parochialis ſubjectivè, & acceſſoriè annexa eſt
præbendæ, tunc reſidendum eſt in præbenda, quæ
propter unionem ſubjectivam dicitur major, &
Eccleſiæ annexæ deſerviendum eſt per Vicarium
perpetuum. Et ita intelligitur textus, quia per
unionem acceſſoriam extinguitur titulus Paro-
chialitatis; & Parochialis efficitur membrum be-
neficij, cui eſt annexa, ut prædixi, & idem met Ab-
bas fatetur. Quod adeo verum eſt, ut etiamſi Pa-
rochialis Eccleſia ſit acceſſoriè, & perpetuò unita
beneficio ſimplici; Nihilominus Beneficiatus nō
ſit obſtrictus ad reſidendum in Parochiali, ut fu-
ſiùs patebit in quæſtione ſequenti, præſertim n. 39.
33 Dixi *perpetuò*, quia unio ad vitam non eximit
à reſidentia. Unde cum fuerit dubitatum, An in
Parochiali Eccleſia unita præbendæ in Cathedrali
ad vitam præbendati poſſit inſtitui Vicarius per-
petuus; Et poſito quod non, An præbendatus te-
neatur ſe promoveri facere ad ordinem Presby-
teratus, vel ſatisfactum ſit Canoni deputando Vi-
carium ad vitam præbendati. Sac. Congregatio
cenſuit Parochiales unitas Canonicatui ad vitam
non liberare obtinentes, quin teneantur ſe pro-
moveri facere, & reſidere in eis.
34 Quid in Parochialibus unitis olim Canonicati-
bus Cathedraliū Eccleſiarū poſtea deſtructarum?
Contigit hic caſus in regno Sardiniæ, in quo ſūt
tres Archiepiſcopatus, & quatuor Epiſcopatus,
& cuilibet eorum unitæ ſunt duæ, vel tres Eccleſiæ
Cathedrales deſtructæ, in quibus nulla eſt reſi-
dentia Canonicorum. Et cum olim his Canoni-
catibus intra Cathedrales prædictas, antequam
deſtruerentur, plures Eccleſiæ Curatæ unitæ fuiſ-
ſent; poſtea abuſus invaluit ut appellarentur Ca-
nonicatus; & hoc prætextu plures à multis obti-
nebantur, & in nulla reſidendo fructus lucraban-
tur omnium, conſtitutis tantum in pagis Eccleſi-
arum Vicarij, qui nomine illorum Sacramenta
miniſtrarent. Et cum Epiſcopi dicti Regni Sacrā
Congregationem pro opportuno remedio con-
ſuluiſſent: S. Congregatio cenſuit cogendos ob-
tinentes has Eccleſias Parochiales in eis reſidere,
ſi modò non ſint ſuppreſſæ, donec Cathedrales
deſtructæ reficiantur, vel Eccleſiæ conſiſtentes,
quibus unitæ ſunt deſtructæ, non indigeant reſi-
dentia Canonicorum. Secundum quam ſententiā
Pius V. edidit Bullam, quod obtinentes Dignita-
tes, & Canonicatus in Eccleſijs deſtructis nullum
habere locum in eis contenderent, ſed ſinguli in
ſingulis Parochialibus reſiderent.
35 Porrò edita per Pium V. Bulla qua cavebatur
obtinentes in Inſula Sardiniæ parochiales anne-
xas Canonicatibus Cathedralium deſtructarum,
teneri in Parochialibus reſidere; Archipresbyter,
& Canonici Civitatis Calaren. ſub prætextu quod
eorum Cathedralis Eccleſia adhuc intacta mane-
ret, & æquè principaliter unita Eccleſiæ Algaren.
haberet Capitulum, ac nomen, & Dignitatem
O Epi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Epiſcopalem, obtinuerunt à Pio V. Motum proprium, in quo expreſſè diſponitur Archipresbyterum, Canonicos, & Capitulum in eorum antiquo ſtatu, nomine, & dignitate perpetuò relinqui. Verùm Epiſcopus Algaren. adijt Sanctiſſimum narrando Motum proprium prædictum reducendum eſſe ad terminos Bullæ prius editæ, quia ex unione, quam exhibuit, conſtabat Canonicatus Eccleſiæ Caſtren. cum ſuis præbendis fuiſſe translatos ad Eccleſiam Algaren. Et ideò non poſſe diffugere eos Canonicos reſidentiam in dicta Eccleſia, prout factum nullibi reſidentes; præſertim quia ſi Canonicatus Eccleſiæ Caſtren non extinguuntur, Parochiales illis annexæ debita reſidentia defraudantur. Sanctiſſimus negotium hoc totum Congregationi Concilij decidendum commiſit, quæ cenſuit illum ſecundum Motum proprium Pij V. obtentum ab Archipresbytero, & Canonicis Caſtren. reducendum eſſe ad terminos juris, & primæ illius Conſtitutionis Pij V. Et ita juſſit Sanctiſſimus ubi ſupra. Conſtitutio hæc de re edita fuit Calen. 15 Octobr. anno 1568. Et incipit: *Quamvis animarum cura*. Et habetur in Bullar. *tom. 2. pag. 271.*

36 QUÆRO de quæſtione facti. Raphael Miralles Hiſpanus habet in Diœceſi Ilerden. duas Parochiales Eccleſias, quarum altera ſub titulo Sancti Salvatoris de Almenara ruralis eſt, carens populo, & incolis à ducentis annis, & ultra, itaut in præſentia ſit ſolo habitu Curata: Altera verò ſub titulo S. Mariæ de Balda ab immemorabili tempore acceſſoriè, ac perpetuò unita eſt dictæ Parochiali Curiali S. Salvatoris. In neutra harum Eccleſiarum reſederunt unquam Rectores ſupra hominum memoriam; ſed tantum conſuevit præfici Vicarius amovibilis in Eccleſia unita, juxta decretum Concilij Tridentini *cap. 7. ſeſſ. 7.*

Conſuluit idem Raphael Sacram Congregationem Concilij, utrum dictæ Parochiales habeant onus reſidentiæ, & An ſint cum alia parochiali incompatibiles?

Et quidem quoad Eccleſiam S. Mariæ, res videtur carere omni difficultate, quia cum, ut proponitur, non æquè principaliter, ſed acceſſoriè unita ſit Parochiali S. Salvatoris; ſuppreſſo ejus titulo per hujuſmodi unionem ſubjectivam, affecta eſt veluti prædium Eccleſiæ, cui eſt unita, ut dictum eſt ſupra *num. 29.* ideoque nec reſidentiam requirit, ut hic patet in *verſ. Niſi*, nec eſt in hoc capite
37 incompatibilis cum alia Parochiali, ſic probat tex. apertus in cap. *Super eo de præben. in 6.* ubi ſtatuitur nullam requiri diſpenſationem ut quis poſſit habere perſonatum cum cura, & præbendam, cui ſit annexa Eccleſia parochialis; atque ita ibi notant gl. *in verb. Non obviet*, Jo. And. *in ſumm. illius tex.* Archid. & Franchus *prope fin. in verb. Obviet*, Gemin. *num. 4.* Jo. Mon. & Probus *num. 1. & ſeq.* Atque ita obſervatur in praxi, ut teſtatur illic Gemin. & Lap. *alleg. 56. verſ. Abſque diſpenſatione, prope fin.*

38 Rationem aſſignat hic Innocen. *num. 1. in verb. Præbenda*. Quia, inquit, cum cauſa prohibitionis habendi plures Parochiales ſit, quia non poteſt apud utramque reſidere, & per ſe curam agere, *cap. Quia nonnulli*, & *cap. Relatum*, *ſupra de Cler. non reſident.* & cauſa ceſſet in Parochiali annexa, quia reſidere non tenetur ut hic; Item cum prohibitio de jure communi ceſſet in præbenda, hinc apparet quod conſtitutio *De multa*, locum non habet. Ita Innocen. cum quo reliqui tranſeunt.

39 Quia in re non eſt opus prolixiori diſputatione, quia jam S. Congregatio cenſuit obtinentem duas Parochiales non teneri alteram dimittere, ſi una ex his unita ſit dignitati, vel beneficio ſimplici perpetuò, & acceſſoriè, quia per talem unionem parochialis deſinit eſſe parochialis, & aſſumit naturam beneficij ſimplicis, vel dignitatis, cui annexa eſt. Hinc etiam reſponſum eſt in Parochialibus perpetuò, & acceſſoriè unitis non requiri formam examinis per concurſum à Concilio Tridentino præſcriptam in *cap. 18. ſeſſ. 24.* Et in ſpecie cum dubitatum fuerit an in collatione Dignitatis nuncupatæ Abbatia De la Seij, cui unita erat Parochialis Eccleſia de Valera, requireretur examen per concurſum: S. Congregatio cenſuit non requiri, dummodo hæc unio auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ac perpetuò, & acceſſoriè facta ſit.

40 Qui verò ad Eccleſiam S. Salvatoris, cum immemorabilis conſuetudo non reſidendi in Curatis uti corruptela ſit ſublata à Concilio Tridenti-
41 no *cit. ſeſſ. 24.* difficultas reſtringitur ad hoc. An ea, in quo ſit habitu Curata, & non actu, reguletur uti beneficium ſimplex, an verò retineat primævam naturam parochialis quoad reſidentiam, & incompatibilitatem.

Et quidem Eccleſiam habitu tantùm curatam requirere reſidentiam, & eſſe incompatibilem cum alia parochiali tenuerunt multi ex gravioribus antiquis, ut debetur in *cap. De multa*, *ſupra eod.* Innoc. *in prin. verſ. Item non eſt ita*, Abb. antiq. *num. 2.* Jo. And. poſt eaſdem. Petr. & Florian. [illegible] *in verb. Parochiales*, ubi reſidet cum opinione Innoc. & Abb. Anchar. *num. 1. & 2.* Jo. de Imol. *ſub num. 33. verſ. Jo. Andr.* Et in cap. *Licet Canon. de elect. in 6.* Archid. *col. 1. verſ. Et quod hic dicitur*, ubi fuſè hanc ſententiam tuetur, Gemin. *ſub num. 6. col. 3. verſ. Tertiò caſu*, Guil. Duran. *num. 17. in verb. De parochialibus*, Lap. *num. 2.* Jo. Andr. poſt Jo. de Lignag. *ſub num. 6. in verb. Parochianos*. Petr. de Anchar. *ſub num. 5. verſ. Quærit gloſa*, Zabar. *num. 48. num. 2. verſ. Intellige ergo*, Gomez, *in regul. de idiomate quæſt. 11. ſub num. 5. verſ. Et hoc quid de cura*, Sylveſt. *verb. Beneficium. 5. 2. n. 7. verſ. Secundum Hoſtienſem*. Sed ibi neutram firmat. Card. in Clem. 1. *quæſt. 21. ſub num. 20. de off. Vicar.* Se in Clem. *In plerique ſub num. 4. verſ. Quod tamen intellige, de elect.* Bald. *inter conſ.* Alex. *conſ. 74. Viſiſpautem, verſ. Et quod talis Eccleſia lib. 4.* Alex. *conſ. 75. num. 33. verſ. Nec in hoc habet obſtare lib. 4.* & ad hanc partem multa induxi in c. *De multa, num. 34. ſupra eodem.*

42 Contrariam verò opinionem, pro qua videtur textus expreſſus in *cap. Paſtoralis 7. quæſt. 1.* ſecuti ſunt Glol. in d. *cap. Licet Canon. in verb. Parochialis*, Butr. *num. 13. ibidem*, Hoſtien. in cap. *Quia nonnulli, num. 5. verſ. Quid ſi omnes parochianos de Cler. non reſid.* Feder. de Sen. *conſ. 80.* *Factum tale eſt col. 2. verſ. Item non obſtat*, Paul. in Clem. 1. *de off. Vic.* Roman. *conſ. 256. Circa primum num. 4.* Abb. in d. *cap. De multa prope fin.* Jo. de Selva, *de benef. par. 3. quæſt. 41.* Duen. *reg. 71. verſ. Quarto fallit*, Staph. *de lit. grat. tabr. de qualitate, &c. 5. Circa ſecundum, verſ. Dicitur ergo beneficium.*

Et hanc eſſe communem opinionem teſtantur, Butr. in d. c. *Licet Canon. num. 9.* Felin. in cap. *Poſtulaſti*, *ſub num. 1. col. 2. verſ. Sic verò ipſa Eccle-*

ſia



*ſia de reſcript.* Præbend. Capta *reg. 90. n. 74. cum ſeq.* Rebuff. *tract. de nomin. quæſt. 16. n. 13.*

Eandem ſequuntur recentiores ferè omnes, Alphonſ. Hojed. *de benefic. in comp. par. 1. cap. 13. n. 10. & ſeq.* ubi teſtatur de communi opinione, & obſervantia, Gonzales *ſuper regul. 8. Cancell. gloſ. 6. § fin. num. 89. & 90.* Hartz. *de benef. par. 5. 1. 1. n. 15. & 122. & par. 1. cap. 6. num. 4. & ſeq.* Maſcard. *de prob. concl. 189. num. 5.* & probatur pluribus fundamentis, quæ adduxi in c. *De multa, à n. 38. uſque ad n. 47. ſupra eod.*

43 In hoc opinionum conflictu, cum tempore Cardinalis Alciati dubitaſſet Epiſcopus Sepren. An Eccleſia habitu curata, ſeu parochialis, & non actu, eſſet incompatibilis cum Eccleſia Cathedrali juxta decretum Trident. Conc. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* Sacr. Congregatio cenſuit Non eſſe; quia appellatione parochialis non venit illa, quæ actu non eſt curata, & communis eſt DD. opinio, de qua teſtatur Felin. in c. *Poſtulaſti, n. 9. de re-*
44 *ſcr.* & Reb. *de non prom. reſ. an. num. 54.* tamen quia Cancellaria aliud ſenſit, fortè quia de die in diem poteſt fieri actu ſi revertantur parochiani. & Sanctitas ſua alias viſa eſt idem ſentire. Ideo agendum cum Sanctiſſimo.

45 Sanctiſſimus declaravit ſecundum ſententiam Cancellariæ appellatione parochialis comprehendi etiam illam, quæ tantùm habitu ſit, quoniam in horas ſingulas poteſt fieri actu.

Deinceps verò S. Congregatio ſecundum Sanctiſſimi ſententiam reſpondit. Et in ſpecie cum Canonicus Cathedralis Aprutin. proviſus de beneficio tunc curato habitu, ſed non actu, quod à 50. annis ejus Ordinarius declaravit diffinitiva ſententia beneficium ſimplex, & curale non curatum actu, nec habitu conſuluiſſet S. Congregationem, an hujuſmodi beneficium haberet onus reſidentiæ, & eſſet compatibile cum Canonicatu, S. Congregatio cenſuit ſcribendum ad Epiſcopū parochialem, quamvis curatam habitu tantùm, ad reſidentiam obligare, & cum Canonicatu incom-
46 patibilem eſſe. Verum cognitionem facti ſcilicet an curata verè habitu ſaltem exiſtat, necne, S. Congregationem relinquere Epiſcopo, qui proceſſu ſententia, cæteriſque omnibus perſatis, conſcientiæ ſuæ, atque juſtitiæ hac in re ſatisfaciat.

47 Hujuſmodi tamen reſolutiones ad præſens revocantur in dubium, quia noviſſimè officialium Cancellariæ teſtimonio & ſcripturis compertum eſt verè ex ſtylo Cancellariæ parochialem habitu tantùm curatam conferri uti beneficium ſimplex, quemadmodum etiam colligitur ex libello, qui inſcribitur *Praxis Cancellariæ, tit. Notabilia ſuper vacantiis, &c. verſ. curata Eccleſia fol. 128.*

48 Inter has opiniones oppoſitas adeſt opinio quædam media, ut ſcilicet ita demum parochialis habitu reguletur uti beneficium ſimplex, ſi non adſit ſpes proxima ut habitus reducatur ad actum per reverſionem parochianorum, alias verò ſi ſit veriſimile ut brevi incolæ revertantur, reguletur ut parochialis actu. Ita in ſpecie diſtinguit Collectarius d. c. *De multa, num. 8.* & quidam alij recentiores; & videtur ſentire Gemin. in d. c. *Licet col. 3. verſ. Tertio caſu* & apertiùs ibi, Bellam. *in 5. col. verſ. Primo quæritur*, & ſæpè deciſum fuit in Rota.

Et ſecundum hanc ſententiam, quæ opiniones conciliantur, videtur tutò poſſe reſponderi, quia ſtylus Cancellariæ, ſecundum quem parochiales habitu tantùm conferuntur uti beneficia ſimplicia quem ſecutus eſt Gregorius XV. non videtur habere locum, niſi quando eſt veriſimile, ut de proximo revertantur animæ. Nam S. Congregatio dixit Cancellariam aliud obſervare, quia parochialis habitu de die in diem poteſt fieri actu, & idē Gregorius hanc partem uti tutiorem probavit non ſimpliciter, quia ita eſſet ſtylus Cancellariæ, ſed quia, inquit, Eccleſia habitu curata in horas ſingulas poteſt fieri actu ſi revertantur parochiani. Et ſic habuit rationem hujuſmodi potentiæ proximæ.

49 Neque huic ſententiæ obſtat, imò potius favet tex. in *cap. Paſtoralis 7. quæſt. 1.* Nam ibi civitas Liſſitana erat ab hoſtibus captivata, nec ſuberat ſpes propinquæ liberationis; ideoque non mirum, ſi ibi ſtatuitur, ut ejuſdem civitatis Epiſcopus alteri Eccleſiæ præficiatur.

50 Accedit etiam quod Auctores, qui ſentiunt Eccleſiam habitu curatam regulari uti beneficium ſimplex, moventur omnes ea potiſſimum ratione quia ceſſante cauſa incompatibilitatis, & reſidentiæ, eo quod Eccleſia careat populo, & incolis, & ſic deſit materia, in qua Rector Eccleſiæ officium paſcendi exerceat, debet etiam ceſſare effectus; qua præcipuè ratione ita concludunt gloſ. Joan. Mon. Butr. Felin. atque alij omnes ſupra relati.

51 Hæc autem ratio non militat ubi eſt ſpes proximæ reverſionis animarum: nam juris interpretatione non videtur diſceſſiſſe populus, qui ſtatim eſt reverſus, *l. divortium ff. de divort. & l. plerique ff. de rit. nupt.* Conſentiunt jura in c. *Conſtat. 1. q. 1.* in cap. *Fides, 25. q. 6.* in l. *Si ſervus*, *ff. quod cum eo qui in alien. poſ.* & in l. *Ex proprio*, *§. Verſum ff. de in rem*
52 *verſ. Et regulare eſt.* Præſertim in favorabilibus, ut potentia proxima actui habeatur pro actu, *l. pen.* ubi gloſ. & Bald. *ff. de mil. teſtam.* idem Bald. *l. 1. col. 6. ſub num. 24. verſ. Quid ſi ſitim ff. ſol. matr.* Jaſ. qui plura ſimilia congerit in l. *Divortio. §. Interdum, num. 15. ff.* Eo, licet in dubio ſufficiat ut parochialis ſit curata habitu, ſecundum Gemin. in dict. cap. *Licet Canon col. 3. prope fin. verſ. Aut ex verbo non appaeret de electione in 6.*

Ex quibus omnibus videtur reſpondendum, parochialem habitu tantùm curatam minimè inducere incompatibilitatem, nec reſidentiam requirere niſi ſubſit ſpes ut brevi populus revertatur, quæ tamen non videtur ſubeſſe in caſu præſenti, cum ſecundum ea, quæ proponuntur dicta Parochialis ruralis ſit, ac ſine populo, & incolæ ſupra ducentos annos. Et in hanc ſententiam Sacra Congregatio reſpondit.

53 Ulterius QUÆRO, An Rector Parochialis habitu ab Epiſcopo Seminario unitæ teneatur reſidere in novo Pago infra limites ipſius Parochialis conſtructo.

Pagus Cortuladi Militen. Diœceſis ob aeris intemperiem, ac facinoroſorum hominum injuriā deſertus, ac deſtructus fuit quadraginta circiter abhinc annis, & illius incolæ ad diverſa alia loca commigrarunt, ideoque Parochialis Eccleſia ejuſdem pagi, quæ adhuc integra eſt, & in qua illius Rector miſſam quotidie celebrat, ad præſens nō ſit amplius Curata actu, ſed habitu tantùm: & in hoc utraque pars conſentit. Ab annis verò circiter quatuor extructus eſt novus pagus ſub eodem nomine Cortuladi paulo minus quatuor milliari-



 bus

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bus diſtans à veteri pago deſtructo, ut deponunt teſtes. Cujus quidem novi pagi univerſitas prætendit Rectorẽ pagi veteris debere in novo pago reſidere, & in Eccleſia ibi ædificata adminiſtrare Eccleſiaſtica Sacramenta, hoc potiſſimum fundamento, quia novus pagus conſtructus fuit infra
54 limites parochiæ, ideoque jus illud parochialitatis, quod quantum pertinet ad exercitium per diſperſionem Parochianorum extinctum fuerat, revixit per habitationem novorum Parochianorum infra limites ejuſdem parochiæ, juxta tex. in c. Paſtoralis. 7. q. 1. Quod autem novus pagus ſitus ſit infra eoſdem limites, probat Univerſitas per plures teſtes formaliter examinatos, qui tamen non reddunt ſufficientem rationem, nec benè intelligunt parochiæ fines. Quinimo alij teſtes coram Epiſcopo Nicoterenſi examinati juſſu S. Congreg. Epiſcoporum, deponunt duas familias in individuo; quæ olim pagum veterem incolebant, ad novum demigraſſe; ſed revera non carent ſuſpicione falſitatis, & quidam illorum ſunt apertè falſi.

Epiſcopus Militenſis è converſo negat dictũ Rectorem debere in novo pago reſidere, atque ibi adminiſtrare Sacramenta.

Et primò opponit unionem, quam fecit de dicta parochiali habitu tantùm curata ſeminario Clericorum. Quam quidem unionem veluti factã ad præſcriptum Concilij. c. 18. ſeſſ. 23. pertendit non debere diſſolvi ex eo quod habitus curæ fuerit reductus ad actum.

Deinde opponit novum pagum minimè fuiſſe ædificatum infra limites parochiæ veteris, ſed eſſe novum populum, & intra alios fines. Ideoque Rectorem antiquæ Eccleſiæ non eſſe ullatenus cogendum illic reſidere, aut Sacramenta adminiſtrare; petitque litteras remiſſoriales ad hoc probandum.

55 Certum eſt primò unionem ab Epiſcopo factam eſſe nullam, jam enim ſæpius cenſuit S. Congregatio Concilij parochialem habitu tantum curatam minimè poſſe uniri ſeminario ab Epiſcopo ex De-
56 creto d. c. 18. Et quamvis quoad reſidentiam parochis Congregatio conſueverit diſtinguere, an ſubſit ſpes, ut parochiani revertãtur, & habitus reducatur ad actum, an non, ita ut primo caſu Parochus teneatur reſidere in parochiali habitu, nõ autem in ſecundo: & hoc modo conciliaverit diſſidentiũ Canoniſtarum opiniones in c. De multa, de præben. & in c. Licet Canon. de elect. in 6. tamen quoad uniones hanc diſtinctionem S. Congregatio non adhibuit. Ratio differentiæ eſt, quia per non reſidentiam non infertur Eccleſiæ aliquod gravamen irreparabile: nam cum primum Parochiani revertentur Parochus poterit apud ſuam
57 Eccleſiam reſidere, d. c. Paſtoralis. At per unionem infertur gravamen, quod reparari non poteſt revertentibus parochianis, quia unio ab initio valida, & effectum ſortita, poſtea ob futurum eventum ipſo jure non diſſolvitur, textus eſt in c. Novit. nec ſede vacan. & tenet Rota in antiq. deciſ. 183. Caccialup. in tract. de union. Eccleſ. c. 9. n. 3. & 4. Petr. de Peruſ. in tract. de revoc. union. c. 5. Ideoque S. Congregatio indiſtinctè reſpondit nullam eſſe unionem Eccleſiæ habitu tantum curatæ. Quamvis enim actus deſtruatur, quando devenit ad caſum, à quo inchoari non potuit. l. Pluribus, §. Etſi placeat. & l. inter ſtipulantem, §. Sacram ff. de verbor. oblig. Hoc tamen non procedit, ſi actus ſit omnino perfectus, & conſummatus, l. Patri furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l. in ambiguis, la prima, §. Non eſt novum, ubi ita declarat Dec. ff. de Reg. iur. Card. Zabarell. conſil. 105. num. 6. verſ. Probat.

58 Præterea unio in dubio præſumitur facta contemplatione Eccleſiæ, cui fit unio, c. Novit. Ne ſed. vacant. Petr. de Peruſ. in tract. de union. Eccleſ. c. ult. num. 1. Ideoque ex ſui natura perpetua eſt, ut patet in hac Decretali, & d. c. Novit, Petr. de Peruſ. ubi ſupr. Non igitur benè infertur de reſidentia temporali ad unionem perpetuam.

59 Accedit quod etſi unio ab initio fuiſſet valida; tamen ob reditum parochianorum eſſet diſſolvenda, Petr. de Peruſ. in eod. tract. de revoc. union. cap. 1. num. 1.

Deinde certum videtur ſive novus pagus fuerit conſtructus infra limites parochiæ antiquæ, ſive non; nihilominus Rectorem non eſſe cogendum reſidere in novo pago: tenetur enim potius reſidere apud Eccleſiam antiquam, & in ædibus parochialibus, ut aliàs cenſuit S. Congregatio, quæ aliquando etiam Parochis indulſit ex rationabili cauſa, & ad tempus limitatum, ut poſſint domum paternam inhabitare infra limites parochiæ exiſtentem, ut patet ex dictis ſupra num. 12. & ſeqq.
60 Quinimò Eccleſia parochialis poteſt agere ad demolitionem Eccleſiæ, ſeu Cappellæ infra parochiæ limites conſtructæ, ut eſt textus in c. Certum de off. deleg.
61 Ad hoc autem ut eſſet cogendus reſidere in novo pago, non ſolùm probandum eſſet illum fuiſſe conſtructum intra fines parochiæ veteris; ſed amplius Eccleſiam antiquam fuiſſe legitimè tranſlatam, ad Eccleſiam noviter ædificatã. Quo caſu omnia jura pertinentia ad Eccleſiam tranſlatam, pertinerent ad Eccleſiam, in qua facta eſſet tranſlatio, c. Et hoc diximus. 16. quæſt. 7. c. Abbati in fine, & ibi gloſ. de verbor. ſignificat. gloſ. ... in c. Si quis vult. 16. q. 7. Jo. Andr. in c. Cum perſonæ, & ibi etiam Anchar. in 1. ... de privileg. in 6. Rota apud Cardin. Seraph. deciſ. 1249. n. 16. aliàs enim Rector non eſſet ſolutus obligatione reſidendi apud pri-
62 orem Eccleſiam. Quod tamen nec facto eſt, nec allegatur factum fuiſſe. Ideoque non videtur concedenda Epiſcopo remiſſoria, quia probatio conſtructionis infra, vel extra limites, quoad hoc nihil relevaret, l. Ad probationem, C. de probat. Seraph. deciſ. 1364. num. 2. Caputaq. deciſ. 66. par. 3.

# DE PRÆBENDIS.

## Cap. Licet.

S V M M A R I V M.

1 Abſens in ſtudio Theologiæ percipit fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas.
2 Diſpenſatus ſuper fructibus in abſentia percipiendis quotidianas diſtributiones non percipit.
3 Fructuum appellatione non veniunt diſtributiones quotidianæ.
4 Niſi materia largè interpretanda ſuadeat.
5 Diſtributiones quotidianæ ſunt reditus caſuales, & incerti.
6 Dignitates obtinentes licitè poſſunt ſtudiorum cauſa ab Eccleſia abeſſe.

Epi-



7 Epiſcopus debet concedere Canonico licentiam non reſidendi ad quinquennium ſtudiorum cauſa, ac ſi renuerit, cogi poteſt à ſuperiore.
Declaratur num. 73.
8 Docentes, & ſtudentes tam in Theologia, quàm in Iure Canonico in publica Univerſitate gaudent privilegio de percipiendis fructibus in abſentia, & numero 129.
9 Etiamſi præbendæ ſitæ ſint in Cathedrali ejuſdem Civitatis.
Et quid in docentibus in Eccleſia n. 115.
10 Indulta Apoſtolica de non reſidendo ſtudiorum cauſa non ſuffragantur, niſi accedat conſenſus Ordinarij loci, ubi beneficia conſiſtunt.
11 Cauſa legitima abſentiæ fingit quem haberi pro reſidente, non autem pro divinis intereſſente.
12 Specialia duo non debent concurrere circa idem.
13 Privilegium partim favorabile, & partim odioſum debet reſtringi quatenus præjudicat alteri, vel cultui divino.
14 Diſtributiones quotidianæ cur inſtitutæ.
15 Canonicatus, & Beneficia obtinentes in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs an, & quibus caſibus percipere poſſint in abſentia redditus beneficiorum ſuorum, & num. ſeq. uſque in finem.
16 Fructus beneficiorum non debentur non reſidentibus, niſi in caſibus in iure expreſſis.
17 Fructus præbendæ, & diſtributiones quotidianæ in quibus differant.
18 Diſtributiones quotidianæ cenſentur etiamſi dividantur in fine anni, dummodo diviſio fiat pro rata ſervitij, & abſentes nihil percipiant.
19 Seminarium Clericorum non eſt contribuendum ex diſtributionibus quotidianis.
20 Intellectus Extravag. Cum nonnullæ, ca. 1. de præb.
21 Dignitates, Canonicatus, vel portiones obtinentes in Cathedralibus vel Collegiatis tenentur perſonaliter reſidere.
22 Canonici de iure communi in abſentia fructus præbendæ non percipiunt.
Declaratur num. 25.
23 Reſidere quid ſit.
24 Beneficia ad divinum cultum, & Eccleſiaſtica munia obeunda ſunt conſtituta.
25 Canonici abſentes non ſunt ipſo iure privati fructibus præbendarum ſuarum, ſed privandi ad præſcriptum Concilij Tridentini.
26 Canonicus non reſidens hodie non poteſt privari titulo, niſi poſt lapſum trium annorum.
27 Nec eſt privandus diſtributionibus in quibus univerſi redditus conſiſtunt, quia ſatis eſt illis privari.
28 Diſtributiones, quas perdit abſens ultra tempus à Concilio permiſſum, non accreſcunt, inſervientibus, ſi redditus omnes in diſtributionibus conſiſtunt.
29 Conſtitutio, qua abſentes ultra duos menſes privantur Capellanis, quomodo ſit intelligenda.
30 Pœna amiſſionis fructuum ob non reſidentiam non habet locum in diſtributionibus, quas Canonicus inſerviens tam lucratus eſt.
31 Conſuetudo vacandi à ſervitio Chori ultra tres menſes ſublata eſt à Concilio Tridentino.
32 Etiamſi ſit immemorabilis in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus.
33 Et quid in Collegiatis inſignibus.
34 Statuta Eccleſiarum, quæ longius abſentiæ tempus indulgent, eadem ſublata ſunt à Concilio.
35 Statutum ut una, vel duabus horis intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſive præbendam à miſſis diſtributionibus quotidianis, non valet.
36 Licentia, quam Capitula Cathedralium Hiſpaniæ ab immemorabili concedere conſueverunt, ut Canonici abeſſe poſſint quoad Capitulum viſum fuerit, non excuſat eos à pœna Concilij Tridentini.
37 Licentia vacandi à ſervitio Eccleſiæ ultra tres menſes nec Epiſcopus, nedum Capitulum concedere poteſt, etiam ex rationabilibus cauſis in iure non expreſſis.
38 Canonici abſentes in ſtudio Theologiæ non percipiebant fructus præbendæ ante c. Super ſpecula, de Magiſtr.
39 Canonici facultatem non habent diſtributiones, aut fructus abſentium remittendi.
40 Dignitates obtinentes in Cathedrali ſine ullis fructibus tenentur reſidere non obſtante contraria conſuetudine.
41 Canonici abſentes à ſervitio Eccleſiæ puniendi ſunt, licet ſint præſentes in civitate, ubi Eccleſia conſiſtit.
42 Canonici etſi ſuæ obligationi ſatisfaciant quoad ſervitium Chori, & Altaris, tamen non poſſunt tuta conſcientia ordinariè abeſſe à Capitulo.
43 Statutũ, vel conſuetudo, quâ mulctantur non intereſſentes Congregat. Capitularibus, valent.
44 Canonicus an poſſit ſumere dies abſentiæ permiſſos in diebus Capituli, ſeu Congregat. Capitularium.
45 Canonico abſenti pro defenſione iurium Eccleſiæ Parochialis, in qua eſt intitulatus, non debentur fructus ſui Canonicatus.
46 Aeris intemperies an excuſet Canonicos à reſidentia, & num. 57.
47 Indultum Capituli Caurien. vacandi quinque menſes ſingulis annis à ſervitio Eccleſiæ ob aeris intemperiẽ.
48 Canonicis ita demum tres menſes ſingulis annis abeſſe licet, ſi hoc habeat ſtatutum vel conſuetudo Eccleſiæ.
49 Conſtitutiones, quæ longius ſervitij tempus requirunt, quam novem menſium præſervantur à Conc. Trid.
50 Canonici, qui maiori ſervitio Eccleſiæ, quàm novem menſium ſunt adſtricti ſi non reſederint, ſubiacent pœnæ Concilij Tridentini.
51 Indultum vacandi tres menſes à ſervitio Eccleſiæ non conceditur Canonicis maiori ſervitio adſtrictis.
52 Canonici ut abeſſe poſſint tres menſes à Concilio permiſſos, nec Epiſcopi, nec Capituli licentia, nec cauſa requiritur.
53 Et tunc abſentes pro negotijs privatis aliàs non ſunt mulctandi, quàm amiſſione quotidianarum diſtributionum, & n. 92.
54 Canonici non poſſunt à ſervitio Eccleſiæ abeſſe ultra tres menſes ſive continuos, ſive interpellatos.
55 Nec omnes ſimul abeſſe poſſunt, ſed ea tantum quota pars, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, & Capituli.
56 Horæ cuiuſlibet diei non ſunt computandæ ad conficiendos tres menſes abſentiæ, ſed dies integri abſentiæ tantum.
57 Statutum ut Canonici in uno ex novem menſibus reſidentiæ uni horæ quotidie interſint eſt contra Concilium Tridentinum; non tamen prædicti incidunt in pœnam quaſi abſint ultra tres menſes.
58 Fundationum privilegij, quibus ultra tres menſes Canonicis abeſſe licet, an Conc. Trid. derogaverit.
59 Statuta à Sede Apoſtolica confirmata ut Canonici abeſſe poſſint ultra tres menſes, an ſint ſublata à Concilio Tridentino.
60 Et quid de ſtatuto, ut Canonici ſemel in vita annum





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

abeſſe poſſint, Hieruſalem proficiſcendi cauſa.

61 Et quid in ſtatuto confirmato à Cardinale authoritate Apoſtolica.

62 Et quid in confirmato à Papa in forma communi.

63 Canonici regulares poſſunt cum licentia ſuorum ſuperiorum ex rationabili cauſa abeſſe per id tempus, quod ipſis permittitur.

64 Portionarij ſeculares in Collegiata regularibus non lucrantur in abſentia diſtributiones quotidianas, niſi ex cauſis in iure expreſſis.

65 Nec ipſis abſentibus debentur fructus niſi pro tempore, quo ex ſtatuto, ſeu conſuetudine Eccleſiæ ipſis abeſſe licet, modo non ultra tres menſes.

66 Abbates Vallis umbroſæ tenentur reſidere in loco Abbatiæ, vel Prioratus licet ibi non poſſit Collegium Monachorum ſuſtentari.

67 Canonicatum, vel Dignitatem obtinens cum Parochiali ex diſpenſatione Apoſtolica tenetur in Parochiali reſidere, & tunc lucratur fructus Canonicatus, vel dignitatis.

68 Beneficium annexum induit naturam beneficij, cui perpetuò, & acceſſoriè annexum eſt unitum.

69 Dignitates, quibus perpetuò, & acceſſoriè annexus eſt Canonicatus, non tenentur niſi ad reſidentiam Dignitatum iniunctam.

70 Secus in obtinentibus Dignitates cum Canonicatibus ex conſuetudine, vel diſpenſatione Apoſtolica.

71 Canonici dum in ſervitio Epiſcopi exiſtentes percipiunt in abſentia fructus præbendæ.

72 Canonici familiares Papæ percipiunt fructus in abſentia non obſtante contraria conſtitutione.

73 Canonici ſtudentes in publica Univerſitate integrè percipiunt in abſentia fructus præbendæ, modo ultra quinquennium non abſint.

Idem in docentibus etiam in Eccleſia. n. 167.

74 Canonici in illis caſibus, in quibus in abſentia lucrantur diſtributiones quotidianas, multo magis percipere debent fructus præbendæ.

75 Canonicis abeſſe non licet à ſervitio Eccleſiæ, niſi ex cauſis in iure expreſſis, quæ an vera ſubſint, Epiſcopi eſt iudicium.

76 Diſtributiones quotidianas non recipiunt niſi qui ſtatis horis interfuerint.

77 Conſuetudo percipiendi quotidianas diſtributiones in abſentia non valet.

78 Etiamſi introducta fuerit poſt Conſtit. Bonif. VIII.

79 Et etiamſi ſit immemorabilis.

80 Statuta ut diſtributiones quotidianæ debeantur non intereſſentibus, ſublata ſunt à Conc. Trid.

81 Statutū Eccleſiæ Compoſtellanæ ut Beneficiati qui diu inſervierunt, habeantur pro iubilatis, an valeat, & n. 166.

82 Diſtributiones non lucrantur abſentes, licet per ſubſtitutum inſerviant.

83 Dignitates non obſtante contraria conſuetudine tenentur per ſeipſas celebrare Miſſas, ſicut cætera officia.

84 Canonici an liceat ſeſe invicem ſubſtituere.

85 Conſuetudo ſecundum quam qui non ſunt Presbyteri, licet inſerviant, diſtributiones non lucrantur, ſervanda eſt.

86 Conſuetudo, quæ nullus percipiat de maſſa communi niſi per annum gratis inſervierit, non eſt ſublata à Conc. Trid. nec à Conſtitutione Pij V.

87 Statutum Capituli ut recipiendi in Eccleſia non ordinentur ſine Capituli licentia, & ſic ordinati gratis per triennium inſerviant, valet.

88 Et ſervari debet etiam in proviſio de Dignitate.

89 Canonici Baſilicæ S. Petri tam de iure communi, tum ex Conc. Trid. tenentur ad pſallendum in Choro.

90 Canonici non poſſunt mutuam remiſſionem punctaturarum facere; & portionem quam ſibi invicem remiſerunt, debet Epiſcopus applicare fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco.

91 Et quid poſtquam portiones non reſidentiū perceperunt.

92 Canonici abſentes tres menſes à Concilio permiſſos, percipiunt fructus præbendæ, ſed non diſtributiones quotidianas, non obſtante immemorabili.

93 Statutum à Canonicis generaliter iuratum, quo certis diebus abeſſe licet, & diſtributiones lucrari, ſublatum eſt à Concilio Tridentino.

94 Conſuetudo, quâ abſentes tres menſes à Concilio permiſſos amittunt etiam fructus maſſæ groſſæ, eſt laudabilis, & obſervanda.

95 Canonicis, qui peſtis cauſa abfuerunt, an debeantur quotidianæ diſtributiones.

96 Studiorum cauſa abſentes lucrantur fructus præbendæ amiſſis diſtributionibus quotidianis.

97 Et quid ſi reditus omnes in diſtributionibus conſiſtant, & n. 124. & ſeqq. & n. 129

98 Epiſcopus Canonicus, dum abeſt ex cauſa viſitationis ſuæ diœceſis, diſtributiones quotidianas non lucratur.

99 Familiares Papæ non percipiunt in abſentia diſtributiones quotidianas.

100 Nec privilegiati ſuper fructibus in abſentia percipiendis.

101 Etiamſi in reſcripto dicatur, ut pro præſentibus habeantur.

Secus ſi dicatur perinde ac ſi divinis intereſſent, numero 103.

102 Diſtribut. debentur his, qui verè divinis interſunt, non autem his, qui fictè, aut iuris interpretatione.

104 Diſtributiones quotidianæ non debentur Inquiſitoribus, nec Examinatoribus Synodalibus, nec his, qui voluntariè ſe confeſſionibus audiendis exponunt.

105 Nec familiaribus Epiſcopi eum comitantibus, aut illi inſervientibus dum miſſam particulariter celebrat.

106 Nec duobus Canonicis in ſervitio Epiſcopi exiſtentibus, niſi reditus univerſi diſtributionibus conſtent, & n. 124.

107 Nec aſſociantibus Epiſcopum volentem audire Miſſam in Eccleſia non Cathedrali.

108 Canonici tenentur aſſiſtere Epiſcopo etiam non Pontificaliter celebranti ſi ita ſe habeat conſuetudo, ſed diſtributiones non percipiunt.

109 Diſtributiones non lucrantur inſervientes Epiſcopo in Monialibus velandis, in examine promovendorum, in Seminario, aut in Congregat. S. Officij.

110 Nec comitantes Epiſcopum in viſitatione diœceſis.

111 Nec Canonicus Vicarius Epiſcopi, non obſtante immemorabili conſuetudine.

112 Nec electus iudex in vim reſcripti, aut iudex Synodalis, niſi abſit pro exequendis ſibi commiſſis.

113 Nec aſſiſtens Congregationi rerum ſpiritualium.

114 Nec Sermocinantes ex debito ſui officij.

115 Theologalem præbendam obtinens in diebus feſtis, in quibus non legitur, poteſt ſe excuſare à ſervitio Chori, & fructus percipere amiſſis diſtributionibus quotidianis.

116 Sed in diebus in quibus legit, habetur pro præſente, & intereſſente ex declaratione Gregorij XIII.

117 Non tamen cenſetur præſens matutinis, quæ ex conſuetudine Eccleſiæ recitantur veſpere præcedenti.

118 Diſtributiones non lucrantur Canonici Miſſam celebrantes ſubmiſſa voce, dum hora Canonica recitantur, niſi illa hora ad celebrandum compulſi fuerint. Nec



119 Nec peregrinantes devotionis cauſa.

120 Et quid in abſentibus tempore Iubilei.

121 Parochialem obtinentes cum Canonicatu, vel dignitate ex diſpenſatione tenentur reſidere in Parochiali, & tunc lucrantur fructus, ſed non diſtributiones.

Niſi fructus omnes diſtributionibus conſtent, num. 124. & ſeqq.

122 Et an excuſatur à ſervitio Canonicatus, & an teneatur per ſubſtitutum obire onus præbendæ magiſtralis iniunctum, ibidem, verſ. Amplius.

123 Et quid in obtinentibus duos Canonicatus, vel Canonicatum cum Dignitate.

124 Canonici abſentes ex cauſis in iure expreſſis lucrantur integrè diſtributiones quotidianas, ſi præbendas diſtinctas, aut fructus groſſos non habeant.

Sed poſt Concilium Tridentinum lucrantur duas tertias illarum partes, amiſſa alia tertia, quæ inſervientibus accreſcit, num. 126. & ſeqq.

125 Diſtributiones in quibus univerſi reditus conſiſtunt, habentur loco præbendæ, & eſt locus erectioni præbendæ Theologalis.

126 Diſtributione, ubi nulla ſunt, vel tenues tertia pars fructuum ſeparari debet, & in diſtributiones converti.

127 Diſtributiones an ſuccedant in locum præbendæ, ubi tenues ſunt fructus à diſtributionibus diſtincti.

128 Et quomodo hæc tenuitas ſit æſtimanda.

129 Et quid ſi fructus quartam partem diſtributionum non ſuperent.

130 Canonici Regulares an poſſint in abſentia diſtributiones quotidianas percipere.

131 Diſtributiones debentur abſentibus ſi ita cautum ſit lege fundationis.

132 Vel ſtatuto à Sede Apoſtolica confirmato.

133 Privilegia Apoſtolica percipiendi in abſentia diſtributiones quotidianas non ſunt ſublata à Concilio Tridentino.

134 Diſtributiones debentur viſitantibus limina pro Epiſcopo, aut eum in eadem viſitatione comitantibus.

135 Ordinarius poteſt ſine Capituli conſenſu excuſare Canonicos à ſervitio Chori ex cauſis tantum expreſſis in Conſtitutione Bonifacij VIII.

136 Diſtributiones quotidianæ debentur infirmis abſentibus etiam non probata conſuetudine illas in abſentia percipiendi.

137 Famulo ægroto an debeantur ſalarium.

138 Statutum Capituli, ut ægrotis non dentur diſtributiones, non valet.

139 Canonicus infirmus percipere debet etiam portionem accreſcentem.

140 Tempus infirmitatis non eſt computandum pro tempore vacationum.

Declaratur num. 149

141 Canonico conceduntur diſtributiones illius horæ, cui ſine vitæ periculo intereſſe non poteſt.

142 Diſtributiones debentur podagra impedito.

143 Cæcus non tenetur horas Canonicas recitare.

144 Nec Choro intereſſe, & tn. lucratur diſtributiones.

145 Cæcitas non privat eo, quod quis haberet ſi cæcus non eſſet.

146 Diſtributiones debentur ſenio confectis, ſi aliàs reſidere ſint ſoliti.

147 Item infirmis ex propria culpa, & peccato.

148 Dummodo antea eſſent ſoliti Choro intereſſe.

149 Et an debeantur ei qui infirmus eſſet tribus menſibus vacationum, vel ex cauſa Iubilei, in morbum inciderit.

150 Diſtributiones quotidianæ debentur abſentibus ob iuſtam, & rationabilem corporalem neceſſitatem.

Unde debentur ei, qui medicinam ſumpſit, aut ſanguine minutus eſt, ibidem.

151 Item expulſo à civitate propter ſeditiones.

152 Etiam non probata conſuetudine ut diſtributiones debeantur abſentibus ex iuſta cauſa.

153 Item indebitè conjectis in carcerem ubique locorum.

Et quid de fructibus præbendæ ſeu maſſæ groſſæ.

154 Item abſentis ut iniuſtam Iudicis vexationem redimeret.

155 Item citato ob cauſam criminalem, qui ſe innocentem probavit.

156 Item condemnato, vel excommunicato, & poſtea abſoluto per ſententiam, quæ in iudicatum tranſierit.

157 Excommunicatus iniuſtè repetit fructus medij temporis.

158 Diſtributiones quotidianæ debentur abſentibus ob evidentem Eccleſiæ utilitatem.

159 Niſi probetur conſuetudo, ſecundum quam abſentes ob dictam cauſam diſtributiones non percipiant.

Intellectus c. Cum non deceat, de elect. in 6. & conciliatio cum cap. unico, de Cler. non reſiden. eod. lib. ibidem.

160 Et cum Eccleſiæ utilitas ad hoc requiratur.

161 Canonicis à ſecretis Regis Portugalliæ in rebus Eccleſiaſticis ex gratia conceduntur in abſentia diſtributiones quotidianæ.

162 Archidiacono habenti nudum ius præſidendi in Choro, dum reſidet in locis ſuæ iuriſdictioni ſubiectis, non debentur diſtributiones.

163 Debentur tamen abſentibus pro exercitio curæ animarum ſuæ Dignitati, vel Canonicatui incumbentis.

164 Dum ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, vel ea exercendi, quæ ad curam ſpectant.

165 Et dummodo hæc præſtent per ſeipſos.

166 Statuta ut qui per quadraginta annos continuos divinis interfuerint habeantur pro iubilatis, ſunt toleranda.

167 Canonicus abſens pro negotijs Capituli lucratur diſtributiones quotidianas, nec tenetur inſervire per ſubſtitutum.

168 Canonici, qui tenentur aſſiſtere Epiſcopo Pontificalia exercenti in Cathedrali tenentur etiam in alijs civitatis locis, & ſuburbijs, tunc lucrantur diſtributiones.

169 Diſtributiones debentur Theologo præbendato in diebus, in quibus legit.

170 Item pœnitentiario audiendi confeſſiones in Eccleſia, ſive extra dum divina celebrantur.

171 Item dum Capitulum comitatur corpus defuncti ad ſepulturam.

1 LICET. Abſens in ſtudio Theologiæ percipit fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas. Hoc dicit ſecundum intellectum Io. Andr. & communem. Vel generalius ſecundum alium intelle-
2 ctum Hoſtien. Card. & Abb. Diſpenſatus ſuper fructibus in abſentia percipiendis quotidianas diſtributiones non percipit. Dividitur in duas partes. Primò, ponit privilegij tenorem. Secundò, ejus interpretationem, ibi, volumus.

3 Nota primò, appellatione fructuum præbendæ non venire diſtributiones quotidianas. Idem probat textus in cap. unico, de Cler. non reſiden. lib. 6. & in cap. fin. §. In illis, de conceſſ. præben. eod. lib. & tenet Caſſador. deciſ. 1. de Cler. non reſident. &
4 Covarr. lib. 3. variar. reſol. cap. 13. num. 1. niſi materia largè interpretanda aliud ſuadeat, ut reſolvit



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

5 Rota apud Put. *deciſ.* 239. *lib.* 1. Ratio eſt, quia quotidianæ diſtributiones ſunt reditus caſuales, & incerti, nec attinent ad corpus præbendæ, ut fuſe probat Oldrad. *conſ.* 118. *Ex virtute gratia*, cujus rationes tranſtulit, ac ſibi adſcripſit Jo. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de conceſſ. præben.* nulla Oldradi mentione habita, de quo miratur Petr. de Anchar. in Clem. *unica num.* 39. *eod. tit.* ubi idem firmat, & poſt eum Felin. alios cumulans in c. *Ad audientiam* 14. *de reſcript.* & Covarr. *loco citato*, inferentes propterea ad regulas Cancellariæ de valore fructuum exprimendo.

6 Secundò nota, obtinentes dignitates licitè poſſe ſtudiorum cauſa ab Eccleſia abeſſe, ut de Archidiacono eſt caſus hic, & de Abbatibus notat Jo. Andr. in c. 3. *infra*, *Ne Cler. vel Mon.* Intellige ſecundum ea, quæ dicam infra *num.* 10. *Fallentia*,
7 *num.* 94. Item intellige de Ordinarij licentia, quam tenetur ipſe Ordinarius impertiri, ut legitur, & notatur in c. *Relatum, ſupra tit. prox.* ſecundum Abb. *hic num.* 2. *in* 1. *notab.* at ſi renuerit, adiri poteſt ſuperior, ut eum roget, arg. c. *Nullus*, *de iurepatr.* & tenet idem Abb. in d. c. *Relatum*, *num.* 6. *verſ. Sed diceres tu.* Sed & Sacra Congregatio Concilij declaravit ejuſmodi licentiam ab Epiſcopo ad quinquennium concedi poſſe: quod ſi renuerit, ejus ſuperiorem adeundum eſſe, qui eum compellat.

8 Hoc autem privilegium vendicat ſibi locum tam in docentibus, quam in ſtudentibus, & tam in Theologica facultate, ut eſt caſus in d. c. *fin. de Magiſtr.* quam in jure Canonico, ut notatur in c. *Cum ex eo*. in gloſ. in ver. *Litteratum de elect. lib.* 6. & per Abb. & DD in c. *Tuæ*. *de Cler. non reſiden.*
9 Quinimò cenſuit S. Congregatio docentes jus Canonicum in publica univerſitate gaudere, & potiri privilegio de percipiendis in abſentia ſuarum præbendarum fructibus, quamvis præbendæ, quas obtinent, ſitæ ſint in Cathedrali ejuſdem civitatis, in qua publici Lectoris munere funguntur. Quid autem in jure civili, dixi in c. *Super ſpecula.*
10 *Ne Cler. vel Monach.* Hodie gratiæ de reſidendo, & fructibus in abſentia percipiendis ſtudiorum cauſa à Sede Apoſtolica impetratæ non ſuffragantur, niſi accedat conſenſus Ordinarij loci, ubi beneficia conſiſtunt, ex Conſtitutione Pij IV. publicata 24. Novembris 1564.

11 Vltimò nota ſecundum Anton. de Butrio n. 3. legitimam abſentiæ cauſam, quamvis fingat quem haberi pro reſidente, non tamen fingere ut habeatur pro divinis intereſſente. Ratio poteſt eſſe du-
12 plex. Altera quam ponit hic Petr. de Anchar. *n.* 3. quia cum diſtributiones quotidianæ debeantur præſentibus, & intereſſentibus divinis officijs, c. *unico*, *de Cler. non reſiden. lib.* 6. Princeps concedendo unum ſpeciale, ut non præſens fructus percipiat, non cenſetur concedere aliud, ut ſcilicet habeatur etiam pro intereſſente, & conſequatur diſtributiones quotidianas; quia duo ſpecialia nõ debent concurrere circa idem. *lib.* 1. C. *de dot. pro-*
13 *miſſ.* l. *Cum poſt* §. *Gener. de jure dot.* Altera ratio eſt, quam ponit Abb. *num.* 3. *in* 2. *notab.* quia privilegium partim favorabile, & partim odioſum debet reſtringi quatenus præjudicat alteri, vel cul-
14 tui Divino. Nam privilegium hic conceſſum ſuper fructibus integrè percipiendis ideo non extenditur ad quotidianas diſtributiones, quia habet naturam ſeparatam ab alijs fructibus Eccleſiæ, & introductæ fuerunt in uſum cultus divini, ut Canonici ad divina officia promptius convenirent. Clem. *Si Dominum, de reliq. & vener. Sanctor.* nam ut Hoſtien. inquit in c. *Olim, num.* 2. *in ver. Et manualia*, talis intereſt pro denario, qui non intereſſet pro Deo. Et propterea neque in parte minuatur divinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur, ſtatuit Concilium Tridentinum in c. 3. *ſeſſ.* 21. in Eccleſijs tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros divinis intereſſentes, dividantur.

15 QUÆRO An, & quibus caſibus obtinentes beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs licitè percipere poſſint in abſentia reditus ſuorum beneficiorum.

Hæc quæſtio pro clariori ſolutione dividenda eſt in duo membra principalia. Primum eſt, An & quando abſentibus debeantur fructus præbendæ. Secundum eſt, An & quando ijſdem debean-
16 tur diſtributiones quotidianæ. Et quia proventus, & emolumenta beneficiorum non debentur non reſidentibus niſi in caſibus in jure expreſſis, nec licet Epiſcopo impertiri licentiam percipiendi fructus in abſentia in caſibus non expreſſis in jure ut patebit inf. in diſcurſu materiæ, præſertim n. 57. ne multiplicitas, & varietas caſuum ingerat confuſionem, in utroque membro procedam faciliori methodo per concluſiones, ampliationes, & limitationes; ſed præcipuè ex reſponſis S. Congreg. Conc. Tum quia ſi oporteret ſingula diſcutere, materia in volumen excreſceret; tum quia jus cõmune in multis reperitur immutatum ex jure noviſſimo Concilij Tridentini, ita ut fidere Doctorũ ſententijs non ſit uſquequaque tutum, cum pleraque ex decretis, & declarationibus Apoſtolicis certam interpretationem habuerint.

17 Ad evidentiam præmittendum eſt fructus hoc differre à diſtributionibus quotidianis, quod fructus ſint reditus certi ipſum corpus præbendæ cõſtituentes, qui dantur reſidentibus non habita ratione ſervitij quotidiani, quia percipiunt ut ſine facto, & miniſterio hominis. Diſtributiones verò ſunt emolumenta incerta ad corpus præbendæ nõ pertinentia: pendent enim, & exitum habent ex incerto fortunæ actualis miniſterij, & operis; & dividuntur pro rata ſervitij inter eos tantum, qui horis Canonicis interſunt. Textus eſt in Extravag. *Poſtulaſti*, §. *Licet, de præben.* Et hanc differentiam conſtituit, & pluribus firmat Oldrad. *conſ.* 118. *ex*
18 *virtute gratiæ*, *per totum.* Quod vendicat ſibi locum etiamſi dividantur in fine anni, non autem dietim. Nam ſi diviſio fiat non æqualiter, ſed habita ratione ſervitij cujuſque horæ, & abſentes nihil percipiant, ſunt veræ diſtributiones quotidianæ, non autem fructus præbendæ, ſeu fructus groſſi, vel maſſæ communis, ut decidit Rota apud Achill. *deciſ. unica de diſtribut.* Caputaq. *deciſ.* 29. *par.* 2. & rurſus coram Cardinali Seraphino *deciſ.* 1140. *num.* 2. ubi reſolvit reditus Collegiatæ
19 Eccleſiæ Aquavivæ, qui in fine anni dividuntur pro rata ſervitij diurni, eſſe diſtributiones quotidianas, ac propterea ex illis non eſſe contribuendum ſeminario Barenſi. Quam deciſionem poſtea in eadem cauſa probavit S. Congregatio Concilij, ut ſcripſi plenè in c. *Olim*, *à num.* 45. *uſque in finem infra de verb. ſignif.*



20 Nec obſtat textus in extravag. *Cum nonnullæ*. *la prima*, §. *Præterea de præbendis*, ubi eſt expreſſum, illam bladi quantitatem, & pecuniæ ſummam, quæ pro quolibet menſe, vel hebdomada Canonicis miniſtrantur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum quæ præſentis Canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis diſtribuuntur ſine fraude. Nam reſpondetur textum loqui de illa bladi, & pecuniæ quantitate, quæ conſuevit aſſignari abſentibus ſtudiorum cauſa, vel pro negotijs de licentia Capitulorum, ut ibi eſt expreſſum; unde ſecus eſſet ſi nihil conſueviſſet abſentibus exhiberi. Et dum textus dixit cenſeri diſtributiones, quæ dividuntur quotidiè, reſpexit ad id, quod frequentius fieri ſolet; propterea enim appellantur diſtributiones quotidianæ. Sed tamen ſi diviſio fiat habita ratione quotidiani ſervitij, non ideò minus cenſeri debent quotidianæ, quod dividantur in fine hebdomadæ, aut menſis, vel anni, quia hoc ſit gratia commodioris ſolutionis, nec alterat naturam diſtributionum, quæ conſiſtit in hoc ut ſint deputatæ pro ſervitio cujuſque diei, & non intereſſentes nihil percipiant, ut habetur in dicta Extravag. *Poſtulaſti*, §. *Licet*, *de præben.* & in præallegat. § *Præterea*, ad quem aliàs reſpexit Sacra Congregatio Concilij. Nam conſulta quæ ſint diſtributiones, de quibus Concilium, *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. & cap. *unico de Cler. non reſiden. in* 6. & quæ ſint diſtributiones, quæ habentur loco præbendæ, à quibus non excluduntur abſentes ratione alicujus privilegij, de quibus in d. *c. unico in verſ. Receperint*: ſimpliciter reſpondit id declaraſſe Extravag. *Cum nonnullæ*, §. *Præterea de præben.*

21 Quibus præmiſſis circa primum membrum ſtatuitur principalis concluſio. Obtinentes beneficia, puta Dignitates, Canonicatus, præbendas, vel portiones in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs tenentur in eis perſonaliter reſidere, nec in
22 abſentia percipere debent fructus præbendarum ſuarum, *ut hic*, & in c. *Inter quatuor*, & cap. *fin. de Cler. non reſident.* & in cap. *Pervenit*, il ſecondo, *infra de appellat.* Idem probatur in cap. *Cum omnes*, *ſupra de Conſtit.* ubi Canonici abſentes percipere poſſunt fructus præbendarum ſuarum vigore conſuetudinis. Ergo ſecluſa conſuetudine, de jure communi illos percipere non debent; & ita notat gloſſa prima communiter approbata dicens, hoc eſſe jus commune ut Canonici abſentes nihil percipiant. Idem tenet gloſſa in cap. *Conquerente*, *in ver. Deſerviat*, *de Cler. non reſiden.* & gloſſa noſtra in illis verbis, de corpore præbendæ ſuæ, quam in abſentia de jure communi percipere non debet
23 Clericus. Et verbum, *reſidere*, accipiendum eſt cum effectu, id eſt Eccleſiæ in divinis officijs deſervire, cap. *Relatum, de Cler. non reſiden.* & d. cap. *Conquerente*, & tenent, Hoſtien. *in ſumma eod. tit.* §. 2. *quaſi.* 27. Aſten. *lib.* 6. *tit.* 34. Sylveſt. *in ver. Reſidentia, in princ.* Andreas ab Exea in cap. *Cum venerabilis num.* 58. *de Conſtit.* quos ſequitur Covarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13. *num.* 3. *verſ. Veruntamen primam hanc diſtinctionis partem.* Idem tenet Petr. de Anchar. in cap. *unico in* 6. *notab. de Cler. non reſiden. in* 6. Nam reſidentia debet eſſe laborioſa, non
24 deſidioſa, cum beneficia ad divinum cultum, & Eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſtituta, cap. *Cum ad hoc, in parte deciſa eod. tit.* & habetur in decreto Concilij Tridentini *cap.* 12. *in princ. ſeſſ.* 24. Quid enim prodeſt præſentia in loco, ex quo divinis non adſunt, ut inquit gloſſa in d. cap. *unico in ver. Præſentes.* Et ita intellexit Canonicorum reſidentiam S. Congregatio ejuſdem Concilij interpres, ut patebit infra in ſexta ampliatione n. 41.
25 Cæterum etſi abſentes percipere nõ debeant fructus præbendarum, non tamen hoc ita accipiendum eſt, ut illos perdant ipſo jure: Imò enim acquirantur ſine facto, & miniſterio hominis, ut ex Oldrado dictum eſt ſupra *num.* 18. Sed ita eſt intelligendum, ut privandi ſint ad præſcriptum Concilij Tridentini in *cap.* 12. §. *Præterea ſeſſ.* 24. ubi ſtatuitur ut abſentes ultra tempus ibi permiſſum primo anno priventur dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecerunt ſuos; Quod ſi iterum eadem fuerint uſi negligentia, priventur omnibus fructibus quos eodem
26 anno lucrati fuerint; creſcente verò contumacia, contra eos juxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedatur, id eſt, ad privationem tituli. Atque ita hodie correcta eſt diſpoſitio antiquorũ Canonum, ſecundum quam Canonicus abſens privari poterat beneficio, ſi infra congruum terminum ſibi præfixum ad reſidentiam non rediiſſet, ut in d. cap. *Pervenit*, il ſecondo de appellat. c. *Inter*, & c. *ult. de Cler. nõ reſiden.* Nam poſt Concilium privari non poteſt titulo, niſi poſt lapſũ trium annorum.

Unde cum Epiſcopus Tarentinus olim petijſſet declarari à S. Congregatione Concilij. An rectè proceſſiſſet contra Subcantorem Canonicum Eccleſiæ ſuæ jam decem & octo menſes abſentẽ, cum ei comminatus fuiſſet pœnam privationis, ſi intra menſem non reſideret: S. Congregatio duo declaravit: Primum, Concilium clarè diſpoſuiſſe expectandum eſſe lapſum trium annorum antequam ad privationem in totum procedatur, ut in d. *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *verſ. Præterea abſentibus.* Nam in primo amittit non reſidens dimidiam, in ſecundo omnes fructus, in tertio privatur titulo, & ità reſcriptum fuit pluribus Epiſcopis.

27 Secundum, etſi omnes reditus in quotidianis conſiſtant, pro primo anno, vel ſecundo, non debere indici privationem; quia cum ſint quotidianæ, & non percipiat eas non reſidens, ſatis eſt pri-
28 vatus & pro primo, & pro ſecundo; & admonendum Epiſcopum ne has diſtributiones, quas amittit ille non reſidendo, ſinat accreſcere ſervientibus.
29 Conſtitutionẽ verò, qua abſentes ultra duos menſes privantur Capellanijs, S. Congregatio ſic cenſuit intelligendam, ut abſentes ultra duos menſes primo anno priventur dimidia parte fructuum, ſecundo omnibus, tertio Capellanijs; Hos autem duos menſes, cum Conſtitutio ſit odioſa, oportere eſſe continuos; quemadmodum & ſupradictos tres annos, non autem interpellatos. Quod ſi quis fraude uſus fuerit, tunc Ordinario licere animadvertere in eos, qui fraudem commiſerint:
30 pœnam autem amiſſionis fructuum cenſuit non habere locũ in quotidianis diſtributionibus, quas Canonicus inſerviens jam lucratus eſt.
31 Ampliatur primò principalis concluſio ſupra firmata, ut habeat locum non obſtante contraria conſuetudine nõ reſidendi, aut fructus in abſentia percipiendi. Nã etſi conſuetudo hujuſmodi valida eſſet de jure communi, ut eſt textus in cap. *Cum omnes, de Conſtit.* & ibi notat gloſſa *fin.* Innoc. & alij,

alij, ſilent in eo caſu, in quo Canonicus abſens inſerviebat per ſubſtitutum ſecundum opinionem Hoſtien. *eodem num. 10.* cum quo tranſeunt communiter Doctores, ut ibi teſtatur Abb. n. 10. tamen hodie ſublata eſt à Concilio Tridentino in d. *cap. 12. §. Præterea*, ubi ſtatuitur, ut obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet ſtatuti, vel conſuetudinis ultra tres menſes ab eiſdem Eccleſijs quolibet anno abeſſe. Quo decreto corrigitur prædicta Decretalis, *cum omnes*, & opiniones Doctorum in hac materia, ut ibi dixi n. 21.

32 Quinimò in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus eo decreto ſublata eſt conſuetudo, etiam immemorabilis vacandi ultra tres menſes à ſervitio Chori, ut multoties reſpondit S. Congregatio, & dixi latius in prædicta decretali, *Cum omnes*, *num. 31. & ſeqq.*

33 Ampliatur ſecundò, ut procedat etiam in Collegiatis non inſignibus; cenſuit enim S. Congregatio Canonicos Collegiatarum Eccleſiarum, etiã non inſignium, teneri ad reſidentiam, niſi tamen illæ non inſignes Collegiatæ eſſent rurales prorſus deſtitutæ, aut in quibus nunquam antea ſupra hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere, & adeò tenuis reditus eſſet, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere non poſſet. Et de intellectu hujus declarationis vide quod ſcripſi in d. c. *Cum omnes, n. 31. 32. & 33. de Conſtit.*

34 Ampliatur tertiò, etiamſi Eccleſiæ ſtatutum longius abſentiæ tempus indulgeat, quia decretũ *d. cap. 12. ſeſſ. 24. in prædi. §. Præterea*, derogat non tantum conſuetudinibus, ſed etiam ſtatutis ibi,
35 *Vigore cujuslibet ſtatuti*, Unde cum fuerit quæſitum an valeat ſtatutum, ut una, vel duabus horis intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſive præbendam, amiſſis diſtributionibus quotidianis; reſponſum eſt non valere.

36 Ampliatur quartò principalis concluſio, ut locũ habeat non obſtante licentia, quam Capitulũ concedere conſuevit vacandi à Choro ultra tres menſes. Imò cenſuit S. Congregatio non excuſare à pœna Concilij licentiã, quam Capitula Cathedralium Hiſpaniæ ab immemorabili tempore concedere conſueverunt, ut Canonici abeſſe poſſint
37 quoad Capitulo viſum fuerit. Quin etiam hanc licentiam nec Epiſcopum, nedum Capitulum etiam ex rationabilibus cauſis in jure non *expreſſis*,
38 & ſuppoſita immemorabili, poſſe concedere. Et propterea Doctores dicunt de jure communi antiquo nec abſentes in ſtudio Theologiæ debuiſſe percipere fructus præbendæ antequam emanaſſet illa decretalis, *Super ſpecula, de magiſtr.* ut in ſpecie hic notant Anton. de Butr. *in 1. notab.* & idem Butr. Cardinal. & alij *in prima oppoſitione.*

39 Et eodem modo ad pœnam privationis fructuum contra abſentes ultra tempus à Concilio permiſſum procedendum eſt, non obſtante quavis remiſſione Canonicorum. Cenſuit enim Sacra Congregatio hujuſmodi remiſſionem eſſe prohibitam tam quoad diſtributiones, de quarum remiſſione ſi conſtiterit, debere Epiſcopum jure agere in reos; quam quoad fructus præbendæ quos remittere non eſt in facultate Canonicorum, cum Eccleſiæ ſint applicandi.

40 Ampliatur quintò, etiam in Dignitatibus Cathedralium Eccleſiarum, quæ nullos habent reditus: nam nihilominus obligant ad perſonalẽ reſidentiam non obſtante contraria conſuetudine, de quo tamen dic ut ſcripſi in *d. c. Cum omnes num. 25. & ſequentib. de Conſtit.*

41 Ampliatur ſextò, ut nec ſufficiat reſidentia in civitate, ſed omninò requiratur intereſſentia divinis officijs, adeo ut contra abſentes à Choro ultra tres menſes procedendum ſit ad præſcriptum Concilij: Reſidentia enim accipienda eſt cum effectu, ut dixi ſupra *n. 23.* ideoque cum eſſet quæſitum an verba poſita in d. c. 12. §. *Præterea, ſeſſ. 24.* prohibeant ne Canonici, & alij abſint à Choro, vel tantum ne abſint à civitate, Sacra Congregatio cenſuit prohibere ne abſint à Choro. Et ad conſultationem Cardinalis S. Praxedis tunc Archiepiſcopi Mediolanenſis reſpondit puniendos eſſe, qui abſunt à ſervitio Eccleſiæ, licet in Civitate loco ve, in quibus ipſa Eccleſia conſiſtit, ſint præſentes; quia verba Concilij dicunt (ab eiſdem Eccleſijs abeſſe, non à loco Eccleſiæ) & ſic intelliguntur de ſervitio Eccleſiæ. Et iterum conſulta quomodo eſſent privandi qui ultra medietatem anni abſunt à ſervitio Eccleſiæ prætextu quod non diſceſſerint à civitate: reſpondit primo anno privandos eſſe dimidia parte fructuum; ſecundo, omnibus; tertio, prout ſancitum eſt decreto Concilij c. 12. *ſeſſ. 24.*

42 Ampliatur 7. ut Canonici non ſolum teneantur Choro intereſſe, ſed etiam Congregationibus Capitularibus. Unde cum fuerit quæſitum an Canonicus ſuæ obligationi ſatisfaciens in eo, quod attinet ad reſidentiam, & ſervitium Chori, & Altaris, poſſit tuta conſcientia ordinariè abeſſe à Capitulo, ſeu Congregationibus Capitularibus, S. Congreg. cenſuit non poſſe.

43 Item declaravit validum eſſe ſtatutum vel conſuetudinem, qua mulctantur hi, qui Congregatio-
44 nibus Capitularibus non interfuerint. Verum ſuborta dubitatione, An Canonicus poſſit ſumere dies abſentiæ à conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ permiſſos, & à Concilio non ſublatos in diebus Capituli, ſeu Congregationum Capitularium; inclinavit poſſe. Sed tamen nihil fuit deciſum; quia prius edoceri voluit, numquid hujus dubij ſolutio peteretur ad evitandam pœnam, vel mulctam impoſitam adverſus eos, qui hujuſmodi Congregationibus non interfuerint, vel ad acquirendas diſtributiones aſſignatas pro horis, quibus habentur hujuſmodi Congregationes. Sed alias fuit reſolutum poſſe.

45 * Ampliatur 8. eadem concluſio ut habeat locum etiam in abſentibus à Cathedrali pro utilitate, vel neceſſitate alterius Eccleſiæ; nam ad hoc ut pro præſentibus habeantur, exigitur utilitas vel neceſſitas illius Eccleſiæ in ſpecie, de cujus fructibus agitur, ut latius dicam infra, *num.* 98. & *num.* 160. Facit tex. in cap. *Ex parte, el ſecundo*, ibi, *Si te non abſentando ut fraudem Præpoſituræ tuæ jura fideliter proſequeris, cum ex hoc cenſeri debeas reſidens &c. ſupr. de Cler. non reſiden.*

Hinc Canonico abſentia pro defenſione jurium Eccleſiæ Parochialis, in qua erat beneficiatus, & electionis factæ de ejus perſona ad Rectoriam dictæ Parochialis, non deberi fructus præbendæ ſui Canonicatus decidit Rota, cujus deciſionem Sacra Congregatio probavit.

46 Ampliatur ultimò ut nec aeris intemperies excuſet Canonicos à reſidentia ultra tres menſes à Con-



cilio permiſſos. Hinc petentibus Canonicis, ut liceret dimidiæ eorum parti per alternas hebdomadas inſervire, eo quod Cathedralis frigida, & humida eſſet: S. Congregatio abnuit, & Sanctiſſimus itidem abnuit. Adverte tamen, quia Doctores ſuper ver. *Excuſationem in c. fin. ſupra tit. prox.* communiter tenent beneficiatum excuſari à reſidentia ob aeris intemperiem, per c. *Quoniam, 74. diſt.* ſed videntur accipere intemperiem pro aeris corruptione, prout accipit, ibi Hoſtien. *num. 5.* quo caſu licet eis abſcedere etiam renuente ſuperiore, cum periculum ſit in mora, ut concludit Ripa *in tract. de peſt. in tit. de privil. contract. num. 140.* Aliquando tamen hæc cauſa juſta viſa fuit cum aliquibus diſpenſandi. Et in ſpecie petente Capitulo Cauren. ob aeris intemperiem ne reſidere tenerentur,

Sanctiſſimus die 7. Octobris 1580 audita relatione Congregationis, impertitus eſt facultatem Epiſcopo, ut poſſit ſingulis annis, ſi ſibi juſtæ cauſſæ diſpenſandi videbuntur, licentiam concedere Canonicis non reſidendi per alium menſem ultra tres, quibus per Concilium, & quartum, quo vigore litterarum ſanctæ mem. Pij V. iiſdem abeſſe licet, in eo numero, qui Epiſcopo viſus fuerit, ne cultus divinus deſeratur.

48 Nunc principalis concluſio, & regula ſuperius firmata, *num. 21.* fallit primò, ſi ex ſtatuto Eccleſiæ, vel conſuetudine uſque ad tres menſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe liceat: hujuſmodi enim conſuetudinem, & ſtatutum à contrario ſenſu præſervat Concilium Tridentinum in *d. c. 12. §. Præterea, ſeſſ. 24.* non autem indulget Canonicis omnium Eccleſiarum, ut tres menſes abeſſe poſſint, ut quidam incautè putarunt. Non enim procedit concedendo, ſed prohibendo; ibi, *non liceat prætextu cujuslibet ſtatuti, vel conſuetudinis ultra tres*
49 *menſes abeſſe.* Imò expreſsè præſervat Conſtitutiones, quæ longius abſentiæ tempus requirunt; ibi, *Salvis nihilominus.* Unde propoſito dubio,
50 An Canonici qui majori ſervitio Eccleſiæ, quam novem menſium ſunt adſtricti, ſubjaceant, ſi non reſiderint, eiſdem pœnis, de quibus in d. c. 12. S.
51 Congregatio cenſuit ſubjacere. Et Canonicis ut ſupra adſtrictis poſtulantibus ex gratia vacationem trium menſium, S. Congregatio mea tempore ſemper abnuit.

52 Suppoſita autem conſuetudine, vel ſtatuto Eccleſiæ; ut Canonici abeſſe poſſint tres menſes à Concilio permiſſos cenſuit nec Epiſcopi, nec Ca-
53 pituli licentiam, nec cauſam requiri. Et abſentes eo tempore ex cauſa privatorum negotiorum non debere alias multari, quam amiſſione quotidianarum diſtributionum. De quo latius infra *in ſecunda membro principali in octava ampliatione, num. 92.*

Amplius cenſuit non oportere, ut abſentia ſit
54 continua ut comprehendatur, c. 12. ſed ſatis eſſe ut dies abſentiæ licet interpellati ſuperent trimeſtre. Item reſpondit non poſſe Epiſcopũ contra-
55 rium ſtatuere. Et rurſus orta dubitatione, An tres menſes quibus Canonicis abeſſe licet ab eorum Eccleſijs ex *c. 12. ſeſſ. 24.* poſſint eſſe continui, & quoad omnes Canonicos: cenſuit poſſe eſſe cõtinuos, non tamen omnes Canonicos poſſe abeſſe eodem tempore, ne Eccleſia deſtituatur omni ſervitio, ſed tantum eam quotam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Epiſcopi, & Capituli: & Sanctiſſimus probavit ſententiam Congregationis ad ſe relatam ſubdens Concilium non dediſſe tres menſes Capitulo, ſed Canonicis, ſcilicet ſingulis per vices.

56 Verumtamen etſi Canonici teneantur omnibꝰ ſeptem horis inſervire. Clem. 1. ubi gloſ. *in ver. Canonica. & in ver. Debitam de celebrat. Miſſar.* Clem. *1. in fine de reliq. & vener. Sanctor.* Clem. 2. *in ver. Certis horis, de ætat. & qualit.* nec valeat ſtatutum ut reſidens in una hora habeatur pro reſidente in omnibus laud. Cardin. & Anchar. in d. Clem. 1. *de celebr. Miſſar.* nihilominus ad conficiendum ſpatium trium menſium reſponſum eſt horas cujuslibet diei non eſſe computandas, ſed dies integros abſentiæ tantum. Sed nec poſſe confici ex horis, quibus Canonici reſidentes abſunt à Choro, dies, ut ex diebus, & horis ſic collectis conficiantur menſes abſentiæ, de quibus in decreto, *cap. 12. ſeſſ. 24.* Neque ad conſtituendum ſervitiũ novem menſium colligendas eſſe punctaturas; quaſi iis, qui novem partes punctaturarum ex duodecim, qui ex ſervitio totius anni conſtantur, deſerviendo tulerint, ſervitio punctaturarum debito ſatis fecerint; ſed ipſos dies reſidentiæ, & ſervitij ſive continui fuerint, ſive interpellati, numerandos eſſe ut compleant numerum dictorum
57 novem menſium. Quare dubitante Epiſcopo Palentino an Præbendati Capituli Palentini, qui in uno ex novẽ menſibus reſidentiæ uni horæ quotidie interſunt, ſtatuto Eccleſiæ id permittente propter nimiam Eccleſiæ, & loci frigiditatẽ, & aeris intemperiẽ pro lucrandis fructibus illius menſis, ex eo quod reliquis horis non interfuerint, privari poſſint tanquam abſentes ultra tres menſes juxta formam Concilij *ſeſſ. 24. c. 12. verſ. Præterea.* Sac. Congregatio cenſuit ſtatutum, de quo ſupra, tolli debere, utpote contra Concilium, adeo ut nõ intereſſentes omnibus horis in prædicto menſe amittant illam ratam fructuum, quam amitterent in alijs octo menſibus ſingulis horis non intereſſendo, non tamen incidere in pœnam d. verſ. *Præterea*, quaſi abfuiſſent ultra tres menſes.

58 Fallit ſecundò principalis concluſio, ſi in fundatione Eccleſiæ cautum fuerit, ut abeſſe liceat ultra tres menſes: Nã etſi hoc dubium fuerit diu, multumque agitatum in S. Congregatione, poſtremò tamen cũ poſtulaſſent declarari Canonici Eccleſiæ Segobien. An Conſtitutio in fundatione earum Eccleſiæ edita, quæ permittit Canonicis abeſſe ultra tres menſes, cenſeretur ſublata à Concilio *ſeſſ. 24. cap. 12.* Quatuor Cardinales cenſuerunt non eſſe derogatum fundationi. Octo cenſuerunt derogatum, præſuppoſito quod Concilium ſuſtulerit conſuetudinem immemorabilem in hac materia reſidentiæ in Cathedralibus: cum enim ea det meliorem titulum, qui poſſit allegari, & ſic etiam titulum fundationis; Ergo &c. Non obſtat deciſio Ludov. Rom. in *l. 5. verſ. §. De viro, num. 45. ff. ſol. matr.* Felin. *in tit. de ſiter. Apoſtol. in lim. par. col. 5. ampliat. 7.* qui dicunt per Conſtitutionem generalem nunquã cenſeri derogatum fundationi: nam loquuntur in fundatione facta à laico patrono, ne retrahatur à fundatione: Item in derogatione facta à Papa in collatione beneficij: Modo autem quæritur de derogatione legis in fundatione, quæ neſcitur à quo facta ſit, nec ſi juſpatronatus adſit. Sed tamen non capta reſolutio, ſed dictum ut videretur fundatio, & poſtea iterũ re-
ſe-

ferendum ad Congregationem. Sed poſtea die 21. Februarij 1576. Congregatio parva declaravit non ſublatum privilegium in fundatione conceſſum non obſtante dubitatione Congregationis generalis.

59 Fallit tertiò, Si ſtatutum Eccleſiæ à Sede Apoſtolica confirmatum longius abſentiæ tempus indulgeat: nam decretum Concilij in *d. cap.* 12. etſi ſuſtulerit ſtatuta Eccleſiæ; nō tamen ſuſtulit confirmata à Sede Apoſtolica propter duplex vinculum ex doctrina gloſſæ poſt Jo. Monac in Clem. *Dudum, ad finem, in ver. Falla de ſepultur.* & deciſionem Achillis. Unde cum fuerit dubitatum in in una Valentina an per *d. cap.* 12. eſſet ſublatum ſtatutum à Sede Apoſtolica confirmatum, quo diſponitur Canonicos reſidentes poſſe eligere quatuor menſes, per quos à reſidentia ſint exempti: S Congregatio cenſuit agendum cum Sanctiſſimo prout de illa deciſione Achillis, de qua Sanctitas ſua, & Congregatio deliberarunt in una Veronen. Sanctitas ſua dixit proponendum eſſe in Congregatione generali an in capite reſidentiæ inter deciſio illa Achillis, Congregatio generalis die 7. Julij 1575. Quatuor nempè Urſinus, Senonenſis, S. Sixti, Caraſa cenſuere ſtatutum etſi confirmatum à Sede Apoſtolica eſſe ſublatum à Concilio d. c. 12. Ex mente ipſius Concilij, quæ fuit ſolum indulgere tres menſes pro majori cultu divino. Tum quia voluit ſalva eſſe omnia ſtatuta, quæ majus ſervitij tempus requirunt. Ergo nulla alia, quæ minus. Item quia ferè omnia hujuſmodi ſtatuta fuerunt approbata à Sede Apoſtolica. Unde facile eluderetur diſpoſitio Concilij de reſidentia. Tres verò nempè Moron. Gel. Alc. cenſuerunt non eſſe ſublatum ſtatutum, quia de mente Concilij non conſtat, neque ea colligi aliunde poteſt, quam ex proprietate verborum. Sed verba Concilij ſecundum communes theoricas non tollunt approbata à Sede Apoſtolica, niſi exprimat, & Concilium alibi expreſſit, quando voluit. Et ita in ſpecie de reſidentia Parochorum *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *in fine*, tollit etiam confirmata verbis expreſſis. Sed d. c. 12. non repetit illa verba, *etiam confirmata.* Ergo, &c. Tandem dictum fuit dandam dilationem ad amplius informandum, & poſtea referendum Sanctiſſimo. Poſtea iterum habita Congregatione quatuor pro ſtatuto, quatuor contra ſenſerunt. Sanctiſſimus his auditis, juſſit ſervari ſtatutum confirmatum.

60 Et poſtea cum in Eccleſia Eboren. extaret ſtatutum ante Concilium à Sede Apoſtolica confirmatum ut Canonici ſemel in vita annum abeſſe poſſint Hieruſalē proficiſcendi cauſa, & ſex menſes, cum Baſilicam S. Petri quolibet quinquennio viſitare vellent: dubitatum fuit an illud eſſet ſublatum à Concilio *cap.* 12 *ſeſſ.* 24. S. Congreg. cenſuit ſtatutum hujuſmodi à Sede Apoſtolica confirmatum non eſſe ſublatum per Concilium; & ita etiam Sanctiſſimus probavit.

61 Intellige hanc declarationem, dummodo confirmatio emanuerit immediatè à Papa; Secus ſi à Cardinali auctoritate Apoſtolica. Unde ſtante declaratione, ut præfertur, edita, cum dubitatum fuerit quid cenſendum de ſtatutis Eccleſiæ Taruſinæ ſuper materia d. *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. à Cardinali auctoritate Apoſtolica confirmatis, vel ab eodem Cardinali ſimili auctoritate editis: die 22. Auguſti 1583. S. Congreg. cenſuit ipſius Congregationis declarationem nequaquam habere locum in his ſtatutis.

62 Rurſus intellige declarationē prædictam dummodo confirmatio emanaverit à Papa ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione; ſecus ſi in forma communi; quia talis confirmatio nihil novi tribuit, c. *Cum dilecta*, §. *Nos igitur, ver. Nolentes de confirm. util. vel inutil.* gloſ. in c. *Ex parte in ver. Confirmatione, de Conſtit.* Unde in ſimili quamvis S. Congregatio declaraverit confirmationibus Apoſtolicis per Concilium *ſeſſ.* 6. *cap.* 4. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. non eſſe derogatum: poſtea tamen dixit intelligi derogatum concordiæ confirmatæ à Papa in forma communi.

63 Fallit quartò in Collegiatis Regularibus quæ quoad Canonicos Regulares non comprehenduntur decreto *d. cap.* 12. *ſeſſ.* 24. §. *Præterea.* Ideoque cum fuerit dubitatum ſtante decreto Concilij in d. *cap.* 12. §. *Diſtributiones verò*, quid cenſendum de ſtatuto, & conſuetudine Eccleſiæ Collegiatæ Canonicorum Regularium, ut tam ipſi Canonici Regulares, quam Portionarij, qui ſunt ſæculares in eadem Eccleſia, ſingulis annis cum licentia Prioris, & Capituli per quadraginta dies abeſſe poſſint, quibus unà cum fructibus Groſſæ & diſtributiones quotidianas accipiant, perinde ac ſi divinis officijs intereſſent. Præſuppoſito quod ex hujuſmodi ſtatuto, & conſuetudine ijdem Canonici, & Portionarij abſentes ultra quadraginta dies priventur diſtributionibus quotidianis dumtaxat, non autem parte aliqua fructuum Groſſæ; An liceat eiſdem gaudere vacatione trium menſium juxta præmiſſum Concilij decretum & d. *cap.* 12. § *Præterea*, circa amiſſionem alicujus partis fructuum: S Congreg. cenſuit decretū Concilij *ſeſſ.* 24. *c.* 12. §. *Præterea, & §. Diſtributiones*, non comprehendere Canonicos Regulares; ſed nulla habita ratione ante dicti ſtatuti, & conſuetudinis Canonicos Regulares poſſe cum licentia ſuorum ſuperiorū ex cauſa rationabili abeſſe per id tempus; quod ipſis permittitur, diſtributioneſque quotidianas eatenus ſic abſentes percipere, quatenus Superiori, & Capitulo eis videbuntur concedēdæ.

64 Portionarios verò ſæculares, qui divinis officijs non interſunt; minimè poſſe conſequi diſtributiones quotidianas, niſi ex cauſis in jure permiſſis Canonicos Regulares cum legitima licentia Superiorum abeſſe poſſe etiam ultra quadraginta dies citra amiſſionem alicujus partis fructuum;

65 Portionarijſque ſæcularibus abſentibus non deberi fructus niſi pro tempore, quo ex ſtatuto, ſeu conſuetudine Eccleſiæ ipſis abeſſe licet, modo nō ultra tres menſes.

66 Verumtamen Congregatio Vallis-Umbroſæ, expoſuit habere quaſdam Abbatias, & Prioratus adeò tenues, ut in illis non poſſit ordinare Collegium Monachorum; ideo ad eorum curam conſueviſſe deputare Presbyteros ſæculares, aut unum vel duos Monachos ejuſdem Ordinis; titulum autem, & dignitatem alicui Monacho ejuſdem Ordinis in alio Monaſterio Collegiato conferre. Dubitavit itaque an id jure liceret, cum talis Abbas, vel Prior hoc caſu non reſideat: & deciſum eſt Abbatem, vel Priorem debere reſidere in loco Abbatiæ, vel Prioratus cum ſit dignitas. Nec obſtat quod non poſſit ibi Collegium ſuſtentari, quia Abbates ſoli ibi commorari poterunt. Quoad curam animarum, illam eſſe exer-

cendam



cendam per eos, qui fuerint approbati ab Ordinario juxta c. 11. *ſeſſ.* 25. *de Regular.*

67 Fallit quintò in Canonicis obtinentibus unà cum Canonicatibus ex diſpenſatione Apoſtolica Parochiales Eccleſias, tenentur enim reſidere in Parochiali; & ſic reſidentes lucrantur omnes, & ſingulos fructus reditus, & proventus Canonicatuum, vel Dignitatum, ſeu alterius cujuſcumque beneficij, ut in Conſtitutione Pij V. *Cupientes*, in *Bullario in* 2, *pag.* 262. & patebit infra *in* 2. *membro principali in* 21 *ampliatione.* Sed etſi in Parochiali adſit onus aſſiſtendi horis Canonicis, S. Congregatio inclinavit Canonicum ſimul & rectorem teneri potius intereſſe horis Canonicis, in Parochiali, quam in Cathedrali, & vide limitationem proximè ſequentem.

68 Fallit ſextò in obtinentibus Canonicatus perpetuò, & acceſſoriè annexos beneficijs requirentibus ſervitium minoris temporis, quàm novem menſium; tenentur enim tantummodò exhibere illud ſervitium, quod requirit beneficium, cui Canonicatus eſt annexus; c. *Extirpandæ* §. *Qui vero, de præb.* & c. *Super eo, eod. tit. lib.* 6. Ratio eſt, quia beneficium, perpetuò annexum amittit nomen beneficij, & induit naturam beneficij cui ſubjectivè, & acceſſoriè eſt unitum, & fit illius prædium. Rota *deciſ.* 570. *alias* 13. *de reb. Eccl. non alien. in antiq.* Oldrad. *conſ.* 257. *factum tale eſt n.* 15. *verſ. Fundatâ igitur.* Doctores in c. *Dudum, il* 2. & ibi dixi n. 31. *ſupra de elect.*

69 Hinc ſuppoſito ſtatuto Eccleſiæ Jœen à Sede Apoſtolica confirmato, ut Canonici teneantur per octo menſes quotannis in dicta Eccleſia reſidere, Dignitates verò per quatuor menſes; ſacra Congregatio cenſuit Dignitates, quibus perpetuò, & acceſſoriè annexus eſt Canonicatus, ſivè annexio facta fuerit ante confirmationem Apoſtolicam, ſive poſt, non teneri niſi ad reſidentiam

70 quatuor menſium injunctam Dignitatibus. Illos vero qui ex ſola conſuetudine Eccleſiæ, aut aliàs ex diſpenſatione obtinent dignitatem cum Canonicatu ratione Canonicatus teneri ad reſidentiam octo menſium, ratione Dignitatis ad reſidentiam aliorum quatuor.

71 Fallit ſeptimò in duobus Canonicis in ſervitio Epiſcopi exiſtentibus, qui ex Sacrorum Canonum præſcripto percipere poſſunt in abſentia fructus præbendæ, ut ſunt jura in c. *De cætero*; & ibi dixi, & in c. *Ad audientiam, de Cler. non reſiden.* quibus non eſt derogatum à Concilio Tridentino in d. c. 12. §. *Præterea, ſeſſ.* 24. in illis verbis, *quolibet ſtatuti*, quia juri ſpeciali per generale non derogatur, ut per Dec. in l. *in toto, n.* 7 *de regul. iur.* & ita conſuluit Navarr. *conſ.* 1 *de Cler. non reſiden.* & fuit ſæpius reſolutum, ut dicam infra in 2. *membro principali in* 16. *ampliatione, n.* 106.

72 Fallit octavò in Canonicis familiaribus Papæ, qui percipiunt fructus præbendarum in abſentia, non obſtante contraria conſtitutione, ut eſt text. in c. *Cum dilectus, de Cler. non reſiden.* Non enim debent, ut ibi legitur, minori prærogativa gaudere, quam duo Canonici exiſtentes in ſervitio Epiſcopi. De hoc latius infra in 2. *membro in* 12. *ampliatione, num.* 99.

Fallit nonò in Canonicis abſentibus pro ſervitio ſuarum Eccleſiarum, cap. *Cum non deceat, de elect. lib.* 6. cui ſimiliter non eſt præjudicatum per Concilium in d. §. *Præterea*, ut per Navarr. *conſ.* 8. *de Cler. non reſid.* & fuſius patebit infra *in ſecundo membro, in principali, num.* 155.

73 Fallit decimò in Canonicis ab ſentibus ſtudiorum cauſſa, quibus debentur integrè præbendarum lucrari fructus, ut eſt textus hic, dummodo non ſtudeant in villa, vel caſtello, ubi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, ut in cap. *Tuæ, de Cler. non reſiden.* & in l. *Sed & reprobare* §. *fin.* & ibi gloſſa *fin. ff. de excuſat. Tutor.* ſed in publica Univerſitate, ut in d. c. *fin. de magiſtr.* ibi *in Scholis*, & clarius in decreto Concilij Tridentini *cap.* 1 *ſeſſ.* 5. ibi *dum publicè in Scholis*, textus in l. 2. C. *de profeſſor. qui in Urbe lib.* 12. & dixi ſupra *num.* 9. & idem ſi doceant in Eccleſia, ut patebit infra *num.* 115. & dummodo ultra quinquennium non abſint d. cap. *fin.* Hoſtien. *hic num.* 1. & Anchar. *num.* 2. & annum ætatis vigeſimum quintum non excedant, ut aliàs cenſuit Sacra Congregatio Concilij, & concurrat Superioris licentia, ut dictum eſt ſupra *in ſecundo notab.*

74 Fallit undecimò in tribus caſibus, in quibus Canonici lucrari poſſunt in abſentia diſtributiones quotidianas, juxta c. *Unicum, de Cler. non reſiden. lib.* 6 de quibus latè dicam infra in *ſecundo membro principali in ultima fallentia.* In illis enim caſibus multo magis percipere poſſunt fructus præbendæ cùm non tantum pro præſentibus, ſed etiam pro intereſſentibus habeantur, ut in d. c. *unico*, & ibi Anchar. *in princ.*

75 Fallit poſtremò in omnibus caſibus expreſſis in jure, generaliter enim cenſuit Sacra Congregatio nemini abeſſe licere, præterquā ex cauſis in jure expreſſis, quę an verè ſubſint, epiſcopi eſſe judiciū.

76 Circa ſecundum membrum de Diſtributionibus, quæ aliàs manualia beneficia, ſeu victualia nuncupantur, c. *ultim. de verbor. ſignif.* & in c. *De cætero, de Cler. non reſiden.* ſimiliter ſtatuitur principalis Concluſio deſumpta ex Tridentini Concilij decreto c. 12 §. *Diſtributiones verò, ſeſſ.* 24. videlicet, diſtributiones quotidianas, qui illis horis interfuerint, recipiunt, reliqui his careant juxta Bonifacij Octavi decretum, quod incipit *Conſuetudinem*, relatum in cap. *un. c. de Cler. non reſid. lib.* 6. quod Sancta Synodus in uſum revocat. Idem probatur hic, & in Extravag. *Poſtulaſti* §. *Licet de præben.* & Extravag. *Cum mononeſſe, la prima.* §. *Præterea, eodem tit.* & in alijs ejuſdem Concilij decretis c. 3. *ſeſſ.* 21. & c. 3. *ſeſſ.* 22.

77 Ampliatur primò prædicta concluſio, ut procedat etiamſi conſuetudine introductum ſit, ut diſtributiones abſentibus debeantur, ea enim cōſuetudo non valet: ſive introducta fuerit ante

78 Conſtitutionem Bonifacij in d. c. *unico* ſive poſt, quia cum ea Conſtitutio non ſimpliciter deroget conſuetudini, ſed illi reſiſtat, eamque reprobet ut iniquam, & irrationabilem, ibi *reprobantes*: ex hoc cenſetur non tantū præterita, ſed etiam futura ſuſtuliſſe, ut ſentit Innocen in c. *Ex parte*, *verſ. Sed diſtingue, de conſuetud.* Gemin in cap. 1. *eod. tit. de conſt. in* 6. quos in propoſito ſequitur Covarr. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 13. *n.* 4. *verſ. Prima*

79 *concluſio.* Et ob eam rationem ſæpius reſpondit Sacra Congregatio decreto d. c. 12. *verſ. Diſtributiones*, *ſeſſ.* 24. etiam immemorabilem conſuetudinem fuiſſe ſublatam, ut plenius patebit infra in diſcurſu materiæ.

80 Ampliatur ſecundò ut locum habeat etiamſi ex ſtatuto Eccleſiæ cautum ſit, ut diſtributiones de-



bratur

beantur in abſentia. Ejuſmodi enim ſtatuta expreſsè ſublata ſunt à Concilio in d. *cap.* 12. § *Præterea ſeſſ.* 24. ibi, *cuiuslibet ſtatuti*, ut dictum eſt ſupra in primo membro principali in tertia ampliatione.

81 Hinc infertur ut de rigore juris non valeat ſtatutum ut Canonici, qui diu inſervierunt, habeantur, ut ajunt, pro Jubilatis. Et hæc fuit Sacræ Congregationis ſententia, licèt Gregorius XIII. in ſpeciali caſu Eccleſiæ Compoſtellanæ dixerit tolerandum eſſe hoc ſtatutum. Nam cum in prædicta Eccleſia extaret ſtatutum ab immemorabili tempore obſervatum, ut poſtquam Præbendatus annos quadraginta in Eccleſia Horis divinis interfuerit, & inſervierit continuè, habeatur pro Jubilato in eo loco, ita ut ſit exemptus à ſervitio, & lucretur diſtributiones quotidianas perinde ac ſi reſideret & inſerviret; fuit dubitatum an eſſet validum. Sacra Congregatio cenſuit hujuſmodi ſtatutum eſſe ſublatum à Concilio in *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. tamen referendum ad Sanctiſſimum, qui dixit tolerandum eſſe hoc ſtatutum, & ita ſcriptum fuit.

82 Ampliatur tertiò, etiamſi abſentes inſerviant per ſubſtitutum: nam nihilominus diſtributiones quotidianas non lucrantur, nec valet contraria conſuetudo. Nam in d. c. 12. omnes divina per ſe, & non per ſubſtitutos tenentur obire officia Ec-
83 cleſiaſtica, & Sacra Congregatio declaravit etiam Dignitates per ſeipſas debere celebrare Miſſas, ſicut cætera officia, nec valere contrariam conſuetudinem.

84 Dixit tamen debere Epiſcopum concedere facultatem Capitularibus ſeſe invicem ſubſtituendi in ſervitio tum Eccleſiæ, tum Chori; dum tamen non iis temporibus ſubſtituantur, quibus ſervitio Eccleſiæ adſtricti ſunt. Sed circa intellectum hujus declarationis vide, quod ſcripſi in c. *Cum omnes n.* 28. *ſupra de Conſtit.*

85 Ampliatur quartò ex ſententia S. Congregationis, ut etiam ſervanda ſit conſuetudo, ſecundum quam qui non ſunt Presbyteri, licet inſerviant, non tamen diſtributiones lucrantur. De quo vide quod ſcripſi in cap. *Olim, num.* 27. *& num.* 56. *de verbor. ſignificat.*

86 Ampliatur quintò, ut eodem modo ſervanda ſit conſuetudo, ſecundum quam de maſſa communi nullus Presbyter participat, niſi per annum gratis Eccleſiæ inſervierit. Hanc enim conſuetudinem reſponſum eſt nec decreto *dict. cap.* 12. *ſeſſione* 24. nec Conſtitutione Pij Quinti incipien. *Durum nimis*, fuiſſe ſublatum. Quinimò in Eccle-
87 ſia Andrien. extat ſtatutum à Capitulo Eccleſiæ conditum abſque confirmatione Sedis Apoſtolicæ, quo cavetur ut Clerici recipiendi in dicta Eccleſia ad aliquem Ordinem non aſcendant, niſi de licentia Capituli; & ſic ordinati teneantur in quolibet ordine gratis per bienniũ inſervire, quo elapſo diſtributiones, & fructus percipere poſſint juxta conſuetudinem dictæ Eccleſiæ. Et orta con-
88 troverſia an Presbyter proviſus de dignitate Cantoratus in dicta Eccleſia teneretur gratis inſervire prout in dicto ſtatuto continetur, vel eſſet admittendus ad percipiendas diſtributiones, & fructus, non expectato lapſu biennij: Sacra Congregatio cenſuit dictum proviſum teneri expectare ad inſtar aliorum.

89 Ampliatur ſextò, ut nec ſufficiat Horas Canonicas in Choro legere, aut ſubmiſſa voca recitare: oportet enim pſallere alta voce, ut articulo diligenter diſcuſſo in Canonicis Baſilicæ S. Petri de Urbe declaravit S. Congregatio. Nam propoſita controverſia, An ſtantibus Eccleſiæ Conſtitutionibus, quarum exemplum datur in neceſſarijs, & decreto Concilij Tridentini, *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *verſ. Omnes verò*, & conſuetudine Eccleſiæ, etiam poſt Concilium, ut Canonici Beneficiati, & Clerici intonent Antiphonas, inchoent pſalmos, hymnos, invitatorium, decantent verſiculos, orationes tã ad Miſſas, quam ad omnes horas; decantent lectiones ad matutinum, & capitula, ſeu lectiones breves ad omnes horas, recitent Confeſſionem, & Abſolutionem, & fungantur in Miſſa ſolemni, quæ quotidie cantatur, officio Sacerdotis, Diaconi, & Subdiaconi, Acolythi, & pariter in officio Mortuorum: In cantando autem pſalmos, & reſponſoria, &c. non ſoleant niſi ad librum eorum aliqui Cantoribus, & Capellanis, qui officia divina decantant, ſuas voces adjungere, plerique verò ſilere, & adſiſtere; Et ſtantibus Bullis Julij II. & aliorum, & noviſſime Gregorij XIII. & Sixti V. quibus approbatur uſus Cantorum, & Capellanorum ad dicendum in Choro, cum clauſula tamen ut Canonici, Beneficiati, & Clerici non per hoc à functionibus ſuis abducantur. An poſſint, & debeant cogi omnes Canonici, & Beneficiati, & Clerici ad alta voce in Choro pſallendum, & decantandum horas Canonicas.

Die 12. Novembris 1592. propoſitum fuit ſupraſcriptum dubium in Congregatione, cui interfuerunt decem Cardinales. Et cum fuerit dubium plenè diſcuſſum, octo Cardinales fuerunt illius ſententiæ, Canonicos Baſilicæ S. Petri tùm ex diſpoſitione juris communis, tum etiam ex decreto Concilij, *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. & ex Conſtitutionibus ipſius Baſilicæ teneri ad pſallendum in choro.

90 Ampliatur 7. ut nec liceat Canonicis punctaturas ſibi mutuò remittere, aut condonare; obſtat enim huic remiſſioni tam juris communis diſpoſitio, ut poſt Archid. notat Jo. Andr. ad gloſ. in d. cap. *unico, in ver. Suas de Cler. non reſiden. lib.* 6. quam Concilij Tridentini in d. c. 12. § *Diſtributiones verò, ſeſſ.* 24. ibi, Reliqui quavis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant.)

91 Unde cum fuerit quæſitum an Canonici poſſint mutuam remiſſionem punctaturarum facere, reſponſum eſt non poſſe, imò debere Epiſcopũ illas portiones, quas Canonici ſibi invicem remiſerunt in pœnam fraudis applicare fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco. Alias tamen dictum fuit poſſe Canonicos, poſtquam portiones non reſidentium perceperunt, illas quibus placuerit, dare.

92 Ampliatur 8. principalis concluſio, ut vendicet ſibi locum etiam in abſentibus ultra tres mẽſes à Concilio permiſſos. Nam etſi eo tempore percipere poſſint fructus præbendæ, non tamen lucrantur diſtributiones quotidianas; quia hic caſus non eſt de exceptis in Conſtitutione Bonifacij VIII innovata à Concilio in d. c. 12. *verſ. Diſtributiones, ſeſſ.* 24. Imo hoc procedit non obſtante contraria conſuetudine etiam immemorabili, ut ſcripſi plenè in c. *Cum omnes num.* 22. *ſupra de Conſtit.* Item procedit non obſtante contrario
93 ſtatuto Eccleſiæ à Canonicis jurato. Ideoque cum in Eccleſia Eborenſi extaret ſtatutum à Canonicis conditum, & inter alia ejuſdem Eccleſiæ ſtatuta generaliter juratum, per quod licebat Canonicis per centum dies quolibet anno à ſua Eccleſia abeſſe, & nihilominus diſtributiones quotidianas lucrari, & dubitatum eſſet an hoc ſtatutum eſſet ſublatum à Concilio, *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. Sacra Congregatio cenſuit quoad quotidianas diſtributiones nec quidem in tribus menſibus à Cõcilio permiſſis poſſe quamquam Canonicum eas in abſentia lucrari. Quod verò attinet ad quæſtionem, an ſtatutum illud juratum cenſeatur ſublatum; cenſuit eſſe ſublatum, quamvis juratum; Tum quia lex generalis tollit ſtatuta. Ergo, & juratum, quia juramentum fuit generale, non ſpeciale ad iſtud ſtatutum; Tum quia ſtatutum factũ eſt à ſolis Canonicis, qui nullam poteſtatem ha-
94 bent ita ſtatuendi. Quin imò per contrarium ſi adſit conſuetudo ut abſentes illis menſibus amittant, etiam fructus maſſæ groſſæ à diſtributionibus diſtinctæ; reſponſum eſt conſuetudinem eſſe laudabilem, & obſervandam.



95 Ampliatur nono, in abſentibus à loco beneficij tempore peſtis; nam etſi fructus præbendæ percipiant, non tamen habebunt diſtributiones quotidianas, niſi ex conſuetudine obtentum ſit eas abſentibus ex juſta cauſa dari. Contigit hic caſus Patavij; nam peſte ibi ſæviente, quidam Canonici, qui diu abfuerant à ſervitio Cathedralis, petebant diſtributiones quotidianas, quippe qui abfuiſſent ex juſta, & rationabili cauſa. Sed cum cæteri Canonici, qui reſederant, ſibi deberi contenderent: Sacra Congregatio cenſuit Canonicis, qui cauſa peſtis abfuerant, non deberi quotidianas, niſi probaretur cõſuetudo legitima, quod diſtributiones hujuſmodi darentur abſentibus ex juſta cauſa, prout etiam decidit Ripa *de peſte de privileg. contr.* 11. *verſ. Quinta, peſtis num.* 143. 144. 145. & ſufficere ut probetur conſuetudo, qua abſentes ex juſta cauſa percipiunt diſtributiones quotidianas. Sequitur præallegatum Ripæ reſponſum etiam Covarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 13. *n.* 8. *verſ. Nono hinc deducitur.*

96 Ampliatur decimò, etiam in Canonicis abſentibus ſtudiorum cauſa, quibus debentur fructus præbendæ tantum, non autem quotidianæ diſtributiones, ut hic eſt caſus ad litteram. Quod tamen ex ſententia S. Congregationis locum habet ſi Canonicatus habeant fructus à diſtributionib.
97 diſtinctos; Secus verò ſi reditus omnes in diſtributionibus conſiſtant, quia tunc ſtudiorum cauſa abſentes lucrantur duas tertias illarum partes amiſſa alia tertia, quæ inſervientibus accreſcit, ut latius dicam infra *in prima fallen. num.* 124. *& ſeqq.* & *num.* 129. Idque declaravit habere locum tam in docentibus, quam in ſtudentibus.

98 Ampliatur undecimò, etiam in Epiſcopo Canonico, qui abeſt ex cauſa viſitationis ſuæ Diœceſis, nõ enim eo tempore lucratur diſtributiones quotidianas, quia littera d. c. *unici, de Cler. non reſid. lib.* 6. ibi *evidens Eccleſiæ utilitas*, intelligitur de utilitate Eccleſiæ particularis, de cujus diſtributionibus agitur, ut fuſius patebit infra *n.* 160.

Unde propoſito hoc dubio an Epiſcopi obtinẽtes Canonicatus, & præbendas in eorum Eccleſijs poſſint, & debeant gaudere fructibus, & diſtributionibus quotidianis durante tempore Viſitationis ſuorum Epiſcopatuum: S. Congregatio cenſuit Epiſcopum pro tempore, quo viſitat, non debere percipere diſtributiões quotidianas dari ſolitas tantum intereſſentibus, juxta cap. *unicum, de Cler. non reſiden. in* 6. & Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *c.* 12.

99 Ampliatur duodecimo in familiaribus Papæ, qui non obſtante conſtitutione contraria, præbendarum ſuarũ fructus percipiunt in abſentia, ſed non quotidianas diſtributiones, ut eſt caſus in d. c. *Cum dilectus*, juncta gloſſa omnium conſenſu approbata in ver. *Fructus de Cler. non reſid.*

100 Ampliatur decimotertiò in habentibus privilegium Apoſtolicum percipiendi fructus beneficiorum ſuorum in abſentia, quibus ſimiliter debentur fructus præbendæ tantum, non autem diſtributiones, ut hic eſt textus ſecundum unam lecturam. Item textus in c. *fin. de reſcript. in* 6. & tradit Covarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. c.* 13. *num.* 2. *verſ. Quibus*
101 *adſtipulatur.* Imo hoc vendicat ſibi locum etiamſi in reſcripto Papæ præcipiatur, ut abſenti tribuantur fructus beneficij, ac ſi præſens eſſet: nam nihilominus ex hoc ei diſtributiones non deberentur, ut notat gloſſa in d. c. *unico, in ver. abfuerint*, quam dicit ab omnibus approbatam Covarr. *lo-*
102 *co citato.* Nam harum diſtributionum ea eſt propria natura, ut debeantur his tantum, qui verè interſunt divinis officijs, non autem his qui fictè reſident, aut juris interpretatione, c. *De cætero, de Cler. non reſident.* Covarr. *eod. num.* 2. *verſ. Nam*
103 *harum diſtributionum.* Secus eſſet ſi in reſcripto diceretur, perinde ac ſi divinis intereſſet, ſecundum gloſ. præalleg. quæ propterea admonet impetrantem, ut ſit cautus, & ſecundum hanc formam impetret, ſi poteſt, licet ſubdat: non memini vidiſſe talem formam ab Apoſtolica Sede manaſſe; ſi tamen daretur, eſſet quartus caſus exceptus, ſcilicet ex privilegio Apoſtolico. De hoc infra num. ..

104 Ampliatur decimoquartò in Inquiſitoribus, qui hæreticæ pravitatis munere funguntur. Item in examinatoribus Synodalibus dum ſimiliter ſuo munere funguntur. Item in Canonicis, qui voluntariè, non autem ex officio ſeſe Confeſſionibus audiendis exponunt: abſentes enim his tribus caſibus à ſervitio Chori ex ſententia S. Congregationis diſtributiones non lucrantur, etiamſi adſit contraria conſuetudo in Synodo Diœceſana confirmata.

105 Ampliatur decimoquintò in Canonicis familiaribus Epiſcopi, qui dum abſunt, vel ex eo quod ab Epiſcopo vocantur in Choro ad eum comitandum, vel ad inſerviendum dum Miſſam particulariter celebrat: ex S. Congregationis ſententia non lucrantur diſtributiones; imò etiam fructibus, ſi non reſederint, ſunt privandi, niſi ſint illi duo Canonici, quorum opera Epiſcopus ad præſcriptum ſacrorum Canonum uti poteſt; Hi enim tunc fructus perciperent amiſſis diſtributionibus quotidianis.

106 Ampliatur decimoſextò, in duobus Canonicis exiſtentibus in ſervitio Epiſcopi, qui ut proximè dictum eſt, percipiunt in abſentia fructus præbẽdæ tantum, non autem quotidianas diſtributiones, caſus eſt in c. *De cætero*, & in c. *Ad audientiam, de Cler. non reſiden.* niſi reditus univerſi diſtributionibus conſiſtent, ut dicam infra *num.* 124. *& ſeqq.*
107 & ſcripſi latius in d. cap. *De cætero.* Hinc cenſuit S. Congregatio duos Canonicos aſſociantes Prælatum volentem quandoque audire Miſſam in Eccleſia non Cathedrali Civitatis, non poſſe participes eſſe quotidianarum diſtributionum.

108 Item cenſuit ſtante conſuetudine, ut Epiſcopo in Cathedrali etiam non pontificaliter celebranti duo Canonici aſſiſtant, hos Canonicos ad hoc teneri, ſi ſit conſuetudo legitimè præſcripta. Cæterum ſive conſuetudine adactos, ſive volentes, ubi aſſtiterint percipere diſtributiones quotidianas nequaquam debere.

109 Item cenſuit diſtributiones non lucrari Canonicos inſervientes Epiſcopo in viſitatione diœceſis, aut in Monialibus velandis, aut in examine ordinandorum, & promovendorum ad beneficia, vel qui Seminario præſident, aut in cognitionibus
110 S. Officij adhibentur. Quinimò Archiepiſcopo Januenſi petente, ut duo Canonici eum comitantes in viſitatione Diœceſis pergere poſſent in percipiendis quotidianis diſtributionibus juxta antiquam illius Eccleſiæ conſuetudinem, cenſuit non concedendum.

111 Item propoſito dubio, an Canonico Cathedralis Eccleſiæ, qui munere Vicarij Epiſcopalis fungitur, diſtributiones quotidianæ debeantur, etſi horis divinis non interſit, præſertim cum à tempore immemorabili obſervatum ſit, ut debeantur: reſpondit non deberi.

112 Ampliatur decimoſeptimò in Canonico, qui electus fuit judex vel vigore commiſſionis, ſi in evidentem; vel vigore literarum remiſſorialium vel compulſorialium, & id genus, aut electus judex Synodalis, qui niſi abſit pro exequendis ſibi commiſſis, ex ſententia S. Congregationis perdit diſtributiones, nec poteſt ad illas admitti, & idem
113 reſponſum in Canonico aſſiſtente Congregationi rerum ſpiritualium ad regimen, & directionem Eccleſiæ ſpectantium.

114 Ampliatur decimooctavò in Canonico legente, & ſermocinante ex debito ſui officij, cui ſimiliter reſponſum eſt deberi fructus præbendæ, ſed non diſtributiones.

115 Unde cum obtinens præbendam Theologalem in Eccleſia Anagnina quæſiſſet à Sacra Congregatione, an teneretur ad inſerviendum in Choro divinis officiis cum alijs Canonicis, præſertim in diebus feſtis, in quibus non legitur: S Congregatio cenſuit poſſe ſe excuſare ab hoc onere, & nihilominus percipere fructus ſui beneficij, exceptis quotidianis diſtributionibus, ad cap. *Super ſpecula, de Magiſtr.*

Item conſulta an *cap. 1. ſeſſ. 5. verſ. Docentes*, habeat locum in docentibus in Eccleſijs, ut quamvis à ſervitio Chori abſint, poſſint tamen percipere fructus ſuorum Canonicatuum, exceptis quoti-
116 dianis diſtributionibus: reſpondit habere. Verum diebus, quibus legunt habendi ſunt ſicut præſentes in Choro, & intereſſentes, ut declaravit Gregorius XIII.

117 Et ſtante hac declaratione ſuborto dubio an cenſendus ſit etiam præſens matutinis, quæ ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine dicuntur veſpere præcedenti pro die ſequenti: reſponſum eſt non cenſeri.

118 Ampliatur decimononò in Canonico celebrante Miſſam devotionis cauſa, quem ſimiliter reſponſum eſt diſtributiones non lucrari, niſi celebraverit ex onere ſibi injuncto. Et aliàs deciſum Canonicos Miſſam celebrantes ſubmiſſa voce, dum divina celebrantur, diſtributiones itidem percipere non debere, niſi illa hora ad celebrandum Miſſam ab eo, ad quem pertinet, compulſi fuerint.

Idem reſponſum de Canonicis, qui abſunt à Choro, ut celebrent in Capellis, in quibus tenentur Miſſas celebrare, vel devotionis gratia, qui non debent percipere diſtributiones illius horæ. Quod ſi permiſſu ſuperioris id facerent, admonendum eſſe ſuperiorem, ut abſtineat ab his licentijs concedendis.

119 Ampliatur vigeſimò in peregrinantibus devotionis cauſa, quos itidem non lucrari diſtributiones declaravit Sacra Congregatio. Veruntamen
120 ex gratia cenſuit poſſe concedi, ut tribus menſibus Jubilæi cauſa abſentes diſtributiones quotidianas percipiant; ita tamen ut Epiſcopi ſit arbitrium quota pars Canonicorum eodem tempore poſſit abeſſe.

121 Ampliatur vigeſimoprimò in obtinentibus ex legitima diſpenſatione Parochialem cum Canonicatu, vel Dignitate; tenentur enim reſidere in Parochiali, & ſic reſidentes lucrantur fructus, ac reditus omnes Canonicatus, vel Dignitatis, exceptis duntaxat diſtributionibus quotidianis, ut diſertis verbis cavetur in Bulla Pij V. ſuperius re-
122 lata *num. 67.* & ſæpius Sacra Congregatio declaravit. Quæ itidem conſulta an habens Parochialem, & Canonicatum, excludatur à ſervitio Canonicatus: cenſuit non excludi, dummodo omnibus diebus, & horis prius debitis Parochiali inſervierit, ut nihil prorſus depereat debito ſervitio Parochialis.

123 Ampliatur vigeſimoſecundò in obtinẽte duos Canonicatus ex diſpenſatione Apoſtolica, qui ex ſententia S. Congregationis privatur diſtributionibus illius Canonicatus, cui non deſervit. Quinimò propoſito dubio, an obtinens dignitatem cum Canonicatu, ſeu portione in eadem Eccleſia, teneatur per ſeipſum utriuſque beneficij onera ſubire, ita ut non ſatisfaciat Concilio deſerviendo perſonaliter in dignitate, per ſubſtitutum verò in Canonicatu, ſeu portione, non obſtante contraria Eccleſiæ conſuetudine etiam immemorabili; Sacra Congregatio cenſuit teneri, nec aliter Concilio ſatisfacere, quam ſi perſonaliter utrique beneficio deſerviat, niſi ſervitia ita ſimul concurrant, ut ab una perſona eodem tempore præſtari nequaquam poſſint.

124 Fallit tunc concluſio ſupra firmata, *n 76* Primo ſi Canonici non habeant præbendas diſtinctas nec fructus groſſos, ſed univerſi Capituli reditus ſolis diſtributionibus conſtent, tunc enim abſentes in caſibus expreſſis in jure, puta ſtudiorum cauſa inſpecta juris communis diſpoſitione illas lucrantur integre, textus eſt in c. *Olim, infra de verbor. ſignif.* ſecundum intellectum, quem dicunt verum eſſe, Hoſtien. *num.* 3. & Jo. Andr. *num.* 2. & plenius probavi *ibidem in 5. notab.* & tenet gloſſa *penult. verſ. Et ad hoc facit*, & verſ. *Sed quid dicit*, in cap. *unico*, *de Cler. non reſiden. lib. 6.* quam ibi ſequuntur Gemin. §. *Qui vero. num.* 14. Franc. *n.* 8. & reliqui omnes. Idem tenet gloſſa noſtra hic omnium conſenſu approbata. Ratio eſt, Tum quia cum juxta Sacros Canones non detur Canonia ſine præbenda, c. *Relatum*, & cap. *Dilectus il primò ſupra eod.* conſequens eſt, ut diſtributiones, in quibus univerſi reditus conſiſtunt, ſuccedant integrè in locum præbendæ. Tum quia aliàs privilegium eſſet inutile, ſi abſentes in caſibus privilegiatis illas non perciperent, quas duas rationes aſſignat gloſſa præallegata *in d. c. unico.*





125 Hinc orta dubitatione, an cum Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis omnes reditus in diſtributionibus quotidianis conſiſtant, diſtributiones ipſæ pro præbendis ſint intelligendæ, ut ſit locus erectioni præbendæ Theologalis, juxta *cap. 1. ſeſſ. 5.* Sacra Congregregatio cenſuit ita eſſe intelligendas, quia cum omnes reditus conſiſtant in diſtributionibus, illæ habentur loco præbendarum, gloſ. in c. *Licet*, quæ loquitur de diſtributionibus, quæ dantur intereſſentibus tantum de præben. & Cardin. *ibidem.*

Et quamvis Concilium ibi, *nulla, vel non ſufficiens* providerit in caſu, quo nulla adeſſet præbenda; tamen non poteſt dici non adeſſe præbenda cum adſunt diſtributiones, quæ habentur loco præbendarum. Idque etiam in materia perceptionis fructuum in abſentia ſentiebat olim ſacra Congregatio. Nam cum in Eccleſia Anagnina Canonici nullas haberent præbendas diſtinctas, ſed tantum diſtributiones quotidianas, quæ tantur inſervientibus tantum, & partim ſunt certæ, ut illæ, quæ ex redditibus Eccleſiæ colliguntur, partim incertæ, ut mortuaria, & alia ſimilia. Dubitatum fuit an Canonico abſenti ex cauſa ſtudiorum, obtenta legitima licentia, deberentur hæ diſtributiones: Sacra Congregatio cenſuit exceptis in certis illis, & quotidianis diſtributionibus, quæ tantummodo inter eos quotidie dividi ſolent, qui ſacris interſunt, reliquas debere dari ijs, qui obtenta legitima licentia, abſunt ex cauſa ſtudiorum.

Et iterum cum fuiſſet dubitatum in una Narnien. An duo Canonici inſervientes Epiſcopo deberent lucrari diſtributiones quotidianas, ſi omnes reditus Capituli in illis conſiſtant: cenſuit duos Canonicos verè inſervientes Epiſcopo debere lucrari partem ſuarum diſtributionum quotidianarum, ac ſi præſentes inſervirent Eccleſiæ; quia cum nullus alius reditus ſit, nullave diſtinctio præbendarum, & ſolum ſint diſtributiones iſtæ quotidianæ loco præbendarum ſecundum gloſ. in c. 1. *de Cler. non reſiden in* 6. debentur illis Canonicis ſervientibus Epiſcopo, ne alias privilegium datum Epiſcopo, & cap. *de Cætero*, inutilia reddantur, gloſ. in cap. *Licet de præben.* Butr. *conſ.* 42.

Amplius ſubiecta dubitatione, an obtinentes Parochiales ex legitima diſpenſatione una cum Canonicatibus poſſit percipere diſtributiones, quæ dantur inſervientibus in Cathedrali, ſi in ſolis diſtributionibus reditus Capituli conſiſtant: Sanctiſſimus decrevit ex ſententia Congregationis, ut Canonici obtinentes ex legitima diſpẽſatione dictas Parochiales, debeant in eis perſonaliter reſidere. Et ſi reditus ſuorũ Canonicatuum verè conſiſtant in diſtributionibus quotidianis, ita ut omnes percipiantur de communi acervo, & nullæ prorſus præbendæ diſtinctæ ſint, nec detur aliquid ijs, qui horis divinis non interſunt, poſſint ſic reſidentes in ſuis Parochialibus eos integrè percipere, quod ſi poſt debitum ſervitium Parochialibus ſuis præſtitum potuerint etiam Canonicatibus inſervire; tunc eos non percipient, niſi quatenus inſervirent. Ita, inquam, ſentiebat olim Sacra Congregatio.

126 Verum quia in illis Eccleſijs, ubi nullæ ſunt diſtributiones, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, Concilium Tridentinũ jubet ſeparari tertiam partem fructuum, & in diſtributiones converti, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros divinis intereſſentes dividantur, ut in c. 3. *ſeſſ.* 21. Propterea S. Congregatio poſtea ſemper dixit in illis Eccleſiis, ubi reditus omnes diſtributionibus conſtant, tertiam partem retinere naturam diſtributionum, itaut non intereſſentes illam non percipiant, reliquas duas partes ſuccedere in locum præbendæ, & deberi abſentibus ex legitima cauſa. Qua de re plenius diſſerui in d. c. *De cætero*, *de Cler. non reſiden. à n* 29. & in in c. *Quia in tantum*, *num. 34. ſupra eod.*

127 Ulterius idem juris eſſe cenſuit, ſi reditus Canonicatus ferè omnes in diſtributionibus conſiſtant; tunc enim declaravit perinde eſſe ac ſi nulli eſſent fructus; ac proinde abſentes ſtudiorũ cauſa, vel in ſervitio Epiſcopi, aut in aliis ejuſmodi caſibus percipere debere duas tertias illarũ partes amiſſa tertia, quæ inſervientibus accreſcit.

128 Quomodo autem hæc tenuitas fructuum æſtimanda ſit, S. Congregatio certis limitibus generaliter non præfinivit. Licet aliquando declaraverit hoc habere locum in aliquibus Eccleſijs, in quibus adeò tenues erant fructus, & Canonici in univerſum triginta aureos tantùm perciperent. Et
129 aliàs cenſuit, ubi fructus præbendæ ſunt ita tenues, ut quartam partem diſtributionum non ſuperent, concedi poſſe, ſi Sanctiſſimo viſum fuerit, ut docentes in publica univerſitate ſacram Scripturam, necnon ſtudentes per quinquennium duas partes lucrentur dimiſſa tertia, quæ ut ſupra accreſcit inſervientibus.

Vidi aliquando per Secretariam Brevium expediri litteras, in quibus indulgetur abſentibus ſtudiorum cauſa, ut percipere poſſint non tantum fructus præbendæ, ſed etiã duas partes quotidianarum diſtributionum, nulla habita diſtinctione an fructus præbendæ ſint tenues, necne. Sed hæc clauſula fortè irrepſit per incuriam miniſtrorum: nam verè duæ partes diſtributionum non ſunt cõcedendæ abſentibus ex prædicta cauſa, niſi quando aut nulli extant fructus, aut ita tenues, ut non habeantur in conſideratione, ex ſupradictis.

130 Fallit ſecundò principalis concluſio in Collegiatis regularibus, quarum Canonici regulares de licentia ſuperiorum percipere poſſunt in abſentia nedum fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas, cum non comprehendantur in decreto Concilij Tridentini *cap.* 12 §. *Præterea*, & §. *Diſtributiones, ſeſſ.* 24. ut dictum eſt ſupra in 1. *membro principali in* 4. *Fallentia n.*63 & ſcripſi plenius in c. *Ea quæ*, §. *Præcipimus de ſtat. Monachor.*

131 Fallit tertiò ſi ex lege fundationis Eccleſiæ, vel Canonicatus cautum ſit, ut abſentes in aliquo caſu perciperent de diſtributionibus quotidianis. Nam Concilium in *d. c.* 12. *ſeſſ.* 24. fundationibus non derogavit, ut dictum eſt ſupra in 1. *membro principali in* 2. *fallentia num.* 58. Quippe in duobus tantum caſibus Concilium legitur derogaſſe privilegijs in limine fundationis, nempe in *c. ult. ſeſſ.* 25. *de regular.* & in c. 6. *ſeſſ.* 25 *de reform.*

132 Fallit quartò, ſi ex ſtatuto Eccleſiæ à ſede Apoſtolica confirmato indulgeatur, ut abſentes in aliquo caſu ſimiliter participent de quotidianis diſtributionibus. Nam etſi Concilium in *d. cap.* 12. §. *Præterea*, tollat ſtatuta, non tamen tollit confirmata ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ut pariter dictum eſt ſupra in 5. *fallentia primi membri principalis. n.* 53.

133 Fallit quintò. Si Canonici habeant indultum Apoſtolicum vacandi à ſervitio Eccleſiæ, & nihilominus percipiendi diſtributiones, ut per Jo. Andr. in d. *c. unico, num. 3. in ver. Et excuſaret, de Cler. non reſiden. lib. 6.* quia Concilium in præcitato c. 22. ſuſtulit conſuetudines, non autem privilegia. De hoc ſupra *in hoc ſecundo membro in 13. ampliatione num.* 100.

134 Hinc cum fuerit quæſitum, an Concilium Tridentinum d. *c. 12. ſeſſ.* 24. obſtet quominus Canonici Piſtorien. juxta indultum Sixti V. poſſint gaudere vacationibus permiſſis, & nihilominus percipere diſtributiones quotidianas, quæ aliàs de jure debentur intereſſentibus tantum: Secundò an ſit auferenda facultas Capitulo concedendi licentias abſentiæ, quam habet ex d. indulto. quoad primum S. Congreg. cenſuit, quia Conciliũ in hac parte non derogat privilegijs, non obſtare. Ad ſecundum reſpondit nõ eſſe auferendam, licet poſſit Epiſcopus providere ne fiat fraus cultui divino ex aliquo ab uſu; quia cum ſit jam ſtatutum indulto quota pars Canonicorũ abeſſe poſſit ſimul, non eſt locus decreto S. Congregationis tribuendi hanc facultatẽ Epiſcopo cum conſilio Capituli. Et aliàs declaratum fuit Canonicos tẽpore permiſſo abeſſe poſſe abſque licentia.

Fallit ſextò in Canonicis, qui Epiſcopum ad limina Beatorum Apoſtolorum comitati ſunt, aut qui eadem limina Epiſcopi nomine viſitarunt; quibus ex Decreto Sixti V. jubentur aſſignari diſtributiones quotidianę totius temporis acceſſus, manſionis, ac reverſionis, quod in hanc cauſam inſumpſerint; eiſque ad Eccleſiam ſuam revertẽtibus conſueverunt hac de re dari litteræ à Sacra Congregatione Concilij.

Fallit ſeptimò in Canonicis abſentibus tẽpore peſtis, quibus debentur diſtributiones quotidianæ, ſi ex conſuetudine obtentum ſit, ut dentur abſentibus ex legitima cauſa, ut oſtenſum eſt ſupra *in hoc ſecundo membro in 9. ampliat. num.* 95. & huic limitationi ſuffragatur quod etſi conſuetudine introduci non poſſit, ut diſtributiones quotidianæ debeantur non intereſſentibus divinis officijs, ut eſt textus in d. c. *unico, de Cler. non reſid. lib. 6.* & dictum eſt ſupra *in hoc ſecundo membro principali in prima ampliatione*: tamen hoc non procedit ſi conſuetudo hoc introduxerit in eo caſu in quo de jure dubium ſit an diſtributiones abſentibus debeantur, nec ne: eo enim caſu conſuetudinem validam eſſe, & juris ambiguitatem poſſe interpretari, ac declarare ſcripſerunt Bald. *inter conſ. Cardin. conſ.* 53. Dec. in c. *Cum omnes. in prima lectura, col. 1. num. . de Conſtit.* & Andreas ab Exea, *ibidem num.* 50. Roch. de Curte *in tract. de conſuet. c. ult. ſol. 15. col. 2. in 3. notab. 2. limit.* & Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. c. 13. num. 3. verſ. Prima ſanè in hunc modum proponitur.*

135 Fallit ultimò in tribus caſibus expreſſis in Conſtitutione Bonifacij VIII. à Concilio innovata, quæ habetur in præalleg. *c. unico, de Cler. non reſiden. lib. 6.* ibi: exceptis illis, quos infirmitas, ſeu juſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut evidens Eccleſiæ utilitas excuſaret. Unde propoſito dubio, Utrum Ordinarius poſſit excuſare à reſidẽtia chori aliquem Canonicum, vel Cappellanum ex cauſa legitima, juxta c. *unicum, de Cler. non reſiden. in 6.* ſine conſenſu aliorum Canonicorum, aut Cappellanorum, quorũ intereſſe videtur propter jus accreſcendi: Reſponſum eſt poſſe, ſi eſt ex cauſis comprehenſis in d. *c. unico*, quia illud Concilium non ſuſtulit, nec requirit Capituli conſenſum.

136 Primus igitur caſus exceptus, in quo de jure quotidianæ diſtributiones debentur abſentibus, eſt infirmitas, ut ibi eſt expreſſum, & tenet gloſſa ab omnibus approbata ibidem in ver. Infirmitas.

Extenditur primò hic primus caſus, ut habeat locum etiam non probata conſuetudine percipiendi diſtributiones in abſentia. Neque enim admittendus eſt intellectus Philippi Franchi ad illũ textum exiſtimantis ita demum morbo impeditis deberi quotidianas diſtributiones, ſi ex conſuetudine introductum ſit, ut abſentibus debeantur; imo enim etiam circumſcripta conſuetudine debentur infirmis, ut clarè probatur in d. *c. unico*, ubi à regula, quæ permittitur de diſtributionibus quotidianis in abſentia non percipiendis, excipiũtur primo loco ij, quos infirmitas excuſaverit. Idẽ
137 probat textus in l. *Arboribus. §. De illo. ff. de uſufructu*, per quem textum gloſ. ibi adnotavit famulo deberi ſalarium etiam pro eo tempore, quo ægrotus ſit. Quod etiam conſuerunt Innoc. Jo. Andr. & Barb. *in c. 3. de locato num.* 25. Ad idem textus in l. 4. §. *Stichus ſi hæredi, ff. de ſtatu liber.* ubi conditio ſerviendi certo tempore cenſetur eveniſſe; ſi eo tempore ſervitium impendi non potuit morbo impediente, & optimus text. in l. 1. §. *Divus, ff. de var. cognit.* Et eſt communis opinio, ut in d. c. 3. teſtatur Jo. de Imola, *num.* 13. & quidquid ſit in famulo, in quo contrariam opinionem dicit eſſe veriorem, Imola *eod. num.* 13. & communem Abb. in cap. 1 *num. 8. infra de Cler. ægrotan.* quia titulum non habet, ſed tantum locat operas ſuas, & poteſt ad nutum amoveri: certè in Clerico intitulato hæc ſententia non eſt omnino amplectenda. Atque ita diſtributiones quotidianas deberi Canonicis, qui ægritudine impediti, divinis officijs intereſſe non potuerunt, etiam nulla exiſtente conſuetudine, exploſa contraria Philippi Franchi interpretatione, concludit poſt alios Covarr. *d. l. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 8. verſ. Ergo contrariam ſequutus opinionem*, & hoc ſervat Curia, ut mox patebit.

138 Extenditur ſecundò, ut habeat locum non obſtante ſtatuto Capituli ut ægrotis, vel ex quavis cauſa abſentibus non dentur diſtributiones: hujuſmodi enim ſtatutum S. Congregatio cenſuit non eſſe confirmandum, cum ſit irrationabile, & contra bonum Eccleſiæ, ut probatur in c. 1. *de Cler. ægrot.* ibi: quia ſi alij ejus eſſent exemplo deterriti, fortè non poſſet qui militaret Eccleſiæ inveniri.

139 Extenditur tertiò, ut procedat etiam quoad portionem accreſcentem. Nam ex ſententia Sacræ Congregationis hanc quoque percipere debet Canonicus infirmus, ut ſcripſi plenè in c. 1. *in 2. q. infra de Cleric. ægrotan.*

140 Extenditur quartò, ut nec tempus, quo Canonicus fuit infirmus, ſit computandum pro tempore vacationum, ut S. Congregatio declaravit. Quod tamen intellige, ut dicam infra *num.* 149.

141 Extenditur quintò, ut habeat locum etiã in his, qui ſine periculo vitæ divinis intereſſe nõ poſſunt. Unde cum Canonicus propterea primis horis, & matutinis non intereſſet quòd Medici atteſtabantur id fieri non poſſe abſque imminenti vitæ periculo;



riculo; datæ fuerunt litteræ ad Ordinarium ut pro ſuo arbitrio diſtributiones illius temporis eidem Canonico concederet.

142 Extenditur ſextò, ut habeat locum etiam in Canonico, quo tempore podagræ ita infirmitate verè impeditur, ut horis Canonicis nequeat intereſſe: huic enim deberi quotidianas diſtributiones cenſuit Sacra Congregatio.

143 Extenditur ſeptimò, ut procedat etiam in cæco, qui ſicut non tenetur Horas Canonicas recitare, Angel. *in ver. Hora, num. 9. verſ. Verum non habens librum, vel carens viſu*, Tabien. *in eodem*
144 *ver. num.* 20. Silveſt. *num. 5. verſ. Tertium*: ita nec Choro intereſſe, & nihilominus percipere debet quotidianas diſtributiones, ut Sacra Congregatio declaravit, & ſcripſi plenè in d. c. 1. *de Cler. ægrot.* & videtur non obſcurè ſenſiſſe Petr. Rebuff. *conſ. 26. num.* 15. ubi reſpondit cæcitatem non eſſe minus impedimentum, quam alias infirmitates, & loquitur ad effectum cap. *unici, de Cler. non reſiden.*
145 *in 6.* quod ibi allegat. Simili modo Sacra Congregatio conſulta an cæcitas privet aliquem eo voto, quod alias haberet, ſi cæcus non eſſet, reſpondit non privare, facit textus in cap. *Licet, de elect.* & l. 1. C. *qui morbo ſe excuſ. lib.* 10.

146 Extenditur octavò, ut locum ſibi vendicet etiã in ſenio confectis, quibus Sacra Congregatio declaravit quotidianas diſtributiones deberi, ſi aliàs reſidere ſint ſoliti. Ad hoc cap. 1. § *Verum*, ibi, Senio, aut valetudine corporali gravatus, *de Cler. ægrot. lib. 6.* & cap. *Pervenit, il ſecondo*, 18. *diſt.* de ſenio ſcripſi latiſſime in cap. *Cum ſis, de converſ. conjugator.*

147 Extenditur ultimò, ut habeat locum etiam in his, qui ex propria culpa in morbum inciderunt, juxta textum in cap. *Cum infirmitas, infra de pœnit. & remiſſ.* Nam & his quotidianas diſtributiones deberi ſcripſit Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. num. 8. verſ. Septimò quotidianæ diſtributiones*, reprobata contraria opinione Philippi Franchi in d. cap. *unico num. 17. de Cler. non reſid. lib. 6.* Ratio eſt quia etſi tales propria culpa ſint impediti, hoc tamen impedimentum nec à jure, nec ab homine, ſed ab ipſo Deo illatum eſt. Confert textus optimus in cap. *Cum percuſſio, 7. quæſt.* 1. ubi Gregorius, (Cum percuſſio, inquit, corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc judicium ignoratur; & ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio.) Et hoc reſpexit Sacra Congregatio Concilij in deciſione hujus articuli: nam conſulta an diſtributiones quotidianæ, quæ ex Conſtitutione Bonifacij Octavi à Concilio Tridentino innovata, debẽtur ægrotis, qui in Choro infirmitate impediente divinis officijs intereſſe non poſſunt, debeantur ijs, qui ex propria culpa, & peccato in morbum inciderunt: reſpondit deberi; aliàs enim nimius rigor eſſet, nec ſuperiorem hujuſmodi inquiſitionem facere debere addendo afflictionem afflictis, quia multæ poſſunt eſſe cauſæ, & non turpes. Et hanc partem tanquam mitiorem approbavit Gregorius XIII. Facit quod notat Hoſt. in c. *Niſi cum pridem num. 15. in fine, in ver. Infirmitas corporis, ſupra de renunc.* ubi firmat debilitatem corporis, quæ reddit Epiſcopum inhabilem ad executionem paſtoralis officij, eſſe juſtam cauſam cedendi, etiamſi ex peccato provenit, dummodo Epiſcopum pœniteat, ut in d. c. *Cum infirmitas.*

Declaratur modo hic primus caſus, ut procedat dummodo Canonicus infirmus, dum integra valetudine uteretur, ſolitus eſſet divinis officijs intereſſe; aliàs enim diſtributiones quotidianas non lucratur, quia morbus non eſt cauſa non reſidendi in eo, qui etiam ſanus non reſediſſet. Jo. Andr. Cardin. & Abb. in c. *Ad audientiam, de Cler. non reſiden.* & in cap. *Cum perciſſio*, & ibi dixi in *4. not. infra de Cler. ægrotan.* & idem Jo. Andr. Gemin. & Franc. in d. cap. *unico, eod. tit. lib. 6.* Felin. dicens ita omnes tenere in cap. *Apoſtolicæ, num. 12. de except.* & alij apud Covarr. *variar. reſol. in præalleg. cap. 13. num. 8. verſ. Sexto hoc ipſum erit intelligendum.*

149 Hinc Canonico, qui dum abeſſet in tribus mẽſibus à Concilio permiſſis, in morbum incidit, Sacra Congregatio cenſuit illius temporis diſtributiones non deberi; quia ægritudo non fuit cauſa non intereſſendi, cum etiam ea ceſſante tunc temporis vacaſſet à ſervitio Eccleſiæ. Verum ſi ultra tres menſes morbus perduraſſet, ab eo tempore diſtributiones non eſſe illi ſubtrahendas; quia cum antea ſolitus eſſet divinis intereſſe; veriſimiliter expletis menſibus vacationis, ad ſervitium Chori rediiſſet, & ſic infirmitas fuiſſet cauſa non intereſſendi.

Hinc etiam cuidam Canonico Romam petenti anno Jubilei ex Capituli licentia, ut votum impleret, atque ibi in ægritudinem lapſo fuerunt ex gratia conceſſæ à Sanctiſſimo ex Congregationis ſententia omnes diſtributiones illius temporis, quo ab Eccleſia abfuit.

150 Secundus caſus exceptus in d. cap. *unico*, in quo debentur quotidianæ diſtributiones in abſentia, eſt juſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, ut ſi potionem, vel medicinam ſumpſit, vel ſanguine minutus eſt, ut ibi exemplificant Archid. & Joan. Andr. *in ver. Corporalis neceſſitas*, qui ad hoc allegant cap. *Si qui, de conſecr. diſt.* 4. & cap. *Epiſcopus*
151 18. *diſt.* & ſequitur Anchar. *num. 2. in eodem ver.* & cæteri omnes. Hinc infertur ut Canonicus expulſus à civitate propter ſeditiones abſque ſua culpa à cõtrariæ factionis hominibus integrè percipere debeat quotidianas diſtributiones, ut pluribus probat Joan. Andr. in d. cap. *unico, num. 1. verſ. Vidi jam dubitari*, & ibi etiam Anch. *num. 2. verſ. Sed quærit ipſe*, & ex facto reſpondit Calderin. *conſ. 17. in tit. de præben.* quem ſequuti ſunt Felin. in cap. *Cum omnes num. 22. de conſtit.* & Phi-
152 lipp. Prob. in d. cap. *unico num.* 22. Et quamvis Covarr. *in d. cap. 13. num. 8. verſ. Decimò*, eadem ratione exiſtimet hoc verum eſſe, dummodo diſtributiones ex conſuetudine debeantur abſentibus ex juſta cauſa; hæc tamen declaratio admittenda non eſt, quia tex. in d. c. *unica* ſubmiſſa verborum ſtructura excepit caſus infirmitatis, corporalis neceſſitatis, & Eccleſiæ utilitatis, ut ibi in verſ. Exceptis. Ergo debet ſingulos æqualiter determinare. l. *Quamvis, C. de impub.* l. *Jam hoc jure, ff. de vulg. & pupill.* text. in l. *fin.* ubi Bart. C. *de ſenten.* Dec. in cap. *Novit. num. 56. de judic.* Sed ex cauſa infirmitatis abſentes lucrantur diſtributiones, etiã ſi talis conſuetudo non extet: idque idem met Covarr. fatetur contra Philip. Franc. ut dictum eſt ſupra in prima extenſione, *num.* 136. Ergo idem dicendũ in abſentibus ex cauſa corporalis neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, & ad textum in cap. *Cum non deceat, de elect. lib. 6.* reſponde ut di-

cam

cum infra in 3. *caſu num. 159.*

153 Hinc etiam infertur, ut injuſtè detentis in carcere debeantur diſtributiones quotidianæ perinde ac ſi divinis intereſſent, ut concludit Jo. Andr. in d. cap. *unico, num. 1. verſ. Item ſi vi detineretur*, per cap. *Bona. il primo de elect.* & cap. *Quoniam quidem, verſ. Sequitur, 18. diſt.* licet Covarr. *in d. cap. 13. num. 8. verſ. Undecimo*, hoc reſtringat ad Canonicum injuſtè conjectum in carcerem in eodem loco, ubi Eccleſia ſita eſt, & minus benè, quia rationes Joan. Andr. militant ubivis locorum Canonicus ſine ſua culpa vi detineatur. Neque hanc diſtinctionem adhibuit Sacra Congregatio Concilij; Sed generaliter orta dubitatione an diſtributiones quotidianas lucretur is, qui indebitè conjectus in carcerem fuerit: cenſuit lucrari: fructus autem præbendæ, ſeu maſſæ groſſæ ei tamdiu deberi, quamdiu per ſententiam fuerit declaratum juſtè illum in carcere detineri.

154 Item cenſuit diſtributiones deberi Canonico abſenti, ut injuſtam Judicis vexationem redime-
155 ret. Item citato ob cauſam criminalem, qui ſe innocentem exhibuit, ac propterea à ſervitio Eccleſiæ abfuit, licet ex ſtatuto Eccleſiæ abſentes per ſex menſes univerſam illius anni portionem amit-
156 terent. Sed & Canonicum, qui de crimine inquiſitus, & condemnatus fuit, appellavitque, & fuit abſolutus per tres ſententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam tranſierit, cenſuit deberet utique percipere nedum fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas totius temporis, quo propter eam cauſam horis Canonicis non potuit intereſſe. Demum cenſuit Canonico excommunicato, ac poſtea per ſententiam abſoluto, quæ in rem judicatam tranſivit, deberi diſtributiones quotidianas, & ſi quæ alia ſunt emolumenta, quæ
157 ab infirmis percipi conſueverunt. Quippe injuſtè excommunicatum repetere fructus medij temporis tradit gloſſa *fin.* in cap. *Super cauſa, 2. quæſt. 4.* item gloſ. *fin.* in cap. *Paſtoralis. §. Verum, de appell.* & ibi Imola Abb. & DD. communiter, ut Dec. teſtatur, Gemin. in c. *Contumaces, 50 diſt.* & Felin. in cap. *Apoſtolicæ, num. 12. de except.*

158 Tertius denique caſus exceptus in d. c. *unico, de Cler. non reſiden. lib. 6.* in quo diſtributiones debentur non intereſſentibus, eſt evidens Eccleſiæ utilitas. Ad idem textus in cap. *ex parte il ſecondo, eodem titulo.*

159 Sed huic deciſioni ſignatur contrarium in cap. *Cum non deceat, de elect. lib. 6.* ubi illi, qui proſequuntur utilitatem Eccleſiæ diſtributiones percipiunt, cujus oppoſitum deciditur in d. c. *unico.* Pro conciliatione harum decretalium dantur à gloſſa, & Doctoribus plures ſolutiones. Prima ſolutio eſt Archidiaconi in d. cap. *unico*, dicentis illam decretalem loqui in Eccleſijs, in quibus eſt conſuetudo, ut abſentes iſta recipiant; contrarium in Eccleſijs, in quibus non eſt talis conſuetudo.

Secunda ſolutio eſt gloſſæ in d. cap. *unico in ver. Vtilitas*, quod Canonici non teneantur diſtributiones talibus concedere, ut in d. cap. *Cum non deceat*, tamen ſi conceſſerint, recipientes non tenentur ad reſtitutionem, ut in d. c. *unico.*

Tertia ſolutio, quam refert gloſſa præallegata eſt illorum, qui dicunt textum in d. cap. *Cum non deceat*, loqui in abſentibus à loco Eccleſiæ; textum verò in d. cap. *unico*, loqui in præſentibus, ita ut præſentes in loco, qui proſequuntur utilitatem Eccleſiæ, diſtributiones percipiant, licet divinis non interſint; abſentes minimè. Et hanc ſolutionem ſequitur Ripa *in tract. de Peſte, in ſecunda par. num. 145.* & Covarr. *d. lib. 3. Variarum reſol. cap. 13. n. 8. verſ. Octavo non tantum ægrotis.*

Verum Sacra Congregatio Concilij examinatis ſingulorum opinionibus, & articulo diligenter diſcuſſo, intellexit textum in d. cap. *Cum non deceat*, in eo caſu, in quo ex conſuetudine abſentes ob Eccleſiæ utilitatem non percipiunt diſtributiones; ſed non probata hujuſmodi conſuetudine cenſuit abſentes ob evidentem Eccleſiæ utilitatem diſtributiones lucrari perinde ac ſi divinis intereſſent, juxta textum in d. cap. *unico*. Et Congregationis ſententiam ſanctæ memor. Paulus V. ad ſe relatam approbavit.

160 Cæterum hæc concluſio intelligenda eſt procedere, dummodo abſentia contingat ob utilitatem Eccleſiæ in ſpecie, de cujus diſtributionibus quæritur, ut formaliter inquit Joan. Andr. in d. c. *unico, num. 3. verſ. Item intelligendum, de Cler. non reſiden. lib. 6.* allegat cap. *Cum dilectus*, & cap. *De cætero, eodem tit.* & textum hic, & ſequitur ibi Petr. de Ancharan. *num. 4. in 5. notab.* Secus ſi abſentia contingat ob utilitatem alterius Eccleſiæ particularis, vel Eccleſiæ generalis. Et hæc eſt ratio cur diſtributiones non debeantur Canonicis exiſtentibus in ſervitio Papæ, ut dictum eſt ſupra *num. 99.* licet cenſeantur ſervire Eccleſiæ univerſali, d. cap. *Cum dilectus*, ibi, (Qui circa nos ſe obſequiales exhibent univerſis.) de Cler. non reſiden. nec abſentibus in ſtudio ſacræ paginæ, ut hic, quamvis hæc quoque cauſa concernat utilitatem univerſalis Eccleſiæ, ut probatur in cap. *fin. verſ. Qui cum docti fuerint, infra de magiſtr.* in cap. *Super ſpecula, verſ. Quia verò Theologiæ ſtudium, Ne Cler. vel Monac.* & melius in cap. *Cum ex eo*, ibi, (In grande univerſalis Eccleſiæ, quæ viris litteratis per maximè noſcitur indigere, diſpendium, & jacturam) *de elect. lib. 6.* Unde Canonico à ſecre-
161 tis Regis Portugalliæ in rebus Eccleſiaſticis eadem de cauſa abſenti fuerunt quidem conceſſæ diſtributiones, ſed ex gratia, & de conſenſu Capi-
162 tuli, vel majoris partis. Item Archidiacono habenti tantum ius præſidendi in Choro, nullum tamen ſervitium, & hebdomadam dum reſidet in aliquibus locis ſuæ Archidiaconali juriſdictioni ſubjectis, deciſum eſt non deberi diſtributiones quotidianas. Ad eas igitur percipiendas requiritur utilitas particularis Eccleſiæ, de cujus diſtributionibus agitur, ut prædixi.

163 Ex hoc tertio caſu infertur primò, ut abſens propter exercitium curæ animarum ſuæ dignitati, vel Canonicatui incumbentis, quo tempore illam exercet, pro præſente habeatur & quotidianas diſtributiones lucretur, ut expreſſum in decreto Concilij Tridentini, *c. 3. verſ. Quod ſi alicui, ſeſſ. 22.* Unde orta dubitatione, an Archipresbytero Cathedralis abſenti propter ſervitium curæ animarũ diſtributiones quotidianæ debeantur: Sac. Con-
164 gregatio cenſuit deberi. Et iterum cũ fuerit quæſitum an habeantur tamquam præſentes in Choro qui curam animarum exercent imminentem Eccleſiæ Cathedrali: reſponſum eſt haberi, dum tamen ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, vel
165 alia exercent, quæ ſpectant ad ipſam curam. Et aliàs reſponſum, obtinentes Dignitates, quibus imminet cura animarum, ſi reſideant in ſuis Eccleſijs, lucrari diſtributiones, dummodo per ſeipſos curam actu exercuerint.



166 Infertur ſecundò, ut toleranda ſint ſtatuta Eccleſiarum, quibus declarantur Jubilati, & immunes à choro qui per quadraginta annos continuos Eccleſiæ inſervierunt. Hoc enim in utilitatem Eccleſiæ intelligitur eſſe ſancitũ, ut Canonici & Miniſtri ſpe immunitatis aſſequendæ ad ſervitiũ chori diutius exhibendũ alaciores reddantur. Licet de rigore juris aliud dicendum ſit, ut patet ex dictis ſupra *num.* 81. Sæpe etiam me Secretario indultũ fuit Canonicis ſeptuagenarijs, qui quadraginta annos continuos divinis interfuerunt, ut tamquã benè de Eccleſia meriti, percipere valeant diſtributiones quotidianas, licet choro non interſint.

167 Infertur tertiò, ut pro præſente habeatur Canonicus abſens pro negocijs Capituli, unde in caſu contingenti cenſuit S. Congregatio Canonicum, quo tempore pro negocijs Capituli abfuit, nõ debuiſſe onerari ut ſubſtitutum interim aleret, & Capitulum eſſe cogendum ut dicti temporis diſtributiones, ac ſtipendia capellani illi reſtituat.

168 Infertur quartò, ut diſtributiones debeantur Canonicis aſſiſtentibus Epiſcopo Pontificalia exercenti ad præſcriptum d. *cap. 12. verſ. Omnes verò ſeſſ. 24.* tam in Cathedrali Eccleſia, quam alibi. Cenſuit enim S. Congreg. Canonicos, qui tenẽtur aſſiſtere, & inſervire Epiſcopo celebranti, Pontificalia exercenti in Cathedrali, teneri etiam aſſiſtere, & inſervire celebranti, & Pontificalia exercenti in alijs civitatis locis, atque ejus ſuburbijs; tuncque hujuſmodi Canonicos id officij Epiſcopo præſtantes debere percipere diſtributiones quotidianas.

169 Infertur quintò, ut obtinentes præbendam Theologalem in diebus, in quibus legunt, diſtributiones quotidianas lucrentur, ut dictum eſt ſupra *num.* 116.

170 Infertur ultimò, ut Canonicus Pœnitentiarius, dum confeſſiones in Eccleſia audit, interim præſẽs in choro cenſeatur, ut diſertis verbis cavetur decreto Concilij Tridentini, *cap. 5. ſeſſ. 24.*

Et cum fuerit quæſitum, an Pœnitentiarius ſit habendus pro præſente in Choro dum audit Confeſſiones in Eccleſia ſive in Confeſſionario, ſive extra: reſponſum eſt habendum pro præſente eo tempore, quo audit confeſſiones, alijs in Choro divina celebrantibus.

Et rurſus cum dubitatum fuerit, An Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis audiendo confeſſiones eorum, qui non habent caſus reſervatos, ſeu eorum, qui tantùm peccata venialia habent tanquam præſens in Choro cenſeatur, adeò ut percipere valeat diſtributiones quotidianas: Reſponſum habendum pro præſenti, & mirati ſunt Patres hujuſmodi dubium excitari; Tum quia Concilium generaliter loquitur; tum quia inde præberetur occaſio revelandi peccata gravia; & deterrendi confitentes.]

171 Ac demum cum Concilium decernat præſentẽ in Choro cenſeri Pœnitentiarium cum confeſſiones in Eccleſia audit, ſuborto dubio an etiam præſens cenſeri debeat extra Chorum, putà cum Capitulum comitatur corpus defuncti ſepulturæ tradendum, ut eo quoque caſu percipiat diſtributiones perinde ac ſi illis interfuiſſet: Dictum eſt referendum ad Sanctiſſimum, quia Concilium loquitur tantum de Choro; eamdem tamen utroque caſu militare rationem: Sanctiſſimus declaravit videri hoc in caſu voluiſſe Concilium Pœnitentiarium eſſe participem, & quidem à fortiori, ideſt ſi in Choro, multò magis extra.

## DE PRÆBENDIS.

## Cap. Expoſuiſti.

S V M M A R I V M.

1 *Præbendis Eccleſiæ Cathedralis propter illarum paupertatem poſſunt annecti Capellæ, reſervata ipſarum Presbytero congrua portione.*

2 *Vbicumque in iure fit mentio ſimpliciter de generali Concilio, intelligitur de Lateranenſi ſub Innocentio III.*

3 *Capellæ appellatione quid veniat, & quot ſint Capellarum ſpecies.*

4 *Præbenda eſt incompatibilis cum Parochiali.*

5 *Præbendis Canonicalibus quam ob cauſam annecti poſſint Eccleſiæ Parochiales.*

6 *Prærogativa perſonæ quamvis interdum ſit iſta cauſa diſpenſandi ad plura incompatibilia, non tamen eſt iuſta cauſa annectendi unum beneficium alteri.*

7 *Vnio incompatibilium ad vitam non eſt propriè unio, ſed magis quædam palliata diſpenſatio, & reprobatur à Concilio Tridentino.*

8 *Vniri non debet Parochialis Eccleſia præbendæ Canonicali, niſi ſuperſit congrua portio pro Vicario perpetuo.*

9 *Paupertas tolerabilior eſt in Canonico, quam in Rectore Eccleſiæ.*

10 *Vniri poſſunt ab Epiſcopo de iure communi Parochiales Eccleſiæ præbendis, vel Dignitatibus ob illarum paupertatem.*

11 *Secus poſt Concilium Tridentinum.*

12 *Vnio æquè principaliter Parochialis cum præbenda vel Dignitate an ſit prohibita à Concilio Tridentino, & n. ſeqq. uſque ad n. 18.*

13 *Beneficium per annexionem Parochialis non fit curatum.*

14 *In Vnione æquè principali unus eſt rector utriuſque beneficij.*

15 *Vnio facta ab Ordinario ſine cauſa non valet.*

16 *Canonicus habens præbendam æquè principaliter unitam cum Parochiali tenetur in Parochiali reſidere tamquam in digniori.*

17 *Præbendarum tenuitati in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus qua ratione Epiſcopus providere poſſit ex Concilio Tridentino.*

18 *An vi illius iure poſſit de conſenſu Capituli aliquot portiones eiuſdem Eccleſiæ, & num. ſeqq. uſque ad numero 24.*

19 *Vniones ſunt odioſæ, & reſtringendæ.*

20 *Beneficij appellatione non venit beneficium exiſtens in Cathedrali.*

21 *Portiones exiſtentes in Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus perſonalem reſidentiam requirunt.*

*Beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine non requirunt reſidentiam. ibidem.*

22 *Capellæ appellatione non venit portio.*

23 *Capellanorum tenuitati, aut fabricæ, vel Sacriſtiæ in Cathedrali Epiſcopus providere non poteſt remedio, cap. 15. ſeſſ. 24. Concilij Tridentini.*

Vni-

24 *Vnire an poſſit Epiſcopus beneficia ſimplicia menſæ Capitulari ob præbendarum tenuitatem in vim Concilij Tridentini, & n. 27.*

25 *Vnio beneficij facta ab Epiſcopo menſæ Capitulari etiam de Capituli conſenſu de iure communi eſt ipſo iure nulla.*

26 *Et ad hoc requiritur authoritas Papæ, nec ſufficit Metropolitani.*

27 *Vniendi facultas extendi non debet de caſu ad caſum ad correctionem iuris communis.*

28 *Vnio beneficiorum ſimplicium facta ab Epiſcopo menſæ Capitulari an valeat ſi in Eccleſia nulla ſint præbendæ diſtinctæ, ſed tantum maſſa communis in diſtributionibus conſiſtens, & num. ſeqq. uſque ad num. 31.*

29 *Capitulum poteſt in facto proprio authorizare ubi agitur principaliter de intereſſe ſingulorum, & ſecundario de intereſſe Capituli, ſed non è contra.*

30 *Vnio fieri non poteſt ab Epiſcopo portionibus privilegiatis.*

31 *Maſſa communis, cuius reditus omnes in diſtributionibus conſiſtunt, non ſuccedit loco præbendæ quoad effectum unionis.*

32 *Authoritas in facto proprio ita demum interponi poteſt palam, & bona fide, ſi hoc fiat coram ſuperiore.*

33 *Curatus, & Rector Parochialis annexa quis dicatur, & n. ſeqq. uſque in finem.*
*Quid ſi Parochialis ſit annexa præbendæ Canonicali, num. 35.*
*Et quid ſi ſit annexa Capitulo, vel menſæ Capitulari, num. 41.*
*Et quid ſi aſſignata ſit certa portio ſuper fructibus Parochialis alicui ex Canonicis, vel Capitulo; num. 42.*

34 *Vnio quotuplex ſit.*

35 *Canonicorum reditus quot modis augeri poſſint ex proventibus Eccleſiæ Parochialis, & num. ſeqq. uſque in fin.*

36 *Cura habitualis in foro animæ an ſit penes Canonicum, cuius præbendæ unita eſt Parochialis.*

37 *Ætas vigintiquinque annorum an requiratur ad obtinendam præbendam, cui annexa eſt Parochialis, & num. 39.*

38 *Vicarij poteſtas an extinguatur extincta poteſtate principalis Prælati, & n. 40.*

41 *In Vicarium perpetuum S. Petri de Vrbe tranſlatum eſt ſolum curæ exercitium privativè ad Capitulum, Cura verò habitu penes Capitulum remanſit.*

43 *Penſio ſuper fructibus Parochialis an poſſit ab Epiſcopo conſtitui pro augendis reditibus præbendæ, vel menſæ Capitularis.*

1 EXPOSUISTI. Propter paupertatem præbendarum Eccleſiæ Cathedralis poſſunt eis annecti Capellæ, reſervata ipſorum Presbyteris congrua portione, hoc dicit. Primò ponit ſupplicationem. Secundò proviſionem, ibi, *ſi evidens.*

2 Nota primo ibi, *Concilij generalis*, ubicumque in jure ſimpliciter fit mentio de generali Concilio, ſemper intelligi de Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. ut *hic*, & in c. *Eccleſia veſtra*, *il 2. de elect.* in c. *Quamquam*, & in cap. *Si cui*, *eod. tit. lib. 6.* cum ſimil. & notat gloſ. 2. in cap. *fin. de Capell. Monachor.* Idque non per antonomaſiam, ſed ad differentiam alterius Concilij Lateranenſis paulò ante celebrati ſub Alexandro III. ut probavi in cap. 1. *à num. 1. uſq. ad num. 12. ſupra, de Summa Trinit. & fid. Cathol.*

3 Secundò nota, Capellæ appellatione venire Parochialem Eccleſiam: nam de parochialibus intelligitur hæc littera ſecundum omnes, cum referat ſe ad Concilium generale, quod de illis loquitur in cap. *Extirpandæ*, *ſupra eod.* & *hic* notat Abb. *num. 6.* Quandoque tamen nomine Capellæ intelligitur Eccleſia Collegiata, ut in c. *Cum Capella*, *infra, de privileg.* Quandoque domus religioſa, ſeu Monaſterium, ut *infra de Cappell. Monach. per tot.* & ibi Abb. *in rubr.* & fuſius Specul. *eod. tit.* frequentiùs autem Capellæ nomine intelligimus vel Sacellum, ideſt locum Deo conſecratum intus, vel extra Eccleſiam, c. *Quiſquis*, *verſ. Capellæ*, 17. *quæſt.* 4. Paul. de Cittadin. *in tract. de Iurepatr. p. 3. quæſt. 32. Prima cauſa, num. 43 verſ. Secundo ſciendum eſt, quod Capella dicitur locus*, & Lambert. *in eod. tract. par. 1. lib 1. art 6. quæſt* 11. *fol. 97. in fin.* Vel altaria in eiſdem Sacellis conſtructa, de quorum natura multa cumulat Felin. in c. *Ex parte*, *il 2. num. 1. & ſeq. ſupra de reſcript.* vel Capellanias ſive perpetuas, ſive manuales cum onere Miſſarum celebrandarum, de quibus egi latiſſimè in cap. 1. *ſupra de ætat. & qual.* Licet ut plurimum capella, altare, & capellania, pro eodem accipiantur, ut probat gl. 1. in Clem. 2 *verſ. Quinto, quid de capellanijs, vel beneficijs altarium, de decim.* Felin in d. cap. *Ex parte*, *num. 2. verſ. Naturam verò iſtorum altarium, ſive capellarum*, & Quintil. Mandoſ. *in reg. de Annal. quæſt* 17. *num. 2.* qui etiam *nu. 5.* diſtinguit quatuor capellarum ſpecies. Frequenter etiam capellarum nomen uſurpamus pro oratorijs ſeu privatis, ſeu publicis. Quorum ſpecies diſtinguit idem Mandoſ. *loco citato num.* 8. & de his vide quæ nos plenè adnotavimus in cap. *In his, à num. 1. uſque in fin. de privileg.* Interdum etiam capellæ dicuntur Sacrorum ſolemnia, quæ coram Papa, & Cardinalibus peraguntur, ut per Cardin. Paleott. *de Sacri Conſiſtor. conſultat. p 5. quæſt.* 11. *pag. 313. littera B.* & de his capellis Pontificijs plura ſanxit Sixtus V. in Conſtitutione, quæ incipit, *Egregia*, *in Bullar. tom. 2. pag. 517.*

4 Tertiò nota ibi, *Non fuerunt conceſſæ Capellæ*, textum expreſſum ſecundum Abb. antiq. quod nõ poteſt quis retinere cum præbenda Parochialem Eccleſiam, quæ illi non ſit annexa. Circa quod Hoſt *hic in princ. verſ. Si de hac materia*, ponit prolixam diſtinctionem, per quam dicit omnia jura contraria de hac materia loquentia ad veram conſonantiam reduci, eamque ad litteram recitat, & probat Jo. Andr. *num.* 4. Hodie hoc eſt expeditum jure noviſſimo Concilij Tridentini, cum Canonicatus in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs perſonalem reſidentiam requirant, ut in c. 12. *ſeſſ.* 24. ac proinde ſunt incompatibiles cum Parochialibus, ut in *cap. 4. ſeſſ. 7 & cap. 17. ſeſſ. 24.*

5 Quartò nota ibi, *ſi evidens neceſſitas, vel utilitas*, duas cauſas, propter quas Eccleſia Parochialis de jure communi licitè poteſt uniri præbendæ ſecundum Cardin. & Anchar. *in 2. notab.* & Abb. *in 4. notab.* Una eſt propter evidentem neceſſitatem, ideſt cum ob præbendarum tenuitatem non reperiuntur qui velint acceptare Canonicatus, & ita Eccleſia debito ſervitio deſtituitur. Altera eſt propter utilitatem, quia licet reperiantur, non tamen ſunt idonei, & convenientes dignitati Eccleſiæ Cathedralis, puta quia ſunt ſimplices, & idiotæ, & meliores non inveniuntur, ex hoc enim damnificantur Eccleſiæ Cathedrales, cum non ſunt perſonæ idoneæ, quæ tantæ paupertati velint ſe alligare, & indecens etiam ſit ut cogantur mendicare, ut *c. 1. infra de Cler. ægrot.* & c. *Cum ſecundum*, *ſup. eod.* ſecundum Hoſt. *hic in princ. in ver. Sufficienti.* Jo. Andr. *num. 1. in eod ver.* & Card *in primo*
6 *notab.* Et conſidera hic nullam fieri mentionem de tertia cauſa, videlicet de prærogativa perſonæ, de qua in c. *De multa in fin. ſupra eod.* ſed tantummodo de neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ. Ex quo notabiliter infert Abb. *hic num.* 5. ut quamvis prærogativa perſonæ interdum ſit juſta cauſa diſpenſandi ad plura incompatibilia, ut in d. c. *De multa*, non tamen eſt juſta cauſa annectendi unum beneficium alteri, quia fieret præjudicium ipſi beneficijs, cum unum veniret acceſſoriè ad aliud.
7 Dic clarius propter prærogativam perſonæ, quæ eſt cauſa temporalis, & extinguitur cum perſona, non poſſe fieri unionem perpetuam in præjudiciū beneficij annexi; quia limitata cauſa, &c. Clem. *Ne Romani*, §. *Et tamen proviſo*, *de elect.* & de unione perpetua loquitur hoc cap. Unde nil mirum ſi de prærogativa perſonæ nullam fecit mentionem. Unio autem ad vitam non eſt propriè unio, ſed magis quædam palliata diſpenſatio, Put. *deciſ. 246. num. 3 lib. 1.* Caſſad. *deciſ. 3. num. 3. de Iudic.* & hodie prohibita eſt à Concilio Trid. in *cap. 4. ibi ſive per viam unionis ad vitam, ſeſſ. 7.* & c. 17. §. *Illi vero*, *ſeſſ. 24.*

8 Quintò nota ibi, *reſervata congrua capellarum Presbyteris portione*: quotieſcumque parochialis Eccleſia unitur præbendæ, hoc ſemper eſſe attendendum ut ſuperſit congrua portio pro Vicario curam animarum exercente, ut hic, & in c. *Paſtoralis*, *ſupra de his quæ fi. à Prælat.* & in c. *Extirpandæ*, §. *Qui verò*, *ſupra eod.* alioquin abſtinendum erit ab unione, quia, ut notabiliter ſuquit Hoſtien. *hic num 2.* tolerabilius eſt, ut Canonicus
9 egeat, quam Rector Eccleſiæ. Quod dictum ſequuntur Jo. Andr. *num. 4. in ver. Præria*, Henric. Boich. *in fi.* Butr. *num* 5. Imol. & Anchar. ambo *num. 3.* & Abb. *num. 9.* & tunc ſecundum eos providebitur Canonicis, ut notatur in c. *De rectoribus in gloſ. ult. infra de Cler. ægrot.* & hodie ut dicam *infra num. 17.*

10 Ultimò nota Epiſcopum de jure communi poſſe augere reditus tenues præbendarum annectendo illis parochiales Eccleſias, ut hic eſt caſus ſecundum unam lecturam, quæ communiter recipitur: nam licet aliqui intelligant hujuſmodi unionem fieri poſſe ab Epiſcopo authoritate Apoſtolica, quos tacito nomine ſic refert Innocen. *in fin.* tamen communis intellectus habet ut fieri poſſit etiam authoritate ordinaria, prout hic firmant Abb. antiq. *in prin.* Hoſt. & Jo. Andr. ambo in *ver. Poteris*, exponentes verbum illud, *poteris*, ideſt authoritate tua, arg. cap. *Vacante ſupra eod.* & cap. *Sicut unire*, *infra de exceſſ. Prælat.* & ſequuntur Butr. *num 4.* Cardin. *eod. num in 2. quæſt.* & Anchar. *in 3. notab.* Idque communiter teneri teſtatur Imola *num. 2.* Addunt tamen Jo. Andr. & reliqui poſt eum debere Epiſcopum hoc facere de Capituli conſenſu juxta textum in Clem. *Si una*, *de reb. Eccleſ. non alienan.* Et quod dictum eſt de præbendis, idem intelligas de Dignitatibus, quia eadem eſt ratio, & ſic idem jus, c. *Tua*, *de concess. & aſſimil.* ſecundum Hoſtien. *in princ. in ver. eiſdem.* Jo. Andr. *num* 3. Cardin. *in 3. quæſt. n. 5.* Imol. *in primo notab.* Anchar. *in 2. notab.* & Abb. *num. 8. verſ. Et credo.*

11 Verum hodie hæc facultas uniendi Parochiales Eccleſias præbendis Cathedralium Eccleſiarum ob illarum paupertatem, ut in textu, vel Dignitatibus ob identitatem rationis, adempta eſt Epiſcopis à Concilio Tridentino in c. 13. *verſ. In unionibus, ſeſſ. 24.* nam ſancta Synodus præcipuam rationem habens Eccleſiarum Parochialium ob animarum periculum ſtatuit ut in unionibus ſive ob redituum tenuitatem, ſive ob alias cauſas faciendis, Eccleſiæ Parochiales Monaſterijs quibuſcumque, aut Abbatijs, ſeu Dignitatibus, ſive præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſive alijs beneficijs ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militijſve non uniantur, & quæ unitæ ſunt, revideantur ab Ordinarijs juxta Decretum ſub Paulo III. editum in c. *6. ſeſſ. 7.* Quare hæc decretalis ſi intelligatur de unione facienda ab Epiſcopo ordinaria authoritate, juxta communem intellectum, correcta eſt à Concilio *in d. c. 13.* Secus ſi intelligatur de unione facienda authoritate Apoſtolica, ſecundum aliam lecturam, quia Concilium non ligat Papam, ſed ligatur ab ipſo, c. *Significaſti*, & ibi Jo. Andr. *n. 10.* & reliqui *ſupra de elect.*

12 Sed hic incidit dubitatio; Quid de unionibus Parochialium, quæ fiunt præbendis ſine ſuppreſſione, ut cum duo beneficia æquè principaliter uniuntur, & utrumque per ſe remanet, nec immutat ſtatum, aut naturam ſuam, juxta notata per gloſ. in cap. 1. *infra Ne ſed. vacan.*

Et primo intuitu videtur dicendum hanc ſpeciem unionis non comprehendi in prohibitione Concilij, quia nullum præjudicium fit Parochiali ſic unitæ, c. *Et temporis* 16. *q.* 1. Sicut fit per unionem acceſſoriam, ſeu ſubjectivam, per quam Eccleſia unita amittit titulum, & nomen beneficij juxta diſtinctionem Felin in cap. *In noſtra*, *in 35. coroll num. 30 de reſcript.* poſt Oldrad *conſ.* 257. *num. 15.* Rot. *deciſ 370. alias 11 de reb Eccleſ. non alienan. in antiq.* Caſſad. *deciſ. 2 num.* 6. *de union.*
13 Item hæc ſpecies unionis non facit Canonicatum curatum, nec beneficium ſimplex, cui ſic unitur Parochialis, deſinit eſſe ſimplex, ut poſt Oldrad. *conſ 223. poſt princ.* tenet Sarnen. *in reg. de idiom. q. 11. num. 6.* & notant gloſ. & DD. in c. *Super eo, de præben. lib.* 6. Item Concilium non prohibet ne Parochiales, & præbendæ ad invicem uniantur, ſed ne Parochiales uniantur præbendis. Quæ verba videntur importare unionem acceſſoriam, non autem æquè principalem, d. cap. Super eo, de declarat. Felin. *loco citato.* Item hac interpretatione minus corrigitur jus commune, l. 1. C. *de inoffic. dotib.* c. *Cum expediat*, *de elect. lib. 6.* cum ſimil.

14 In contrarium facit, quia intereſt Eccleſiæ habere ſuum proprium Rectorem, c. *Cum non ignores*, *ſupra eod.* At per hujuſmodi unionem, tametſi unumquodq; beneficium retineat ſua jura, & privilegia; tamen unus eſt Rector utriuſque, d. c. *Et temporis qualitas*, & ibi gloſ. in *ver. Venire*, 16 *q.* 1. & d. c. 1. *Ne ſed. vacan.* Marian. Socin in c. *Sicut unire in 2. articulo principali*, *col. 6. de exceſſ. Prælat.*
15 Præterea unio requirit cauſam neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, ut hic patet, alioquin non valet etiamſi fiat ab Ordinario ſervata juris forma ut



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ut tenent Imol. & Abb. *hic*, Oldrad. *conſ. 261. & ſeq.* Marian. Socin. in d. c. *Sicut unire, in 5. artic. principali, num. 90.* Rota *deciſ. 133. num. 3. par. 2. diverſ.* Hujuſmodi autem unio tantum abeſt, ut habeat cauſam neceſſitatis, vel utilitatis, ut potius utrique beneficio ſit damnoſa. Parochiali quidem, quia patitur fructuum diſmembrationem, nec amplius habet peculiarem Rectorem, ſed cõmunem cum præbenda, ut dictum eſt. Præbendæ verò, quia licet illi accreſcant reditus, tamen decreſcit ſervitium, & minuitur divinis cultus, ad quem beneficia Eccleſiaſtica ſunt conſtituta, *c. fin. de reſcr. lib. 6.* Concilium Tridentin. *cap. 7. ſeſſ. 21.*

16 Nam Canonicus, cujus præbenda unita eſt cum Parochiali æquè principaliter, tenetur in Parochiali reſidere tanquam in digniori, ut in Conſtit. Pij V. *Cupientes, in Bullar. tom. 2. pag. 26.* Nec obſtat, *c. Extirpandæ, §. Qui verò, ſupra eod.* quia loquitur in caſu, in quo Parochialis annexa eſt dignitati acceſſoriè, ut ibi dixi *num. 27. & 29.* Quod ſi teneretur reſidere in Cathedrali, Parochialis debito ſervitio deſtitueretur, & tamen decretum d. c. 11. prohibet uniones ex quibuſuis cauſis faciẽdas: ergo fortius hanc, quæ nocet utrique beneficio.

17 Et hoc puto verius, quia præbendarum tenuitati alia ratione Concilium provideri voluit, quam per unionem Parochialium Eccleſiarum: nam in *cap. 15. ſeſſ. 24.* decrevit ut in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, ubi frequentes, adeòque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquod ſimplicia beneficia, non tamen regularia ijs unire, vel ſi hac ratione provideri non poſſit, aliquas ex ijs ſupprimere, & illarum fructus reliquarum diſtributionibus applicare.

18 QUÆRO, an Epiſcopus facultate ſibi tributa decreto Concilij d. c. 15. ſeſſ. 24. poſſit cum conſenſu Capituli unire aliquot ejuſdem Eccleſiæ portiones præbendis Canonicalibus, quarum fructus adeò ſunt tenues ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant.

19 Videtur reſpondendum non poſſe. Nam Concilium d. cap. 15. extendi non debet ad alia beneficia, quam ad ea, de quibus loquitur, ſcilicet ad beneficia, & præbendas Canonicales, cum verſemur in materia unionum quæ ſunt odioſæ, à jure exorbitantes, ambitioſæ, & reſtringendæ, *c. Sanctorum, 70. diſtin.* per quem textum ita reſpondit Calder. *conſ. 13. An unio. ſub tit. de rebus Eccleſ. non alien.* quem refert, & ſequitur Dec. *conſ. 233. Viſo tenore, n. 6.* & Quintil. Mandoſ. *in reg. 12. q. 6. num. 12.*

20 Deinde d. c. 15. dat Epiſcopo duplicem facultatem. Prima facultas eſt uniendi beneficia ſimplicia, quorum appellatione non veniunt portiones Cathedralium. Tum quia appellatione beneficij non venit beneficium exiſtens in Cathedrali, *cap. Quamvis in 1. & 2. reſponſo de præben. lib. 6.* Rota *in antiq. deciſ. 2. de fil. Presbyter. & deciſ. 4. de offic. Ordin.* Jo. de Selva *in tract. de benefic. quæſt. 11. p. 3.*

21 *num. 117.* Tum quia hæ portiones exiſtentes in Cathedrali reſidentiam requirunt ex Concilio, *cap. 12. §. Præterea, ſeſſ. 24.* quam non requirunt beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine, gloſ. in cap. *Gratiæ, in verſ. De jure tenere de reſcr. in 6.* Lap. *alleg. 36. in prin.* Rebuff. poſt alios *in Prax. tit. Diſpenſatio de non reſiden. n. 8.*

22 Alia facultas eſt aliquas præbendas ſupprimendi, cæteraſque ad pauciorem numerum redigendi. Appellatione autem præbendarum, de quibus loquitur Concilium, itidem non venit portio, non ſolum quia quando Concilium voluit comprehendere portiones, id expreſſit, ut in d. §. *Præterea*, ſed etiam quia manifeſtè loquitur de præbendis Canonicalibus, cum requirat eas adeò eſſe tenues ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant. Et dum poſtea dat facultatem uniendi, loquitur de eiſdẽ præbendis Canonicalibus; quod non poteſt contingere in portionibus, quarum ſuppreſſio non diminuit numerum Canonicorum.

Confirmatur, quia Concilium ejuſmodi facultatem adeò ampliavit, ut voluerit eam procedere non obſtante reſervatione, vel affectione, cum tamen de jure communi Epiſcopus non poſſit unire reſervata, vel affecta ſaltem, ut unio tunc poſſet effectum ſortiri. Rota *deciſ. 658. alias 6. de reb. Eccl. non alien. in antiq.* Collect. in cap. *Sicut unire, num. 6.* & ibi dixi *num. 22. infra de exceſſ. Prælat.* & ideò Concilium magis eſt ſtrictè intelligendum ad limites verborum, *c. Quæ à jure, de reg. jur. lib. 6.*

23 Demum orta dubitatione, An ob tenuitatem capellanorum Eccleſiæ Cathedralis pro divini cultus augumento, vel ob tenuitatem redituum fabricæ, vel Sacriſtiæ Eccleſiæ Cathedralis liceat Epiſcopis uti remedio *cap. 15. ſeſſ. 24.* S. Congreg. cenſuit non licere. Ergo ſi Concilium qua parte loquitur de præbendis Canonicalibus non extenditur ad capellas, vel fabricam, aut ſacriſtiam, longè minus ubi loquitur de beneficijs ſimplicibus extendi debet ad portiones: nam reſpectu præbendarum, quibus fit unio, diſpoſitio Concilij eſt favorabilis, cum per eam augeantur reditus Canonicorum ob cauſam neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ, ut hic patet. At verò reſpectu beneficiorum ſimplicium eſt odioſa, cum per unionem titulus, & nomen beneficij annexi extinguatur, *c. Super eo, de præben. lib. 6.* Oldrad. *conſ. 237. factum tale eſt num. 15.* Rota *deciſ. 370. alias 11. de reb. Eccl. non alienan.*

24 Ulterius quæro, An Epiſcopus ex decreto Concilij in eodem *cap. 15. ſeſſ. 24.* nedum præbendis Canonicorum, ſed etiam ipſi Capitulo, ſeu Capitulari menſæ beneficia ſimplicia unire poſſit, ubi frequentes, atque adeò tenues ſunt præbendæ, ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant.

25 Ex juris communis diſpoſitione manifeſtum eſt irritam eſſe unionem beneficij factam ab Epiſcopo menſæ Capitulari etiam ſuo conſentiente Capitulo, ut eſt caſus in Clem. *ſi una, §. Quod ſi Epiſcopus*, ubi omnes, *de reb. Eccl. non alienan.* & notant hic Jo. Andr. *num. 2. in fin. in verſ. Poteſt.* Imola *num. 3.* & reliqui. Rationem aſſignat gloſ. communiter approbata in dict. Clem. *Si una in verſ. Capitulo*, & Imol. *d. n. 3.* quia Capitulum non poteſt in facto proprio authorizare, *c. Qui manumittitur, 12. q. 2.* Quidquid contra ſcripſerit Oldrad. conſ. 182. qui nõ reſpondet ad dictam Clem. imò propter illam fatetur ſe dubitare de victoria cauſæ, & cum reprobat Caccialup. *in tract. de union. art. 4.*

26 *quæſt. 10.* Quare neceſſaria eſt authoritas Superioris, ut tenet gloſ. in d. Clem. *in verſ. Menſæ, ad fin.* quam ibi ſequuntur Cardin. *num. 4. in fin.* Abb. *n. 6.* & ipſemet Oldrad. ſibi contrarius in *conſ. 262. n. 3.* ubi addit nec ſuffi[c]ere authoritatem Metropolitani, quia hic non eſt de caſibus Archiepiſcopo reſervatis quoad ſubditos ſuffraganei, *c. Paſtoralis*, & quod ibi notatur *ſupra de offic. ordin.* Ad hoc, cap. *Sicut unire, verſ. Non obſtante, infra de exceſſ. Prælat.*

27 & hoc planum. Sed in terminis Concilij Tridentini die 29. Novembris 1612. in S. Congregatione, cui interfuerunt S. R. E. Cardinales Montelperus, Juſtinianus, de Monte, Paravicinus, Mattheius, Aquaviva, Piattus, Blanchettus, Mantica, Doratus, Bonviſius, & Sanctorum Quatuor, propoſito ſupraſcripto dubio, Mattheius cenſuit Epiſcopum non poſſe unire menſæ rationibus in ejus voto adductis; & præcipuè, quia Concilium tribuit facultatem uniendi præbendis duntaxat, non autem menſæ Capitulari, & cum verſemur in materia ſtricta, & à jure improbata, ut in Clem. *Si una, de reb. Eccl. non alienan.* extendi non debet ad caſum in verbis non comprehenſum ad correctionem Juris communis. Montelp. idem ſenſit, & in hanc ſententiam allegavit rom. Hieronymi Gabriel. 101. Idem ſenſerunt de Monte, & Paravicinus. Sed Aquaviva dixit ſe contrariam ſententiam veriorem exiſtimare, quia nullam inter utrumque caſum videbat rationem diverſitatis. Neque obſtare quod Capitulum non deberet authorizare in facto proprio, quia hæc non eſt authoritas, ſed conſenſus. Juſtinianus putavit negativè reſpondendum, quia Concilium quando voluit præjudicare juri communi, id expreſſit; quod cum non fecerit, videtur noluiſſe. Piatt. dixit ex verbis Concilij ſe elicere quod unio fieri poſſit menſæ Capitulari eo quod voluit fructus præbendarum ſuppreſſarum quotidianis diſtributionibus applicari. Blanchett. conſiderabat quod aut præbendæ ſunt inæquales, & non poteſt Epiſcopus unire menſæ: aut ſunt æquales, & poteſt abſque conſenſu Capituli, quia in alienatione, quæ fit vigore legis, non requiritur ſolemnitas. Mantica cenſuit reſpondendum negativè. Dorat. etiam negativam ſententiam ſequutus eſt, quia quoties facultas aliqua tribuitur, non debemus eam ampliare ad caſus non expreſſos, *l. Mercatis, §. Qui in verſ. ff. de offic. Præſid.* Ad id quod dicebat Dominus Cardinalis Piatt. reſpondit facere pro hac parte, quia Concilium voluit præbendarum ſuppreſſarum fructus reliquarum diſtributionibus applicari, & ſic ſemper egit de applicatione facienda præbendis, non autem menſæ. Ad id quod adducebat Dominus Cardinalis Blanchettus, reſpondit Concilium non cogere ut fiat hæc unio, ſed tantum dare facultatem illam faciendi, ideoque in hoc caſu non procedere quod dicitur in alienatione neceſſaria nullam requiri ſolemnitatem. Bonviſius, & Sanctorum quatuor ſententiam negativam & ipſi ſequuti ſunt. Itaque ex communi ſententia decretum fuit nequaquam Epiſcopum poſſe hujuſmodi beneficia unire Capitulo, ſeu Capitulari menſæ, idque ſi fecerit, nullam eſſe unionem. Quam Congregationis ſententiam die 19. Decembris 1612. ad ſe relatam S. D. N. probavit.

28 Succeſſivè quæro, Poſt ad declarationem S. Congregationis Concilij, qua declaratum fuit Epiſcopũ vigore facultatis ſibi tributæ decreto Concilij Tridentini *c. 15. ſ. ſ. 24.* beneficia ſimplicia præben-





dis Cathedralium, vel Collegiatarum Eccleſiarum de conſenſu Capituli unire, non poſſe eadẽ beneficia unire menſæ Capitulari, & ſi unit, unionem eſſe nullam: An etiam nulla ſit unio beneficiorum ſimplicium facta ab Epiſcopo menſæ Capitulari ſi in Cathedrali, vel in Collegiata nulla ſunt præbendæ diſtinctæ, ſed una maſſa communis Capituli, cujus proventus omnes Canonicorum, qui ſtatutis horis interfuerint, diſtribuuntur.

Epiſcopus Calvenſis aſſerens fructus menſæ Capitularis eſſe tenuiſſimos, eidem menſæ cum conſenſu Capituli alias univit decem, & ultra beneficia ſimplicia, & cum poſtea quatuor ex eis vacaſſent in menſibus reſervatis, Julius Cæſar Malaſpina illa à Sede Apoſtolica impetravit, & lite prius coram Auditore Cameræ, & deinde in Rota introducta contra Capitulum Calvenſis, quod ſe fundabat in dicta unione, Julius Cæſar obtinuit à S. Congregatione deciſionem ſupradictam in dubio per manum delato, videlicet nullam eſſe unionem factam ab Epiſcopo menſæ Capitulari, cum Concilium tribuat ſolum facultatem uniendi præbendis, non autem menſæ Capitulari. Et quia Julius Cæſar hac deciſione impugnavit unionem in Rota, Capitulum habuit recurſum ad S. Congreg. prætendens deciſionem ſupradictam habere locum tantum quoties in Cathedrali ſunt præbendæ diſtinctæ, non autem cum nullæ ſunt diſtinctæ præbendæ, ſed ſola maſſa Capitularis, ut in caſu, de quo agitur; ideoque petit reſolutionem dubij ſupradicti.

Ad quod videtur affirmativè reſpondendũ, videlicet hujuſmodi unionem menſæ Capitulari factam juxta priorem deciſionem eſſe nullam, etiã cũ nullæ ſunt in Eccleſia præbendæ diſtinctæ, ſed ſola maſſa Capitularis. Nam ratio in priori deciſione conſiderata quare liceat Epiſcopo vigore *c. 15. ſeſſ. 24.* unire benefi. ſimplicia præbendis Canonicalibus, non autem menſæ Capituli, ea fuit, quia etiam de jure communi ante Concilium eadem uniendi poteſtas competens Epiſcopo quoad omnes præbendas, ut ſcilicet poſſet illis unire beneficia, non competebat ei quoad menſam Capitularem. Ita colligitur ex dicta Clem. *Si una, in verſ. Menſæ ſuæ*, ubi omnes notant *de reb. Eccl. non alienan.* ex hac decretali, & declarat in ſpecie Vitalis in d. Clem. *nu. 14.* & ratio diverſitatis inter utrum-

29 que caſum ea aſſignatur à Doctoribus, quod cum in unione requiratur conſenſus Capituli, ut in d. Clem. *Si una*, & Capitulum non poſſit authorizare in facto proprio, ut ibidem omnes ſtatuunt, poteſt quidem Capitulum præſtare authoritatem in unione facta perſonis præbendis, ut hic, quia tunc principaliter agitur de intereſſe ſingulorum, & ſecundario de intereſſe Capituli; non autem cum unio fit menſæ, quia tunc agitur principaliter de intereſſe Capituli, & ſecundariò ſingulorum. Clari autem juris eſt poſſe interponi authoritatem ab eo, cujus non intereſt principaliter, ſed ſecundario, *l. 1. ff. de author. tutor.* cum ſimil. Huic autem opinioni apertè videtur adhæriſſe Concilium d. c. 15. cum facta mentione præbendarum, voluit licere Epiſcopo de conſenſu Capituli aliquot ſimplicia beneficia ijs unire, ſcilicet præbendis. Quo myſterio admittens unionem cum conſenſu Capituli fieri præbendis, non facta mentione facultatis uniendi menſæ tanquam prohibitæ de jure communi, & adverſantis rationi naturali,

ſecundum quam non convenit quemquam in fa-
cto proprio authoritare,ut per DD.in d.Clem.
Hæc autem ratio deciſionis jam editæ,quod nõ
poſſit Epiſcopus unire beneficia menſæ Capitula-
ri,quia requiritur conſenſus Capituli,quod illum
interponere non debet in facto proprio, militat
etiam cum præbendæ non ſunt diſtinctæ, quia u-
trobique eſt Capituli,& quidem principali-
terque propterea deciſio prædicta etiam hoc caſu
locum habere videtur.Quod in terminis juris ve-
teris apertè ſentire videntur DD.in d.Clem.dum
negantes unionem factam ab Epiſcopo menſæ Ca-
pitulari, non limitant hanc opinionem ubi præ-
bendæ non ſunt diſtinctæ; cùm tamen ſint multæ
Eccleſiæ,quæ non habent hanc diſtinctionem, ut
30 ait hoc in c.Dilecto d.?.n.4.ſup.eod. Imo Vital.
in dict.Clem.Si una,§.Quod ſi, n.14.& 15.de reb.
Eccleſ.non alienan.expreſsè declarat prohibitionem
juris communis, ut Epiſcopus menſæ Capitulari
beneficia unire non poſſit, procedere etiam cum
præbendæ non ſunt diſtinctæ, inferens portioni-
bus privilegiatis non poſſe ab Epiſcopo fieri unio-
nes,quia hujuſmodi portiones non ſunt Eccleſiæ,
ſed de redditibus communiter collectis extrahun-
tur,ut dicit Innocen.in d.c.Dilectus,in fin.
31 Non obſtat quòd ubi præbendæ non ſunt di-
ſtinctæ, ſed reditus omnes in diſtributionibus
conſiſtunt, quæ ex communi maſſa percipiuntur,
videantur diſtributiones eſſe loco præbendarum,
juxta gloſ. magnam communiter receptam in c.
Licet, ſupra eod. quia alias eſſet dare canoniam
ſine præbenda,ut animadvertit gloſ.in c.unico,de
Cler.non reſid.in 6.in ver.Receperit,adeò ut ſicut ex
Concilio poteſt Epiſcopus unire præbendis, ita
poterit uniri maſſæ communi,quæ reſolvitur in
præbendis juris interpretatione. Ad hoc enim
benè reſpondet Vitalis ubi ſup. (Licet enim,(in-
quit) alio reſpectu maſſa, vel portiones ex-
quentur præbendis,non tamen quoad hoc ut illis
poſſit fieri unio propter rationem ſuperius ex-
preſſam.) & propterea quoad effectum uniendi
non ſufficit,ut pro præbendis habeantur.
Non obſtat quod ſecundum hunc intellectum
ſequatur, ut Concilium hoc ſalutari unionis re-
medio non omnibus Cathedralibus eo indigenti-
bus proſpexerit, cum multæ, ut dictum eſt, ſint
Eccleſiæ ſine præbendis diſtinctis cum maſſa
communi valde tenui,quam Epiſcopus unionibus
beneficiorum non poterit reddere pinguiorem.
Nam reſpondetur caſum hunc omiſſum à Con-
cilio remanere ſub diſpoſitione juris communis,
vulg.l.Commodiſſime ff.de liber.& poſthum.Nec pro-
pterea illum ſequi abſurdum, quia ſi menſa Capi-
tularis erat tenuis,adeo ... eſt pro unione ſum-
mus Pontifex, ut per DD.in d.gloſ. ſuper verb.
Menſa,& dictum eſt ſupra num. 6.die 5.Februa-
rii 1600. habita eſt Congregatio in ædibus D.
Cardinalis Montelperi, cui præter ipſum inter-
fuerunt Domini Cardinales de Monte, Plattus,
Arigonius, Mantica, Millinus, Nazareth, in eaq;
propoſito ſuprascripto dubio omnes uno ore cen-
ſuerunt deciſionem jam editam habere locum,
etiam cum præbendæ non ſunt diſtinctæ,ſed ſola
32 maſſa communis. Cardinalis Plattus addidit non
obſtare quod in facto proprio poſſit authoritas
interponi bona fide,& ſalam,ex Bart.in l.Frater
à fratre,num.5. ff.de condict.indeb.quia id intelligi-
tur quando authoritas interponitur coram ſupe-
riore qui debet actum confirmare,ut ibi per Bart.
Cardinalis Millinus etiam adjecit hanc dubita-
tionem à Cardinali Platto propoſitam jam ſopi-
tam eſſe per d.Clem. Si una,de reb.Eccl.non alien.
contra opinionem Oldradi,conſ.182.Quoad du-
bium perpendit etiam hanc rationem,quod unio
eſt facienda præbendis diſtinctis, ut ſciatur quis
ſit Prælatus beneficiorum unitorum. Et pro hac
opinione quod unio ſit nulla facta menſæ Cathe-
drali, in qua præbendæ non ſunt diſtinctæ,citavit
Gabriel conſ.186.alias 188.lib.2.
33 In gloſ.3.QUÆRO cum Parochialis Eccleſia,
vel fructus illius annectuntur præbendæ, vel men-
ſæ Capitulari,quis dicatur habere curam anima-
rum,& ſit Prælatus,ac Rector Eccleſiæ, an ſcili-
cet Canonicus præbendarius, vel Capitulum, an
verò Vicarius perpetuus ad hoc ut ſibi,& non al-
teri debeantur decimæ, primitiæ, & oblationes,
quæ de jure communi competunt.
Propoſitum dubium in duobus caſibus ad pra-
xim deduci poteſt. Primus eſt in unionibus factis,
vel faciendis authoritate Apoſtolica. Secundus
in unionibus ab Epiſcopo factis, & effectum ſorti-
tis ante publicationem Concilii Tridentini. Ex
eo enim tempore ſublata eſt facultas, quam ex
hac decretali habebant diœceſani uniendi Paro-
chiales Eccleſias præbendis Canonicalibus,ut di-
ctum eſt ſupra num.11.
34 Rurſus ad praxim poteſt deduci hæc contro-
verſia in unione acceſſoria tantũ,cum ſcilicet Pa-
rochialis perpetuo annectitur, & ſubjicitur præ-
benda juxta textum hic,& in c.Extirpandæ,§.Qui
verò,ſupra,eod. & in c.Super eo,de præb.lib.6.non
autem in unione extinctiva, ſeu translativa cum
ſcilicet ex duabus Eccleſiis una fit Eccleſia,& al-
tera unius perimitur,ſeu transferuntur in aliã.Nec
in unione æquè principali, ut cum duæ Eccleſiæ
ad invicem uniuntur, ita ut unaquæque retineat
ſua jura,& privilegia.Quandoquidem in his dua-
bus unionum ſpeciebus unus tantum eſt Rector
utriuſque Eccleſiæ,ut in c.Et temporis, & ibi gloſ.
in ver.Unire,16.q.1.& in cap.1.cum gloſ.2.inf. Ne
ſed. vacan. & conſequenter non habet competi-
torem ſuper jure prælationis,& curæ animarum.
35 Quibus præhabitis, conjungendo dicta gloſſa-
rum cum dictis Doctorũ hic,& præſertim Hoſt.n.
6.& Jo.And.n.8. pro ſolutione quæſtionis obſer-
vandum eſt tribus modis augeri poſſe reditus Ca-
nonicorum ex proventibus Eccleſiæ Parochialis.
Primus modus eſt per annexionem Parochialis
alicui ex præbendis Canonicalibus,ita ut fructuũ
perceptio ſpectet ad Canonicum certa portione
Vicario relicta, ſive in pecunia numerata, ſive in
aliis ſpeciebus,ut hic,& in c.1.infr.eod.lib.6.& d.
§.Qui verò.ſive quia ipſe Vicarius cõcedit in men-
ſa Prælati,ſicut fieri teſtatur Henr.Boich.in om-
nibus Prioratibus habentibus curam animarum
annexam totius diœceſis Leonen.unde ipſe eſt
oriundus,& hoc primo caſu de jure communi cu-
ra animarum, & rei vendicatio fructuum ſpectat
ad ipſum Canonicum,maximè in foro contentio-
ſo: ſed exercitium curæ in foro animæ ad Vica-
riũ pertinet,ut in c. Super eo,de præb.lib.6. & ita
intelligendi ſunt Hoſt. & Jo.Andr.ubi ſupra,dum
dixerunt Canonicum eſſe Prælatum,& curã ha-
bere,& Vicarium ſuum ſimiliter, ut c.1. & 2. ſu-
pra de offi.Ordin.id eſt Vicarium in foro animæ,&
Canonicum in foro judiciali, ita ut de jure com-
muni



muni vendicet decimas, & alia jura, ut probatur
in c.Ex tranſmiſſa,ſupra de præſcript. in c.Ex parte,
il primo,& in c.In noſtra,infra,de ſepultur. & hic de-
clarat Henric.Boic. ante med. verſ. Aut perceptio
36 fructuum,vel certè ut inquiunt Butr.in fin.& Car-
din.n.7.q.n.8.Canonic⁹ eſt Prælatus,& habet cu-
ram quoad habitum, Sacerdos verò quoad exer-
citium. Idem Jo.de Lign. & poſt eum Gemin. in
c.Super eo,column.2.in gloſ.2. & Franc.n.4.in ead.
gl.de præb.lib.6. ubi ſic diſtinguunt. Aut loquimur
de cura fori contentioſi,& tunc proculdubio illã
habet Canonicus,ut in terminis d.c.Super eo, &
notatur in Extrav.Execrabilis,in ver.Perpetuos.Aut
loquimur de cura fori pœnitentialis: & tunc in
illa concurrit habitus,& actus. Quoad habitum
curæ clarum eſt,quia eſt penes Canonicum;quo-
37 ad actum,ſeu exercitium eſt penes Vicarium.Cę-
terùm Petr.de Anchar.hic n.6.videtur conclude-
re Canonicos, quorum præbendis facta eſt anne-
xio, nec quoad exercitium, nec quoad habitum
habere curam fori pœnitentialis. Primò, quia
cùm poſſint eſſe minores vigintiquinque anno-
rum,ut notatur in c.Si eo tempore,de reſcr.lib.6.per
Hoſt & DD.in c.Poſtulaſti,infra de conceſſ. præben.
non apparet quo pacto poſſit in eis cadere titu-
38 lus,& jus curæ, ſeu illius exercitium. Deinde
quia ſi penes ipſos eſſet jus curæ,& Sacerdotes in
Parochialibus poſiti cenſerentur illorum Vica-
rii in curæ exercitio,ſequeretur ut defunctis,vel
translatis Canonicis extingueretur jus ipſorum
Sacerdotum, qui haberent cauſam, & titulum à
Canonicis,& penderent ab eis,ut c.1.de offic. Vi-
car.lib.6.Sed hoc eſt falſum, ut notatur in d.cap.
Extirpandæ,ſupra eod. Ergo hujuſmodi Sacerdo-
tes non ſunt cenſendi Vicarij Canonicorum pro-
priè,cum ſint perpetui,nec ad libitum Canonico-
rum poſſint removeri,ut in d.c.Extirpandæ,§.Qui
verò,nec ab eis dependentiam habeant ullo mo-
do,ſed authoritate juris habeãt curæ exercitium
de per ſe,quam principalis Canonicus impedire
non poſſet,nec ſe de ipſa intromittere,ſicut nec
Epiſcopus invito Rectore Eccleſiæ Parochialis
poſſet ſibi curam animarum aſſumere. Demum
ob dictam curam Vicarius eſt ille, qui adſtringi-
tur ad pœnas,c.De multa,& Extrav. Execrabilis,de
præben.recipiendo aliud beneficium ſimilem cu-
ram habens,ut patet in prædicta Extrav.in fine,&
in Clem.1.de offic.Vicar. Fatetur tamen Anchar.
Canonicum agere poſſe de juribus ſpectantibus
ad Eccleſiam annexam,& pro eis conveniri,quia
emolumentum temporalium principaliter ſpe-
ctat ad eum.
Sed certè quidquid ipſe dicat, non videtur re-
cedendum à communi opinione, quia Sacerdos
Eccleſiæ annexæ appellatur Vicarius,ut eſt caſus
in d.c.Extirpandæ,§.Qui verò,ſupra de præb.& con-
ſequenter habitus curæ videtur eſſe penes Cano-
39 nicum. Neque obſtat quod Canonicus poſſit eſſe
major ſeptennio, vel annorum quatuordecim,
licet ſit minor vigintiquinque. Quoniam jura,
quæ præſcribunt ætatem vigintiquinque anno-
rum,loquuntur in Parochiali,ut in c.Licet Canon.
de elect.lib.6.ſecundum Cardin. vel certè ut dicit
Jo.de Imola,jura prædicta vendicant ſibi locum
in his, qui habere debent curam quoad exerci-
tium, non autem quoad habitum in quandam
conſequentiam propter annexionem factam prę-
bendæ:tunc enim jus videtur quodammodo diſ-
penſare, ut habeant hujuſmodi curam in habitu,
ex quo permittit eum habere præbendam, cui
annexa eſt Eccleſia curata,arg.c.Præterea,& c.Ex
litteris,ſuprà de offic. deleg.& l.2 ff.de juriſd.omn.ju-
40 dic. Item non obſtat ſecundum motivum Anchar.
quòd deberet extingui poteſtas Vicarij extinctã
poteſtate principalis Prælati; ſiquidem hoc pro-
cedit in Vicario temporali,& voluntario: ſecus
in perpetuo & neceſſario,qui authoritate Cano-
nis,non autem ipſius Prælati conſtituitur, prout
contingit hoc caſu,ut patet in d.§.Qui verò. Tan-
dem non obſtat ultimum motivum quòd Vicarius
adſtringatur ad pœnas,c.De multa,& Extrav.Exe-
crabilis. Quia hoc non provenit ex eo, quòd ſit
Prælatus,& habeat jus curæ, ſed propter curæ
exercitium; Canonicus verò his pœnis non ad-
ſtringitur,quia cum habeat curam annexam præ-
bendæ, conſideramus ipſam præbendam tan-
quam principale,ut notatur in c.Super eo,in gl. in
ver.Non obviet,infr.eod.lib.6. Curam verò tanquam
acceſſorium, ad hoc c.Si confirmationem, de elect.
lib.6,ſecundum Cardin.hic n.8.& ita opinionem
Petri de Ancharano refellit Jo. de Imola num. 2.
verſ.Sed certè, cum quo tranſit Jo. de Anan. eod. n.
verſ. Io. de Imola. Et hanc ſententiam probavit
S.Congregatio Concilij,ut mox patebit.
41 Secundus modus augendi reditus Canonico-
rum eſt per annexionem Parochialis Eccleſiæ
ipſi Capitulo,ſeu menſæ Capitulari; intellige per
Papam,vel de illius mandato, propter Clem.Si
una,de reb.Eccleſ.non alienan. ita ut ad Capitulum
ſpectet perceptio fructuum Eccleſiæ, ut in pro-
prios uſus convertat,ut in c.Conſultationibus,infrà
de donat. certa portione ſimiliter relictã Vicario
perpetuo: & tunc jure pertinet ad Collegium ſi-
mul,non autem ad ſingulos,§.Qui manumittitur,
12.q.2.l.Sed ſi hac lege,§.Qui manumittitur,ff.de in
jus vocan.& l.Sicut municipium,§.1.ff.Quod cujuſque
univerſ.nom.& firmant hic Hoſt.num.6.Jo.Andr.
num.8.Butr.& Cardin.ambo num.7. Sed hoc in-
tellige quoad temporalia,ita ut ad ipſum Colle-
gium ſpectet vendicatio rerum Eccleſiæ,& quo-
ad habitum tantum, non autem quoad exerci-
tium in foro animæ, quod ſpectat ad Vicarium
perpetuum privativè ad Capitulum, ut conclu-
ſum eſt in caſu præcedenti.
Hinc cùm fel. record.Pius V. in Baſilica Prin-
cipis Apoſtolorum de Urbe erexiſſet perpetuam
Vicariam pro cura animarum Parochianorum
prædictæ Eccleſiæ exercenda,prout in Motu pro-
prio ſub Dat.Romæ ad S.Petrum nonis Novem-
bris ſui Pontificatûs anno 6. & modernus Vica-
rius perpetuus prætenderet curam animarum
prædictæ Baſilicæ ad ipſum ſpectare, priva-
tivè ad Capitulum: ob eam cauſam orta ſu-
per hoc lite, quæſitum eſt à S.Congreg.Concilij,
an litteræ Motûs proprij Pij V. Inſtitutionis Vi-
cariæ transferant omnẽ curam in Vicarium per-
petuum privativè ad Capitulum,S. Congregatio
Cardinalium Concilij Trid.Interpretum auditis
utriuſque partis procuratoribus, & advocatis,
reque diligenter examinatã, cenſuit ex litteris
fan.mem. Pij V. ſolum curæ exercitium fuiſſe
translatum in Vicarium perpetuum privativè
ad Capitulum; curam verò habitu penes Capitu-
lum remanſiſſe. Cæterùm quæ ad habitum, &
quæ ad exercitium pertineant, maturius, ubi
partes petierint, eſſe deliberandum.

Tertius denique modus augendi reditus Ca-
42 nonicorum eſt per aſſignationem, ſeu impoſitionem penſionis ſuper fructibus Parochialis, vel ad favorem ipſius Capituli, vel particularis Canonici, ita ut Collegium, vel Canonicus præbendarius certam portionem percipiat, reliquis fructibus cadentibus in uſus Vicarij & hoc tertio caſu cura animarum, & vendigatio fructuum pertinebit ad Sacerdotem, ipſeque erit Prælatus & Rector Eccleſiæ, ut c. *Avaritiæ*, & c. *De monachis, ſuprà eod.* & ita intelligitur finis hujus gloſ. 3. ibi, *ſed verius*, dum approbat primam opinionem.

Non obſtat c. *Extirpandæ*, §. *Qui verò, ſuprà eod.* ubi non licet penſionem ex fructibus Parochialis conferre non beneficiato: Quoniam ibi fraus tantum excluditur per illa verba, (Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem Eccleſiæ curatæ penſionem quaſi pro beneficio conferre præſumat) hic verò aſſignatur penſio bonâ fide, & ex cauſa rationabili ſecundum Hoſt. vel ibi ſine annexione, hic autem per annexionem, quæ fit præbendæ ſecundum Cardin. vel denique ibi cenſetur excepta cauſa evidentis neceſſitatis, vel utilitatis, ut hic. Hodie non puto augeri poſſe reditus præbendarum ab Ordinario per impoſitionem penſionis, ſeu diſmembrationem fructuum Eccleſiæ Parochialis; quia in hac materia jam proviſum eſt a Concilio Trid. qua forma ſit procedendum, ut dictum eſt *ſuprà n.* 11. præſertim poſt regulam S. D. N. Urbani VIII. revocatoriam reſervationum penſionum perpetuarum ſuper beneficijs Eccleſiaſticis etiam ad favorem Collegiorum, Capitulorum, & beneficiorum, quæ nondum ſortitæ ſunt effectum; nec non indultorum imponendi penſiones etiam temporales. Quæ habetur *in Bullar. tom. 4. pag.* 379. Prædictam diſtinctionem probavit Guil. de Monte Laud in Clem. 1. *in gloſ. magna. verſ. Hic quæro, de offic. Vicar.* & in Clem. 1. *in ver. Iura Epiſcopalia, de ver. ſib.* & in Extravag. *Execrabilis, in fin. ſuper ver. Parochias, de præben.* & idem Guil. & Zenzelin. in Clem. 1. *ſuper ver. aſſignare neglexerint de jurepatr.* Gemin poſt Jo. de Lignano in c. *Super eo, colum. 2. in 2. gloſ.* & ibi etiam Franc. *colum. 1 in eadem gloſ. infra eodem lib. 6.* & ſequuntur *hic* Henric. Boich. *nu.* 1. & Abbas *num.* 10. & eſt ex mente Hoſt. Jo. Andr. & reliquorum ferè omnium.

## DE PRÆBENDIS.

### *Cap. Super inordinata.*

*SVMMARIVM.*

1 *Pueri, & aliàs beneficiati non ſunt idonei ad beneficia conſequenda.*
2 *Poteſtas, & voluntas requiritur ad quemlibet actum expediendum.*
3 *Beneficium ſimplex obtinenti an, & quando Epiſcopus poſſit conferre ſecundum ex juris communis diſpoſitione, & nn. ſeqq.*
*Et quid ex Concilio Tridentino, n. 7.*
4 *Reſponſio, ut ſit latior, quàm interrogatio, non eſt inconveniens.*
5 *Beneficia ſimplicia de jure communi requirunt perſonalem reſidentiam.*
6 *Beneficium obtinens, quod perſonalem reſidentiam non requirit, de jure communi non eſt inhabilis ad aliud obtinendum.*
7 *Et quid poſt Concilium Tridentinum.*
8 *Beneficia duo perſonalem reſidentiam requirentia quantumcunque modici ſint valoris, hodie ſunt incompatibilia.*
9 *Collatio ſecundi beneficij incompatibilis valida eſt, ſed adeptâ pacificâ poſſeſſione ſecundi vacat primum.*
10 *Ætas quæ requiratur de jure communi ad obtinenda beneficia ſimplicia, & Canonias in Cathedrali Eccleſia, & nn. ſeqq.*
11 *Pueri qui dicantur.*
12 *Canonicos Cathedralis jura præſumunt eſſe peritos & conſilio maturos.*
13 *Ætas quatuordecim ſaltem annorum hodie requiritur ad beneficium obtinendum.*
14 *Et collatio ante facta ab Epiſcopo eſt ipſo jure nulla & proviſus non facit fructus ſuos.*
15 *Sufficit tamen annum decimumquartum eſſe inchoatum.*
16 *Puer præſentari poteſt ad beneficium juriſpatronatus in duodecimo ætatis anno ſi ita in illius fundatione ſit cautum.*
17 *Canonicatus, & Portiones Cathedralis Eccleſiæ hodie annexum habent Ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus.*
18 *Ætas quæ requiratur ad ſingula beneficia tam ſecularia, quàm regularia obtinenda, remiſſive.*
19 *Ordines minores in qua ætate ab Epiſcopo conferri poſſint, aut debeant, & nn. ſeqq. uſq; in finem.*
20 *Tonſura requirit ætatem ſeptem annorum completam & nn. ſeqq.*
21 *Ætatem nullam præfinivit Concilium Tridentinum ad primam Tonſuram, & minores Ordines, & n. 41.*
22 *Ætatis decem & octo annorum Lectoribus præfinitæ in cap.* Nemo. *78. diſt. nulla eſt habenda ratio, & cur.*
23 *Decreta Conciliorum, Decretales, & leges civiles à Gratiano volumini ſuo inſerta non aliam habent authoritatem, quàm leges ipſæ, Decreta, & Decretales.*
*Leges civiles ita demum dicuntur Canonizatæ, ſi à Papa Canonibus inſerantur. ibidem.*
24 *Ætas minorum Ordinum ex decreto Zoſimi Papæ.*
25 *Item ex decreto Siricij.*
26 *Item ex Concilio Toletano.*
27 *Item ex opinionibus gloſſarum, & Doctorum.*
*Item ex conſuetudine generali. n. 32.*
*Item ex Pontificali Romano, n. 34. verſ.* Alterū eſt.
28 *Intellectus c.* De ijs, *28. diſt. & nn. ſeqq.*
29 *Dictio A, ex ſui natura eſt excluſiva, præſertim conjuncta tempori.*
30 *Infantiæ proximus quis dicatur.*
31 *Dictio, mox, quid importet.*
32 *Conſuetudo univerſalis Eccleſiæ quamvis ſit contraria juri ſcripto pro lege ſervanda eſt.*
33 *Conſuetudo interpretativa faciliùs, & minori tempore inducitur, quàm novi juris induſtria.*
34 *Ordinatus in Acolythum ante pubertatem non poteſt ſuſpendi ab executione.*
35 *Ordines minores an de neceſſitate Sacramenti, vel de neceſſitate præcepti, an verò de honeſtate tantùm requirant uſum rationis.*
36 *Pueri, & uſu rationis carentes poſſunt ſuſcipere Sacramenta omnia, in quibus non requiritur actus ſuſcipientis.*

Ordi-



37 *Ordines ſacri uſum rationis requirunt ex neceſſitate præcepti, non autem Sacramenti.*
38 *Et quid in conſecratione Epiſcopali.*
39 *Ordinatus infra annos diſcretionis an reordinatur.*
40 *Sacramentum quodlibet non iterabile non requirit aliquam diſpoſitionem ex parte ſuſcipientis, ſed tantùm ut obex contrariæ voluntatis non obſiſtat.*
41 *Ordinantes ad primam tonſuram, vel minores, aut ſacros ordines ante ætatem legitimam quas pœnas incurrant ex Bulla Sixti V.*
42 *Ætas diſcretionis quæ dicatur.*
43 *Ætas ſeptennij ſufficit ad ſponſalia contrahenda.*
44 *Ordines minores unâ die hodie conferri non debent niſi ex cauſa.*

1 SUPER INORDINATA. Pueri, & aliàs beneficiati non ſunt idonei ad beneficia conſequenda. Hoc dicit: Dividitur in tres partes. In prima ponitur deciſa conſultatio. In ſecunda rationis ratio ibi *Cùm autem*. In tertia, reſponſio ibi *Conſultationi*. Secundum Hoſtienſem, & Jo. Andr. ſit conſultatio. Reſpondetur in genere. Exemplificatur in ſpecie.

2 Nota primò ibi, *poſſunt, & volunt*, ad quemlibet actum expediendum duo eſſe copulativè neceſſaria, poteſtatem ſcilicet & voluntatem, ut hic per Butr. in 1. *not.* Ad idem text. in c. *Cum ſuper, de offic. deleg.* & in l. *Cum ſi*, & ibi Bald. *n.* 1. C. *de donat. ante nupt.*

3 Secundò nota, obtinentem ſimplex beneficium non eſſe habilem ad aliud beneficium obtinendum primo retento. Concordat textus in c. *Si tui, infra eod. lib. 6.* ubi patet habentem poteſtatem Apoſtolicam conferendi beneficium perſonæ idoneæ non poſſe aliud conferre obtinenti beneficium ſimplex, ſi illud ſit ſufficiens. Et hoc tenet gloſſa ſecunda hic, & in c. *Dudum, il ſecundo, in ver. Intitulatam, in fin. ſuprà de elect.* ubi concludit obtinentem ſimplex beneficium, quod ſit ſufficiens, non poſſe obtinere ſecundum niſi diſpenſativè. Et quamvis Innocent. *in ver. Reputandi*, reſtringat hanc decretalem ad Prælaturam; tamen Hoſtienſis *num.* 1. *in ver. Eccleſijs.* dicit hic non agi de Prælationibus, ſed de beneficijs non curatis, & Eccleſiarum præbendis, & de hoc eſſe caſum expreſſum hic, & fuſius idem proſequitur *infrà n. 6. verſ. Sed puto quòd alia ſit mens.*

4 Neque obſtat quòd integra, cujus pars eſt hæc decretalis, quamvè ex regiſtro deſumptam referunt hic ad litteram Hoſt. & Jo. Andr. loquatur de obtinentibus Dignitates, & beneficia lucrata: nam nihilominus deciſio ſumenda eſt ex parte inſerta in hac compilatione, quæ generaliter & indiſtinctè loquitur de beneficiatis, ſecundum ea, quæ adnotavi in c. 1. *n.* 14. & *n.* 20. *verſ. Ad hanc difficultatem, ſuprà de Vaſſo.* Præterquam quòd, ut conſiderat Hoſt. ubi ſuprà, non eſt abſurdum, ut Papa latiùs reſpondeat, quàm quæſitum fuerit: hoc enim ſæpè accidit, ut legitur & notatur in c. *unico, c. reſpon. ſuprà de Sacra Unctione.* Nec conſulens de hoc poteſt conqueri; imò debet gratias agere ſi conſultationi ſuæ ſatisfiat, ipſeque ulteriùs inſtruatur, prout hic ſit, ut latiùs per eum.

5 Pondera tamen rationem in littera expreſſam, cur obtinens beneficium ſimplex non ſit idoneus ad beneficium in alia eccleſia obtinendum, quia ſcilicet in eadem ſervire non poteſt. et ex hac ratione collige duas concluſiones.

Prima concluſio eſt, de jure communi beneficia quantumcumque ſimplicia, & Eccleſiarum præbendas perſonalem reſidentiam requirere. et ad hoc quotidie hic textus a Doctoribus allegatur: Nam dum decidit beneficiatum propterea eſſe inhabilem ad obtinendum aliud beneficium, quia eidem ſervire non poteſt, neceſſariò ſupponit utrumque requirere perſonale ſervitium. Nulli enim dubium eſſet quin beneficiatus eſſet idoneus ad inſerviendum alteri eccleſiæ per ſubſtitutum, ut *hic* per Abb. *nu.* 5. Idcirco igitur ut dicatur non idoneus, qui non poteſt utrique per ſeipſum inſervire, cùm non ſit poſſibile, ut ſimul corporaliter adſit, & miniſtret in duabus eccleſijs, c. *Acatim*, & c. *Presbyteros 16. q. 1.* l. *Sicut certa*, §. *Si duobus vehiculum, ff. commod.* & notatur per Innoc. in c. *Bonæ, il primo, de Poſtulat. Prælat.* & per Hoſtienſ. *hic num. 6. verſ. Sed puto quod alia ſit mens.*

6 Secunda concluſio eſt. Si beneficium ex fundatione, vel aliàs perſonalem reſidentiam non requirat, prout hodie non requirunt beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine, ut dixi in c. *Licet, num.... ſuprà eodem*, hic beneficiatus de jure communi eſt inhabilis ad aliud beneficium obtinendum, prout hic concludit Hoſt. *nu.* 8. *in ver. In eadem*, ergo, inquit, a contrario ſi quis haberet beneficium, quod non requireret reſidentiam, idoneus reputaretur, ut notatur in c. *fin. de Cler. non reſid.* & ſequuntur Joan. Andr. *n.* 3. *in ver. Non poſſunt.* Anchar. *in* 1. *notab. in fine*, & Abb. *num.* 3. In hujuſmodi enim beneficijs ceſſat ratio perſonalis ſervitij hic conſiderata.

7 Verum hodie hæc aliter ſe habent propter jus noviſſimum Concilij Tridentini *in c. 17. ſeſſ. 24.* quo ſtatutum eſt, ut in poſterum unum tantùm beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur. Quod quidem ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. Quo decreto in multis ſublatæ ſunt veterum Doctorum opiniones in materia incompatibilitatis beneficiorum ſimplicium.

Primò enim dum decernit unum tantùm beneficium eſſe ſingulis conferendum, ſuſtulit opinionem illorum, qui aſſeruerunt, Clericum poſſe duas præbendas, ſeu duo beneficia ſimplicia obtinere, ſaltem ex diſpenſatione epiſcopi. Quod tenuit gloſ. in d. c. *Dudum, il ſecundo, in ver. Intitulatam, poſt med. verſ. Quid dicemus de alijs Clericis, ſuprà de elect.* Hodie enim hoc ampliùs non licet, cùm epiſcopi nequeant contra hoc decretum generalis Concilij diſpenſare, ut ſcripſi latiſſimè in c. *fin. ſuprà de fil. Presbyt.*

Deinde dum ſtatuit, obtinenti unum beneficium inſufficiens poſſe nihilominus aliud ſufficiens conferri, correxit opinionem Hoſt. *hic n.* 8. ubi poſt multa concludit ſic: (Conſideratis igitur verbis, & intentione hujus Capituli, expone quod hic dicitur, & beneficiati, id eſt, quocunque titulo alligati etiam viginti ſolidorum, ut patet in c. *Conquerente, ſuprà de Cler. non reſident.* Imo, & quantumcunque ſimpliciter beneficiati ſint, repelli poſſunt. Cùm enim hic dicat ſimpliciter, & indiſtinctè beneficiati; ſimpliciter, & indiſtinctè hoc intelligi oportet.) Ita Hoſt. cujus opinio, ut vides, corrigitur à Concilio, quia inſufficienter be-

beneficiatus non repellitur à ſecundo: licet revera Hoſtienſis videatur loqui de beneficijs perſonalem reſidentiam requirentibus, ut dictum eſt *ſuprà n. 6.* quæ etiam ex Concilio ſunt incompatibilia, quantumcunque modici ſint valoris, ut paulò inferius dicetur.

8 Tertiò, dum decidit obtinenti inſufficiens, poſſe conferri ſecundum, dummodo utrumq; perſonalem reſidentiam non requirat, à contrario ſenſu correxit opinionem DD. de quibus *ſuprà eod. n. 6.* qui reſtrinxerunt hanc decretalem ad beneficia perſonalem reſidentiam requirentia, exiſtimantes obtinentem ſimplex beneficium, cui non ſit annexum perſonale ſervitium, non eſſe habilē ad aliud obtinendum, licèt primum ſit ſufficiens. Secus enim eſt poſt Concilium, ut mox dicetur.

Quartò, in iiſdem verbis, *Dummodo utrumque,* abrogavit antiquos Canones, qui permittebant ut Epiſcopi poſſent uni conferre duas Parochiales, vel alias incompatibilia beneficia, quorum redditus ita erant tenues, ut proprium Sacerdotem non poſſent convenienter alere, ut in c. *Unio, in fin. 10. q. 3,* & in c. *Ex tua te, ſuprà de ætat. & qualit.* & notat gloſ. præalleg. in d. c. *Dudum, il ſecundo, in ver. Intitulatam, verſ. Item propter paupertatem Eccleſiarum*: hodie enim hoc corrigitur, quia ex Conc. obtinenti beneficium quantumcunq. inſufficiens, nō poteſt Ordinarius conferre ſecundum, ſi utrumque requirat perſonalem reſidentiam.

9 Hoc tamen non ita intelligi debet, ut collatio ſecundi incompatibilis ſit nulla: imò enim valida eſt, ſed adepta illius pacifica poſſeſſione vacat primum: ac ſi beneficiatus utrumque retinere perrexerit, utroque ipſo jure privatus exiſtit per decretalem *De multa, ſuprà eod.* innovatam, & ad omnia incompatibilia ampliatam à Concilio Tridentino *in c. 4. ſeſſ. 7.* Et ita alias declaravit S. Congregatio ejuſdem Concilij interpres, licèt diſſentiente Cardinale Alciato, cujus fundamenta retuli in c. *Quia nonnulli, ſuprà in tit. proximo.*

10 Tertiò nota, ad beneficium Eccleſiaſticum obtinendum quem non eſſe idoneum ante decimumquartum annum: hic enim pueri dicuntur
11 non idonei ad beneficium. Puer autem propriè quis dicitur à ſeptennio uſque ad annum decimumquartum, c. *Pueri, 22. q. 5.* c. *Indecorum,* & c. *Ex ratione, ſuprà de ætat. & qualit.* gloſ. 1. *hic.* Butr. *nu. 5.* Dixi in c. *Cum ſit, de converſ. conjug.* ubi hominum ætates diſtinxi poſt gloſ. *in proœmio Sexti, in ver. Perfectum,* & Turrec. in c. *In ſingulis, 77. diſt.* Et quamvis gloſſa *prima prealleg. verſ. Quia ergo,* primò videatur intelligere hoc capitulum de pueris ante ſeptennium, quia tunc ſervire non poſſunt, quia nec diſcretionem habent; unde non reputantur idonei. Secus verò poſt ſeptem annos, quoniam ſunt doli capaces, c. *Pueris, infrà de delict. puer.* & hoc per c. *De his, 28. diſt.* c. *In ſingulis,* & c. *Quicumque, 77. diſt.* tamen poſtea ab hac opinione videtur recedere, dum dicit ſtandum eſſe huic Capitulo tanquam poſteriori. Atque ita gloſ. videtur reſidere in prima opinione, videlicet ut pueri ante decimumquartum annum non ſint habiles ad beneficium obtinendum, cùm ſint impotentes ad ſerviendum propter defectum ætatis, prout eam intelligit Cardin. *hic n. 7.* & Abb. *n. 6.*

Sed oppoſitum tenet gloſſa Jo. Andr. in c. *Si eo tempore, in ver. Ætatem, de reſcr. lib. 6.* ubi concludit pueros ſeptennes, & majores ſeptennio eſſe idoneos ad Canonias, & præbendas Cathedralis Eccleſiæ, & beneficia non curata, quia cum in tali ætate poſſint ordinari, ergo & in beneficio intitulari, arg. c. *Cum ſecundum, ſuprà eod.* & ſequuntur Butr. *nu. 5.* & Cardin. *nu. 10. verſ. Secundo caſu,* dicens opinionem Jo. Andr. melius de jure probari. Et idem Butr. in d. c. *Si eo tempore, nu. 15.* ubi dicit opinionem Bernardi, quòd minor quatuordecim, major ſeptennio ſit idoneus ad ſimplicia, eſſe communiorem & veram. Et pro ea videtur text. in c. *Ex eo, de elect. lib. 6.* ubi impubes fuit proviſus de Canonicatu, & interim ejus vox ſuſpenditur. Et quamvis Archid. ibi dicat puerum illum fuiſſe promotum diſpenſativè, tamen ſecundum Cardin. hoc eſt divinare. Et hanc opinionem Jo. Andr. ſervavit curia uſque ad tempora D. Joannis Papæ, ut hic teſtatur Collectar. *nu. 1.* Abbas verò *hic n. 12.* diſtinguit inter beneficia ſimplicia ſonantia in nomen Rectoriæ, & beneficia in Eccleſia: ut primo caſu pueri non dicantur idonei ad beneficium, quia indecorum eſt ut regant Eccleſiam qui non noverint gubernare ſeipſos, ut dicitur in d. c. *Indecorum.* In ſecundo autem caſu ſufficit ætas ſeptem annorum, niſi beneficium requirat maturitatem conſilij, ut Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, quia tunc requiritur ætas quatuordecim annorum ſecundum Hoſt. *hic n. 9. verſ. Aliud ſalutare ſimplex.* & Anchar. *n. 5. verſ. Et iſtorum aliud,* & Archid. in d. c. *Si eo tempore, de reſcr. in 6.* Quorum opinionem ſervat Curia, ut teſtantur de ſuo tempore Cardin. & Abb. *locis*
12 *citatis.* Quod etiam credit veriorem Collectar. niſi fiat violentia litteræ hujus decretalis. Jura enim præſumunt Canonicos Eccleſiæ Cathedralis eſſe peritos, & conſilio maturos, c. *Statutum, de reſcr. lib. 6.* Quibus ego etiam accedo: nam contraria opinio fundatur in d. c. *Ex eo, de elect. lib. 6.* tamen ille textus eam non probat, quia ibi non agebatur an Canonicus impubes eſſet legitimè promotus necne; ſed tantum erat controverſia an haberet vocem in electione, & ita ſupponebatur eum fuiſſe ritè promotum, & ſic diſpenſativè: neque hoc eſt divinare, ut idemmet Cardin. in ſimili caſu declarat in c. *Dilectus, n. 5. verſ. Et vult hec ſolutio,* & ibi dixi *n. 16. verſ. Neque hanc intellectum*
13 *eſſe divinativum, ſuprà de reſcr.* Hodie tamen hujuſmodi altercationes, & diſtinctiones ſuſtulit Concilium Tridentinum. Nam *in c. 6. ſeſſ. 23.* ſtatuit, ut nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere. Itaque correcta eſt opinio Jo. Andr. & ſequacium exiſtimantium, beneficium non curatum poſſe conferri puero ſeptenni, & majori ſeptennio. Item ſublata eſt diſtinctio Abbatis volentis beneficium in Eccleſia poſſe conferri ante annum decimumquartum, dummodo non requirat
14 maturitatem conſilij: hodie enim nullum beneficium Eccleſiaſticum poteſt conferri ab Epiſcopo minori annorum quatuordecim; alioquin collatio nulla eſt, ut probat verbum, *poſſit,* quod præcedente illâ negatione, *nullus,* tollit potentiam, & inficit actum ipſo jure ſecundum gloſ. ordinar. in cap. 1. *de regul. jur. lib. 6.* Unde cum dubitatum fuerit an *d. cap. 6. ſeſſ. 23.* diſponens neminem ante decimumquartum annum beneficium obtinere poſſe, comprehendat eum, qui anno duodecimo ætatis beneficium ob-



obtinuit, & nunc effectus eſt ætatis annorum quatuordecim, adeò ut nunc non ſit legitimus poſſeſſor, & fructus ſuos non fecerit: S. Congregatio innixa doctrinæ Jaſonis in l. *Gallus n. 17. cum ſeq. & ſi ſilet, & poſthum.* ubi quod actus redditur nullus ipſo jure, cum quid prohibetur cum verbo, *non poſſit*; cenſuit collationem ante decimumquartum annum fuiſſe nullam, & proviſum fructus ſuos non facere.

15 Verumtamen conſulta, An idem *c. 6. ſeſſ. 23.* requirens ætatem annorum quatuordecim ad obtinendum Eccleſiaſticum beneficium procedat in eo, qui ingreſſus eſt annum decimumquartum, ſed non complevit: reſpondit ſufficere annū
16 decimumquartum eſſe inchoatum. Item decretum illud non ſuſtulit legem fundationis, cui nuſquam legitur Concilium derogaſſe, niſi in *c. ult. ſeſſ. 25. de Regular.* quoad decreta omnia illius ſeſſionis, & in *c. 6. ſeſſ. 25. de reform.* Ideoque cum alias Rota declarari petierit an decretū ejuſdē *c. 6. ſeſſ. 23.* in quo diſponitur ut nullus prima tōſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus cōſtitutus ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere, habeat locum in fundatione juriſpatronatus, in qua teſtator ordinavit, ut præſentandus ad dictum beneficium ſit conſtitutus in duodecimo ſuæ ætatis anno: reſponſum eſt non habere locum. Et ſecundum hanc ſententiā poſtea reſolvit Rota apud Farinacc.
17 *deciſ. 194. n. 1. par. 2. recent.* Quo verò ad Canonias, & præbendas Cathedralium Eccleſiarū hodie non ſolum abrogata eſt opinio Jo. Adr. & aliorum de quibus ſuprà *n. 11. verſ. Sed oppoſitum,* qui voluerunt quemlibet puerum ſeptennem, & majorem ſeptennio eſſe idoneum ad illas obtinendas, ſed etiam opinio Hoſtienſis, Archidiaconi, Collectarii, & Abbatis requirentium ætatē quatuordecim annorum, quia ex Concilio Trid. in *c. 12. verſ. In omnibus vero Eccleſiis, ſeſſ. 24.* omnes Canonicatus, & portiones in Cathedralibus Eccleſiis annexum habent Ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus. Unde recipiendi non ſunt niſi exiſtentes in tali ætate, ut intra annum Ordinibus requiſitis initiari valeant, ut ibi ſtatuitur in verſ. *Neminem,* & in *c. 4. ſeſſ. 22.* Atq; ita hodie factus eſt locus limitationi, quam poſuit Jo. Adr. in d. c. *Si eo tempore, in gl. in ver. Ætatem in fine, de reſcript. lib. 6.* ubi declaravit opinionem ſuam eſſe intelligendam, dummodo non eſſent talia beneficia quæ ſacrum Ordinem ex privilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, vel alio modo requirerent. Ad hoc c. *Licet, de præben. eod. lib.* Sed quid juris ſit ante factum Ordinum diſtributionem: dixi in c. *Cum in cunctis in 4. quæſt.*
18 *n. .. inf. de elect.* Quæ autem ætas generaliter requiratur ad ſingula beneficia Eccleſiaſtica obtinenda latè examinat hic Hoſt. *num. 9.* & poſt eum Jo. Andr. *num. 4.* Abb. *num. 7.* & reliqui. Sed quia multa hodie correcta ſunt ex decretis Concilii Trid. ideò, ut dic, ut ſcripſi pleniſſimè in d. c. *Cum in cunctis.*

19 Gloſſa ſecunda attingit quæ ætas requiratur ad Ordines minores. Sed quia admodum ſuccinctè loquitur, & ſine ulla examinatione materiæ, & res non eſt uſque adeò clara, non erit abs re hunc articulum plenius examinare. Revoco igitur in dubium,

In qua ætate minores Ordines ab Epiſcopo cōferri poſſint, aut debeant.

Non levis eſt difficultas veram, & conſiſtentē habere, ac reſolutam concluſionem in jus quæ ſit cuique minorum Ordinum conſtituta ætas; adeò generaliter procelluere ii, qui hac de re ſcripſerūt.
20 Et quidem quoad primam tonſuram conveniunt omnes infantiam expletam, quæ ſeptennio concluditur, l. *Si infanti,* & l. *Pater, C. De jure deliber.* à ſacris Canonibus conſtitutam eſſe. c. *Nullus,* & ibi gl. *in ver. Infanti de tempor. ordinat lib. 6.* c. *In ſingulis,* & c. *Quicumque, 77. diſt.* gl. 2. *hic,* Præpoſ. in cap. *De his, 28. diſt.* Rebuff. *in Praxi benefic.*
21 *tit. de Cler. male promot. in gl. 2. n. 1.* Et quamvis S. Congregatio Concilii olim dixerit nullam eſſe à Tridentino Concilio præſtitutam ætatem tonſuræ, & quatuor minoribus Ordinibus, ſed eam attendendā quæ à ſacris Canonibus præſcribitur: Alias tamen denegante Epiſcopo Toletano primam tonſuram conferre cuidā, qui attingebat ſeptimum annum, ſed nondum compleverat, cum ordinandus S. Congregationem adiviſſet, reſponſum eſt in prima tonſura requiri ætatem ſeptem annorum completam, cap. *In ſingulis, 77. diſt.* Angel. *in ver. Ætas.* At verò in reliquis minoribus Ordinibus adeò confuſa, & incerta, quinimò, & repugnans videtur mens Canonum, ut vix aliquid certi haberi poſſit.

22 Primum enim textus in c. *Nemo, 78. diſt.* Lectoribus voluit ætatem non eſſe minorem decem, & octo annis. Verum illius Capituli nulla eſt habenda ratio; tum quia Palea eſt non habens legis auctoritatem. Tum quia deſumpta eſt ab imperatore in Authen. *de Sanctiſſ. Epiſc. §. Presbyte-*
23 *ram,* cujus quidem de his ſtatuendi nulla eſt auctoritas, ut habetur *10. diſt. per totam,* & in cap. *Eccleſia Sanctæ Mariæ,* & ibi dixi *numer. 17.* poſt Abb. *numer. 10. ſup. de Conſt.* Decreta enim Conciliorum, Decretales, & leges civiles à Gratiano volumini ſuo insertæ non aliam habent auctoritatem, quam leges ipſæ, Decreta, vel Decretales, ut notant Jo. Andr. & alii, poſt eum in c. *de reſcript. & in addit. ad Specul. in tit. de appellat. §. In quibus, verſ. Sed pone.* Ac proinde ſi interſerat in volumine decreti leges correctas, vel contrarias, non cenſentur approbatæ, nec canonizatæ, ut notat gl. in c. *Novit, de Iudic.* in cap. 1. *de reb. Eccl. non alienar. lib. 6.* & in c. *In primis, 2. q. 1.* Sed illæ tantum leges cenſentur canonizatæ, quæ à Papa Canonibus inſeruntur, ut in d. c. *In primis.* Ita Præpoſ. *in proœmio Decretorum, 2.* poſt Archid. in c. *Quicumq; 11. q. 1.*

24 Zoſimus verò relatus in c. *In ſingulis, 77. diſt.* ſecundum vulgatam lectionem primis tribus Ordinibus minoribus aſſignavit ætatem annorum duodecim. Acolythatui verò quatuordecim, ut ibi communis habet interpretatio. Verba enim illius decreti ſic ſe habent: (Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, ut inter Lectores, & Exorciſtas quinquennio teneatur. Exinde Acolythus, vel Subdiaconus quatuordecim annis ſiat. Hunc tamen locum alii depravatum eſſe volunt, eumque aliter referunt, videlicet: Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit inter Lectores uſque ad vigeſimū ætatis annū continuata obſervatione perſiſtet. Si major jā, & grādævus acceſſerit, ita tamē ut poſt baptiſmū ſtatim ſe divinę militię deſideret mācipari, ſive inter Lectores, ſive inter Exorciſtas quinqnēnio re-

neatur; Exinde Acolythus, vel Subdiaconus quatuor annis.) Hæc ibi. Et in uno etiam pervetuſto Gratiani Codice, & apud Raban. *de inſtit. Cleric. lib. 1. cap. 13.* legitur quatuor annis, non autem quatuordecim. Et eodem modo refertur *tom. 1. Concil. par. 1. pag. 711. col. 2.* licet propter gloſſas nihil immutatum, additive fuerit, ut eſt adnotatum in calce d. c. *in ſingulis*. Unde ex hac lectionum varietate apparet tanta perplexitas, ut nihil prorſus certi ex eo textu deſumi poſſe videatur.

25 Siricius autem in cap. *Quicumque 77. diſtinct.* poſt Zoſimum videtur ejus ſententiæ fuiſſe, ut ætatem legitimam ad primos tres Ordines exiſtimaverit eſſe ab infantia uſque ad annos pubertatis, & ſic à ſeptennio uſque ad quartumdecimũ annum, qui excludens pubertatem in maſculis dicitur annus adoleſcentiæ; exinde vero tẽpus, quod intercedit uſque ad vigeſimum annum, aſſignet Acolytho, ait enim: (Quicumque itaſe Eccleſiæ voverit obſequiis, à ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorũ debet miniſterio ſociari; qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque ad vigeſimum ætatis annum ſi probabiliter vixerit, & c. Acolythus, & Subdiaconus eſſe debebit.) Hactenus verba Siricii, ex cujus interpretatione ad textum Zoſimi redditur ſatis dubia expoſitio Doctorum, qui interpretati ſunt mentem Zoſimi eam fuiſſe, ut primi tres minores conferri poſſint ab anno ſeptimo uſque ad duodecimum, & ex eo tempore uſque ad decimumquartum fiat collatio Acolythatus. Præterquã quod nec Siricius aperuit quo tempore ſinguli Ordines cõferri debeãt.

26 Demum textus in c. *De iis 28. diſt.* ex Concilio Toletano II. c. 1. videtur ſenſiſſe Clericum quandocumque poſſe ad minores ordinari uſque ad decimumoctavum annum. In eo enim decreto ſic legitur. (De iis, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis Clericatus officio mancipavit, ſtatuimus obſervandum ut mox detonſi, vel miniſterio electorum, ſive (ut in vulgata lectione habent alii) lectorum, traditi in domo Eccleſiæ ſub Epiſcopali præſentia à præpoſito ſibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis ſuæ compleverint annum, voluntas eorum de expetendo conjugio perſcrutetur, quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirante placuerit, & promiſſionẽ caſtimoniæ ſuæ abſque conjugali neceſſitate ſpoponderint ſervaturos, ſubdiaconatus miniſterium à vigeſimo anno ſuſcipiant.) Hæc ibi. Sed certè ille textus nihil ſtatuit ſuper eo, de quo quærimus. Nam prius diſponit de diſciplina qua pueri traditi Eccleſiis ſæcularibus, & detonſi debeant erudiri, & mox ſubdit: (Cum attingunt decimumoctavum annum, ex quo in proximo volunt ad ſacros promoveri, perſcrutetur de eorum conſcientia an velint contrahere matrimonium, vel perpetuam promittere continentiam.) Et in omne quod de infante dicitur in textu, exiſtimari poteſt incidenter dictum fuiſſe, quia ſic contigit in facto: textus enim loquitur per illa verba, *à primo infantiæ anno*. Unde ſi intelligeretur loqui diſpoſitive, ſequeretur ut infans minor ſeptennio tonſuram poſſet; quod eſſet inconveniens, & contra c. *Nullus, de tempor. ordin. lib. 6.*

27 Quamobrem cum textum hac de re expreſſum, clarum non habeamus, non mirum ſi gloſſatores primum, deinde reliqui ſcribentes tantopere diſcrepaverint inter ſe.

Prima opinio eſt gloſſæ Jo. Andr. in c. *Si eo tempore, in ver. aetatem, de reſcr. lib. 6.* quæ tenet puerum ſeptennem, & majorem ſeptennio poſſe ordinari, & ſequitur ibi Gem. in *col. ult. circa finem verſ. Quedam ſunt*, & Franc. *in fine, verſ. facit gloſſa hic.* Licet illa gloſſa cum ſimpliciter dicat ſeptennem poſſe ordinari, nec ſpecificet ad quos ordines, verificari poſſit in prima tonſura, quæ à Canoniſtis habetur pro ordine, ut c. *Cum contingat*, & ibi dixi ſupra *de ætat. & qualit.* Sed apertius gloſſa in Clem. *Generalem eod. tit.* docet ætatẽ minorũ Ordinũ eſſe majorẽ infantia, & movetur per textum in d. c. *De iis*, & in c. *Nullus de tempor. ordin. in 6.* & cap. 2. 28. *diſt.* & cum ea gloſſa conſentiunt ibi, Abb. *n. 10. in fine*, & Jo. Uvanquel. *verſ. Tertio caſu.* Similiter gloſ. 1. hic dicit pueros poſt ſeptem annos eſſe habiles ad minores Ordines, quia ſunt doli capaces, c. *Pueri, de delict. puer.* & ſequitur totidem verbis Butr. *num. 5.* & plerique alii. Et hanc opinionem ſervari in practica teſtantur Cardin. & Jo. Uvanquel. *ubi ſupra*, & Albertus Trotius *de vero, & perfecto Clerico, c. 28. n. 2. inter tract. eumdem.*

Secunda opinio eſt gloſſæ in *ſumma 77. diſt.* quæ dicit Clericum poſſe fieri Oſtiarium, Lectorem, & Exorciſtam uſque ad annum duodecimũ, & exinde poſſe ordinari Acolythum. Et hanc gloſſam ſequuntur Gofred, *in ſumma de ætat. & qualit.* Cardin. & poſt Paul. in d. Clem. *Generalem, n. 7. verſ. de ordinandis* Jo. de Imola ibidem *n. 18.* & Vitalin. *n. 33.* Henric. Boich in c. *Super eo ordinata prope finem, verſ. Aut pro quatuor minoribus Ordinibus de præben.* poſt Guliel. de Monte Laud. in Clem. *Generalem.* Turrecrem. in dict. *cap. in ſingulis, in princ. in ver. Teneantur 77. diſt.* Armilla *in ver. Ordines 1.* Rebuff. *in praxi benefic. de Cleric. ad ſacr. Ordin. male promot.* in gloſ. 2. *num. 1. verſ. Ætas legitima*, & ad regulas Cancell. *regul. 23. verſ. Iſta ætas.* Et hanc opinionem de jure veriorem eſſe affirmant Cardin. & Albertus Tro-
28 tius *locis citatis*, & videtur probari in d. c. *De iis, 28. diſt.* ſi diligentius expendatur. Neque enim, ut ibi gloſſa adnotavit, verba illa, *à primis infantiæ annis*, videntur exponenda, id eſt à primis pueritiæ annis, ſed potius, poſt proximos infantiæ annos: atque ita poſt ſeptimum annum expletum. Sæpe enim jure noſtro dictio, *à*,
29 idem ſignificat, quod *poſt*, ut in c. *Statutum, de præben. in 6.* in Clemen. *Sicut, de appellat.* & utrobique notat gloſ. & in l. *Neminem, C. de decur. lib. 10.* cum concord. Siquidem ex ſui natura dictio hujuſmodi eſt excluſiva, & ſeparativa, ut per gloſ. in d. Clem. *Sicut in ver. A die*, & in l. *Ratio, §. Si per venditionem, in fine ff. de act. empti*, DD. in l. 1. *ff.*
30 *ſi quis caut.* præſertim conjuncta tempori, Abb. in d. Clem. *Sicut, n. 2.* per textum ibi. (Quod autem ſequentia verba, id eſt, *primis infantiæ annis*, exponi debeant, id eſt *proximis*, & ſi exacto ſeptimo anno, ſuaderi poteſt, quia propriè tranſacto eo anno dum pueritia incipit, illa ætas appellatur proxima infantiæ.) Quod affirmarunt Cujac. Mynſinger. & alii *inſtit. inutil. ſtipulat.* ſic exponentes textum, ibi in §. *pupillus*. Dici etiam poteſt antiquitus à parentibus filios etiam ætate infantili ſeptimo anno nondum peracto Eccleſiæ ſæculari tradi conſueviſſe, de quibus quid agendum eſſet, ſtatuerunt Patres in eodem Concilio Toletano, ut à traditione, *mox*, id eſt *poſtea*, tempore



pore congruo minoribus Ordinibus initiaretur. Quod utrumque probat textus, Primò ibi, *quos voluntas parentum à primis infantiæ annis Clericatus officio mancipavit.* Secundò ibi, *ſtatuimus obſervandum ut mox detonſi, vel miniſterio lectorum tradi-*
31 *ti in domo Eccleſiæ erudiri debeant.* Nec propterea quod textus dicat, *mox detonſi*, cenſeri debet ſtatuiſſe ut ſtatim à tempore traditionis, vel à ſeptennio exacto detonderentur. Sed dictio, *mox*, videtur exponenda, id eſt tempore congruo. Scimus enim dictionem illam, *mox*, non ſolum idem ſignificare quod in continenti, & ſtatim, ſed importare etiam longius intervallum pro ſubjecta materia, l. *De ætate §. & cauſa, ff. de interrog. act.* Quod latius declarat Bald. in l. *Gallus, §. Illi caſus, num. 9. de liber. & poſthum.* & Rebuff. in l. *Avunculus, colum. 2.* & in l. *Labeo*, & l. *Sabinus, §. Idem ſi Dominus, num. 7. circa med. de verbor. ſignif.* etiamſi integri anni intercedant, ut eſt tex. in l. *Sed ſi conditioni, §. Solemus, ff. de hered. inſtit.* Quare cum lex indefinitè loquens intelligenda ſit ſecundum aliarum legum diſpoſitionem, ac diſtinctionem, ut per Bald. in l. *Adverſus, num. 3. C. de furt.* verba illa, *mox detonſi* ſunt referenda ad communem intellectum textus in d. c. *In ſingulis, cum ſeqq. 77. diſt.* Unde patet pura juribus concordando, Canonem Concilii Toletani in d. c. *De iis*, potius facere pro ſecunda opinione.

Tertia demum opinio fuit Hoſtienſis *in Summa de tempor. ordinat. §. Et cui poſt omnes regulas, verſ. Sed & præter regulas prædictas*, qui putavit à ſex annis uſque ad duodecimum poſſe Clericum ordinari. Verum hanc opinionem uti ſingularem, & ſine textu & ratione non reperi à quoquam approbatam fuiſſe. Sed certè littera ibi eſt corrupta, & in meo Codice ſic legitur: *ab infantia, ſcilicet à ſeptem annis uſque ad duodecimum poteſt tradi Eccleſiæ, & recipere minores Ordines*: & citat jura præallegata. Quamobrem Hoſtienſis eſt apertè pro ſecunda opinione gloſſæ in *Sum. 77. diſt.* . . .

32 Porrò in hac ſententiarum diſſonantia, etſi verior, & magis communiter recepta videatur jam relata diſtinctio temporum, & ordinum; tamen plerique teſtantur univerſaliter ſervari, ut minores Ordines conferantur quandocumq; poſt ſeptimum annũ completum, nulla niſi pro voluntate ordinantis annorũ aut ordinũ diſtinctione ſervata, atque etiam ut uno die dentur omnes, c. *De eo, de tempore ordinat.* & c. *penult. De eo, qui furtivè ordin. ſuſcep.* Hæc autem generalis Eccleſiæ obſervantia antiquis juribus eſt præponenda, ut eſt texus clarus in d. Clem. *Generalem, de ætat. & qualit.* quandoquidem habetur pro lege, c. *Illa, 12. diſt.* cap. *Perniciosus, infra, de celebr. Miſſar.* Dixi in c. *Conſilium, n. 44. eod. tit.* Et quamvis apertè eſſet contraria legi ſcriptæ; ſervari tamen deberet, quia legem tollit, l. *De quibus, ff. de legibus* & jus poſitivum, cap. *final. de conſuetud.* Sed mul-
33 tò magis hoc procedit in caſu præſenti ex triplici capite. Primum eſt quia cum ſacrorum Canonum diſpoſitio in hac materia ſit ſatis obſcura, & ambigua, ut oſtenſum eſt ſupra; conſuetudo hæc dicenda eſt potius interpretativa, quam novi juris inductiva, ac proinde facilius, ac minori tempore inducitur, ad l. *Si de interpretatione, ff. de legib.* & c. *Cum dilectus, de conſuet.* & utrobique gloſſa, & DD. Bart. in l. *Labeo, ff. de ſuppellect. legata*, Putr. *deciſ. 283. lib. 1.* & ob hanc
34 rationem Cardin. in d. Clem. *generalem, verſ. Puto tamen, de ætat. & qualit.* exiſtimat ordinatum in Acolythum ante pubertatem poſt infantiã non poſſe ſuſpendi ab executione Ordinis, ex quo non eſt jus expreſſum hoc prohibens.

Alterum eſt, quia huic conſuetudini apertè ſuffragatur Pontificale Romanum *rub. de Ordin. conferen.* ibi: *Prima tonſura, & minores Ordines ante ſeptimum annum completum dari non debent.* Quibus verbis à contrario ſenſu ſatis clarè inſinuat etiam minores Ordines dari poſſe ſeptẽnio completo, eoſque à pari procedere reſpectu ætatis cum prima tonſura.

35 Tertium eſt, quia eadem conſuetudo quandocumque majores Ordines conferendi poſt ſeptimum ætatis annum, ratione quoque probari poteſt. Imò à fortiori, quoniam ex ſententia D. Th. *in 4. ſentent. diſt. 25. q. 2. art. 2. q. 2.* (Ad ſuſceptionem horum Ordinum uſus rationis nec requiritur de neceſſitate Sacramẽti, nec de neceſſi-
36 tate præcepti, ſed de honeſtate tantum: ait enim, Per pueritiam, & alios defectus, quibus tollitur uſus rationis, præſtatur impedimentum actui; & ideo omnia illa Sacramenta, quæ actum requirunt ſuſcipientis, talibus non competũt, ſicut pœnitentia, matrimonium, & hujuſmodi. Sed quia poteſtates infuſæ ſunt priores actibus, ſicut & naturales, quamvis acquiſitæ ſint poſteriores, remoto autem poſteriori non tollitur prius; ideo omnia Sacramẽta, in quibus non requiritur actus ſuſcipientis de neceſſitate Sacramenti, ſed poteſtas aliqua ſpiritualis divinitus datur, poſſunt pueri ſuſcipere, & alii qui uſu rationis carent: hac tamen diſtinctione habita, quod in minoribus Ordinibus requiritur diſcretionis tempus de honeſtate propter dignitatẽ Sacramẽti, ſed non de neceſſitate præcepti, neq; de neceſſitate Sacramenti. Unde aliqui, ſi neceſſitas adſit, & ſpes profectus, ad minores Ordines poſſunt ante annos diſcretionis promoveri ſine peccato, & ſuſcipient Ordinem: quia quãvis tunc non ſint idonei ad officia, quæ eis committuntur, tamẽ per aſſuetudinẽ idonei reddentur: ſed ad majores Ordines requiritur uſus rationis & de honeſtate, & de neceſſitate præcepti propter votum continentiæ, quod habent annexum, & quia etiam eis Sacramenta
38 tractanda committuntur. Sed ad Epiſcopatum ubi in corpus myſticum accipitur poteſtas, requiritur actus ſuſcipientis curam paſtoralem, & ideo eſt etiam de neceſſitate conſecrationis Epiſcopalis, quod uſum rationis habeat. Quidam autem dicunt quod ad omnes Ordines requiritur uſus rationis de neceſſitate Sacramenti; ſed eorũ dictũ ratione, vel authoritate non confirmatur.) Hæc D. Thomas. Et idem docuit ibidem S. Bonaventura, quos refert & ſequitur Cardin. Turrect. in c. *Subdiaconum, n. 2.* & ib. etiam Præpoſ. *eod. n. 77. diſt.* Imo plus dicunt Hugo, & Archid. ibidem, videlicet in cunis poſſe puerum eſſe Sacerdotem, & Epiſcopum, & omnes Ordines recipere.

39 Porro doctrina hæc D. Thomæ quod pertinet ad neceſſitatem Sacramenti, communiter recipitur, & probatur efficaciter in c. 1. *de Cler. per ſalt. promot.* ubi promotus ad minores Ordines infra annos diſcretionis non reordinatur, ſed permittitur in eis miniſtrare, quod non fieret niſi verum
40 Ordinem ſuſcepiſſet. Item probatur à Scoto relato

lato à Præpoſ. in eod. c. *Subdiaconum*, n. 3. quia reſpectu cujuſcumque Sacramenti non iterabilis non requiritur ex parte ſuſcipientis neceſſario aliqua diſpoſitio præcedens diſpoſitionem Sacramenti, ſed requiritur tantum non fictio, vel poſitio contraria obicis actualis ad hoc, c. *Majores*, *in fin. inf. de baptiſ.* ubi hoc eſt expreſſum. Sed nihil horum eſt in puero ante uſum rationis, quia nec fictio contrarii eſſe poteſt, nec deliberatio voluntatis. Ergo puerilis ætas non excludit ſuſceptionem cujuſcumque Ordinis ſacri.

Sed quoad neceſſitatem præcepti ſupradicta diſtinctio inter Ordines minores, & ſacros non procedit, quia obſtat Clem. 1. *de ætat. & qualit.* ſecundum Silveſtr. *in ver. Ordo q. 1. v. 1. & ſ. tertio.* Sed certe illa Clem. loquitur tantum de ætate præficiendorum, at de Ordine nihil dicit, prout etiam ibi advertit Jo. Andr. in gloſ. *in ver. ætate.* Verum eſt tamen prædictam diſtinctionem quoad neceſſitatem præcepti adhuc non procedere, quia ex c. *Nullus*, *de tempor. ordin. lib. 6.* & ex Pontificali Romano prohibitum eſt Epiſcopis primam tonſuram, vel minores Ordines conferre ante ſeptimum annum completum, & ſic puero non habenti uſum rationis. Unde dubitari non poteſt quin hodie hoc ſit in præcepto.

41 Idem apertius conſtat ex Conſtitutione Sixti V. quæ incipit, *Sanctum, & ſalutare, edita nono Januarii 1588.* ubi ſtatuitur (ut Epiſcopus, qui ad primam tonſuram, vel minores, aut ſacros Ordines quemcumq; ſæcularem, aut regularem ante ætatem per ſacri generalis Tridentini Concilii decreta primæ tonſuræ, ac cuique ordini præſcriptam, aut non ſervatis temporum interſtitiis clericali charactere inſignìverit, aut ad Ordines minores, vel ſacros, ut præfertur, vel alias male promoverit, ut in eo in quo deliquit, puniatur, à collatione quorumcumque ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat.) Hæc ibi. Et quamvis verba illa Conſtitutionis *Per ſacri Tridentini Concilii decreta primæ tonſuræ, & cuique ordini præſcriptam*, forte per miniſtrorum incuriam irrepſerint, quia revera Concilium Tridentinum nullam ætatem præfixit primæ tonſuræ, aut minoribus Ordinibus, ut ex ſacræ Congregationis ſententia dictum eſt ſupra *nu.* 21. Quicquid tamen ſit, certum eſt Epiſcopis diſtricte prohibitum eſſe quemquam ad primam tonſuram, vel alios Ordines promovere ante ætatem legitimam. Præterea dici poteſt etiam ex Concilio non debere quem tonſurari ante uſum rationis; id enim non obſcure colligitur ex c. 4. *ſeſſ.* 23. dum ſtatuitur (ut prima tonſura non initientur, de quibus probabilis conjectura non ſit eos non ſæcularis judicii fugiendi fraude, ſed ut Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe) hujuſmodi enim electio, & propoſitum voluntatis non cadit in pueros ante uſum rationis, l. *Si infanti*, *C. de jure delibet.* l. 1. C. *de falſ. mon.* c. *Ex parte*, *el primo*, *infra*, *de corp. vitiat.* Et hoc modo ſalvari poſſunt verba Bullæ: tacite enim Concilium præſcripſit ætatem majorem infantia, dum requiſivit electionem generis vitæ in promovendis ad primam tonſuram. Quod etiam tacite videtur ſanxiſſe de Ordinibus minoribus, dum in c. 11. ejuſdem ſeſſionis eos promoveri jubet, qui ſaltem linguam latinam intelligunt. Unde uſus rationis tam ex præſcripto ſacrorum Canonum, quam ex mente Tridentinæ Synodi in promovendis exigitur non tantum de honeſtate, ſed etiam ex neceſſitate præcepti. Hic tamen omittendum non eſt ſupraſcriptam Conſtitutionem Sixti V. exceptis pœnis contra Simoniace ordinantes, vel ordinatos, fuiſſe redactam ad terminos juris, Conſtitutionis Pii II. & Concilii Tridentini per Clementem VIII. in Bulla, quæ incipit *Romanum Pontificem, edita pridie Kalend. Martii 1595. in Bullar. tom.*

42 *3. pag. 13.* Cæterum expleto ſeptennio pueri etiam de honeſtate ad minores Ordines promoveri poſſunt, quia ſufficit ut ordinandus in ea ætate ſit conſtitutus, ut virtutibus erudiri poſſit; quod probe fieri poteſt ſeptimo anno abſoluto: tunc enim dicitur homo perveniſſe ad eam, quam diſcretionis ætatem appellant, c. 1. 30. *q.* 2. c. *Omnis utriuſque*, ubi gloſ. & DD. *de pœnit. & remiſſ.* & tantum habet cognitionis, & intelligentiæ, quantum de honeſtate ſat eſt ad nudum illum actum ſuſceptionis Ordinum, qui nec officii, nec miniſterii tam ſancti, atque ſolemnis ſunt, ut a pueris nequeant expleri, c. *Perlectis*. 25. *diſt.*

43 Et quemadmodum ad ineunda ſponſalia, quæ ad matrimonium carnale præambula dicuntur, ætas ſeptennii ſufficit, d. c. 1. 30. *quæſt.* 2. c. *Litteras*, *de deſponſ. impub.* eo quod voluntas, ac naturalis conſenſus cadat etiam in impuberem poſt ſeptimum annum, d. l. *Si infanti*, juncta l. *penult.* C. *de jure deliber.* ita etiam ſufficere debet ad ineunda ſpiritualia: in minoribus enim Ordinibus conſtituto adhuc remanet libertas retrocedendi, c. *unico de bigam. lib. 6.* c. 1. *de Cler. conjug. eod. lib.* c. *Joannes*, & c. *Cum olim*, *infra eod. tit.* c. 1. *de vita, & honeſt. Cleric.* & Clem. 1. *eod. tit.* & in illis conferendis fere major ratio videtur habenda litteraturæ, ac morum, quam ætatis. Quod ſenſiſſe videntur Patres Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. c. 4. 5. 7. & 11. & Concilii Toletani II. c. 1. relati in d. c. 1. *De his*, 28. *diſt.*

44 Temperanda eſt tamen hujuſmodi conſuetudo, ac reducenda ad limites *d. c.* 11. *ſeſſ.* 23. Nam etſi antiquitus omnes etiam uno die darentur, c. *De his*, *de tempor. ordinat.* hodie tamen nonniſi ex cauſa omnes ſimul conferri debent, ſed per temporum interſtitia, ut in *d. c.* 11. & in Conſtitutione Sixti V. ſuperius relata.

Regula vero, quam Antiſtites ordinantes ſervare, ac præ oculis habere deberent, videtur ſumenda à textu cum gloſſa, & aliis ſupra allegatis in d. c. *In ſingulis*, 77. *diſt.* videlicet, ut tres primi Ordines minores Oſtiarii, Lectoris, & Exorciſtæ conferantur à ſeptimo ad duodecimum annum; & exinde ad quatuordecim ordinetur Acolythus.

# DE CLERICO ÆGROTANTE, vel debilitato.

## *Cap. Cum percuſſio.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Infirmus integrè percipit beneficii fructus.*

2 *Verbum*, hortamur, *quandoque eſt neceſſitatis.*

3 *Clerici ſunt humaniter tractandi, ne alii deterreantur à clericatu.*

4 *Beneficio ſuo ſine cauſa quis privari non debet, etiam per Papam.*

5 *Papa volens ſine rationabili cauſa turbare ſtatum univerſalis Eccleſiæ non eſt tolerandus.*

6 *Clerici dicuntur milites Eccleſiæ.*

7 *Privilegia militibus conceſſa competunt etiam clericis.*

*Declaratur*, num. 10.

8 *Donatio facta à clerico concubinæ non valet, ſicut nec facta meretrici à milite.*

9 *Clericus inſtar militis non convenitur niſi in quantum facere poteſt.*

10 *Ignorantia juris excuſat militem, ſed non clericum.*

11 *Infirmo debentur etiam diſtributiones quotidianæ, dummodo infirmitas ſit principalis cauſa non reſidendi, & num. 26.*

12 *Cæcus an teneatur choro intereſſe, ita ut alioquin non lucretur diſtributiones quotidianas, & nu. ſeqq. uſque ad num. 28.*

13 *Diſtributiones quotidianæ debentur Canonico, qui amiſit officium linguæ, quamvis choro non interſit.*

14 *Oculorum officium amiſiſſe durius eſt, quam linguæ.*

15 *Canonicorum munus eſt pſallere in choro.*

16 *Obligatio pſallendi in Eccleſia eſt unica, & individua.*

17 *In obligationibus individuis qui non tenetur ad totum, ad nihil tenetur.*

18 *Præceptum Eccleſiæ obligans ad aliquod certo modo faciendum non obligat ad quamlibet ejus partem eo modo, quo fieri poteſt, faciendam.*

19 *Horarum Canonicarum majorem partem qui recitare non poteſt, ad partem ſuperſtitem, quam poteſt non obligatur.*

20 *Jejunare abſtrictus certa die, ſi in ea non poteſt, non tenetur in alia.*

21 *Horas Canonicas recitare impeditus non tenetur alia die eas reſumere.*

22 *Opera nec ſolvi, nec deberi, nec peti pro parte poteſt.*

23 *Cæcus excuſatur à muneribus perſonalibus.*

24 *Infirmus qui horas canonicas recitare non poteſt, non tenetur illas audire.*

25 *Cæcus non tenetur dicere horas canonicas.*

27 *Cæcus tamquam miſerabilis perſona eſt ſub protectione Eccleſiæ.*

28 *Canonicus infirmus an percipere debeat etiam portionem quotidianarum diſtributionum, quæ à Canonicis abſentibus amiſſa, inſervientibus accreſceret, & nu. ſeqq. uſque in fin.*

29 *Infirmus juris fictione habetur pro intereſſente.*

30 *Lex loquens in caſu vero an habeat locum in caſu ficto.*

31 *Ficta præſentia an æquiparetur veræ.*

32 *Portio portioni accreſcit non perſonæ, & aſſumit naturam portionis, cui accreſcit.*





1 CUM PERCUSSIO. Clericus infirmus integrè percipit beneficii ſui fructus. Hoc dicit ſecundum Jo. Andr. & omnes. Ponit dictum, & rationem interſerit, ibi, *Quia ſi alii*, & eſt pars c. *Cum percuſſio*, 7. *quæſt.* 1. ut patet ex ſupraſcriptione.

2 Nota primò, ibi *hortamur*, hoc verbum quandoque neceſſitatem importare, ut hic per Innoc. & Hoſtien. in princ. qui tamen loquuntur per dictionem, *forte*. Sed ſine illa Cardinal. *num.* 2. & Imol. *num.* 6. concordat textus in cap. 1. *infra de teſtam.* ubi per hoc verbum, *hortamur*, demandatur cauſæ cognitio, & exponitur ibi à gloſſa, id eſt *præcipimus*. Tu dic verba hortatoria ex ſui natura eſſe conſilii, non præcepti. Improprîantur tamen, & præceptum inducunt, quando ſubjecta materia hoc ſuadet, ut ſcripſi in c. *Canonum Statuta*, *n.* 45. *ſupra de Conſtitut.*

3 Secundò nota ibi, *exemplo deterriti*, & ſigna præcipuam rationem vet. *Clericis ægrotantis* ſtipendia Eccleſiæ non ſint ſubtrahenda, nimirum quia ſi alii hoc exemplo eſſent perterriti, non reperirentur qui vellent Eccleſiæ deſervire, ut in littera. Nam ut inquit Petrus de Anchorano n. 3. ex mala unius clerici tractatione multi deterrentur; & multis minatur qui uni facit injuriam; ſic & pœna unius eſt metus multorum, ad hoc c. *Clericus*, *in fin. ſupra*, *De cohabit. cler. & mulier.* Ergo clerici humaniter ſunt tractandi, ne alii arceantur à clericatu, ut hic per Cardin. *in* 3. & 4. *notab.* Imol. *num.* 6. & Joan. de Anan. *num.* 5. Quod ſecundum eos facit contra collectores, qui nimis rigide ſpoliant clericos vita functos. Item contra eos, qui docent clericos in fructibus beneficiorum ſuorum eſſe ſimplices uſuarios, ac ſi eſſent monachi. De quo tamen dic, ut plene notavi in c. *Signum ſani*, *num.* 3. 5. & 11. *uſque ad num.* 17. *infra de peculi. cleric.* Ex prædictis collige ex eo quod Clerici inhumaniter tractentur, & tempore ægritudinis priventur fructibus beneficiorum ſuorum, turbari ſtatum Eccleſiæ nedum præſen-

4 tem, ſed etiam futurum. Unde ſingulariter infert Abbas *hic num.* 3. ut clericus privari non debeat beneficio ſuo ſine cauſa, etiam per Romanum Pontificem: nam, ut ipſe ait, (Si exiſtenti in infirmitate, & ſic in impotentia ſerviendi non debet ſubtrahi beneficium, ne ex hoc turbetur ſtatus Eccleſiæ, ut hic: Ergo longe minus ubi nulla ſub-

5 eſt cauſa rationabilis.) Papa autem non eſt tolerandus volens turbare ſtatum Eccleſiæ ſine rationabili cauſa, ut notabiliter ait Innocentius in c. *Quanta*, *num.* 5. *verſ. Tamen ſi Papa alia faceret*, *ſupra de conſuetudine*, & ſulius idem Abbas in ſua q. 1. incipiend. *Epiſcopus*, & *quidam Rector*. Sed circa hoc ultimum dictum Innocentii vide quod ſcripſi in c. *Significaſti*, *n.* 66. *ſupra de elect.*

6 Tertiò nota ibi, *militare*. Clericos dici milites Eccleſiæ, ut hic. Item cæleſtes milites, ut in cap. *Chriſtiana*, 11. *quæſt.* 1. & c. *Degradatio*, *de pœn. lib.* 6. Item milites Chriſti, ut in c. *Reprehenſibile*, 23. *quæſt. ult.* & milites Dei, ut in c. 1. *infra*. *Ne cler.*

7 *vel monach.* Unde conſtituitur notabilis regula ſecundum Abb. *hic n.* 5. & Jo. de Anan. *nu.* 6. ut privilegia conceſſa militibus ſæculi competere

8 etiam debeant militibus cæleſtis militiæ. Quo fit ut ſicut miles ſæculi non poteſt donare meretrici, l. 2. C. *de donat. inter vir. & uxor.* ita nec Clericus concubinæ, ut diſputando tenuit Richardus Malubra, quem refert, & ſequitur Bart. in l. *Affectionis*, *n.* 1. *ff. de donat.* Cardin. *hic n.* 4. dicens ſe ita vidiſſe in facto. Anchar. & Imol. ambo *num.* 5.

9 Abb. *num.* 4. & Joan. de Anan. *num.* 7. Hinc etiam fit ut quemadmodum miles non convenit niſi in quantum facere poteſt, ut l. *Miles in princ. ff. de re judic.* ita nec Clericus, ut tenet gloſ. notab. in d. l. *Miles in ver. Facere in fin.* Cardin. & alii proxime citati. De quo tamen dic ut legitur, & notatur

10 in c. *Odoardus*, *de ſolution.* Declaratur tamen prædicta regula ſecundum Abb. ubi ſupra d. *num.* 5. ut procedat in caſibus, in quibus viget eadem ratio, alias ſecus. Unde licet juris ignoran-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tiæ, l. 1. *C. de jur. & fact. ignor. an.* & l. *Regula*, *in princ. ff. eod.* Quippe quem armamagis, quam leges ſcire oportet, ut l. fin. §. 1. *in fin. C. de jur. delib.* non tamen excuſat clericum, ut notat gl. in d. §. 1. *in ver. Arma*, Anchar. *ibi nu. 4. in fin.* & Abb. *d. nu. 5. in fine.*

11 Quartò nota ibi, *cogitate*. Canonico infirmo reſpondendum eſſe de reditibus Eccleſiæ, quos percipiebat dum ſanus eſſet, ſine ulla diminutione: & ſic debentur illi etiam victualia, ſeu diſtributiones quotidianæ ſecundum Innocent. *in ver. Cogitate*, cum quo alii tranſeunt, hodie hoc eſt expeditum in c. *unic. de Cler. non reſiden. lib. 6.* Quod tamen declarat hic Jo. Andr. *num. 2. in ver. Ægritudo*, ut vendicet ſibi locum, dummodo infirmitas ſit principalis cauſa non ſerviendi, & deprehendat infirmum in ſervitio Eccleſiæ. Secus ſi deſerviebat eum abſentem, quia tunc ſicut ante ægritudinem non debebantur illi diſtributiones, ita nec debentur, ſi in eo ſtatu morbus ſuperveniat, ut ſic cauſa ſuperveniens ſecundum proximum ſtatum illius declarationem aſſumat, argum. c. *Majores*, §. *ult. in. infra de baptiſm.* remittit Jo. Andr. ad ea, quæ adnotavit in c. *Ad audientiam, ſupra de cler. non reſiden.* & ſequuntur hic Butr. *nu. 5.* Cardin. *nu. 6. in 2. oppoſit.* Anchar. *eod. n. 6.* Imol. *nu. 2.* Abb. *n. 6.* & Jo. de Anan. *n. 1.* & vide in materia quæ ſcripſi in c. *Licet. ſupra, de praben.* ubi egi latiſſimè an, & quando Canonico ægrotanti debeantur in abſentia diſtributiones quotidianæ, à *nu. 146. uſque ad n. 151.*

12 QUÆRO An Canonicus poſt adeptum canonicatum utroque lumine orbatus teneatur choro intereſſe, ita ut alioquin non lucretur diſtributiones quotidianas.

Tametſi Navarr. *in tract. de horis canonic. c. 19. concluſ. 8.* nec authoritate, nec ratione ulla ſuffultus opinatus fuerit Canonicum cæcum diſtribu-
13 tiones non lucrari niſi divinis interſit. Verior tamen videtur contraria opinio, pro qua primo irrefragabiliter induco hanc decretalem: nam Canonicus hic Urbevetanus perſonaliter adivit Papam, ut probat littera ibi, *latus præſentium*: & tamen ægrotabat. Erat igitur talis ægritudo, quæ non impediebat eum itinerare, & choro intereſſe, ſed tantum impediebat pſallere, forte quia amiſerat officium linguæ, prout obſervant Jo. Andr. *n. 1. in ver. Laborem*, Talis, inquit, erat infirmitas, quæ impediebat ſervire, ſed non itinerare, fortè quia perdiderat loquelam & Butr. *n. 4.* Cardin. *6. in 1. oppoſit.* Imol. *nu. 2. verſ. Quandoautem.* Abb. *nu. 6. verſ. Sed contra*, & Guido papa, *nu. 2.* & tamen textus decidit huic Canonico reſpondendum eſſe in abſentia de reditibus beneficii ſui abſque ulla diminutione, ſicut reſpondebatur dum ſanus erat, & ſic etiam de victualibus, & diſtributionibus quotidianis, ut dictum eſt ſupra *in 4. notab.* Si igitur diſtributiones hujuſmodi debentur Canonico
14 abſenti, qui propter impedimentum linguæ non poteſt pſallere, qui tamen poteſt per ſe ipſum adire Eccleſiam, & choro intereſſe: multo fortius debentur cæco, qui nec poteſt pſallere, nec ad Eccleſiam accedere ſine ope, & miniſterio alterius, ut in cap. *penult.* ibi, cæcus lucem ignorat, & quo greſſus porrigat, neſcit, 49. *diſt.* & c. *Cum ſit ars*, ibi, ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foveam dilabuntur, *ſupra de ætat. & qualit.* In cæco enim concurrunt duo impedimenta, quæ vincunt unum. c.

*Cauſam quæ, de elect. c. 1. de treug. & pac.* cum ſimil. & per Bald. *in conſ. 188.* incipien. *in ſubjiciatione, in princ. lib. 1.* Unde decretalis ultima infra eod. quæ loquitur de Archidiacono, qui propter paralyſim amiſit officium linguæ, fortius locum habet in eo qui amiſit officium oculorum, ut ibi declarat gloſ. 1. Hoſt. *in princ.* Jo. Andr. *in fin.* & alii communiter.

15 Sed etſi cæcus poſſet per ſeipſum ad Eccleſiam accedere, adhuc tamen non teneretur divinis intereſſe. Quod ſic probo. Canonicorum obligatio eſt pſallere in choro, Clem. 1. ibi, *ſtatutum inviolabiliter*, & infra ibi, *devote pſallatur*, *de celebr. Miſſar.* S. Thom. *in 2. 2. q. 83. art. 12.* & ſtatutum à Concilio Tridentino in *c. 12. verſ. Omnes verò, ſeſſ. 24.* ibi, (Atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, diſtinctè, devoteque laudare.) & olim reſpondit S. Congregatio eiuſdem Concilii interpres in Canonico S. Petri de Urbe, articulo diligenter examinato. Sed Canonicus cæcus non tenetur pſallere, cum nec poſſit, niſi fortè integrè pſalterium memoriter teneret. Ergo nec tenetur choro in-
16 tereſſe, quandoquidem obligatio pſallendi in choro eſt unica, & individua, cum ſit facti, l. *Stipulationes non dividuntur*, *ff. de verbor. obl.* & Doctores
17 in l. 4. §. *Cato ff. eod.* Ideoque qui non tenetur ad totum, ad nihil tenetur, l. *Operas, ff. de oper. libert.* & notat Iaſ. in d. l. *Stipulationes, n. 28.* & Eccleſiæ
18 præceptum obligans ad aliquid certo modo faciendum, non obligat ad quamlibet ejus partem eo modo, quo fieri poteſt, faciendam; ſicut juſſus Romam petere, ſi id implere non poſſit, non tenetur dimidiam itineris partem conficere, ut notatur in c. *Cum dilecti, ſupra de dolo, & contumac.*
19 Et qui adverſa valetudine, vel alias legitime impeditus majorem horarum partem dicere non valet, ad partem ſuperſtitem, quam poteſt dicere, non obligatur, ut pluribus probat Navarr. *in eod. tractat. de horis canonicis cap. 11. nu. 15. & ſeqq.* Sic
20 etiam obſtrictus certa die jejunare, ſi ea die impediatur, non tenetur in alia, ut notat Abb. in c. 1. *nu. 1. infra, de obſervat. jejunior.* Et impeditus reci-
21 tare officium non tenetur alia die illud reaſſumere, ſecundum Innocen. quem cæteri ſequuntur in c. 1. *infra de celebr. Miſſar.* & Silveſt. *in ver. Hora, ſub nu. 5.* Ad idem optimus textus in l. *Libertus ff.*
22 *de oper. libert.* ubi Ulpianus reſpondit, libertum, qui poſt indictionem operarum valetudine impeditur quominus operas præſtet, ad partem non teneri, quia, inquit, neque ſolvi, neque deberi, nec peti pro parte opera poteſt. Quod ſuſius proſequuntur gl. & Doctores in l. *Si quando §§. eod.* Ergo ſimili modo cum Canonicus teneatur pſallere in choro, ſi ob cæcitatem non poſſit pſallere, utique non tenebitur choro intereſſe, quia hæc obligatio, ut prædixi individua eſt, nec poteſt pro parte adimpleri.

23 Præterea cæcus excuſatur à muneribus perſonalibus, l. 1. C. *qui morbo ſe excuſ. lib. 10.* cap. *Licet, infra de Cenſib.* ubi id notant Innoc. *in princ.* Hoſtienſ. *nu. 3.* Jo. Andr. Calldet. & Jo. de Anan. omnes *nu. 2.* Henric. Boich. Butr. & Anchar. omnes, *num. 1.* Nec mirum quia corporis debilitas eorum munerum excuſationem præſtat, quæ corpore implenda ſunt, dicit textus in l. 2. § *Certum, ff. de vacat. muner.* totius autem corporis humani debilitas eſt oculos perdidiſſe, ut inquit l. *in* c.



cas de Penna in d. l. 1. *n. 4.* Ergo ſimiliter excuſari debet cæcus ab hoc perſonali munere intereſſendi in choro divinis officiis, ut per Jo. Franciſc. Pavin. *in tract. de viſitat. n. 100. q. 10. p. 2.*

24 His accedit quod qui ægritudine impeditur horas canonicas recitare, non tenetur illas audire, ut tenent Innoc. & DD. communiter in c. 1. *infra de celebr. Miſſar.* Petr. de Palude *in 4. diſt. 15. q. 5. col. 5.* Summa Piſana *in ver. Hora, verſ. Verum clericus.* Silveſt. *in eod. ver. n. 5. verſ. qui ex infirmitate.* Tabien.
25 *ibidem n. 19.* Navarr. *de hor. Canon. cap. 11. n. 6.* Sed cæcus non tenetur recitare, ut per Angel. *in ver. Hora, num. 9. verſ. Verum non habens librum, vel carens viſu.* Sylveſt. *d. n. 5. verſ. Tertium*, & Tabien. *ubi ſupr. num. 20.* Igitur nec audire. Quo fit ut nec teneatur choro intereſſe, quia ſolutus eſt utroque munere, & recitandi, & audiendi: neque enim exigitur in choro canonicorum præſentia, ut augeant numerum, ſed ut divinas laudes perſolvant, ut in d. Clemen. 1. *de celebr. Miſſar.* & in decreto Concilii Trident. *c. 12. verſ. Omnes verò. ſeſſ. 24.* & præſentia cæci reliquis Canonicis canentibus potius impedi-
26 mento, & perturbationi eſſe poſſet. Atque hinc conſequitur ut in abſentia cæcus lucretur integrè diſtributiones quotidianas tamquam morbo impeditus, juxta textum hic, & apertius in d. cap. *unico*, ibi, *excepto illo, quem infirmitas, ſeu juſta, & rationabilis neceſſitas excuſaverit, de Cler. non reſiden. lib. 6.* ubi id notant Archid. Jo. Andr. Gemin. & omnes, Covarr. *lib. 3. var. reſol. cap. 13.* & ſæpius reſpondit S. Congregatio Concilii. Atque hanc opinionem in cæco videtur ſequutus, licet ſubobſcurè, Petr. Rebuff. *conſ. 26. num. 15.* ubi conſuluit cæcitatem non eſſe minus impedimentum, quam alias infirmitates, & loquitur ad effectum d. c. un. quod ibi allegat.

27 Poſtremò hæc ſententia videtur in dubio amplectenda tamquam æquior & benignior, quia cæcus tamquam miſerabilis perſona eſt ſub protectione Eccleſiæ, c. *Defenſionem*, 87. *diſt.* d. c. *Licet*, & ibi Innocent. Hoſtienſ. & alii *infra de Cenſib.* & ſatis calamitate cæcitatis affligitur, nec debet amplius affligi, c. *Cum percuſſio, 7. quæſt. 1.* Ideoque potius eſt ei conſulendum, quam aliquid auferendum, ut de ipſo dicit gloſſa in d. c. *Licet, in ver. Miſereri.* Facit text. in l. 1. § *Caſum, ff. de poſtul.* & in l. *Cæcum ff. de judic.* Qua de re plura ſcripſi in c. *Significantibus, à n. 50. ſupra de offic. deleg.* Et ita reſolutum.

28 2. QUÆRO, poſita deciſione S. Congregationis Concilii qua declaratum fuit Canonicum ob infirmitatem choro non inſervientem percipere debere diſtributiones quotidianas, perinde ac ſi inſerviret: an percipere etiam debeat portionem earum diſtributionum, quæ à Canonicis abſque legitimo impedimento à choro abſentibus amiſſa, præſentibus accreſceret.

Videtur reſpondendum debere percipere, ex duobus fundamentis.

29 Primum eſt, quia cum infirmus quoad percipiendas diſtributiones quotidianas ficte, ac juris interpretatione habeatur pro intereſſente, ut patet ex deciſione S. Congregationis, & probatur in c. *unico, de Cleric. non reſident. lib. 6.* Abb. *hic in 2. notab.* & *num. 7.* Aufrer. *deciſ. 268.* Covarr. *variar. reſol. lib. 3. cap. 13. n. 8.* Sicut portio deficientium per jus accreſcendi verè intereſſentibus acquiritur, gloſſ. in Clem. *Ut ii, in ver. Pars dimidia, de ætat. &*



*qual.* Covarr. *d. loco n. 7.* ita acquiri debet etiam infirmis, qui ficte, ſeu juris interpretatione ſunt in-
30 tereſſentes: nam lex loquens in caſu vero extenditur ad fictum, & ficta præſentia veræ æquiparatur, adeo ut ficte præſens conſequi debeat ea, quæ verè præſentibus tribuuntur, Jo. Andr. in c. *Cum in tua num. 3. & 4.* quem ibi, Gemin. & Franc. ſequuntur *de conſuet. lib. 6.* Cui opinioni etſi adverſetur Archid. quoad jus optandi, quod eſt contra jus, & in quo jus non facit æquiparationem inter veram fictamque præſentiam: tamen quantum ad caſum
31 noſtrum attinet, etiam ſecundum opinionem Archid. ficta præſentia ſufficit ad conſequendas diſtributiones, quia verſamur in materia, in qua jus ipſum æquiparat ficte præſentem, id eſt infirmum, verè præſenti, ut in d. c. *un. de Cler. non reſiden. lib. 6.* Et quia nos non verſamur in ſtatuto, quod eſt contra jus, de quo loquitur Archid. ſed in lege, & in jure communi, quod ex ſui natura cum loquitur de caſu vero, extenditur ad fictum, Jaſ. poſt alios in l. *Is qui pro tempore, n. 284. ff. de uſucap.*

32 Alterum fundamentum eſt, quia in materia juris accreſcendi portio portioni accreſcit, non perſonæ, l. *Cum ex filio* §. *fin. ff. de vulg. & pupill.* quia portio eſt illa, quæ portionem ad ſe trahit, ut declarat Ripa in l. *Re conjuncti, n. 7.* & ibi DD. *de leg. 3.* Sicut ergo portio principalis diſtributionum debetur infirmo quamvis à choro abſenti, ita hæc, quæ aſſumit naturam portionis, cui accreſcit. Ripa poſt alios in d. l. *Re conjuncti, n. 200.* Gomez, qui plures textus ad hoc citat *lib. 1. variar. reſol. cap. 10. n. 16. verſ. Sed ulterius.* Et ita S. Congregatio cenſuit ut dixi in cap. *Licet, n. 139. ſupra de preben.*

## DE CLERIC. ÆGROTAN.

### *Cap. De Rectoribus.*

*SUMMARIUM.*

1 R*Ectori Eccleſiæ leproſo dandus eſt coadjutor, qui ſuſtentandus eſt de facultatibus Eccleſiæ.*
2 *Leproſi à communione hominum ſeparari debent.*
3 *Eiſque interdici poteſt ingreſſus Eccleſiæ.*
4 *Leproſus ſive ſit Epiſcopus ſive inferior, non removetur ex toto à prælatione, ſed datur illi coadjutor; ita ut habitus curæ ſit penes coadjutum, exercitium verò penes coadjutorem, & nu. ſeqq. uſque ad num. 8.*
5 *Rectores Eccleſiarum ex proprietate vocabuli, dicuntur inferiores curati.*
6 *Coadjutor dicitur habere curam animarum quoad exercitium, non autem quoad jus, & habitum curæ, & n. 34.*
7 *Leproſus privatur officio actualis adminiſtrationis, ſed dignitatem tenet, ſive officium, quod in jure reſonat, & n. 38.*
8 *Coadjutor vivere debet de Eccleſiæ proventibus, & inde recipere congruam portionem.*
9 *Congrua portio coadjutoribus, & Vicariis aſſignanda ex præſcripto Concilii Tridentini an, & quando taxari debeat arbitrio Epiſcopi.*
10 *Et qualiter ad arbitrium ſit moderandum.*
11 *Appellatio à datione coadjutoris, & aſſignatione*



co-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

congrua datur ad effectum devolutivum tantùm.
12 Coadjutori, & coadjuto ſi reditus Eccleſiæ non ſufficiant, quis ſit præferendus, & nu. ſeqq.
13 Parochiani cogi poſſunt ad ſumptum coadjutori miniſtrandos, ſi alia ratio non ſuppetat.
14 Reditus Eccleſiæ an ſint in diſpoſitione Rectoris infirmi, an verò coadjutoris.
15 Habere curam animarum non dicitur qui non eſt Prælatus Eccleſiæ, & n. 17.
Sed contra num. 34.
16 Pœnitentiaria Officialis luminibus orbatus an remanſerit privatus officio ex eo, quod major Pœnitentiarius aſſeruerit alium nominiſſe prædictum officium facto verbo cum Sanctiſſimo, & nu. ſeqq. uſque in fin.
17 Obtinere idem eſt quod habere.
18 Habere quis dicitur jure dominii.
Declaratur, n. 34. & 38.
19 Obtinere quis dicitur quando Canonicè poſſidet, & habet jus in re.
Tamen verificatur etiam in detentatione, nu. 37. verſ. Et eò magis.
20 Officium tunc dicitur Papa voluiſſe alteri tradere, & privare poſſeſſorem, quando in locum ejus alium ſubrogat.
Declaratur, n. 39.
21 Spoliato per ſupremum Principem non dantur remedia reſtitutoria.
22 Pœnitentiaria officia ſunt perpetua, ſicut beneficia Eccleſiaſtica & nu. ſeq. uſque ad n. 32.
23 Confirmatio Apoſtolica dat jus perpetuum, & irrevocabile.
24 Pœnitentiaria officia ordinem ſacrum habent annexum, & ideo regulantur ut beneficia Eccleſiaſtica, & n. 26.
25 Officiis manualibus ſacri Ordines non annectuntur.
27 Ordinatus nemo poteſt ad titulum officii manualis.
28 Vacatio in manualibus non datur.
29 Officia quædam Pœnitentiariæ conferuntur pravio concurſu, qui in manualibus non ſervatur.
30 Pœnitentiariæ officiales abſentes pro ſervitio Sedis Apoſtolicæ, vel aliàs legitimè impediti percipiunt emolumenta, & officia inſerviunt per ſubſtitutum.
31 Officium manuale reſpectu illius, cui ad vitam fuit collatum, cenſetur perpetuum.
32 Privatio non præſumitur niſi probetur.
33 Cum retinet magiſtratum, & officium prius obtentum, & n. 41.
35 Coadjutor nec titulum habet, nec poſſeſſionem, ſed nudum exercitium; titulus verò, & poſſeſſio remanet penes coadjutum.
36 Titulus radicatus in perſona unius non evellitur, licet alteri exercitium, & adminiſtratio concedatur.
37 Privatio tituli non inducitur ſine expreſſa derogatione juris quæſiti.
38 Verba ſunt impropriãda ne jus tertio quæſitum tollatur.
40 Cardinali aſſerenti aliquid factum de mandato Papæ ut ſit credendum, tria debent concurrere, & nu. ſeqq.
41 Officialis perpetuus propter morbum incurabilem ab officio non removetur, ſed datur illi coadjutor.
42 Cardinalis etiam majoris Pœnitentiarii aſſertioni non ſtatur in præjudicium tertii.
43 Beneficium, vel officium minimè vacans Papa non intendit conferre.
44 Vacatio beneficii juſtificari debet de jure, & de facto, aliàs gratia, de cujus validitate agitur, eſt obreptitia.

1 **DE RECTORIBUS.** Si Rector Eccleſiæ ſit leproſus, dandus eſt ei coadjutor, qui ſuſtentandus eſt de facultatibus Eccleſiæ. Hoc dicit. Communis diviſio. Secunda ibi, *Hoc volumus*.

2 Nota primò ibi, *Eccleſias ingredi.* Leproſos debere à communi hominum ſeparari, & hanc eſſe generalem conſuetudinem teſtatur hic Innoc. papa *in 1. not.* Idque ob eam rationem, ne morbi contagione ſani inficiantur, c. *Reſecandæ*, 24. q. 3.
3 Propterea enim leproſo interdici poteſt ingreſſus Eccleſiæ, ut eſt hic argumentum optimum ſecundùm Abb. *in 2. not.* Hinc Pius V. *in Conſtitutione*, quæ incipit, *Decori*, *edita die 1. Februarii 1570* permiſit Monialibus exire clauſuram ex cauſa magni incendii, lepræ, & epidemiæ.
4 Secundò nota ibi, *Dandus eſt coadjutor.* Rectorem Eccleſiæ leproſum non removeri ex toto à Prælatione, ſed dandum illi eſſe coadjutorem, ita ut habitus curæ ſit penes leproſum coadjutum, exercitium verò penes coadjutorem, & ita nihil eſt ſpeciale in leproſo, ut propter ſcandalum, & abominationem removeatur omnino ab adminiſtrationis officio, ut voluit gloſſ. in c. *Tua*, *in ver. Adminiſtrationis*, *infr. eod.* Idem enim eſt in lepra, quod in aliis infirmitatibus, ut ſcilicet nullo caſu ægroto viventi alius ſubſtituatur, niſi eo renunciante, ſecundùm opinionem Hugonis, & Laurentii, & quamvis alii aliter ſentiant, ut plenè per Hoſt. in d. c. *Tua*, *in ver. Miniſtrentur*, tamen hæc opinio verior, & communior eſt, ut ibi teſtatur Abb. nu. 4. Pro qua eſt textus apertus hic non cavillando literam. Hic enim formatur quæſtio de leproſo; & tamen Pontifex jubet illi dari coadjutorem: ergo neceſſariò ſupponit propter morbum lepræ eum non deſiniſſe eſſe Prælatum quoad jus, & habitum Curæ; alioquin ſi ex toto removeretur, impoſſibile eſſet, ut daretur illi coadjutor: quia non eſſet quem coadjuvaret, ut inquit Cardin. in c. *fin. n. 17. in 24. quæſt. ad fin. infra eod.* & tamen coadjutor definitur eſſe qui datur ut coadjuvet miniſtro, vel præſidenti in officium, & dicitur coadjutor à coadjuvando, ſicut tutor à tuendo, ut l. 1. *ff. de tutel.* ſecundùm Jo. Andr. in d. c. *fin. n. 3. verſ. De primo.* & *n. 4.* Nec acceſſorium poteſt eſſe ſine principali, ut de coadjutore tradit Put. *deciſ. 226. n. 3. & 12. lib. 3.* Rota *deciſ. 410. n. 5. & ſeq. part. 4. Recent.* Expoſitio autem Tancredi, qui *ver. Coadjutor*, exponebat, id eſt ſucceſſor, infert vim litteræ.

Non obſtat quod hæc Decretalis ſit intelligenda de eo, qui non erat adeo infectus lepra, ut non poſſet eſſe in Collegio ſuo, ſecundùm Innoc. in d. c. *Tua*, *circa medium*, *verſ. Ad reſpondetur*, quoniam hic intellectus divinat; imo repugnat verbis textus quæ clarè loquuntur de totaliter infectis, ut patet ibi, *lepræ macula uſque adeo infectis*, quod altari ſervire non poſſint, nec ſine magno ſcandalo eorum, qui ſani ſunt, Eccleſias ingredi. Item non obſtat quod hic textus intelligi debeat in Epiſcopo, qui propter lepram ex toto non removetur, ſed datur illi coadjutor, cum ſpirituale conjugium, quod eſt præcipuè inter Epiſcopum, & Eccleſiam difficilius ſol-



vatur, *cap. Inter corporalia*, *de tranſlat. Epiſc.* Textus verò in d. cap. *Tua*, *infra eod.* procedat in inferioribus, qui in ſpeciali caſu lepræ prorſus removentur, prout diſtinxit ibi Hoſt. *in ver. Miniſtren-*
5 *tur*, & Archid. *in ſumma*, *n. 1. 7. quæſt. 1.* Imo enim hoc cap. expreſsè loquitur de Rectoribus Eccleſiarum, & curam animarum habentibus, quorum appellatione ex proprietate vocabuli veniunt inferiores Curati, c. *fin. de præben.* c. *Ex tranſmiſſa*, *de decim.* c. *Ad audientiam*, *el 1. de Eccleſ. ædific.* cum multis ſimil. Præterea hoc c. eſt pars c. *Ad aures*, *ſup. de reſcript.* & Lucius tertius reſpondet conſultationi Lincol. ſeu Vinton. Epiſcopi, aliàs Lingon. Archid. ut refert Ant. Auguſt. *in 1. collect. Decretal. tit. 2. c. 6. & in notis ad c. 3. tit. 6.* Ergo debet neceſſariò intelligi de Eccleſiarum Rectoribus, qui ſubjecti erant illi Epiſcopo, ſeu Archidiacono, non autem de Epiſcopis, quibus non dantur coadjutores, niſi à Sede Apoſtolica, ut c. *unic. infra eod. lib. 6.* Meritò Jo. Andr. & communiter alii ſequentes tenent indiſtinctè primam opinionem Hugonis, etiam in Prælatis inferioribus, ut teſtatur Abb. in d. c. *Tua*, *n. 4. verſ. Sed Jo. Andr.*
6 Demum non obſtat, quod coadjutor hic dicatur habere curam animarum, ex quo gloſſ. in ver. *Curam*, inferebat eum eſſe Prælatum: etenim hoc debet intelligi quoad exercitium tantùm, non autem quoad habitum ipſius curæ, qui remanet penes coadjutum ut hic declarant Hoſt. Jo. Andr.
7 & communiter Doctores, ut plenius dicam infra *n. 34.* Et eod. modo intelligi debet tex. in d. c. *Tua*, *infra eod.* dum dicit leproſum removeri ab adminiſtrationis officio, quoniam, ut ait Laurentius, Sacerdos leproſus privatur officio actualis adminiſtrationis, ſed dignitatem tenet, ſive officium, quod in jus reſonat, puta quia illi præſtabitur obedientia in his, quæ utiliter mandabit, arg. c. *Ex parte*, *infr. eod.* & c. *Quia frater*, *7. q. 1.*
8 Tertiò nota ibi, *de facultatibus Eccleſiæ*, coadjutorem vivere debere de Eccleſiæ proventibus, & inde recipere congruam portionẽ, ut hic eſt text. expreſſus, concordat c. *un. infr. eod. lib. 6.* ibi, (Coadjutores hujuſmodi de proventibus Prælatorum, in quorum aſſumuntur auxilium, ſumptus recipiant moderatos:) & notat Abbas *hic in ult. not.* & communiter alii Jo. Andr. in c. *fin. n. 12. infra eod.* dicens (coadjutorem debere alimenta congrua, & moderata habere de bonis dignitatis, Eccleſiæ, vel officii, cujus Prælato, vel miniſtro datus eſt) Put. *deciſ. 226. n. 13. lib. 3.*
9 Porrò Coadjutoribus, quos Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, deputare poſſunt Rectoribus parochialium Eccleſiarum illitteratis, & imperitis, itidem aſſignanda eſt pars fructuum pro ſufficienti victu, ex Decreto Concilii Trid. *c. 6. ſeſſ. 21.* Ac ſimiliter parochi abſcedentes tenentur idoneum Vicarium relinquere cum debita mercedis aſſignatione, ut in c. 1. §. *Eadem omnino*, *ſeſſ. 23.* & in parochialibus unitis ab Epiſcopo deputandi ſunt Vicarii cum tertiæ partis fructuum aut majori, vel minori arbitrio ipſorum Ordinariorum portione etiam ſuper certa re aſſignanda, ut in *c. 7. ſeſſ. 7.* licet hæc congrua Vicariis perpetuis aſſignanda ex Bulla Pii V. *Ad exequendum* non poſſit eſſe major ſcutorum centum, nec minor quinquaginta. Sed & Vicario in parochialibus vacantibus deputando aſſignari debet congrua portio arbitrio Epiſcopi, ut in c. 18. *in princ.*



*ſeſſ. 24.* Et ita cùm dubitatum fuerit quænã ſit congrua portio aſſignanda Vicario, qui ponitur in parochialibus vacantibus: reſponſum eſt congruã eſſe portionem arbitrio Judicis. Ex his collige & congruam portionem coadjutoribus aſſignandam ex præſcripto hujus Decretalis taxandam eſſe arbitrio Ordinarii, cum & aliæ congruæ ſint arbi-
10 trariæ, excepta illa Vicarii perpetui, quæ tamen à quinquaginta uſque ad centum, & ipſa arbitraria eſt, qualiter autem arbitrium in hujuſmodi taxatione ſit moderandum, conjice ex infra ſcripta declaratione. An fructuum portio conſtituenda parochialium Eccleſiarum vacaturarum Vicario curam exercenti quouſq; ad novam inſtitutionem deveniatur, referri debeat ad ſolam ipſius ſuſtentationem, quotam, aut ipſarum vacantium annuũ valorem, vel ad ipſius Vicarii qualitatem S. Congregatio cenſuit ad hæc omnia eſſe referendam.
11 Rurſus cenſuit à datione coadjutoris Vicario inſufficienti, & à congrua aſſignatione dari appellationem devolutivam tantùm, & de gravaminibus videndum in ſecundo judicio.
12 Sed hic occurrit quæſtio notabilis, & quotidiana, quid ſi reditus Eccleſiæ non ſufficiant coadjutori, & prælato ægrotanti, quis eorum ſit præferendus.

Gloſſa finalis hic tenet ex proventibus Eccleſiæ prius eſſe providendum coadjutori, qui Eccleſiæ inſervit; & Rectori infirmo providebit Epiſcopus, allegat c. 1. & 2. 82. *diſt.* & cum gloſſ. concordant Tancred. & Goffred. *hic*, Archid. *in Summa in fin. 7. q. 1.* & Henric. Boich. in c. *fin. n. 10. infra eod.* jura tamen quæ gloſſa adducit, hoc non probant, ſecundùm Cardin. & Abb. *hic*, ſed tantum faciunt in argumentum, generaliter enim diſponunt, ut Epiſcopus pauperibus & infirmis, qui ſuis manibus laborare non poſſunt, victum & veſtitum largiatur. Unde Vincentius dicit hanc gloſſam ſibi non placere, quia debilioribus in loco conſulitur, allegat c. *In nullo*, 18. q. 2. Et quamvis neq; hic textus ad rem pertineat, tamen cum opinione Vincentii, quam recitant ultimo loco, ſimpliciter hic tranſeunt Jo. Andr. *n. 3. in gloſſ. ult.* Butr. *n. 4.* & Anchar. *eod. num.* eamque expreſsè approbant Cardin. *nu. 2. & 3.* ſubdens ſe ita in facto conſuluiſſe, Abb. *num. 6.* Jo. de Anan. *n. 13.* quæ etiam mihi magis placet, & majori æquitate, ac ſolidioribus nititur fundamentis, quia ægrotus intelligitur Eccleſiæ deſervire, cap. 1. *ſupra eod.* Ergo illi prius ſubveniendum eſt de reditibus Eccleſiæ, quia qui altari ſervit, &c. cap. *Cum ſecundum*, *ſupra de præben.* & cùm habeat titulum, & poſſeſſionem unà cum ſervitio, præferendus eſt coadjutori, qui nec titulum habet, nec poſſeſſionem, ſed nudum exercitium, ut dicam infra *num. 35.* Alioquin ſi ægroto ſubtraherentur ſtipendia, hoc exemplo deterriti, non invenirentur qui vellent Eccleſiæ militare, ut legitur in d. c. 1. & ita ex hoc videretur perturbari ſtatus Eccleſiaſticus nedum præſens, ſed etiam futurus, ut accuratè ibi obſervat Abb. in 2. *not.* & *hic num. 6. verſ. Et ad deciſionem.* Pro qua opinione multum etiam ſtringit quod coadjutor debet de reditibus Eccleſiæ congruam recipere portionem, ut hic dicitur, vel moderatos ſumptus, ut in cap. *un. infra eod. lib. 6.* Ergo proventus Eccleſiæ primo & principaliter ſunt in diſpoſitione Rectoris, & conſequenter illius neceſſitati prius
13 eſt providendum. Coadjutori autem, cum redi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tus utrique non ſufficiant, providebit Epiſcopus,
vel Parochiam ſecundum Cardin. & Abb. *locis ci-
tatis*. Et pro hoc ultimo vide bonam gloſſam in
*c. Omnis Chriſtianus, in ver. Curam, de conſecr. diſt. 1.*
& quod leg. & notat. in cap. *Ad audientiam, il pri-
mo, de Eccleſ. ædific.* & in Conc. Trid. *cap. 4. ſeſſ. 21.*
ubi ſi reditus Eccleſiæ non ſufficiant pro Sacer-
dotibus Parochialium noviter erectarum, cogi
poteſt populus ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad
vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam. Et in
coadjutore aliàs reſpondit S. Congregatio ejuſ-
dem Concilii interpres; nam cùm pro augendis
redditibus tenuiſſimæ Parochialis plus quam mille
animas habentis, coadjutoris aſſumendi gratia
quæſitum eſſet, an poſſent compelli parochiani,
cùm alia ratio non ſuppeteret, S. Congregatio
cenſuit dandas eſſe litteras ad Archiepiſcopum
Theatinum, ut ageret cum univerſitate.
14 Quærit hic Abb. *num. 5. verſ. Et ex hoc inſurgit*, in
cujus diſpoſitione ſint reditus Eccleſiæ, an ſcilicet
Prælati ægrotantis, an verò coadjutoris? Et di-
ſtinguit ſic: Aut infirmitas eſt talis ut impediat ad-
miniſtrationem in temporalibus & ſpiritualibus
puta dementia, ſeu furor: & tunc coadjutor ha-
beat adminiſtrationem in utriſque, & congruam
portionem tribuat ægroto, & aliam congruam ſi-
bi retineat, reliquos autem fructus convertat, ſeu
diſponeat in utilitatem Eccleſiæ, ſicut tenetur bo-
nus Rector: & ita ſecundum eam poteſt intelligi
*cap. Tua, infra eod.* Aut verò infirmitas impedit ad-
miniſtrationem in ſpiritualibus tantùm: & tunc
cum officium coadjutoris ſe non extendat ad tē-
poralia, Prælatus percipiat reditus omnes, & con-
gruam portionem aſſignet coadjutori. Sed contra
hanc diſtinctionem facit textus in d. c. *un. inf. eod.
lib. 6.* qui in ſpecie loquitur de Prælato dementi &
tamen præcipit ut coadjutor de reditibus Eccle-
ſiæ habeat tantùm ſumptus moderatos: ergo reli-
qui reditus ſine diminutione ſpectant ad Præla-
tum ægrotantem, cum illi nō appareat privatus;
quo argumento in caſu contrario utitur ipſemet
Abb. *hic n. 5. verſ. Sed contra.* Ego puto inſpicien-
dam eſſe formam coadjutoriæ, an ſcilicet fuerit
datus coadjutor in ſpiritualibus, & temporalibus,
an verò in ſpiritualibus tantùm, & de variis ſpe-
ciebus coadjutoriæ vide Cardin. *conſ. 70.* incip. *In
Eccleſia Magdeburgenſi, in prin.*
15 In gloſſa *in ver. Curam*, nota ver. *habeat*, ſonare
in jus, adeo ut ex eo, quod quis habeat curam ani-
marum, rectè inferri poſſit, ut ſit Titularis, &
Prælatus Eccleſiæ, ut apertè ſentit hæc gloſſa.
16 Ex hoc infero ad notabilem quæſtionem facti,
Cum N. Sacræ Pœnitentiariæ corrector deſiiſſet
officii exercere ob ſupervenientis cæcitatis im-
pedimentum, fuit authoritate Apoſtolica deputa-
tus ad illud exercendum S. Rotæ Auditor cum
honoribus & oneribus duntaxat. Sed poſtea & e-
molumenta fuerunt ei perſoluta: ac ſubinde ipſo
Auditore vita functo, idem officium uti vacans
per illius obitum, ſemel atq; iterum fuit aliis col-
latum, & ſic primus officialis non citatus, nec au-
ditus remanſit de facto ſpoliatus titulo, & emo-
lumentis officii: & cum propterea petiiſſet ſe re-
integrari, ex adverſo fuerunt exhibitæ litteræ pa-
tentes Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, in qui-
bus enunciatur, quod prædictus Rotæ Auditor e-
xercuit Correctoris officium primo cum honori-
bus, & oneribus. & deinde facto verbo cum San-
ctiſſimo etiam cum emolumentis obtinuit. Qui-
bus verbis adverſarii contendebant conſtare pri-
mum officialem fuiſſe officio privatum à Summo
Pontifice, ac proinde reintegrationem petitam
non eſſe illi concedendam: quæritur quid juris?
17 Contra Officialem inducitur hæc gloſſ. *in ver.
Curam*: nam verbum *obtinuit*, idem importat quod
verbum *habuit*, cap. *Dudum, il 2. circa fin. verſ. In-
geſſit enim, ſupra de elect.* cap. *Quia in tantum*, juncto
cap. *Ad hæc*, cap. *De multa, & quaſi per tot. de præben.*
& notat Archid. in cap. *Si gratioſe. num. 1. verſ. Nam
cum non habeat, de reſcript. eod. lib. 6.* Dum autem
prædictus Rotæ Auditor obtinuit Correctoris of-
ficium, utique dicitur illud habuiſſe reſpectu ti-
tuli, non autem quoad nudum exercitium, & mi-
niſterium facti; ſicut coadjutor ex eo quod hic di-
catur habere curam animarum, arguit gloſſ. ut ip-
ſe, non autem coadjutus infirmus, ſit Prælatus Ec-
cleſiæ, & cum hac gloſſ. conſentiunt Tancred.
18 Goffred. & alii, quos retuli ſupra *num. 12.* Et me-
rito, quia habere quis dicitur jure dominii l. *Hoc
Senatus*, & ibi gloſſ. *in ver. Habuit. ff. de uſufruct. ear.
rerum, quæ uſu conſum.* l. *Habere, ff. de ver. ſignif.* l. *Pu-
19 pillus in ſita, §. Habere, ff. de verb. oblig.* Et eod. modo
obtinere quis dicitur quando canonicè poſſidet,
& habet jus in re, c. *Quoddam in fin. de præben. lib. 6.*
cap. *Quoniam, de conceſſ. præben. eod. lib.* Archid. *loco
20 citato.* Alber. *in Dictionario in ver. Obtinere*; & con-
ſequenter primus officialis remanſit officio pri-
vatus, quia tunc Papa dicitur voluiſſe alteri offi-
cium tradere, & privare poſſeſſorem, quando in
locum officialis poſſidentis alterum ſubrogat, ut
notat Angel. in l. *Quod ſi forte, §. 1. num. 4. ff. de ſolut.*
Socin. *conſ. 4. ſuper quæſtione, numer. 23. in lib. 3.*
21 Quo fit, ut idem officialis de ſpolio conqueri non
poſſit, quia ſpoliato per ſupremum principem non
dantur remedia reſtitutoria. Doctores in cap. *Ex
conqueſtione, de reſtit. ſpoliat.* Carol. Tapia, *de Conſtit.
Princip. in l. fin. cap. 9. numer. 74.* Mohed. *deciſ. 4. de
reſtit. ſpoliat.* Et conſeſſimus quæ de abſoluta pote-
ſtate Papæ in officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis
plenè adnotavi in *c. fin. a num. 25. infra eod.*
22 Contrarium credo verum, & ad evidentiam
præmitto officia S. Pœnitentiariæ ex ſui natura
eſſe perpetua, ſicut Eccleſiaſtica beneficia, quod
conſtat ex infraſcriptis. Et primò, quia ex præ-
ſcripto Conſtitutionis Pii V. *In omnibus*, edita ſu-
per reformatione Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, §. 9.
*in Bullar. tom. 2. pag. 281.* Illius officiales deſignan-
tur à Majori Pœnitentiario, & à Summo Pontifice
23 confirmantur. Ex hujuſmodi autem confirma-
tione confertur electo jus perpetuum, & irrevo-
cabile, cap. 2. & ibi Innocen. Hoſtienſ. & Joann.
Andr. omnes *in princ. de confir. util. vel inutil.* cap.
*Super his, de accuſat.* gloſſ. in cap. *Frater, in ver. Au-
thoritate, 17. quæſt. 4.* textus optimus in cap. *Si A-
poſtolica*, & ibi gloſſ. *in ver. Ut ſcripti, de præben. lib. 6.*
& de officiali confirmato tradit Bald. *conſ. 125.
Super primo puncto, circa finem, verſ. Aut eſt confirma-
tus, libro 5.* Romanus *conſ. 46. Ut clara num. 4. verſ.
Secundum idem*, & ante eos Cynus in l. *Cum lex, ff. de
legib.*
24 Secundò, quia officia Pœnitentiariæ ex eadem
Pii V. Conſtitutione, §. 10. Ordinem ſacrum ha-
bent annexum, ideoque in litteris patentibus pro-
viſionum apponi ſolet clauſula, (& quia dictum
officium juxta ordinationem noviſſimam eadem
S. Pœnitentiariæ ſacrum Ordinem requirit, volu-
mus, ut infra ſex proximos menſes ſacris Ordini-
bus initiari tenearis.) Hæc autem annexio Ordi-
nis ſacri non fit officiis manualibus, ſed perpetuis
duntaxat, Clem. *Ut ii, de ætat. & qualit.* Concil.
Trid. *c. 4. ſeſſ. 22.* & eſſet valdè abſurdum, & contra
naturalem rationem, ut poſtea quàm officialis ſa-
cro Ordine eſt inſignitus, poſſet illico, & ſine ulla
cauſa ab officio amoveri, & remaneret obſtrictus
voto perpetuo continentiæ, & onere Divinum
officium quotidie recitandi, l. *Secundum naturam,
ff. de regul. jur. c. Cum ſecundum, de præben. cum ſimilib.*
26 Unde officia S. Pœnitentiariæ, & alia id genus,
ex eo, quod ſacrum Ordinem habeant annexum
regulari, ut beneficia Eccleſiaſtica, tradit in pun-
cto Sarnen. *in regul. de infirm. quæſt. 22. verſ. Aut lo-
quimur de officio mixto.*
27 Tertiò, quia nonnunquam S. Pœnitentiariæ of-
ficiales ad titulum ſuorum officiorum fuerunt ſa-
cris Ordinibus initiati: quod apertè oſtendit titu-
li perpetuitatem, cùm ad titulum officii manualis
non liceat quemquam ordinare reclamante Tri-
dent. Concilii decreto, *c. 2. ſeſſ. 21.* ut ſæpius Sacra
Congregatio reſpondit.
28 Quartò, quia prædicta officia vacant per obi-
tum, vel promotionem ad inſtar Clericatuum Ca-
meræ, Auditoratuum Rotæ, & aliorum conſimi-
lium officiorum ex ſui natura perpetuorum, ex
hoc autem quod hujuſmodi officia dantur in va-
cantia, ſequitur ut dici non poſſint manualia, ut
cenſuit Rota coram Gregor. XV. *deciſ. 48. n. 5.* In
manualibus enim non datur vacatio. Seraph. *deciſ.
13. n. 7. par. 6. Recent. dec. 109. 5. n. 2.* Roc. poſt alios.
29 Quintò, quia ex *præſcripto* ejuſdem Conſtitu-
tionis in §. 11. quædam Pœnitentiariæ officia, vi-
delicet Procuratorum, & ſcriptorum conferun-
tur prævio concurſu poſitis edictis. Hæc autem
forma in manualibus obſervari non conſuevit,
ſed ſolùm in perpetuis, ut in Cantoribus Capellæ
Pontificiæ, & in Parochialibus ex decreto Con-
cilii Trid. *c. 18. ſeſſ. 24.*
30 Ultimò, hoc idem conſtat apertiſſimè, quia of-
ficiales hujuſmodi ſi abſentes pro ſervitio Sedis A-
poſtolicæ, item infirmi, vel aliàs legitimè impedi-
ti, officiorum ſuorum titulos indifferenter reti-
nuerunt, ſibique emolumenta perceperunt, & of-
ficio inſervierunt per ſubſtitutum, nec unquam
auditum eſt, quod eorum aliquis fuerit amotus,
quantumcunque diuturnum fuerit impedimen-
tum. Et ita in individuo obſervatum in Sanctiſſi-
mo D. N. Innocentio X. olim S. Pœnitentiariæ
Conſultore Canoniſta, in bon. mem. Cardinali
Millino Regente, & in Cardinali Cennino Sigil-
latore, dum apud Catholicam Majeſtatem Nuntii
Apoſtolici extitère, & nunc idem quoque caſus ac-
cidit in R. P. D. Roſpiglioſo itidem Sigillatore,
Quin etiam extat notabile exemplum Petri Bri-
ſonii ſcriptoris, qui quamvis eſſet ſenio confectus,
infirmus, & perpetuo inhabilis, tamen quoad vi-
xit, officium retinuit cum emolumentis, & illud
exercuit per ſubſtitutum, cui ſalarium fuit ſub-
miniſtratum à b. m. Cardinali Burgheſio majori
Pœnitentiario. Quæ quidem obſervantia innititur
præcitatæ Conſtitut. Pii V. in §. 12. qua decerni-
tur, ut legitimè impediti fructus, & emolumenta
percipiant, quamvis non ſint præſentes, & actu in-
ſerviant, ex quibus credimus officiorum hujuſmo-
di perpetuitatem in dubium revocari non poſſe.
Et nihilominus etiam ſi eſſent manualia, tamen





cùm officium Correctoris per litteras in forma
Brevis conceſſum fuerit prædicto Officiali ad ſui
vitam, reſpectu ipſius cenſetur perpetuum, ut de
officiis manualibus ſcripſit Abb. in cap. *Cùm inter
8. in 3. not. de elect.* & in *c. Ad noſtram, n. 7. de confir.
util. vel inutil.*
31 Quibus præmiſſis dicendum videtur petitam
reintegrationem deberi prædicto Officiali ex Ju-
ſtitia; quia nunquam per ſententiam juris, vel ho-
minis fuit privatus officio ex ſui natura perpetuo,
ſibique ad vitam collato, & tamen privatio cum
ſit facti, probari debet ab allegante, l. 1. *C. de pro-
bat.* & tradit Bald. in l. *Ex perſona, num. 14. C. eod.
33 tit.* Non per ſententiam juris, quia cæcus retinet
Magiſtratum, & officium prius obtentum, l. 1. §.
*Quamvis autem, ff. de poſtul. l. Cæcus*, & ibi gloſſ. Bart.
& DD. *ff. de judic. cap. fin.* juncta gloſſ. 1. commu-
niter approbata, & ibi dixi *numer. 42. infra eod.*
34 Nec per ſententiam hominis, quia ad hoc proban-
dum adducitur ſola enunciativa Majoris Pœni-
tentiarii, quod B. Rotæ Auditor habuerit prædi-
ctum officium, & per conſequens eo privatus re-
manſerit primus officialis. Sed hæc non eſt bona
conſequentia, quia verbum *habuit*, ſeu *obtinuit*, in-
telligi debet reſpectu exercitii, non autem reſpe-
ctu tituli ad quod inducitur in terminis hoc cap.
juncta communi expoſitione Doctorum, hic enim
cavetur, ut coadjutor dandus Rectori Eccleſiæ ſe-
proſo curam habeat animarum, & tamē illud ver.
*habeat*, non intelligitur reſpectu tituli, & habitus
curæ, qui remanet penes infirmum, ſed reſpectu
exercitii tantùm, prout rejecta expoſitione gloſ-
ſæ, firmant *hic* Hoſtien. *verſ. Præterea ver. Animarum*,
Joan. Andr. *in ver. Curam habeat*, Butr. *num. 3.* Car-
din. *num. 1.* Anchar. *num. 3.* Imol. *num. 1. & 3.* Abb.
35 *num. ult.* & Joan. de Anan. *num. 2.* quorum authori-
tatibus innixi Domini de Rota, *deciſ. 410. num. 5.
part. 4. Recent.* decidunt coadjutorem nec jus, nec
titulum habere in beneficio, ſed tantùm exerci-
tium & adminiſtrationem; jus autem reſidere pe-
nes coadjutum. & ſubdunt gloſſam præallegatam
communiter reprobari, quinimo *num. 3.* tenent
coadjutorem non ſolùm non habere titulum, ſed
nec poſſeſſionem, cùm illam habeat coadjutus, nec
poſſeſſio poſſit eſſe penes plures in ſolidum, l. 3. §.
*ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.* quod etiam firmat
Cott. *deciſ. 392. in Miſcellan.* & Capuraq. *deciſ. 65.
in manuſcript.* Rota in *Salmantina Coadjutoriæ 25.
Junii 1593.* coram Penia, impreſſa apud Garz. *de
35 benef. part. 4. cap. 5. numer. 34.* Habemus igitur hic
text. apertum, ſecundum communem intelle-
ctum, quod quando quis dicitur habere ſeu obti-
nere officium ab alio obtentum, hoc non intelli-
gitur reſpectu tituli, ſed reſpectu exercitii tan-
tùm. Atque ita jus, & titulus radicatus in perſona
unius non evellitur, licet alteri dicti juris exer-
citium, & adminiſtratio concedatur, l. 3. *ff. pro ſoc.*
& in terminis Coadjutoris eſt text. in cap. *Grandi*,
ubi id notat Anchar. *num. 5. verſ. Nam ſic de ſuppl.
neglig. Prælator. libro 6.* Abb. in cap. *Tua nos, num. 4.
infra eod.* Et ratio eſt evidens, quia pœna in mate-
ria privativa ſine expreſſione aperta non induci-
tur, ut in auth. *de non eligen. ſecun. nuben. §. Cum
igitur. verſ. Sin autem.* Caſſad. *deciſ. 3. nu. 4. verſ. Nam
non reperitur expreſſum, de locat.* & pœna privatio-
nis tituli, quæ graviſſima eſt, non inducitur ſi-
ne expreſſa derogatione Juris quæſiti, ut notat
Bald. in Auth. *ex teſtamento, num. 13. cap. de ſecund.
nupt.*

illud exercendum cum honoribus, & oneribus dimittat. B. Rotæ Auditor, qui tamen poſtea, ut aſſeritur in litteris patentibus Cardinalis majoris Pœnitentiarii, facto verbo cum Sanctiſſimo, idem officium cum emolumentis admiſit. Ex quibus verbis deducebatur prædictum Auditorem obtinuiſſe officium, etiam reſpectu tituli; & per conſequens primum officialem fuiſſe per Papam eodem officio privatum. Et quamvis hæc deductio non ſit juri conſona, ut oſtendimus in c. De rectoribus, à num. 16. uſq; in fin. ſupra eod. tamen ea nunc ſuppoſita, vertitur in dubium, an privatio officialis e Correctoris officio, ut prætenditur, facta ex ſola cauſa cæcitatis ſuperveniente, de jure ſubſiſtat, necne.

Ad partem affirmativam, videlicet privationem ſubſiſtere, inducitur primò textus in c. Si Evangelica, [illegible] Diaconus, cui cella fuit [illegible] oculus erutus fuit, propter hujuſmodi impedimentum removeri ab Eccleſia Collegiata, in qua erat poſitus, & alius in ejus locum ſubſtituitur. Fortius ergo idem dicendum in illo, qui utroque lumine orbatus eſt, ut hoc caſu, arg. l. Prætextu ff. de excuſat. tutor.

Secundò ad hanc partem inducitur c. Si quis Abbas, 16. q. 2. ubi Abbas effectus inutilis, ab Epiſcopo, & vicinis Abbatibus removetur ab officio, prout ex illo textu deducunt gloſſa Joannis in ſumma, 7. q. 1. in ver. Quid autem, in fin. Vincentius hic, & Hoſt. in ſumma [illegible]. Et confert quod ait Seneca epiſtola 9. videlicet: Qui utilitatis cauſa aſſumptus eſt, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Cujus dictum in propoſito hic refert Henricus Boich. col. 1. [illegible].

Tertiò, induci poſſunt jura in l. Si longius, ff. de judic. & in l. Neque, C. de [illegible] Præfect. [illegible], quæ probant propter impedimentum ſuperveniens judicem ſurrogari.

25 Quartò, pro hac parte ponderatur, quod hæc privatio, & proviſio emanavit à Summo Pontifice; unde nullatenus videtur poſſe impugnari, quia Papa habet plenitudinem poteſtatis, c. Propoſuit, de conceſſ. præbend. c. Ad honorem, de autoritate & uſu pall. c. Cum ex perſonarum, & c. Per principalem, 9. q. 3. Item Papa eſt omnia, & ſuper omnia ſecundum Bald. in l. Barbarius in fin. ff. de offic. Prætor. Item Papa poteſt mutare quadrata rotundis, ut dicit Hoſt. in c. Cùm veniſſent, n. 5. de judic. Marian. Socin. in c. [illegible] n. 28. de [illegible]. & Præpoſ. in d. c. Per principalem, n. 7. Item Papa ſupra jus, & contra jus, & extra jus omnia poteſt, ut Bald. inquit in c. Cùm ſuper, n. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Item Papa eſt cauſa cauſarum, ideo quærendum non eſt de eo quod [illegible], cùm primæ cauſæ nulla ſit cauſa, ut idem Baldus ait in c. Eccleſia S. Mariæ, [illegible]. Item nemo poteſt dicere Papæ, Cur ita facis, ſecundùm Specul. in tit. de legat. §. Nunc oſtendendum, in ver. 89. Sola enim poteſtas eſt pro cauſa, & qui de hoc dubitat, dicitur dubitare de fide Catholica, ut verbis ipſius Baldi utar in conſ. 447. incipien. Quæritur utrum, n. 28. lib. 3. & Abb. poſt eum in ſua quæſt. 1. incipien. Epiſcopus, col. 2. in fin.
26 & col. 3. in prin. Hæc autem maximè procedunt in officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, in quibus Romanus Pontifex abſolutè poteſt omnia, c. 2. ibi plenaria diſpoſitio, de præbend. lib. 6. & Clem. 1. in fin. ibi, plena, & libera diſpoſitio, ut lit. penden. Un-

27 de poteſt quem privare titulo beneficii, etiam nulla ſubſiſtente cauſa. Ad quod conſuevit allegari gloſſa celebris in d. c. Per principalem, in ver. [illegible], 9. q. 3. & tenent Gemin. in c. Si gratioſe, ſub 3. in prin. verſ. Nota iſtam gloſſam de reſcript. lib. 6. & in conſ. 8. incipien. Super præmiſſis, n. 5. & 6. verſ. Papa autem libere, conſ. 88. Innoc. Papa in princ. verſ. ex prædictis, & conſ. 53. [illegible] reſponſione num. 1. verſ. [illegible] præmiſſo, Card. in Clem. 1. in 10. notab. ut lit. penden. Roman. conſ. 298. incipien. Circa præmiſſa, n. 2. verſ. Et ſi hæc vera ſunt. Jaſ. in l. final. n. 17. ff. de pact. & in d. l. Barbarius, n. 43. ff. de offic. Præt. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. 634. incipien. Credo [illegible], & alii apud Anton. Gabriel. in tit. de jure quæſit. non toll. concluſ. 1. n. 9. Rationem aſſignat Aufrer. in [illegible] quæſt. 1. col. 3. num. 4. quia tituli beneficiales ſunt de jure poſitivo, c. 1. & c. 12. [illegible]. Unde non mirum ſi ſubſint omnimodæ diſpoſitioni Romani Pontificis, qui eſt ſupra omne jus humanum poſitivum, cap. Propoſuit, &
28 ibi omnes notant, de conceſſ. præbend. Aliam rationem reddit Paul. de Caſtro conſ. 415. incip. In ſatis præſenti, num. 4. verſ. Præterea, lib. 1. Quia ſicut Imperator poteſt auferre rem privati, & dare militibus in præmium, l. Item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vendicat. Ita & multò magis Papa poteſt auferre rem unius Eccleſiæ, vel Clerici, & dare alteri: nam beneficiatus non habet dominium, neque utile, neque directum, ſed eſt conſtitutus procurator, & adminiſtrator à Papa, ut in cap. 2. de [illegible]
29 donat. & idem repetit conſ. 46. Viſo, & examinato, in fin. verſ. Plus videtur, & num. 3. verſ. [illegible]. Et cùm omnia beneficia ſint libera, & manualia Papæ, & aliis conceſſerit jus diſponendi, ſi ad ſe revocat, neminem lædit, quia quod ſuum eſt vendicare poteſt, ut per Aeneam de Falcon. de reſervat. in ſecundo præludio. Quinimò in tantum Papa in beneficialibus habet poteſtatem abſolu-
30 tam, ut ſecundum Hoſt. Joan. Andr. & Anton. de Butr. in c. Si non animaliter de poſtul. Prælat. poſſit etiam Epiſcopum invitum transferre, & removere, quia Epiſcopus reſpectu ad Papam ſe habet ut Monachus reſpectu ad ſuum Superiorem, qui non habet contradicendi poteſtatem, & ſequitur Jaſ. in d. l. final. num. 17. ff. de pactis. Quæcunque au-
31 tem ſupra dicta ſunt de beneficiis, obtinent etiam in officiis Eccleſiaſticis, quorum omnium plena diſpoſitio ad Romanum Pontificem noſcitur pertinere in conferendo, removendo, & ſimilibus, ut formaliter inquit Petr. de Anchar. conſ. 188. Viſis conſiliis, num. 4. verſ. Et maximè in materia.

32 Ad partem verò negativam, id eſt privationem prædicti officialis de Correctoris officio de jure non ſuſtineri, multa ſimiliter induci poſſunt. Sed ad evidentiam præmittendum eſt primò officia ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ex ſui natura eſſe perpetua, ſicut beneficia Eccleſiaſtica ut plenè probavi in cap. De rectoribus, à num. 12. ſupra eod. & quamvis eſſent manualia, nihilominus officialis prædictus fuit declaratus ad Correcto-
36 ris officium à majori Pœnitentiario, & à Papa confirmatus per litteras in forma Brevis cum illis verbis: Ad vitam, quæ clarè inducunt officii perpetuitatem, Textus, & gloſſ. 1. in l. 1. ff. [illegible] & tradit Abbas in cap. Cùm inter, n. in 3. notab. de elect. & in cap. Ad noſtram, num. 7. de conſuetud. [illegible], & Rota deciſ. 334. n. 1. par. 3. diverſ.

Per



37 Præmittendum ſecundò, officia Eccleſiaſtica perpetua regulari ad inſtar beneficiorum, & dignitatum, quæ in titulum conferuntur: æquiparantur enim Officium, Perſonatus, & Dignitas, ut eſt textus in d. c. De conſuet. lib. 6. & notat Federic. de Senis conſ. 20. in princ. & num. 3. verſ. Sed quod officia Pœnitentiariæ, & num. 4. in fin. verſ. Item quod non acquiratur, & nu. 5. in col. antepenult. n. 7. Et de his officiis mixtis Sac. Pœnitentiariæ, quæ Ordinem ſacrum habent annexum, tradit Sarnen. in regula de infirm. quæſt. 22. verſ. Aut loquimur
38 de officio mixto. Etenim officialis perpetuus habet titulum, ut per Gemin. conſ. 79. incip. Super primo dubio, n. 2. verſ. Sed illam receptionem. & perpetua hujuſmodi officia reſignantur in manibus Papæ, ſicut beneficia Eccleſiaſtica, c. Quoniam dubia, & c. Admonet, de renunt. & tradit Rolan. à Valle conſ. 11. Omiſſis philacteriis, n. 8. lib. 2. poſt Nicol. de Ubald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in prima par. num. 31.

39 Demum præmittenda videntur ipſamet verba, quæ in propoſito præmiſit Alex. conſ. 216. in princ. lib. 2. videlicet nec arguendi ſumus ſi de Principis poteſtate, prout in conſultatione præſenti accidit, diſputare contingat, cùm Imperatori, & Pontifici poteſtates limitatæ tributæ ſint, ut plura ſint, in quibus eorum authoritas verſari non poteſt, patet in c. Litteras, de reſtit. ſpoliat. & in c. Cùm ad Monaſterium, in fin. de ſtatu Monach. c. Sunt quidam, 25. q. 1. & quod legitur, & notatur in c. Ex publico, de convers. conjug. & plenè Specul. in tit. de leg. §. Tunc breviter dicendum. Hæc Alexander, ubi Adden. lit. A. plures citant concord.

His præmiſſis ad hanc partem, videlicet privationem non ſuſtineri, inducuntur infraſcripta.

40 Primùm enim omnia jura clamant inhabilem ad officium exercendum propter morbum perpetuum, & incurabilem non poſſe ab officio, ſeu beneficio prius habito amoveri, ſed tantummodò dandum eſſe illi coadjutorem. Caſus apertus eſt hic, & in c. Ex parte, ibi, gravi, & incurabili morbo, ſupra eod. ubi redditur ratio, quia afflictio afflicto non eſt addenda, ſed potiùs ejus miſeriæ miſerendum, & in c. un. §. Verum, ibi, perpetuo impeditus, infra eod. lib. 6. ubi gloſſ. in ver. Perpetuo, & nc nota, inquit, quod licet ægrotans laboret morbo incurabili, non removetur, ſed datur ei coadjutor, & conſentiunt ibi Joan. Monach. Archid. Gemin. Franc. & omnes, Hoſtien. in d. c. Ex parte, in princ. in ver. Incurabili, & ibi etiam Cardin. & Anchar. ambo in 1. notab. Vitalin. in Clem. Cupientes, n. 45. de pœnis, ubi ait, (ſuſpenſum ab officio ſine culpa, vel delicto ſuo, ſicut eſt quando caſu, vel ſenio, aut morbo perpetuo, ſeu incurabili redditus eſt inhabilis, ſeu impotens deſervire officio, non deſinere eſſe intitulatum, nec propterea privandum eſſe, ſed ſolvendum eſſe ſtipendium alicui, qui pro ipſo deſerviat illi officio) allegat d. c. un. & c. Ex parte, ſuprà eod. & textus in præſenti. Idem firmat Hoſt. hic num. 1. in ver. Coadjutor, dicens, hoc incunctanter tenendum, Joan. Andr. in eod. verbo, n. 1. & 2. Henric. Boich. n. 3. & 4. Butr. in 1. notab. Archid. in ſumma 7. q. 1. in gloſſ. Adde, & fuſius dictum eſt ſuprà in 1. notab. & in 1. quæſt. & ex facto reſpondit Petr. de Anchar. in conſ. 188. incipien. Viſis conſiliis, qui loquitur in Generali perpetuo Humiliatorum, qui ex cauſa ſupervenientis dementiæ à Summo Pontifice amotus fuit



ab officio Generalatus, & conſuluit litteras ad inſtantiam partis deſuper impetratas non valere, nec debere executioni demandari tanquam contra jus. & n. 7. rationem reddit, quia valetudo corporis, dementia, vel defectus alius ſuperveniens abſque culpa non eſt juſta cauſa removendi ab officio, ſed dationis coadjutoris, ut ibi per eum, & ſequitur Navarr. dicens, hanc eſſe communem opinionem, in conſ. 1. n. 1. [illegible].

41 Idque pro regula in hac materia conſtituunt paſſim Doctores. Hæc autem regula in ſpecie procedit non ſolùm in eo, qui amiſit officium linguæ, de quo eſt caſus hic, ſed ex identitate, ſeu majoritate rationis, etiam in illo qui amiſit officium oculorum ut in caſu præſenti, quemadmodum hic tenet gloſſa 1. Hoſt. in prin. Joan. Andr. n. 4. Boich. n. 4. Butr. n. 19. & concordant leges
42 civiles. Nam cæcus quamvis ad novum Magiſtratum aſpirare prohibeatur, tamen retinet Magiſtratum priùs acceptum, ut eſt textus in l. 1. §. Caſum, & §. Quamvis autem, ff. de poſtul. & in l. Cæcus, juncta gloſſ. in ver. [illegible] ff. de judic. Nec mi-
43 rum, quia & furioſus retinet Magiſtratum ante furorem obtentum, l. 1. Qui furere, ff. de ſtatu hominum & l. Cùm furioſus, ff. de judic. & de utroque notat Specul. in tit. de legat. §. 1. verſ. Sed nunquid cæcus, & in cæco reſpondit Abbas, conſ. 47. incipien. Videtur primo, per totum, lib. 1. Facit optimè textus in cap. Quemadmodum, §. Quod ſi poſt hujuſmodi, ſupra de jurejur. ubi mulier, cum qua quis juravit contrahere, ſi ante contractum matrimonium oculos, vel naſum amittat, aut quid deterius ei contingat, repelli poteſt, ſecus ſi poſt. Nec refert quod cæcus non poſſit judicantis officio fungi, & in ſcriptis ſententiam ferre, prout tenetur l. 1. & l. fin. C. de ſentent. ex periculo recitan. Quoniam etſi non poſſit per ſeipſum, poterit tamen per alium quod factu eſt, ut notat gloſſ. & Bart. in d. l. fin. hoc enim operatur neceſſitas ſuperveniens, cujus ratione multa permittuntur aliàs prohibita, ut hoc tit. per totum, & l. Longius, ff. de judic. ſecundùm Abb. d. conſ. 47. n. 4.

44 Quod multò clariùs procedit hoc caſu, quia Corrector Pœnitentiariæ duplex habet miniſterium. Unum ſcilicet corrigendi ſupplicationes, & hoc poteſt cæcus probè adimplere per ſeipſum faciendo, ut ſupplicationes ſibi legantur à Procuratoribus Pœnitentiariæ, ut moris eſt. Alterum conſulendi, & votum ſuum in Congregationibus proferendi, quod per ſeipſum præſtare poteſt: nam cæcus non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur obire munera, quæ conſilio adimplentur, ut l. 2. §. Corporis, ff. de vacat. muner. & notat gloſſ. in l. 1. C. Qui morb. ſe excuſ. lib. 10. in ver. Perſonalium, quæ dicit, cæcum non excuſari à conſilio, vel patrocinio, quia ingenio poſſet cui vim natura negavit, & Joan. de Anan. in cap. Licet, nu. 4. infrà de Cenſibus, ubi ait, cæcum cogi poſſe ſi ſit ſapiens, ut conſiliis interſit, ut ibi diximus n. 13. Sed & Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum jampridem reſpondit, cæcitatem non privare aliquem ex voto, quod aliàs haberet, ſi cæcus non eſſet.

Corroborantur etiam prædicta ex Bulla Pii V. Reformationis Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, quæ incipit, In omnibus, in Bullario, tom. 2. pag. 281. ubi ſic legitur: Omnes verò ſupradicti (ſcilicet officiales, inter quos & Corrector, officia ſua per

S ſeipſos

ſeipſos exerceant, ſolique præſentes, & actu exercentes, niſi legitimè impediti, fructus, & emolumenta percipiant.) Ecce igitur verba Conſtitutionis clara, quæ legitimè impeditis, qualis eſt ægrotus, concedunt non tantum officii retentionem, ſed etiam illius fructus, & emolumenta. Bulla intelligi debet etiam de impeditis morbo perpetuo, & incurabili, ut ſic recipiat interpretationem paſſivam à jure communi, juxta textum in l. 2. C. *de pacti. cum ſimil.*

45 Secundò principaliter inducitur textus in cap. *Scripſit, 7. q. 1.* ubi Gregorius: (Omninò, inquit, injuſtum eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo privetur ægrotus; Atq; ideò hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex ejus depoſitione veniat.) Hæc ibi, & pondera, quia non dixit, *per nos fieri non debet*, ſed *nullatenus poteſt*, quæ verba negant potentiam, & reddunt actum ipſo jure nullum, ut notat gloſſa ordinaria in c. 1. in ver. *Non poteſt, de reg. jur. lib. 6.* & ſcripſi

46 plenius in c. *Cauſam, n. 21. & ſeq. de elect.* Item pondera rationem illam, *ne anima peccato involvatur*, quæ inſinuat in Eccleſia non eſſe hanc poteſtatem removendi quem ab officio ex ſola cauſa ægritudinis; nam ad peccatum non ſe extendit poteſtas Eccleſiæ, imò nec potentia Dei, quia poſſe peccare eſt poſſe deficere in agendo, quod repugnat omnipotentiæ, & præclarè docet S. Thomas in 1. *par. quæſt. 25. art. 3. ad 2.* & in his terminis Bellam. in c. *Per principalem, nu. 87. verſic. Secundò igitur hoc probo, 9. quæſt. 3.*

Tertiò, ad idem adducitur textus in c. *Quamvis, 7. q. 1.* ibi: (quia viventem ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis, non crimen abduxit alium loco ejus, niſi recuſante eo, nulla ſinit ratio ordinari.) concordat textus in cap. *Petiiſti, eadem cauſa, & quæſt.* ubi Zaccharias Papa (Nimis (inquit) reprehenſibile eſſe manifeſtum eſt, ut te vivente tibi alium ſubſtituamus, & loquitur de inhabili propter ſenectutem, & corporis inhabilitatem.

Quartò, ad idem allegatur c. *Satis perverſum, 56. diſt.* ubi idem Gregorius generaliter ſic ait: (Satis perverſum, & contra Eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, ut fruſtrà pro quorundam voluntatibus quis privetur, quem ſua culpa, vel facinus ab officii, quo fungitur, gradu non dejicit.) Hæc ibi, & loquitur Gregorius de remotione inferiorum Clericorum, ut ibi per gloſſam, & Archid. Unde per illum textum Rebuff. *in tract. nominat. q. 21. n. 65.* dixit *perverſum eſſe*, ut à Papa ægrotus privetur ſuis officiis, vel beneficiis, quia debent eſſe perpetua, c. *Præcepta, 55. diſt.* & Papa pleniſſimam habet poteſtatem antequam conferat, poſtea non ut auferat, allegat Barbat. in c. *Quod tranſlationem, n. 121. de offic. leg.* ubi idem aſſerit per c. *Inventum, 16. q. 7.* & Abb. in c. *fin. de confirm. util. vel inutil.*

47 Quintò, allegatur c. *Conquerente, de reſtit. ſpoliat.* ubi dicitur: (Non decet honeſtatem Superioris ſine manifeſta, & rationabili cauſa, aliquem ſuis beneficiis ſpoliare, imò tenetur illis paterna proviſione conſulere) quem textum in remotione facta per Papam allegat Roman. *conſ. 345. circa primum, n. 14.* omnis autem indecentia in Principe eſt impoſſibilis, ut in propoſito inquit Henr. Boich. in c. *Nulla, col. 2. poſt medium, infra de conceſſ. Præb.* poſt Jo: Monach. quem allegat ſub nomine Card. in c. *Super eo, ſub n. 3. de hæretic. lib. 6.*

48 Sextò, ad idem eſt textus notabilis in cap. *Cum percuſſio, 7. q. 1.* ubi gloſſa format caſum: (Caluminioſus Clericus corporalem patiebatur percuſſionem, cujus occaſione Candidus Epiſcopus de Urbe veteri ipſum beneficio Eccleſiæ ſpoliavit. Super quo cùm Gregorius querela pulſaretur, præcepit Candido quatenus omnia ſibi reſtitueret; quia ſi pro ægritudine Eccleſia privaretur, & Deus offenderetur, & alii non invenirentur, hoc exemplo deterriti, qui vellent Eccleſiæ militare.) Hactenus verba gloſſæ, quæ ſubdit iſtum caſum colligi ex textu ibi, juncto c. 1. *ſuprà hoc tit.* quæ eſt pars d. c. *Cum percuſſio*, ut patet ex parte deciſa, & ex ſupraſcriptione, ut ibi notat Jo. Andr. & Card. ambo *in princ.* Hæc autem jura dupliciter probant Clericos inferiores non eſſe ab officio removendos, etiam per Papam ex cauſa ægritudinis corporalis. Primò, quia id fieri non poteſt ſine offenſa Dei, & peccato, ut patet ex litterà d. c. *Cum percuſſio*, ibi, *ne nos culpa, quod abſit, offenſa reſpiciat*; & poſt gloſſ. præalleg. & Hugon. notant in d. c. *Cum percuſſio*, Archid. *num. 1.* Bellam. & Gemin. ambo *in princ.* & Turrecr. *in fin.* Papæ autem authoritas, ut prædixi, ad peccatum non ſe extendit, & propterea Gregorius apertè ibi loquitur de peccato

49 Papæ, dum ait: *Ne nos culpa, &c.* Deinde quia textus in d. c. 1. reddit rationem illam cur hoc fieri non poſſit, videlicet quia ſi alii hoc eſſent exemplo deterriti, non invenirentur qui vellent Eccleſiæ militare. Ex quibus verbis Abb. *in 2. notab.* ſingulariter ait: (Nota quòd Clerici non debent inhumaniter tractari, ne alii terreantur à clericatu; hoc enim videtur turbare ſtatum Eccleſiaſticum ne dum præſentem, ſed etiam futurum, & poteſt adduci hæc ratio multum notabilis in argumentum, quòd Clericus non debet privari beneficio ſuo ſine cauſa, etiam per Romanum Pontificem; Nam ſi exiſtenti in infirmitate, & ſic in impotentia ſerviendi, non debet ſubtrahi beneficium, ne ex hoc turbetur ſtatus Eccleſiæ: ergò multo fortius ubi nulla ſubeſt cauſa rationabilis. Papa autem non eſt tolerandus volens turbare ſtatum Eccleſiaſticum ſine cauſa rationabili, ut notabiliter dicit Innoc. in c. *Quanto, ad fin. verſ. Tamen ſi Papa talia faceret, de conſuet.* Hactenus verba Abbatis. Idem firmat Cardin. *conſ. 142.* incip. *Punctus quæſtionis, n. 3. & 4.*

50 Septimò, principaliter cùm officiali prædicto jam eſſet plenè quæſitum jus perpetuum per confirmationem, & inſtitutionem Apoſtolicam, ut oſtenſum eſt ſuprà in *2. prælud. n. 34.* non potuit jure ſuo ſine rationabili cauſà privari: nam, ut formaliter inquit Card. in d. *conſ. 142. num. 2. verſ. Sed his litteris non obſtantibus.* (Hoc eſt contra æquitatem naturalem, ut quis jure ſuo ſine culpa, & ſine juſta cauſa privetur, cap. 2. *de Conſtitut. & reg. ſine culpa, lib. 6.* Unde dicit Canon, Quiſquis alicui jus ſuum detrahit, injuſtitiam facit, cap. 1. 22. *diſtinct.* & gloſſ. ibi in verbo *Injuſtitiam*, dicit, nec Papam debere uni detrahere, ut det alteri, niſi ſubſit cauſa. Quòd ſi hoc eſt injuſtum; ergò illicitum, & peccatum, & ſic etiam Papæ inconveniens, qui debet omninò juſtè judicare, c. *Ex ore, de privileg.* cùm ejus ſententia faciat jus quoad omnes, ut cæteri debeant ſimiliter judicare, cap. *In cauſis, de re judic.* nam & ejus geſta conformari debent Redemptori noſtro, cap. *Significaſti, de elect.* Dicunt autem Theologi, omne indecens eſſe Deo impoſſibile. Quæ autem decentia, vel juſtitia poteſt eſſe, ut quis privetur jure ſuo forte vigiliis, expenſis, & laboribus quæſito? c. *Super hoc, de renunciat.* & præcipuè in Papa, qui debet habere meliorem ſolum omnibus aliis, c. *Officiu, 24. q. 1.*) Hactenus verba Cardin. cujus conſil. ſequitur Jaſ. *conſ. 145.* incip. *Circa primum, n. 3. verſ. Iſtud idem, vol. 2.* & Rebuff. *in praxi beneficiar. in tit. de non tollen. jur. quæſ. in gloſſ. 6. n. 13.* ubi ait: (Quamvis Papa in beneficialibus plenariam habeat poteſtatem conferendi, uniendi, dividendi, & alias jure diſponendi; tamen jus parti quæſitum tollere non intendit, nec poteſt ſine peccato; nam quæ juſtitia poteſt eſſe, ut alicui tollatur beneficium tot laboribus acquiſitum ſine cauſa? Sanè hoc eſſet exercere poteſtatem ad deſtructionem, non ad ædificationem, quæ tamen ædificatio Papæ incumbit, ut divus teſtatur Paulus in ſuis Epiſtolis.) Hæc Rebuff. quæ latius proſequitur in tract. nominat. *q. 21. n. 65.* Unde non abs re Bart. in l. *fin. C. Si contra jus, vel utiI. publ.* dicit, nunquam potuiſſe intrare in caput ſuum quod Deus dederit illam poteſtatem Papæ, vel Imperatori, ut poſſit mihi auferre rem meam, vel beneficium ſine cauſa, ut referunt Adden. ad Abb. in c. *fin. ſub littera A. de confirm. util. vel inutil.* & conſentiunt Cotta *in memorab. in verbo Beneficium, pag. 73. & in ver. Papa, pag. 647.* Samen. *in proœm. regul. q. 2. & in reg. de non tollen. jus quæſit. gloſſa 6. n. 13.* Staphil. *de litter. grat. tit. de modo proviſ. nu. 11.* Navarr. in cap. *Si quando, except. 13. de reſcript.* Sot. *de juſtitia, & jure, lib. 3. q. 6. art. 2.* & in terminis revocationis conceſſionis officii plura in propoſito cumulat Bolognet. *conſ. 3. num. 26.* & quamvis nonnulli diſſentiant, hæc tamen opinio eſt communior, & rationabilior, ut patet ex relatis ab Anton. Gabriel. *in præalleg. tit. de jure quæſ. non tollen. concluſ. 1. num. 10. verſ. Contrarium*, & eſt ex mente Sancti Thomæ, ut dicam infra *num. 67. in fin.*

51 Octavò, principaliter quatenus privatio officialis impugnari non poſſet ex defectu poteſtatis Papæ, in qua nihil audeo firmare; eſt tamen invalida ex defectu voluntatis, quia hujuſmodi litteras contra jus tertii Princeps vult non valere, quaſi obtentæ fuerint ipſo circumvento, l. *fin. C. Si contra jus, vel util. publ.* l. *Nec damnoſa*, & l. *Reſcripta, C. de precib. Imper. offeren.* quæ ſunt canonizata, 25. q. 2. Ita Bald. *conſ. 359.* incip. *Proponitur, n. 1. lib. 1.* Reſcripta enim quæ abſorbent jus tertii, præſumuntur per occupationem Papæ, aut per importunitatem, vel ambitionem impetrantium extorta; & ideo non valent, nec ſunt exequenda, c. *Ex parte*, & ibi gloſſ. *in ver. Occupationem, infrà de Cappell. Monach.* & cap. *Si quando, ſuprà de reſcript.* ubi dicit Pontifex: Patienter ſuſtinebimus ſi non feceris quod prava fuerit nobis inſinuatione ſuggeſtum, & per illum text. tradit Anchar. *d. conſ. 188. n. 7.* & plenius *conſ. 313. Niſi legibus, in princ.* Card. *d. conſ. 142. n. 6. & 7.* nam Sedes

52 Apoſtolica quandoque concedit non concedenda ex importunitate impetrantium, c. *Tuæ fraternitatis, ſuprà de Præbendis*, & cap. *Si quando, infrà de ſentent. excommun.* Quemadmodum & Imperator, in l. 1. *de petitionibus bonor. ſublat. lib. 10.* Per quæ datur materia obloquendi de Prælatis Eccleſiaſticis, & dicendi ubi eſt Deus Clericorum, quæ ſunt verba Cardin. in *conſ. 145.* incip. *Poſt hoc in conſil. in fin.* & propterea ut ipſe ait *n. 2.* talia impugnari poſſunt ex defectu intentionis concedentis. Imò diſplicet Papæ quando aliquis uſque adeò formidat reſcripta contra jus impetrata, ut non audeat reclamare d. c. *Si quando.* Ideoque debent talia extorqueri de manibus impetrantis, l. 3. *C. de officio Comit. Sacr. Largit.* Oldr. *conſ. 326. Quod articuli, n. 1. in fin.* & ab omnibus judicibus retutari, dicit textus in c. *Reſcripta, 25. q. 2.* & notat Anchar. *conſ. 240. Per prædicta in princ.*

53 Et confirmatur hæc quæſtio voluntatis ſecundum Card. in præalleg. *conſ. 142. num. 2. verſ. Confirmatur*, quia non eſt de mente Papæ cum alterius jactura aliquid ſibi applicare, cap. *Ecce, 99. diſt.* & quod ibi notatur in gloſſ. 1. ergo longè majus ad commodum alterius, cum omnibus aliis præferre debeat Sedis Apoſtolicæ dignitatem, nec permittere ipſam pro aliis confundi, c. *Niſi, de author. &*

54 *uſu pall.* Hinc fit, ut ſi Papa alicui conferat beneficium cum clauſula, *non obſtante collatione alteri facta*, intelligitur de collatione invalida, non autem de valida, ut probat Alex. *conſ. 1. ex his quæ, n. 3. lib. 5.* & fuit originaliter opinio Compoſtell. in cap. *Cauſam quæ, nu. 13. verſ. Et per eaſdem rationes, ſuprà de reſcript.* quæ non habet contradictorem, ut ibi atteſtatur Felin *n. 19. & 25. in fin.* Sarnen. *in reg. de jure quæſ. non tollen. qu. 1. num. 2.* Et ſi-

55 militer ſi conferat pluribus idem beneficium, præfertur primus, etiamſi ſecundus poſſeſſionem obtinuerit, quia Papa non præſumitur velle contra jus, ut per Roman. *conſ. 298. Circa præmiſſum, num. 2.* ubi dicit communem, quod procedit etiam in gratia motu proprio, niſi derogetur juri quæſito ſecundum Alex. d. *conſ. 3. n. 7. verſ. Accedit.*

56 Nonò, principaliter multum ſtringit, quod beneficium Principis decet eſſe manſurum, l. *Beneficium, ff. de Conſtitut. Princip.* c. *Decet, de reg. jur. lib. 6.* & c. *Si eum, de Preben. eod. lib.* Card. *conſ. 142. n. 6. verſ. Et præcipuè ſi quam gratiam fecit*, adeò ut Bald. *in proœm. Decretal. in verbo Gregorius, num. 13.* dixerit: Quædam Papæ ſunt poſſibilia, quæ tamen non ſunt honeſta, nec laudabilia, ut beneficium revocare: allegat notata in c. *Quod dilectio, de conſanguin. & affinit.* in c. *Perveniſt, de immunit. Eccleſ.* & in c. *Cum veniſſet, de judic.* per Hoſtien. Ad

57 quorum confirmationem conferunt quæ eleganter ſcribit idem Baldus *conſil. 327.* incip. *Hodie enim, in primo volum. nu. 4.* ubi primò aſſerit, (Principem fingi circumventum, quando etiam motu proprio revocat ſuam conceſſionem, adeò ut contrarium probari non poſſit, quaſi hæc ſit præſumptio juris, & de jure, quæ probationem in contrarium non admittit: & ita ſecundum eum ampliatur quod dicitur in cap. *Cum olim, de re judic.* quòd ſecunda conceſſio contraria primæ non valeat, allegat bonum textum in l. *Prædia, C. de locat. præ-*

58 *diorum civil. lib. 19.* ac deinde ſubdit: in Principe tamquam juſtitiæ fonte debet eſſe conſtans, & perpetua voluntas, & convenit ei illud verbum, *ſemel locutus eſt Deus*, & iterum *quod ſcripſi, ſcripſi*: Unde Princeps debet habere unum calamum, & unam linguam, & non plures linguas, quia ſcriptum eſt, *quæ proceſſerunt de labiis meis, non faciam irrita*; & ideò debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis; & ſicut polus in cœlo.) Hæc Baldus, quæ totidem verbis refert, & ſequitur Dec. *conſ. 293.* incip. *Pro tenui facultate, num. 9.*

59 Quæ maximè vendicant ſibi locum in Principe Eccleſiaſtico, in quo variatio plurimum damnatur, quia eſt quædam illuſio, c. *Quidam, de renunc.* Clem. *Cum illuſtr.* eod. tit. & notat Card. in præalleg. *conſ. 142. n. 5.* dicens: (Si quam gratiam fecit Papa, quæ ſit conſummata, debet eam de facili revocare; eſt enim ſumma vilificatio dignitatis Apoſtolicæ & ſtatus Eccleſiaſtici, ut ex nulla rationabili cauſa fiant mutationes in officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, c. *Querimoniam, de jure patr.* & loquitur de revocatione facta motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ac ab eodem Principe, qui gratiam fecit, ut patet ex themate conſilii, & n. 1. prout & Bald. loquitur d. *conſ. 327. n. 3. verſ. Item Cæleſtinus, lib. 1.* Sed & Gemin: *conſ. 58.* incipien. *Quo* [illegible], *n. 2.* (Non præſumitur (inquit) quod Dominus Papa ita de facili revocet ea, quæ fecit, immò omnis diſpoſitio facta per eum contra ea quæ fecit, cenſetur ſubreptitia, & non valet, quia præſumitur circumventus contra ea, quæ leguntur, & notantur in c. *Ex parte, il primo, de offic. deleg.* & in c. *Cum olim, de re judic.* & *infra n. 5.*
61 Non præſumitur quis velle ſua judicia impugnare, notaretur enim talis de variatione, inconſtantia, & illuſione, quæ reprobatur à jure, maximè in omnibus Eccleſiaſticis, fortius ergo in Papa.) Hæc Gemin. Unde Baldus in cap. 1. n. 1. *de natura feud.* arguit contra Cæleſtinum Papam, qui de mane conferebat gratiam, & de ſero auferebat, & alteri cōferebat. Cujus dictum refert Andreas Bonbat. *in ſuo conſ. 1. n. 1. vol. 1.* & conſentiunt quæ in propoſito notat Abb: *in conſ. 41. incip. Videndum eſt, n. 4. verſ. Item poſſit non immerito attentari, lib. 1.*

62 Decimò, ſecundum Card: *in præal. conſ. 142. n. 3.* is qui accepit officium, vel beneficium ſibi collatum, videtur per quaſi contractum ſe obligare ad illius adminiſtrationem, c. *Niſi, de renunc.* & hæc eſt ratio cur beneficiatus non poſſit beneficium dimittere ſine Superioris licentia, cap. *Admonet*, & c. *Quod in dubiis, eod. tit.* Talis ergo contractus non debet ſine cauſa diſſolvi, per ea quæ notat Innoc. in c. *Quæ in Eccleſiarum, de Conſtitut.* nam & Princeps obligatur ad obſervantiam contractus per ſe initi cum ſubditis, c. 1. *de probat.* per quem textum ſic notant Cyn. & Bald: in l. *Digna vox, C. de legibus*, quod ergo debet in ſeipſo, tenetur & in aliis obſervare. Ita arguit Card: *ubi ſupra*, & Alex: *d. conſ. 216. n. 4. & 8. lib. 2.*

63 Undecimò principaliter, officium, de quo agitur fuit officiali conceſſum in remunerationem laborum, quos diu ſuſtinuerat, ac jugiter ſuſtinere non deſiſtebat pro Sede Apoſtolica, ut patet ex verbis narrativis Papæ, ſuper quibus fundatur ejus intentio, ut plenè deducit Petr. de Anchar. *in conſ. 295. incipien. Pro clariori evidentia, n. 7.* ſed ita eſt, quod conceſſio in remunerationem non dicitur mera liberalitas, vel donatio propriè, ut tradit Bartol. *in proœm. C. Fatum, num. 14. verſ. Præterea probo per l. Sed ſi lege, §. Conſuluit, ff. de petit. hæred.* & l. *Aquilius*, & l. *Si pater, §. Si quis, ff. de donat.* & Canoniſtæ, præſertim Abb. *in rubr. infra de donat.* per l. 1. ibi, & propter nullam aliam cauſam, *ff. eod.* ſed potiùs eſt debitum juſtitiæ, ut per Anchar. *loco citato*, ergo hujuſmodi conceſſio eſt omninò irrevocabilis, ut *d. §. Si quis*, & firmat Alex. *d. conſ. 216 n. 2.* & Parif. poſt alios *in conſ. 11. incipien. Caſtrum illud per Summum Pontificem, n. 44. & ſeq. lib. 1.* ob
64 quam rationem videmus, nec privilegium conceſſum à Principe propter benemerita poſſe revocari, ſicut non revocatur debitum naturale ſolutum, & reſpondit Oldr. *conſ. 266.* incipien. *Quod autem per revocationem nuper factam per Dominum Papam, n. 7.* & Alex: *loco proximè citato.* Sic etiam privilegium conceſſum Auditoribus Rotæ in remunerationem laborum eſſe irrevocabile, quia tranſivit in contractum, conſuluit Roman. *conſ. 456. incip. Quod indultum, n. 14. in fin. verſ. Septima principalior ratio*, quem refert, & ſequitur Petr. Rebuff. *ſuper concord. in præfat. ad rubr. de collat. ante fin. verſ. Item quando privilegium*, & in terminis officii conceſſi propter benemerita, dixit Rota *d. 334. num. 1. verſ. Et tanto magis, par. 4. diverſ.* poſt Bolognett. *conſ. 3. num. 132. uſq. ad num. 137.* &
65 *conſ. 2. d. n. 42.* Quod adeò verum eſt, ut conceſſio à Principe facta propter benemerita, ſeu ex cauſa remunerationis revocari non poſſit, etiamſi ingratitudo ſuperveniat, prout per d. l. *Si pater, §. Si quis, ff. de donat.* ſcripſit Alex: *d. conſ. 216. num. 2. & 3.* poſt Bald: quem citat in l. *Si cum mihi, ff. de dolo*, & ſequitur Felin. in cap. 1. *num. 10. ver. Secunda diſpoſitio, ſupra de reſcript.* Dec. *conſ. 186. incip. Pro* [illegible], *n. 4.* Anton. Gabr. *lib. 2. reg. 6. in tit. de jure quæſit. non tollen.* & latiſſimè Tiraquell. in l. *Si unquam, num. 14. de revocat. donat.* ubi exemplificat in quadragintaquinque privilegiis.

66 Duodecimò, principaliter; Eſto Papa de plenitudine poteſtatis poſſit, ſi velit, quem officio, vel beneficio ſuo privare, etiamſine cauſa, tamen ut verbis utar Præpoſiti in cap. *Per principalem, num. 9. verſ. Et retenta opinione gloſſæ 9. quæſt. 3.* Tenebitur mihi Papa ſi aufert à me beneficium meū ſine juſta cauſa, de æquè bono providere, per ea, quæ notat Innoc. in cap. *Niſi cum pridem, de renunc.* Paul. de Caſtro in l. *Digna vox, C. de legibus.* Bald: poſt gloſſam in cap. 1. §. *Ad hæc, de pace juram. fir-*
67 *man. in uſibus feudorum.* Poteſtas enim Papæ intelligitur, ut omnia poſſit clave non errante, ut notat Baldus poſt gloſſam 2. in c. *Quanto*, & ibi communiter ſequuntur Doctores *de ſententia excommun.* Graviter enim erraret clavis Papæ, ſi ſine cauſa privaret me beneficio meo, & non daret mihi recompenſam.) Hactenus Præpoſitus, qui paulò ſuperius n. 7. (Non negamus, inquit, quin in foro conſcientiæ Papa peccet, ſi injuſtè me beneficio meo privet non datâ mihi recompensâ.) Idipſum plenè tradit Hippol. de Marſil. *in ſingul. 634. circa fin.* & Rebuff. *in praxi benefic. in tit. de non tollen. jus quæſit. in gloſſ. 5. n. 16.* dicens: (Quando Papa tollit jus quæſitum alteri de plenitudine poteſtatis, tenetur illi de ſimili beneficio, vel de re æquivalenti, alioquin injuſtè agit, & tenebitur reddere rationem Deo optimo max.) Hæc ex illo. Et alios plurimos cumulat Carol. Tap. in l. *fin. ff. de conſt. Princip. c. 9. n. 6. par. 2.* Cujus rei extat memorabile exemplum apud Jo: Valer. *de differ. inter utrumq. forum, in ver. Electio*, differens. ubi refert Sixtum V. contuliſſe quandam dignitatem cuidam nobili Doctori Cæſaraugustano, & poſteà precibus Oratoris Regis Catholici, & in ejus gratiam abſtuliſſe dictam dignitatem à proviſo jam in Hiſpania agente, & cùm anceps eſſet Papa quonam modo hoc facere poſſet, conceſſit antidatam in favorem illius, in quem Rex Catholicus conferri cupiebat. Quod cùm prædictus Doctor Cæſaraugustæ cognoviſſet, rediit citò Romam, cui poſteà alia Dignitas fuit data in re-



recompenſationem, & ſatisfactionem ablatæ. Et in Cantoribus Capellæ Pontificiæ idem Sixtus V. ſtatuit, ut gravi ægritudine, aut corporis, ſeu vocis imbecillitate, vel alio legitimo impedimento detenti, à Collegio amoveri nullatenus poſſint, niſi eis prius de æquivalenti recompenſa fuerit omninò proviſum, ut in ejus Conſtitutione 38. *In ſuprema, §. 8. in Bullar. tom. 2. pag. 541.* Adhoc l. *Venditor, §. Si conſtat, ff. Commun. prædior.* l. *Si pendentes, §. Si quid cloacarum, ff. de uſufr.* l. *Si cum, §. fin. ff. Quemadmodum ſervit. amitt.* Per quæ jura dicunt Doctores, non poſſe Principem etiam de poteſtatis plenitudine ſine cauſa auferre rem privati, niſi data æquivalenti reſtauratione, ut per Alex: *conſ. 190. incip. Maturè digeſtis, n. 2. & 3. lib. 2.* & *conſ. 231. In cauſa, n. 2. verſ. Circa ſecundum, lib. 6.* Rolan. à Vall. *conſ. 69. In caſu præſenti per tot. maximè num: 14. & ſeqq. lib. 2.* Et quamvis hæc ardua ſit quæſtio, & utrinque ſit Doctorum caterva, tamen negativa opinio eſt communior, & rationabilior, teſte Fulgoſ. in d. l. *fin. C. De contrahen. jur. vel utilit. public.* & patet ex congeſtis ab Anton. Gabr. *in tit. de jure quæſit. non tollen. concl. 1. n. 1.* & eam amplectitur ſanctus Thomas *quodl. 12. art. 24. in fin.* dicens contrarias leges eſſe tyrannicas; & in propriis terminis officii latè conſuluit Bolognet. *conſ. 3. num: 16.*

68 Decimotertiò, & ultimò quatenus privatio officialis, & ſubſequens proviſio non eſſet nulla ex defectu poteſtatis, aut voluntatis, adhuc tamen impugnari poſſet ex defectu ſolemnitatis, quia ad privationem proceſſum fuit ſine citatione ipſius officialis. Explorati enim juris eſt etiam in beneficialibus requiri citationem, licèt procedatur de plenitudine poteſtatis, Clem. *Paſtoralis, circa fin. de re judic.* ubi redditur ratio, quia citatio eſt
69 ſpecies defenſionis, quæ à jure provenit naturali: Papa autem non eſt tantæ poteſtatis, ut poſſit auferre defenſionem oppreſſo, & ita per illum textum dixit Roman: *conſ. 521. incip. Circa proximam, n. 5.* Ad idem textus in cap. 1. *ſupra de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & in l. *fin. C. de legibus*, & ibi notant gloſſ. Bald: & Paul. de Caſtr. Roman: *conſ. 89. incip. Quamvis copiosè, num. 3. verſ. Nec potuit etiam citatio tolli, lib. 5.* & ſaltem de poteſtate ordinaria nequit Papa non ſervata ſolemnitate juris, id eſt non citata parte, ad privationem procedere, alioquin actus eſt nullus. Ita enim reſultat nullitas ſententiæ Principis ex defectu citationis, ſicut & ſententiæ Ordinarii inferioris. Hic eſt caſus in d. l. *fin.* & in aliis juribus ſupracitatis: & probatur per locum à ſpeciali in c. *Cùm olim*, ubi id notant Imola, Abbas, & Felin: *ſuprà de re judic.* & tradit Roman: in *conſ. 369. incip. Circa primum, n. 5. & 6.* ubi Mandoſ. *in addit. litera C. in ver. Legitimatio*, plurimos citat concordantes. Et in terminis Generalis Humiliatorum amoti per Papam ex cauſa dementiæ ab officio Generalatus non prævia citatione tradit Petrus de Anchar. d. *conſ. 188. n. 7. verſ. Deponere autem Prælatum non citatum.*

70 Et retenta hac opinione non videntur obſtare jura, & fundamenta in contrarium adducta. Et primò non obſtat c. *Si Evangelica, 55. diſt.* Quoniam ille Diaconus, cui oculus à Presbytero fuit effoſſus, non erat in aliqua adminiſtratione poſitus, cujus ratione aliquos certos reditus perciperet, ut in hoc caſu; atque ita non habebat officiū, ut patet ex dictis ſuprà *in prælud. n. 32.* ſed erat de quadam Collegiata Eccleſia, in qua plures erant Sacerdotes; & quia propter oculi amiſſionem in Presbyterum ordinari non poterat, idcircò ab Eccleſia amovetur, & alius in ejus locum ſubſtituitur, & ita ad illum textum reſpondet ad litteram Hoſt. *hic n. 1. in ver. Coadjutor*, Jo: Andr. *in eod. ver. n. 1. & 2.* & Butr. *in 2. notab.* Præterea Diaconus ille promoveri non poterat non tantùm quia oculum amiſerat, ſed etiam quia Presbyterum ad tantam iracundiam provocaverat, ut ibi advertunt Archid: *n. 3.* Gemin: *n. 4. & Præpoſ. n. 3.*

71 Non obſtat ſecundum, videlicet c. *Si quis Abbas, 18. q. 2.* Quoniam ille textus loquitur de Abbatibus vitioſis ex cauſa damnabili, non autem de ſenio confectis, aut corpore vitiatis, ut patet ex illa litera in princ. & ibi: *Etiamſi omnis Congregatio vitiis ſuis conſentiens, &c.* & notat hic Jo: And. *n. 1.* Butr. *n. 8.* Guidopapa *in princ. verſ. Numquam Abbas.* Archid: in c. *fin. n. 2. de ſupplen. neglig. Prælat.* & Turrecrem: in c. *Scripſit, 8. q. 1. ad fin. verſ. Ad quartam de Abbate, 7. quæſt. 1.* & dictum eſt ſuprà *n. 4.*

Non obſtat tertium, quia leges illæ loquuntur de honore temporali, nos autem de honore ſpirituali, & perpetuo, & alia eſt ratio in ſæcularibus cauſis, alia in Divinis, c. *Neutra, 2. q. 6.* & c. *Cæterùm, in fin. de conſecr. diſt. 5.* Ita in ſpecie ad illa jura reſpondet Hugo in d. c. *Si quis Abbas, 18. q. 2.* & poſt eum Archid: in d. c. *fin. num. 2. verſ. Ad hoc poteſt dici, de ſuppl. neglig. Prælat. lib. 6.* & Turrecr. *loc. cit. in reſp. ad 1. & 2. verſ. His habitis*, vel ſecundùm Archid: *ibidem verſ. Sed poſſet reſponderi*, illa l. *Si longius, ff. de judic.* loquitur in judice delegato, cujus juriſdictio de facili per Ordinarium judicem eum delegantem revocatur, cùm judicium ſolvatur vivente eo, qui juſſit judicare, ut l. *Judicium*, & l. *Sed etſi ſenium, in fin. ff. eod.* & notatur in cap. *Super quæſtionum, §. Porro*, in gloſſ. *in ver. Transferri, verſ. Dicas quod leges illæ, ſuprà de offic. deleg.* denique ut formaliter reſpondet Turrecrem. *ubi ſuprà:* Dictæ leges habent alias contrarias leges, in quibus cōtinetur, quòd propter furorem, vel cæcitatem ſupervenientem judex, vel Magiſtratus non debet removeri, ut *ff. de ſtatu homin. l. Qui furere*, & *ff. de poſtul. l. 1. §. Caſum*, & *ff. de judiciis, l. Cæcus.*

72 Non obſtat quartum fundamentum, nempe quòd amotio prioris officialis, & proviſio ſecundi emanaverit à Summo Pontifice, qui in his, quæ ſunt juris poſitivi, & maximè in beneficialibus habet poteſtatem plenariam. Nam reſpondetur in Papa duplicē eſſe poteſtatē. Alia eſt ſuprema, & abſoluta, quam alio nomine appellamus plenitudinem poteſtatis, eamque ſic diffinit Baldus in l. 2. n. 45. *C. de ſervitut. & aqua*; plenitudo poteſtatis eſt arbitrii plenitudo nulli neceſſitati ſubjecta, nulliſque juris publici regulis limitata: & ſecundùm hanc in beneficialibus juxta unam opinionem Papa abſolutè poteſt omnia, & ſola voluntas habetur pro ratione. Ita Gemin: *conſ. 8. incip. Super præmiſſis, num: 6. & 7.* quia pro libito ſuæ voluntatis poteſt in totum tollere jus poſitivum, ut idem Gemin: ait *conſil. 53. Pro reſponſione in princ. verſ. Quædam eſt poteſtas ſuprema*, & de hac ſpecie poteſtatis ſunt intelligenda, quæ in contrarium dicta ſunt ſuprà *num: 25.* De hac enim diſputare inſtar ſacrilegii obtinet, l. 2. *C. De crimin. ſacrileg.* cap. *Si quis ſuadente, §. Qui autem,*

Inſularum adjacentium augeri non poteſt etiam auctis redditibus ſine licentia S. Congregationis Concilij.

39 Numeri taxatio facta in vim Bullæ Pauli V. non computatis computandis iterum eſt facienda.

40 Novitius poſitivè poteſt in monaſterio, ubi commodè vivere nequit, dummodo poſtea collocetur in alio, ubi commodè ali poſſit.

41 Moniales ſupranumerariæ an, & qualiter recipi poſſint in monaſteriis, in quibus numerus eſt taxatus, & n. ſeq. uſq; ad n. 47.

42 Dos Monialis ſupranumerariæ quanta eſſe debeat.

43 Monialium decedentium loca non poſſunt concedi cuiquam puellæ ante vacationem.

44 Moniales ſupranumerariæ qualitates requiſitas habere debent tunc temporis, cùm loca eis promittuntur, vel dantur.

45 Monialibus ſupranumerariis ſatis eſt ut durante anno probationis alimenta à parentibus miniſtrentur, & poſt profeſſionem ex dote reditus augeantur quantum ſufficiunt puellis recipiendis.

46 Monialibus ſupranumerum recipiendis in monaſterio Placentiæ, Congregatio Concilii probavit, ut propinqui ultra dotem ſe obligent ad annuam præſtationem.

47 Et promiſſio facienda eſt monaſterio, & pecunia recta deferri debent ad manus Abbatiſſæ.

48 Moniales ſupranumerariæ non ſubrogantur in locum Monialium decedentium intra numerum, ſed ſemper remanent ſupranumerariæ.

49 In cæteris tamen ab aliis non differunt, ſed illis per omnia ſunt æquales.

50 Canonici ſupranumerarij cur ingrediantur locum Canonicorum decedentium intra numerum, Moniales ſecus.

51 Monaſteria de novo erigi non poſſunt niſi duodecim ſaltem Religioſi in eo habitare, & commodè ali poſſint.

52 Aliquando ſic erecta poſt diem 21. Junii 1625. ſubjecta ſunt omnimodæ juriſdictioni Ordinarii loci, & nihilominus remanet antiqua prohibitio, num. 54 verſ. Et noviſſimè.

53 Quod locum habet etiam in Religionibus Capuccinorum, Societatis Ieſu, & aliis, quæ non conſueverunt antea Miſſarum recipere.

54 Itemque locum habet etiam extra Italiam.

55 Monaſteria tam virorum, quàm mulierum an erigi poſſint de licentia ſolius Epiſcopi, & n. ſeq. uſq; ad n. 72.

56 Quid de jure communi antiquo.
Et quid ex Conſtitutione Bonifacij VIII. n. 59
Et quid ex Concilio Tridentino, n. 60.
Et ex Conſtitutione Clementis VIII. n. 65. & 87.
Et quid ex Bulla Innoc. X. n. 71. verſ. 4.

57 Monaſterij deſtructi reædificatio fieri non poteſt ſine licentia Epiſcopi, reparatio ſecus.
Novum dicitur cujus facies immutatur. ibid.

58 Monaſterij erectio ſuſtinetur ſi Epiſcopi conſenſus accedat poſt factum.

59 Mendicantibus ex Conſtitutione Bonifacij VIII. non licebat nova loca recipere, vel recepta mutare ſine licentia Papæ, niſi pro eremitica vita ducenda.

60 Monaſteria ex Concilio Tridentino an poſſint erigi ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, & num. ſeq. uſq; ad num. 72.

61 Quid in non mendicantibus, & eremitis.
Et quid in mendicantibus, n. 62.
Et quid in monaſteriis Monialium, n. 69.

62 Mendicantes qui ſint.

63 Correctio juris eſt favorabilis quando fit reditus ad jus commune antiquum.

64 Licentia quid ſit.

65 Monaſteria Mendicantium erigendi licentia quâ forma ab Ordinariis ſit concedenda ex Bulla Clementis VIII. & n. 87.

66 Eadem forma ſervari debet in erectionibus, quæ fiunt de licentia Ordinarij, non autem Sedis Apoſtolicæ.

67 Congregationi peregrinorum Ordinis Prædicatorum conceditur, ut ſine Epiſcopi conſenſu poſſint conventus erigere ubi non ſunt Epiſcopi.

68 Eccleſia ſecularis ab Epiſcopo erigi poteſt in monaſterium de conſenſu quorum intereſt, & ſine præjudicio Rectoris.

70 Vicarius Capituli ſede vacante an dare poſſit licentiam erigendi novum monaſterium.

71 Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis B. Mariæ Eulienſis, & Clericorum Regularium S. Pauli Decollati indulta erigendi monaſteria de ſola Ordinarij licentia expenduntur.
Monaſteria virorum in Italia poſt Bullam Innocentij X. erigi non poſſunt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, n. 71. verſ. Quartum.

72 Vicarius generalis Epiſcopi abſq; ſpeciali mandato an poſſit licentiam concedere novum monaſterium erigendi, & nu. ſeqq. uſq; in fin.

73 Mandatum generale non includit ea, quæ ob ſui gravitatem certæ perſonæ, vel dignitati à jure ſpecialiter ſunt commiſſa, & n. 84.

74 Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato non poteſt beneficium ſupprimere, & n. 86.

75 Vicario generali non cenſetur commiſſa facultas, quæ non competit de jure communi.

76 Vicario Epiſcopi regulariter non competunt quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ, & ſapiunt gratiam.

77 Licentia erigendi monaſterium eſt voluntariæ juriſdictionis, & gratiam ſapit.

78 Eccleſias & altaria dedicare ſolus Epiſcopus poteſt, non autem Vicarius.

79 Vicarius Epiſcopi ſine mandato ſpeciali non poteſt novam Dignitatem erigere.

80 Et ſicut non poteſt beneficium conferre, ita nec creare.

81 Monaſterium inſtitui non poteſt ſine Abbate, vel Priore, & Monachis.

82 Beneficia regularia duplicia quæ dicantur.

83 Et quæ ſimplicia.

84 Monaſterij ædificatio eſt de majoribus, quæ non tranſeunt in generali mandato.

85 Vicarius Epiſcopi non poteſt Eccleſias de loco ad locum transferre.

87 Ordinariorum appellatione, de quibus fit mentio in Bulla 99. Clem. VIII. qui comprehendantur.

1 NON AMPLIUS. Jo. Andr. non ſummat. Sic tamen ſummari poteſt. Numerus perſonarum in Monaſteriis inſtitui debet ſecundùm menſuram facultatum ipſorum. Hoc dicit, & non dividitur.

2 Nota primò in Monaſteriis tam virorum, quàm puellarum non plures eſſe recipiendos, quàm quot de illorum reditibus abſque penuria ſuſtentari valeant, ut hic eſt caſus deſumptus ex Concilio Arelatenſi, *cap. 8.* & hoc ne ad menſuram perſonarum quæramus poſſeſſiones, quod nimis avarum eſt; ſed ex poſſeſſionibus quæ ſunt, metiamur expenſas, ut in Auth. *Vt determin. ſit numer. Cler. poſt med. collat. 1.* ſecundùm Jo. Andr. *hic n. 3.* Cardin. *in*

3 *1. notab.* & Anchar. *n. 2.* Qua fit ut ſi quis impetraret reſcriptum, ut in tali monaſterio, vel Eccleſia reciperetur, obſtaret exceptio paupertatis, ut hic, & in c. *Si propoſuerit, ſupra de reſcript.* ſecundùm Hoſt. *in princ.* Abb. *n. 4. verſ. Vltimo*, idem Butr. *n. 2.* & Imol. *n. 1.* qui ex hoc notant in Eccleſia non numerata ſemper competere exceptionem ut plures non recipiantur, quam ex bonis ipſius poſſint ſuſtentari ſine penuria.

4 Fallit hoc ſi Papa faceret Canonicos, vel Dignitates honorarias, ſecundùm ea, quæ notantur in c. *Super inordinata, ſupra de preben.* ut *hic* Hoſt. *n. 2.* & vide quod de his Dignitatibus ventoſis notat Bald. in c. *Cùm olim, n. 8. ſupra de conſuetud.*

5 Quamvis autem præceptum hic poſitum ſit negativè conceptum, videlicet non amplius recipiantur in monaſteriis, quam poſſint ibi ſuſtentari, ut in littera; tamen includit in ſe præceptum affirmativum, id eſt, ut tot ſint recipiendi, quot ex reditibus monaſterii ſine penuria ali poſſint, & ad hoc quotidie allegatur iſte textus, ſecundùm Abb. *in 1. notab.* qui hinc colligit bonam practicam contra Prælatos, qui avaritiæ cauſa nolunt multos Monachos inſtituere. Poſſunt enim compelli ab eorum Superioribus, ut tot inſtituant, quot poſſint de reditibus Eccleſiæ ſe ſuſtentare, ſubdens hoc nunquam eſſe oblivioni tradendum, & eſt ex mente Innocentii, ut dicam infra *nu. 35.* Sed hoc ſupponit aliam quæſtionem, videlicet An Prælati Regulares auctis reditibus monaſterii poſſint, aut debeant augere numerum ibi præfinitum, quod inferius examinabitur in *5. quæſt. à nu. 33.* & præſertim n. 38.

6 Secundò nota argumentum quod in Eccleſiis Regularium certus numerus taxari poteſt, ſecundùm Abb. Antiq. *hic.* Hodie hoc eſt expreſſum à Concilio Tridentino in *c. 3. ſeſſ. 25. de Regular.* ubi ſtatuitur, ut in monaſteriis tam virorum, quàm mulierum bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex reditibus propriis monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari. Concordant Conſtitutio Pii V. quæ incipit, *Circa paſtoralis, §. 7. in Bullar. tom. 2. pag. 184.* & Decreta Clem. VIII. ſuper reformatione Regularium, *§. 7. in Bullar. to. 3. pag. 81.*

7 Tertiò nota ibi, *vel clericorum*, appellatione clericorum regularium non comprehendi Monachos, nec Moniales, cùm iſta ponantur hic tamquam diverſa. De clericis enim regularibus intelligi debet hæc littera, non autem de clericis ſecularibus, ut intellexerunt Butr. Card. & alii, & non benè, quia verbum *clericorum* regulatur à verbo monaſteriis. Non dicuntur autem monaſteria clericorum ſecularium, ſed regularium dumtaxat. Quinimo monaſteria religioſorum non debent converti in habitacula ſecularium clericorum, nec debent regi per ſeculares, c. *Dudum, 18. q. 2.* c. *Quæ ſemel,* & c. *ſeq. 19. q. 3.* & clerici ſeculares utentes habitu, & nomine monachali jubentur fieri Monachi, vel ab hoc deſiſtere, ut in c. *Vt clerici, infra de regular.* Nec placet ut verbum *clericorum* ſuppleatur, id eſt Collegio, ut voluit Cardin. quoniam cum littera poſſit congruè intelligi de clericis regularibus, non eſt recurrendum ad ſuppletiones, cùm præſertim de ſecularibus diſpoſi-

8 tum fuerit in c. *Authoritate, infra eod.* Hoc tamen intellige in ſtricta ſignificatione; nam late ſumpto vocabulo Monachi comprehenduntur etiam clericorum appellatione, ut *hic* per Abb. *in 2. notab.*

Hinc inveſtiganda ſunt multa, quæ à Doctoribus aut non attinguntur, aut minus perfectè. Primò ſcilicet, ad quem ſpectet præfixio numeri in monaſteriis. Secundò, in quibus monaſteriis ſit facienda. Tertiò, ad quam rationem. Quartò, an receptio ſupra facultates monaſterii ſit nulla. Quintò, an numerus augeri poſſit auctis reditibus. Sextò, an, & qualiter in monaſteriis recipi poſſint Moniales ſupranumerariæ. Septimò, an ſupranumerariæ in locum numerariæ decedentis ſubrogentur. Octavò, pro quot Regularibus monaſteria ſint erigenda. Nonò, an erigi poſſint de licentia ſolius Epiſcopi. Decimò, & ultimò, an poſſint erigi à Vicario Epiſcopi ſine ſpeciali mandato.

9 QUÆRO igitur primò ad quem ſpectet præfixio numeri in monaſteriis mulierum?

Solutio. In monaſteriis Monialium, quæ ſubjecta ſunt Epiſcopo diœceſano, planum eſt numeri præfixionem ad ipſum tantùm pertinere, arg. cap. *Præcipimus, 12. q. 1.* c. *Omnes Baſilicæ, 16. qu. 7.* c. *Monaſteria, 18. q. 2.* Si verò ſint ſubjecta ſuperioribus regularibus, numeri præfinitio ſpectat tam ad Epiſcopum, quàm ad Prælatum regularem ex Concilio Tridentino, *c. 3. junctor. ult. in fin. ſeſſ. 25. de regular.* nam in *d. c. 3.* Concilium loquitur impersonaliter ibi, *Is tantùm numerus conſtituatur, & in poſterum conſervetur.* In prædicto autem cap. ult. præcipit ut decreta omnia illius ſeſſionis executioni demandentur ab Epiſcopis in monaſteriis ſibi ſubjectis, & in omnibus aliis, ipſis in ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Abbatibus & Generalibus, & aliis ſuperioribus Ordinum.

Et ita S. Congregatio ejuſdem Concilii Interpres olim conſulta an taxatio numeri Monialium Regularibus ſubjectarum, quæ facienda ex decreto Concilii *c. 3. ſeſſ. 25. de Regular.* pertineat ad Epiſcopum ſolum, vel ſuperiorem regularem: reſpondit ſpectare ad utrumque, & ad Ordinarium, & ad ſuperiorem. Poſtea edita fuit Conſtitutio Gregorii XIII. quæ incipit, *Deo ſacris virginibus*, quæ obſervanda eſt. Mandat hæc Conſtitutio in §. 6. Monialium numerum per locorum Ordinarios etiam in monaſteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis cum illarum ſuperiorum interventu ſtabiliri, & ordinari, neque ſupra illum numerum aliàs recipi poſſe etiam de conſenſu Superiorum ſuorum, ut in *Bullar. tom. 2. pag. 368.*

10 Nec obtinent in monaſteriis Monialium ubique locorum. Pro monaſteriis autem virorum Italiæ, & Inſularum adjacentium emanavit decretum S. Congregationis Concilii *de celebr. Miſſarum, §. Poſtremò*, quo præcipitur Superioribus regularibus intra fines hujuſmodi exiſtentibus, ut in qualibet provincia adhibitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis, bona immobilia, reditus, & conſuetas eleemoſynas diligenter recognoſcant, omnibus detractis, quæ reparationes, præſtationes, grandines, ſterilitates, & alia onera conſue-

ſueverunt abſorbere: eaque omnia in proximo Capitulo generali, vel provinciali coram tribus judicibus ab ipſomet Capitulo deligendis proponant, qui ſedulò examinent quot religioſi homines connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus in unoquoque monaſterio juxta regiones, & proprii inſtituti morem competenter valeant ſuſtentari. Tum eorumdem bonorum, redituum, & eleemoſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Capitulo exhibeant, ut in illo diligenter omnibus diſcuſſis, in ſingulis monaſteriis cujuſque provinciæ certus earum tantum perſonarum numerus Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ ex reditibus & eleemoſynis hujuſmodi ſufficienter ali poſſint, ut in eodem decreto plenius continetur, pro cujus executione in §. *ſeq.* alia adjiciuntur, & pœnæ tranſgreſſoribus infliguntur, ut in *Bullar. tom. 4. pag. 3. 6.* Idemque ferè per omnia ſanxerat Paulus V. in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Sanctiſſimus, edita die 4. Decembris 1605.* ut in *Bullar. tom. 3. pag. 187.* Sed quia Decreta hujuſmodi nondum fuerunt executioni demandata, in Congregatione Cardinalium, ac Prælatorum à Sanctiſſimo Domino noſtro Innocentio X. ſuper inſtituta ſuper ſtatu Religionum, diu multumque deliberatum eſt de ratione ineunda pro illorum executione; & injunctum eſt mihi velut uni ex Prælatis ipſius Congregationis, ut minutam Conſtitutionis deſuper conficerem, quæ poſtea per manus delata, & à Sanctiſſimo probata, tandem juſſu Sanctitatis ſuæ promulgata fuit. Et eſt tenoris infraſcripti, videlicet.

## INNOCENTIVS PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam.*

INTER cætera quæ ad Regularem diſciplinam inſtaurandam, conſervandamque Sacroſancta Tridentina Synodus ſalubriter decrevit, illud ſemper præcipuum, & maximi momenti habitum eſt, quo injungitur ut in ſingulis monaſteriis, & domibus Regularibus tantum numerus conſtituatur, & in poſterum conſervetur, qui vel redditibus propriis monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari. Quapropter ad ejus uſum inducendum fel. record. Clemens VIII. Paulus V. & Urbanus VIII. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri varia decreta ediderunt; Sed quia nihilominus, ſive ob injuriam temporum, ſive ob Superiorum incuriam, ſive alias ob cauſas, illius executio hucuſque procraſtinata eſt, non ſine gravi monaſteriorum in ſpiritualibus, & temporalibus detrimento, ac Religionum jactura; Idcirco Nos nequaquam ignorantes quantum ex monaſteriis piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis in Eccleſia Dei ſplendoris, atque utilitatis oriatur, quantumcumque dignitati, & commodo Eccleſiaſtici Ordinis detrahat multitudo Religioſorum, quæ ſine delectu ſupra vires monaſteriorum in Religiones invehitur; ac proinde arbitrari valde acceptum, ſacriſque Religionibus proficuum fore ut Decretum tam ſalubre debitæ executioni demandetur, De conſilio nonnullorum Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ac Dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium præcipimus, & mandamus omnibus, & ſingulis dilectis filiis Generalibus, Commiſſariis, Præſidentibus, Provincialibus, Miniſtris, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Præfectis, Rectoribus, Guardianis, Correctoribus, Vicariis, & quibuſcumque aliis Superioribus Monaſteriorum, Conventuum, Collegiorum ac Domorum quorumcumque Monachorum, & Regularium virorum bona immobilia poſſidentium, vel non poſſidentium, cujuſcumque Ord. Mendicantium, vel non Mendicantium Congr. Societatis, & Inſtituti etiam neceſſario, & in individuo exprimendi exiſtentium intra fines Italiæ, & Inſularum adjacentium, ut ſinguli ad quos pertinet, adhibitis duobus, vel tribus Regularibus ſui Ordinis probatioribus, ac rerum uſu peritioribus, bona immobilia, cenſus, redditus, ac proventus omnes monaſteriorum, conventuum, collegiorum, ac domorum Regularium hujuſmodi (etiamſi ſint Hoſpitia, vel ab alio monaſterio dependeant, ſintve illius granciæ, ſeu membra) ſex annorum immediatè præcedentium habita ratione, ac detracto omni eo quod grandines, ſterilitates, reparationes, & alii caſus hujuſmodi abſorbere ſolent; Conſuetas item eleemoſynas, & obventiones. Item victus, veſtitus, ac medicinalium, & alias quaſcumque tam ordinarias, quàm extraordinarias expenſas, æris quoque alieni, necnon Miſſarum celebrandarum, fabricæ, Sacriſtiæ, annuarum præſtationum, contributionum, ac procurationum, aliave cujuſvis generis onera diligenter, ac maturè recognoſcant, eaque omnia in ſcripturam redigant, exprimentes ipſius monaſterii titulum, ſeu denominationem, item capacitatem, ac ſituationem, videlicet in qua diœceſi, & an intra mœnia civitatis, vel oppidi, anve in pagis, ſeu villis, vel in ſilvis, aut nemoribus, & quantum diſtet à locis frequentibus & populoſis: Item à quo tempore fundatum fuerit, quave auctoritate, & cujus ſumptibus; Anve, & à quo numerus Religioſorum in eo fuerit aliàs præfixus, & quot ibi Religioſi, & ſervientes in præſentia degant, ſpecificatis uniuſcujuſque nomine, cognomine & patria; ſcripturamque ſic confectam propria manu ſubſcribant, medio juramento atteſtantes vera eſſe omnia, quæ in ea continentur, conſuetoque ſigillo obſignatam infra quatuor menſes à publicatione præſentium in hac Alma Urbe noſtra, ut infra, facienda computandos tranſmittant, ſeu conſignent Procuratori generali ſui Ordinis in Urbe commoranti, qui una cum aliquibus gravioribus Religioſis à Congregatione prædictorum Cardinalium, & Prælatorum ad hoc ſpecialiter deputandis, negocio maturè perpenſo, ac computatis hujuſmodi redditibus, eleemoſynis, & obventionibus univerſis, atq; oneribus, ut ſupra, detractis, ſedulò examinent quot Religioſi homines, connumeratis etiam laicis, aliiſque neceſſariis ſervientibus in unoquoque monaſterio, conventu, collegio, & domo Regulari, quamvis, (ut præmittitur, ſit hoſpitium, ſeu alterius Monaſterii membrum,) juxta proprii inſtituti morem, victum & veſtitum, ac medicinalia in communi habentes commodè valeant ſuſtentari, omnibuſque diligenter diſcuſſis, familiæ cujuſque monaſterii, conventus, collegii, ac domus Regularis hujuſmodi in qualibet provincia, vel congregatione, certum





earum tantum perſonarum numerum præfigat, quæ redditibus, eleemoſynis, & obventionibus, ut ſupra, competenter ali poſſint, eaſque numeri præfixiones una cum originalibus ſcripturis ſuper ſtatu cujuſque monaſterii, ac domus Regularis à Superioribus, ut præfertur, confectis intra alios quatuor menſes eidem Congregationi Cardinalium, ac Prælatorum exhibeat, ut ab ea recognoſcantur, & approbentur. Quod ſi memorati Superiores, ac Procurator Ordinis intra præfixum terminum prædicta adimplere neglexerint, privationis vocis activæ & paſſivæ, necnon officiorum quæ tunc temporis obtinebunt, & inhabilitatis ad illa, vel alia in poſterum obtinenda perpetuam pœnam eo ipſo abſque alia declaratione incurrant, rehabilitatione Nobis, & Sedi Apoſtolicæ reſervata. Interea verò prohibemus, & interdicimus omnibus, & ſingulis capitulis, & Congregationibus generalibus, provincialibus, & conventualibus, necnon Superioribus tam generalibus quàm provincialibus, & localibus antedictis, ne deinceps quemquam ad habitum ſuæ Religionis recipiant, nec jam receptos, aut in poſterum contra hujuſmodi prohibitionem forſan recipiendos ad profeſſionem admittant, donec ſcripturæ prædictæ, & præfixiones numeri familiæ cujuſq; monaſterii, ac domus Regularis hujuſmodi, eidem Congregationi Cardinalium, & Prælatorum realiter, & cum effectu fuerint exhibitæ, ac deinde memorati Superiores licentiam recipiendi ad habitum, & profeſſionem ab eadem Congregatione obtinuerint. Alioquin receptiones tam ad habitum, quàm ad profeſſionem aliter factæ, ſint ipſo jure nullæ, nullamque inducant obligationem ad Religionem in ſpecie, vel in genere, aut ad alios quoſcumque effectus. Et nihilominus contravenientes ſententiam excommunicationis incurrant, à qua per alium quàm per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, niſi in mortis articulo conſtituti abſolvi non poſſint. Non obſtan. quod præmiſſa omnia & ſingula Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis in favorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujuſvis alterius inſtituti, etiam Societatis Jeſu, & monaſteriorum, conventuum, collegiorum, domorum, ac locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque indultis, & privilegiis etiam ex cauſa, & titulo oneroſo, vel in limine fundationis, etiam in Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliter nuncupatis ſub quibuſcumque ten. & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritan. Decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam ad Imperatoris, Regum, ſeu aliorum Principum inſtantiam, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis conceſſis, & iteratis vicibus approbatis & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis quoad ea quæ præſentibus quomodolibet adverſantur, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis ten. & formis ſpecialis, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut quævis alia exquiſita forma ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod præſentes literæ in valvis Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ de eadem Urbe publicentur, & affigantur; Quæ poſtquam ſic affixæ & publicatæ fuerint, omnes & ſingulos quos illæ concernunt, perinde arctent & afficiant, ac ſi unicuique eorum nominatim & perſonaliter intimatæ fuiſſent: Quodque earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xvij. Decemb. MDCXXXXIX. Pontificatus Noſtri Anno ſexto. M. A. Maraldus.

*Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono, Inditione ſecunda, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ X. anno ſexto, die verò 22. menſis Decembris ſupradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ per nos Ioannem Gurzam, & Iacobum Cornelium, præfati S. D. N. Papæ Curſores.*

11 2. QUÆRO in quibus monaſteriis facienda ſit numeri taxatio.

12 Solutio. De jure communi facienda erat tantummodo in monaſteriis non Mendicantium, ex Conſtitutione Bonifacii VIII. in *c. un. §. Sane, de ſtatu Regular. lib. 6.* & potuit eſſe ratio, quia cum monaſteria Mendicantium bona immobilia non poſſiderent etiam in communi, ut *c. Nimis iniqua*, & *c. Nimis prava de exceſſ. Prælat. c. Exiit qui ſeminat, de verb. ſignif. lib. 6.* taxatio numeri ad rationem redituum propriorum monaſterii non videbatur poſſibilis, cum nec poſſent habere annuos reditus, qui inter immobilia computantur, ut in *Clem. Exivi, §. Cumque annui reditus, de verb. ſignif.* Unde nec in his ſervari poterat hæc Decretalis, quæ præcipit tot recipi, quot ex reditibus monaſterii
13 ſuſtentari poſſint. Verum hanc differentiam ſuſtulit Tridentina Synodus in *d. cap. 3. ſeſſ. 25. de Regular.* ubi diſertis verbis præcipit taxari numerum familiæ in monaſteriis tam virorum, quàm mulierum bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus. Atque ita hac in parte ampliavit Conſtitutionem Bonifacii ad monaſteria quæcumque etiam Ordinum Mendicantium. Nec obſtat objecta impoſſibilitas, Quoniam ex Concilio in monaſteriis non poſſidentibus bona ſtabilia fieri potuit taxatio ſecundum conſuetas eleemoſynas, præterquam, quod in monaſteriis virorum etiam Mendicantium, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſervantia, & in omnibus monaſteriis Sanctimonialium poterit fieri taxatio numeri, etiam ad rationem propriorum redituum

monaſterii, quia ex indulgentia Concilii bona immobilia eis poſſidere licet, ut in d. c. 3. *in princ.*

14 3. QUÆRO, ad quam rationem reditus monaſterii in præfixione numeri pro alimentis uniuſcujuſque de familia computari debeant.

15 Solutio, textus noſter in taxandis Regularium alimentis hoc tantum requirit, ut ſine penuria ſuſtentari poſſint: & ita etiam loquitur c. *un.* §. *Sane, de ſtatu Regular. lib. 6.* Unde Jo. And. in ſua gloſſ. ordinaria ibi poſita in ver. *Abſque penuria.* (Nota (inquit) non dixit, *commode*, ſed *abſq; penuria*, nam poteſt contingere ut ſuſtentari non poſſint commodè, & tamen poſſint ſine penuria; ſicut Canonicus Bononien. de centum florenis non poſſet commode ſuſtentari, & tamen abſque penuria de

16 viginti quinque ſuſtentaretur. In illa enim commoditate inſpicitur conſuetudo regionis, & qua-

17 litas perſonæ. Penuria verò ſecundùm derivatores habet in ſe egeſtatem, indigentiam, & defectum neceſſariorum. Hoc ergo voluit Conſtitutio, ut conſtitutæ in monaſterio non Mendicantium non haberent neceſſe mendicare propter neceſſariorum defectum.) Hæc Jo. Andr. cujus diſtinctionem probant ibi Gemin. n. 2. & Franc. n. 1. Imol. *hic n.* 1. & Abb. n. 4. dicentes ſatis eſſe ut ſine penuria ibi eſſe poſſint, licet non commodè, & inter hæc longam eſſe differentiam. Et conſentit Rebuff. *in tract. congrue port. num. 9. & num. 78.* nam, ut ipſe ait, Penuria dicitur inopia earum maximè rerum quæ in penu recondi ſolent: penus nomine continentur, quæ vini & potui ſunt accommoda-

18 ta, l. 3. *in princ. ff. de penu leg.* Commodè autem vivere intelligitur apte, utiliter, & ſecundùm qualitatem ſtatus, tandem differentiam pluribus confirmat Ripa in c. *Cum M. n.* 21. *ſupra de Conſtit.* ſed illa impugnat Dec. ibi n. 4. contendens, eam nunc non

19 probari. Ego verò advertò differentiam hanc forte admitti poſſe in terminis juris communis, ad inducendam nullitatem profeſſionis, prout loquitur gloſſa Jo. Andr. in d. §. *Sane*: nam illud jus novum, & pœnale, quod receptionem vitiat & loquitur de receptis, quæ ſuſtentari non poſſunt abſque penuria, non debet extendi ad receptas, quæ non poſſunt ibi commode ſuſtentari, licet abſque penuria poſſint: & ita in eo caſu Jo. Andr. dicit ſe in facto obtinuiſſe. Verum quoad receptionem ipſam, & taxationem numeri familiæ in monaſteriis tam virorum, quàm mulierum dico hanc differentiam hodiè ſublatam eſſe à Concilio Tridentino in d. c. 3. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* ubi diſertis verbis præcipitur, ut is tantùm numerus in eis conſtituatur, & in poſterum conſervetur, qui vel ex reditibus propriis monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis, commodè poſſit ſuſtentari. Pondera quia non dixit ſine penuria, ſed dixit com-

20 modè. In hac autem commoditate arbitranda fateor cum Joan. Andr. *loco citato* certam regulam conſtitui non poſſe ſed pro qualitate regionis, & perſonarum modò plus, modò minus taxari de-

21 bere. Unde cum Univerſitas Majoricen. conqueſta eſſet apud Sacram Congregationem Concilii, quod Epiſcopus ſtatuiſſet, ne Moniales in mona-

22 ſteria reciperentur cum minori dote, quàm ducentorum ducatorum, Sac. Congregatio cenſuit ſcribendum ad Epiſcopum, ut nihil præciſe ſta-

23 tuat, & ſi quidquam ſtatuit, abroget. Verum tamen pro qualitate perſonarum, ac temporum modò plus, modò minus bonorum monaſteriis tradi ſinat. Habenda tamen eſt ratio onerum monaſterii, ut *hic* per Abb. *nu.* 2. *verſ. Et intellige*, & ſuſius dictum eſt ſupra *n.* 10.

In ſpecie autem pro monaſteriis Sanctimonialium ubique locorum fundandis Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium negociis præpoſita non conſuevit fundationes admittere, niſi pro numero duodecim Monialium conſtituatur dos perpetua non minoris ſummæ, quàm annuorum ſcutorum trecentorum, non in cenſibus, ſed in bonis ſtabilibus & frugiferis conſiſtentium, ac præterea requirit ut Moniales ſecum deferant eleemoſynam dotalem poſt profeſſionem in bonis ſtabilibus, vel in cenſibus perpetuis, ac tutis inveſtiendam.

24 Sed dices. Si monaſteria habent, prout habere debent reditus ſufficientes ad alendas Moniales numerarias; Ergo dotis delatio illicita eſt, & ſimoniaca, per textum in c. *Quoniam, infra de ſimon.* ubi Simoniaca labes dicitur uſque adeo pleraſque moniales infeciſſe, ut vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis prætextu volentes hujuſmodi vitium palliare, & S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum olim conſulta an monaſteriis Monialium, in quibus juxta decretum c. 3. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* Epiſcopus certum numerum conſtituit, liceat Abbatiſſæ in locum Monialium deficientium alias recipere, pacta certa eleemoſyna pro dote; & quatenus non liceat, quæ proviſio ſit per Epiſcopum adhibenda: reſpondit ſi ex reditibus monaſterii, vel ex conſuetis eleemoſynis tantùm ſuppetat Monialibus, ut ad ipſarum victum, & ad fabricam Eccleſiæ, aliaſq; neceſſitates commodè ſufficiat, minimè licere. Secus ſi monialium numerus augeatur. Cùm autem hujuſmodi theorica ad praxim difficulter deduci poſſit, referendum Sanctiſſimo, qui probavit ſententiam Congregationis, confirmans augendum numerum ſi dos recipienda ſit.

Verum hanc difficultatem poſtea ſuſtulit S. Congregatio ſuper negociis Epiſcoporum, & Regularium, quæ animadvertens Sanctimonialium monaſteria ſine dotium ſubſidio diu ſuſtineri nō poſſe, & propter ingruentes neceſſitates, & caſus inopinatos plerumque ad inopiam redigi. Summis Pontificibus approbantibus prudenter ſanxit, ut dotales eleemoſynæ à Monialibus numerariis perſolverentur, tametſi numerus eſſet taxatus ad menſuram redituum monaſterii. Ex penuria enim multa proveniunt mala, præſertim in monaſteriis Dominarum, ut inquit Hoſt. *hic in fin.* facit c. *Si quis*

25 *objecerit*, 1. *q.* 3. Nec obſtat textus in d. c. *Quoniam*: nam ut ibi reſpondet gloſſa Joannis *in ver. Paupertate* Si moniales ita pauperes ſunt, ut non poſſint aliquo modo ibi aliam recipere, quia non habent ibi victum; ſub hac forma poſſunt recipere, non habemus quid demus tibi pro victu, niſi tu portes tecum unde vivas, dum tamen hoc non dicatur in fraudem, nec deducatur in pactum, arg. c. *Si quis propter hoc*, 1. *q.* 2. & quamvis Bernardus ibi in fine ejuſdem gloſſæ addat tutius eſſe, ut nullo caſu taliter aliqua recipiatur; tamen praxis quotidiana docuit id ſine gravi Monaſteriorum detrimento ſervari non poſſe.

26 4. QUÆRO. Si in monaſterio plures recipiantur, quàm ex reditibus ipſius poſſint ſine penuria ſuſtentari, An receptio ſit nulla, necne.

27 Solutio. Si monaſteria ſint mulierum ordinis non



non Mendicantium, de jure communi palam eſt receptionem non valere, quia Bonifacius VIII. in c. *un.* §. *Sane, de ſtatu Regular. lib. 6.* diſtrictè inhibuit, ne in Monaſteriis dictorum Ordinum aliquæ reciperentur de cætero in ſorores, niſi quot poſſent de ipſorum Monaſteriorum bonis, ſive proventibus abſque penuria ſuſtentari, irritum decernendo ſi ſecus actum eſſet. Atque ita ex hoc capite profeſſiones eſſe nullas firmant *hic* Jo. Andr. *n.* 1. *in ver. Puellarum.* Butr. Imol. & Abb. omnes *n.* 2. Secus ſi monaſteria mulierum ſint Ordinis Mendicantium, quia de illis non loquitur Conſtitutio, & pœna nullitatis profeſſionis ultra caſum ibi expreſſum extendi non debet ad correctionem juris

28 communis, c. *Quæ a jure, de regul. jur. lib. 6.* Et idem eſt in Monaſteriis etiam Ordinis non Mendicantium, ut poſt Jo. Monac. & Archid. firmat gloſ. ultra in d. §. *Sane*, quia licet etiam in his ultra quam ſuſtentari poſſunt recipi non debeant, ſi tamen fuerint recepti, tenebit: nam & hominum cœtibus ſe immiſcere, & ſibi vitæ neceſſaria acquirere poſſunt, c. *Nunquam, de conſecr. diſt.* 5.

29 Cæterum hanc Conſtitutionem Bonifacii VIII. quoad pœnam nullitatis profeſſionis contraria conſuetudine abrogatam eſſe exiſtimat Thom. Sanch *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 23. *n.* 4. *verſ. Secunda concluſio*, & moderni Collectores in d. §. *Sane*, *n.* 31. cum compertum ſit plures ſæpe admitti, quam ſuſtentari valeant; nec unquam noſtris temporibus auditum ſit ex hoc capite in controverſiam verti validitatem profeſſionis, ne-

30 dum eam irritari. Sed judicio meo hoc patitur difficultatem, quia cum Conſtitutio Bonifacii in d. §. *Sane*, habeat decretum irritans contraria conſuetudine abrogari non potuit: nam decretum irritans tollit conſuetudinem nedum præteritam, ſed etiam futuram, ut firmant in c. *Cum ad beneficia, de preben. lib. 6.* Archid. *in ver. Sed pone.* Joan. Andr. *in ver. Legitime, verſ. Si Papa*, Gemin. *col.* 2. *verſ. Nota bene*, & Franc. *n.* 4. *verſ. Ex quibus nota*, & eſt communis opinio, ut teſtatur Anton. Gabriel plures cumulans *lib.* 6. *commun. concluſ. in tit. de clauſul. concluſ.* 3. *num.* 40. *verſic. Tertium principalem effectum, & num.* 42.

31 Nec poteſt dari de non uſu illius Conſtitutionis, in qua eſt appoſitum decretum irritans, Abb. in c. 1. *num.* 4. *verſ. Unde ibi, ſupra de treug. & pac.* & ibi etiam Felin. *n.* 6. *verſ. Lex nova*, Rota *dec.* 207. *num.* 6. *part.* 7. *recent.* Dico igitur ex alio capite profeſſionem ſuſtineri, nempe quia Concilium Tridentinum in d. c. 3. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* præſcribit novam formam taxationis numeri in monaſteriis tam virorum, quam mulierum, etiam Ordinum Mendicantium, nec apponit pœnam nullitatis receptionis; inde ſignum eſt noluiſſe ut profeſſiones ex hoc capite eſſent irritæ, arg. c. *Inter corporalia*, *verſ. Unde ſi circa, ſup. de tranſl. Epiſc.* Præſertim ſtante longiſſima obſervantia ſubſequuta, ad l. *Si de interpretatione, ff. de legib.* & c. *Cum dilectus, de conſuetud.* Et quamvis hic indicatur correctio Conſtitutionis Bonifacii in d. §. *Sane*, tamen hoc caſu correctio juris eſt favorabilis, cum per eam redeatur ad jus commune

32 antiquum, ut dicam infra *num.* 63. Atque ita propoſito dubio an profeſſio receptarum ultra facultatem monaſteriorum præfixo, vel non præfixo numero ſit nulla, ſtante c. *Periculoſo*, §. *Sanè, de ſtatu Regular.* juncta reg. c. *fin. ſeſſ.* 25. *de regul.* nempe in ea verba (Hæc omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta obſervari S. Synodus præcipit.) S. Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum cenſuit non eſſe nullam.

33 5. QUÆRO An numerus familiæ in monaſteriis tam virorum, quàm mulierum ſemel præfinitus augeri poſſit, ſi reditus fuerint adaucti.

Ad partem negativam facit decretum Concilii Tridentini in d. *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de regularib.* Quod non tantum præcipit, ut in monaſteriis ad menſuram redituum numerus conſtituatur, ſed etiam ut in poſterum conſervetur.

34 In oppoſitum eſt veritas, quia in conſtitutione taxativa numeri ſubintelligitur tacita conditio, niſi reditus monaſterii augeantur. Caſus eſt in c. *Cum M. verſ. Niſi in tantum excreſcerent Eccleſiæ facultates, ſupra de Conſtit.* & ibi notat gl. in *ver. Sufficere*, Cardin. *in princ.* & communiter omnes. Nam quælibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus, c. *Beatus*, 22. *q.* 2. & c. *Quemadmodum*, cum ibi notatis, *de jurejur.* & conſtitutio limitatur ad limites cauſæ ipſius conſtitutionis. Cauſa determinativa numeri eſt ſola penuria, fructuum augmentatio: ergo fructuum debet eſſe cauſa reſolutiva conſtitutionis ex defectu cauſæ, ut benè per Butr. in d. c. *Cum M. num.* 2. *verſ. Si eſt confirmatum*, Felin. in c. *Cum acceſſiſſent*, *num.* 33. *de Conſtit.* & Jaſ. in l. *Quod Servius*, *n.* 11. *ff. de condit. cau. dat. non ſeq.* & hoc tenet apertè Innoc. *hic poſt princ.* dicens plures in monaſterio eſſe ponendos, ſi plures quàm ibi ſint commodè poſſint ſuſtentari, allegat c. *Quanto, infra, de cenſ.* c. *Præcipimus*, 12. *q.* 1. &

36 c. *Canones*, 16. *q.* 7. & cum Innoc. conſentiunt *hic* Hoſt. *num.* 2. *in ver. Regere*, & Abb. *n.* 51. Quinimò gloſſa hic videtur tenere per ſuperexcreſcentiam fructuum in monaſterio numerum frangi ipſo jure. Quam gloſſam extollit Butr. *hic num.* 5. & 6. remittens ad c. *Dilectus*, *il primo*, *ſupra de preben.* & c. *Cum M. de Conſtit.* Contrarium tamen ex eadem gloſſa poſtea deducit idem Butr. *hic num.* 7. colligens ex illa augmentationem, ſeu diminutionem redituum non rumpere numerum, ſed inducere potentiam rumpendi. Quod magis placet, nec gloſſa dicit, ipſo jure, & in hoc etiam reſident *hic* Imol. *num.* 4. *verſ. Nota bene*, & Abb. *n.* 51. *in fin.* Conclude igitur auctis reditibus poſſe augeri numerum familiæ tam in monaſteriis virorum ultra montes, quam in monaſteriis Monialium ubique locorum, juxta declarationem

37 S. Congregationis Concilii à Sanctiſſimo approbatam, de qua ſupra *in* 3. *quæſt. num.* 24. Dummodò tamen augmentum ſit tale, ut perſonæ ultra numerum receptæ ex reditibus ſuperexcreſcentibus æquale ſtipendium habeant cum reliquis de numero, vel ſaltem ſufficiens, & honeſtum, ut probat text. in d. c. *Cum M.* ibi, ſi ex eis pares potuerint cum aliis ſortiri præbendas, *ſupra de Conſtitut.* & firmat gloſſa noſtra *hic verſ. Ergo tantum debemus* propter augmentum modicum non eſt augendus numerus, arg. l. 1. *& fin. C. de alluv.* ſecun-

38 dum Innoc. *hic in fin.* Hoſt. *num.* 3. Butr. *num.* 6. Cardin. & Anchar. *num.* 3. Dixi in monaſteriis virorum ultra montes, quia in his, quæ ſunt in Italia, & inſulis adjacentibus ſervari debent decreta S. Congregationis Concilii *de celebr. Miſſar.* quibus ſpecialiter cautum eſt, ut Superiores regulares perpetuò ſervare teneantur numerum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

familiæ in ſingulis hujuſmodi monaſteriis Capituli generalis, vel provincialis authoritate præfinitum, nec poſſint illum quoquo modo augere, etiam prætextu augmenti redituum abſq; Sacræ ipſius Congregationis licentia ſub pœna privationis officiorum, vocisq; activæ, ac paſſivæ, & perpetuæ inhabilitatis eo ipſo incurrenda, ut in §. 13. *in Bullar. tom. 4 pag. 316.* Idemque prius ſtatuerat Paulus V. in Conſtitutione, quæ incipit, *Sanctiſſimus, edita die 4. Decembris 1605.* ut in *Bullar. tomo 3 pag. 187.*

39 Porro ubi hæc numeri præfixio facta jam fuerat in vim prædictæ Conſtitutionis Pauli V. abſq; tamen computatione redituum cujuſque religioſi, S. Congreg. Concilii Sanctiſſ. D. N. Urbano VIII. approbante cenſuit eſſe iterum faciendam ſervata forma ultimi decreti hac de re editi, ut in declarationibus impreſſis, quæ habentur in *Bullar. in calce eorumdem decretorum, tom. 4. pag. 318. verſ. De-*
40 *cimoſeptimo*, declaravit etiam novitios ad habitum regularem admiſſos eſſe admittendos ad profeſſionem in monaſteriis, in quibus habita, ut ſupra, præfixione numeri, commodè ali non poſſunt, ſi aliàs habiles exiſtant, ac deinde in aliquo alio monaſterio ejuſdem Religionis collocandos eſſe, ubi commodè ali poſſint, ut in declarationibus impreſſis, quæ habentur in *Bullar. in calce eorumdē decretorum, verſ. Decimoſeptimo, & verſ. Decimoctavò.*

41 6. QUÆRO an in monaſteriis Monialium, in quibus numerus eſt taxatus, poſſint recipi Moniales ſupranumerariæ.

Affirmant Navarr. *de redit. Eccleſ. q. 1. monit. 62.* Suar. *de relig. tract. 3. lib. 4. c. 9. n. 17.* Valer. Reginal. *in Praxi fori pœnitential. lib. 23. n. 194.* & Sanchez *in Præcepta Decalogi tomo 2. lib. 7. c. 23. nu. 24. verſ. Tertia*, exiſtimantes ex diſpoſitione juris communis, & Concilii Tridentini tantummodo prohiberi ne in monaſterio, in quo plures Moniales ali non poſſunt, aliæ recipiantur Monaſterii expenſis alendæ, & ad hanc partem facit gloſſa in c. *Quoniam, in ver. Paupertatis, infra de ſimon.* ut dixi *ſup. in 3. quæſt. nu. 25.*

Solutio. Ex ſtylo Curiæ pro Monialibus ſupranumerariis in Italia, & Inſulis adiacentibus dari ſolent licentiæ impreſſæ S. Congregationis Epiſcoporum, & regularium ſigillo Cardinalis Præfecti obſignatæ, & à Secretario ipſius Congregationis ſubſcriptæ. Extra Italiam verò expediuntur per litteras Sanctiſſimi Domini Noſtri in forma Brevis. In quibus quidem licentijs multæ conditiones præſcribuntur, & inter cæteras, ut duplicem
42 cem ſolvant eleemoſynam. Declaravit autem ſacra eadem Congregatio die 6. Septembris 1604. duplicis eleemoſynæ nomine intelligi ſemper debere duplicatam ſummam ejus, quæ in receptione cujuſque Monialis intra numerum in quolibet monaſterio conſtitutum erogari pro tempore conſueverit: ita tamen ut ubi ſumma, quæ confertur, minor eſt ſcutis ducentis, ibi ſaltem ratione duplicatæ eleemoſynæ ſolvenda ſint ſcuta qua-
43 dringenta, & non minus: eadem quoque S. Congregatio diſtrictè prohibuit ne loca per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puellæ ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, niſi ſequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum & non antea de eis diſponi, ac Monialis demortuæ locum, promiſſionē, aut receptionem in Capitulo, ſeu quovis alio modo fieri juſſit, dummodo tunc temporis puella ipſa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requiſitas; quibus etiam præditas eſſe
44 debere voluit eas puellas, quæ ſupra numerum recipiendæ ſunt, etiam tunc cum eis loca vel promittuntur, vel dantur. Si quid verò contra à quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & eſſe decrevit. At nihilominus Abbatiſſas, Prioriſſas, & alios quoſcumque monaſteriorum Superiores, qui cujuſvis puellæ receptioni, vel admiſſioni, aut locorum vacaturorum promiſſioni adverſus præſentis decreti diſpoſitionem conſenſerint, privationis vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque arbitrio ejuſdem Congregationis infligendis pœnis obſtrictos, & obnoxios fore declaravit; ſalvis etiam ſemper, & in ſuo robore permanentibus aliis quibuſcumque ipſiusq; Congregationis decretis aliàs latis, præſenti decreto non contrariis, præſertim circa Monialium admiſſionem, & receptionem ad habitum, & profeſſionem, circa eleemoſynarum depoſitionem, & derogationem in bona ſtabilia, quibus nullatenus derogare voluit, & intendit.) Decretum habetur impreſſum apud Stephan. Quarant. *in Summa Bullar. in ver. Monaſteria Monialium, pag. 359.* licet corruptè ibi legatur verbum, *quadraginta*, & legendum ſit, quadringenta.

45 Porro cum Placentiæ ferè in omnibus Monaſteriis taxatus eſſet numerus Monialium, qui ex reditibus, & conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari valeat, Cumque multæ puellæ inſtarent ut ſupra numerum reciperentur, dicentes, ſe non fore oneroſas monaſterio; Tum quia ſolvent dotem ſolitam, quæ poterit converti in emptionem alicujus annui reditus; Tum quia parentes ſe obligabunt dare cuilibet ipſarum donec vixerint aliquid pro ſuſtentatione vitæ illius, & cum dificile eſſet cohibere cives, ut expectarent mortem multarum quæ nunc ſunt Monialium, Epiſcopus anceps quid agendum eſſet, conſuluit S. Congregationem Concilii. Primò an durante tempore probationis ſatis conſultum ſit, ſi puellæ alimenta à parentibus ſubminiſtrentur.

Secundò, an adveniente tempore emittendæ profeſſionis, ſatis ſit ſolvere dotem ea pactione, ut inde emantur annui reditus, vel res ſtabilis, vel ut redimatur aliquis ager monaſterii, ita ut augeatur reditus monaſterii, licet inſpectis omnibus monialibus in communi, adhuc non poſſint commodè ſuſtentari.

46 Tertiò, an ſatis conſultum ſit menti legislatoris ſi ultra dotem in ſolutum dandam certa promiſſio fiat à parentibus alicujus annuæ penſionis vita durante illius puellæ, quæ ſufficiat ad victum illius.

47 Quartò, an promiſſio facienda ſit monaſterio, vel puellæ.

Ad primum S. Congregatio reſpondit ſatis eſſe conſultum.

Ad ſecundum ſatis eſſe ſi pecunia, quæ nomine dotis dabitur, convertatur verè in emptionem tanti annui reditus, vel in redemptionem tot bonorum monaſterii oppignoratorum, ut ſic reditus monaſterii tantum augeantur, quantum ſufficiat victui puellarū in Moniales recipiendarum; Quod tamen augmentum non privatim vertatur in utilitatem ipſarum puellarum, ſed in totius monaſterii communem uſum, ex quo & ipſæ puellæ una cum



cum aliis Monialibus ali poterunt.

Ad tertium debere Epiſcopum id curare omninò, ut propinqui publico, validoque inſtrumento ſe obligent ad certam annuam præſtationem, quæ minor non ſit duodecim aureis pro neceſſitatibus puellarum dum vixerint.

Ad quartum reſpondit promiſſionem hanc faciendam eſſe monaſterio, non autem puellis ipſis. Minimè permittendū, ut pecunia hæc detur eis, ne alioquin contra votum ſuū ſolemne fiant proprietariæ; ſed rectà deferatur ad manus Abbatiſſæ, quæ in primis ex ea ſubveniet arbitrio ſuo neceſſitatibus earum Monialium, pro quibus perſoluta fuerit. Si quid verò reliquum erit, convertet in communem uſum monaſterii. Quæ omnia Sanctiſſimus in Conſiſtorio approbavit, non tamen ad eum finem, ut fiat nova Bulla ſuper hac declaratione, ſed ut ſingulis Epiſcopis petētibus, prout nunc petiit Placentinen. ita reſpondeatur.

48 7. QUÆRO, an Monialis ſupernumeraria, decedente aliqua Moniali de numero, in ejus locum ſubrogetur.

Ad partem affirmativam facit, quia Canonicus ultra numerum receptus in Eccleſia in qua ſunt præbendæ diſtinctæ, ſi moriatur Canonicus numerarius, extinguitur, & locum decedentis ingreditur, eique præbenda, ut præfertur vacans, eſt conferenda, non autem Canonico numerario, ut ex communi Doctorum ſententia contra Innocentium firmata Anton. de Butr. in d. c. *Dilectus il 1. n. 9. verſ. Hæc eſt in effectu.*

Solutio. S. Congregatio negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſita generali decreto ſtatuit, & declaravit Moniales quæ ſupra numerum in quolibet Monaſterio conſtitutum recipiuntur, in locum Monialium decedentium intra numerum nequaquam ſubrogari, neque impedimento eſſe, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in ſingulis monaſteriis Moniales intra nu-
49 merum poſſunt admitti. Quinimo eaſdem ſic ſupra numerum receptas ſupranumerarias ſemper quoad hoc remanere, etiamſi in cæteris ab aliis nihil differant, ſed illis in omnibus pares, & æquales juxta cujuſque monaſterii inſtitutum eſſe debeant 6. Septembris 1604.

50 Non obſtat contrarium de Canonicis ultra numerum receptis, quia in eis diverſa militat ratio: nam cum nihil in Eccleſiam deferant, de illius reditibus ſunt alendi, videlicet de quotidianis diſtributionibus, ut in c. *Dilectus il primo in fin. ſupra de præb.* & de reditibus ſuperexcreſcentibus, ut in d. c. *Cum M. de Conſtit.* iiſque non extantibus, habere debent præbendam cum primum ſe facultas obtulerit, d. c. *Dilectus*, & c. *Relatum. de præben.* & c. *Cum ſuper. de conceſſ. præb.* meritò ſupra numerum receptus ſubrogatur in locum antiqui prædefuncti. At ſecus eſt in Monialibus ſupranumerariis, quia cum unaquæque ſecum deferat eleemoſynam dotalem ſcutorum ad minus quadringentorum in bonis ſtabilibus, vel cenſibus perpetuis inveſtiendam, ex quorum reditibus commodè ali poſſit, nulla ratio ſuadet ut locum decedentis ingrediatur.

51 8. QUÆRO, pro quot Religioſis ad minus monaſteria ſint erigenda?

Solutio. Gregorius XV. approbante S. Congregatione Cardinalium ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium, ſub die 17. Auguſti 1621. revocavit licentias à Paulo V. conceſſas erigendi novos Conventus cum ſola licentia Ordinariorum, voluitque, ut de cætero non erigerentur, niſi in eo ſaltem duodecim Religioſi habitare, atque ex reditibus ipſorum monaſteriorum, & conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſent.

52 Ex decretis autem S. Congregationis Concilii *de celebrat. Miſſar. editis ſub die 21. Iunii 1625. §. 14.* ſtatutū eſt ut monaſteria, conventus, domus, congregatio, vel ſocietas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiantur, niſi præter alia ad id requiſita, in ſingulis ejuſmodi locis duodecim ſaltem Religioſi degere, & ex reditibus, & conſuetis eleemoſynis competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum Decreti Gregorii XV. hac de re edita, alioquin monaſteria, & loca hujuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, ut ſupra, ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non habitaverint, ordinarii loci viſitationi, & correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubjecta eſſe intelligantur in *Bullar. tomo 4. pag. 316.*

53 Et S. Congregatio conſulta An hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Miſſarum, comprehendat eas Religiones, quæ non conſueverunt onera Miſſarum recipere, ut ſunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Jeſu: Sac. Congregatio cenſuit com-
54 prehendere. Item conſulta An idem decretum habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam eſt reſtrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam: Reſpondit habere locum etiam extra Italiam, ut in declarationibus S. D. N. Urbani VIII. authoritate editis, quæ habentur impreſſæ in *Bullar. eodem tomo 4. pag. 318. verſ. decimonono, & verſ. ultimo.*

Et noviſſimè quæſitum fuit, An decretum fel. rec. Urbani VIII. *de celebr. Miſſar. §. 14. Bullar. nov. tom. 4. pag. 314.* prohibens recipi monaſteria, ſeu Conventus, in quibus duodecim ſaltem Religioſi ſuſtineri non valeant, adjecta pœna ſubjectionis juriſdictioni Ordinarii loci, ſit correctorium, ſeu abrogativum Conſtitutionis fel. rec. Gregor. XV. 31. *in Ordine eod. tom. 4. pag. 134.* abſolutè prohibentis erectionem monaſteriorum, ſeu Conventuum, in quibus 12. ſaltem Religioſi ex reditibus, eleemoſynis conſuetis ſuſtentari nō poſſint, ita ut aliàs erectio, quamvis ex pio legato facta, cenſeatur prohibita, & indigeat diſpenſatione Apoſtolica?

Die 13. Aprilis 1652. S. Congregatio Eminentiſs. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretū cenſuit ſupradictū decretum fel. rec. Urbani VIII. non eſſe correctorium, ſeu abrogativū dictæ Conſtitutionis fel. rec. Greg. XV. incipien. *Cum aliàs.*

55 9. QUÆRO, an monaſteria tam virorum, quam mulierum erigi poſſint de licētia ſolius Epiſcopi?

56 Pro ſolutione quatuor tempora ſunt diſtinguenda. Primum tempus eſt juris communis antiqui, & ſecundùm hoc monaſteria regularium abſque dubio erigi poterant authoritate Epiſcopi Diœceſani, ut c. *Quidam, 18. quæſt. 2.* ibi, (Placuit igitur neminem aut ædificare, aut conſtruere monaſteria, aut Oratorii domum ſine conſcientia ipſius Civitatis Epiſcopi.) Quod & leges civiles ſanxerant, ut in Auth. *Ut nullus fabricet Oratorii domus, §. Sanci-*

*Sancimus, collat.* 5. Ad idem c. *Cellulas, ead. cauſ. & quæſt.* ubi dicitur, cellulas novas, aut congregatiunculas Monachorum abſque Epiſcopi notitia prohibemus fieri, & cap. *De Monachis* immediatè præcedenti, ubi ſic legitur: (De Monachis monaſterium novum, niſi epiſcopo aut permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare
57 præſumat.) ubi gloſſa prima ponderando illud verbum *novum*, notat requiri conſenſum Epiſcopi, ſi antiquum monaſterium ſit deſtructum, quia novum dicitur, cujus facies immutatur, l. 1. § *Opus novum ff. de nov. oper. nunciat.* Secus in reparatione, c. *Si qui voluer.* 16. q. *ult.* c. *Judæ. infra de Judæu.* & l. 2. & 3. *C. de oper. publ.* Item gloſ. *ult.* in d. c. *De Mo-*
58 *nachis*, ponderando verbum *probante*, notat ſatis eſſe ut Epiſcopi conſenſus accedat poſt erectionem, quia ratihabitione poteſt confirmari, cap. *ult.* 21. *quæſt.* 1. & conſentiunt ibi Hugo, Archid. & alii; alioquin quod factum fuerat, deſtruatur, ut c. *Placuit, de conſecr. diſt.* 1. Licentia vero Sedis Apoſtolicæ tunc temporis non requirebatur, ut c. *Nimis.* il *ſecundo verſ. Ad hoc, infra de exceſſ. Prælat.* & notat gloſſa in cap. *un. in ver. Deinceps*, per illum textum *eod. tit. lib.* 6.
59 Secundum tempus eſt Conſtitutionis Bonifacii VIII. in d. c. *unico. de exceſſ. Prælat. lib.* 6. qua prohibetur ne deinceps liceat fratribus Mendicantibus nova loca, aut monaſteria alicubi ad habitandum ſuſcipere, ſeu olim ſuſcepta mutare, vel in alios transferre abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, quæ de illa prohibitione mentionem faciat. Excipiuntur tamen acquirentes loca pro Eremitica vita ducenda: & hæc prohibitio adjectis pœnis fuit poſtea innovata in Clem. *Cupientes, in princ. de pœnis.* Unde hoc tempore inſpecto adempta erat Epiſcopis facultas, quam habebant ex diſpoſitione antiquorum Canonum, quoad monaſteria, & loca Ordinum Mendicantium dumtaxat; ſed ſalva erat quoad Eremitas, & non Mendicantes.
60 Tertium tempus eſt Concilii Tridentini quod in *cap.* 3. *in fin. ſeſſ.* 25. *de Regular.* ſtatuit per hæc formalia verba, videlicet: (Ne de cætero ſimilia loca (id eſt monaſteria, & domus tam virorum quam mulierum bona immobilia poſſidentes, vel non poſſidentes) erigantur ſine Epiſcopi, in cujus Diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta.) Et poſito hoc decreto in dubiū vertitur, An Monaſteria hodie erigi poſſint de licentia ſolius Epiſcopi.

Negant Hieronym. Campan. *in divers. jur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 80. *verſ. Verum cum diſpoſitione*, Zerol. *in Praxi Epiſcop. par.* 1. *in ver. Monachi.* §. 2. & Auguſtin Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 26. *num.* 4. exiſtimantes Epiſcopi conſenſum non ſufficere, niſi etiam Summi Pontificis accedat authoritas, eo quod Concilium Tridentinum in *d. cap.* 3. non abrogaverit juris communis diſpoſitionem, de qua in d. c. *un. de exceſſ. Prælat. lib.* 6. & referunt ita deciſum fuiſſe per Eminem. Patres ejuſdem Concilii Interpretes. Quam opinionem inde etiam confirmant, quod multæ religiones impetrarunt indulta à Sede Apoſtolica erigendi monaſteria de ſola Epiſcopi licentia, ut dicam infra num. 71. hinc deducentes ſine hujuſmodi indulto monaſteria ſic erigi non poſſe: alioquin privilegium fuiſſet inane, & nihil eis contuliſſet contra textum in cap. *In his, infra de privileg.* & cap. *Abbate, de verb. ſignif.* Sed contra Epiſcopi tantum licentiam eſſe neceſſariam affirmant Rodr. *in Compen. Privileg. Mendican. in ver. Ædificare, num.* 2. *et verſ. Circa*, §. 20. & Eman. Rodriq. *quæſt. regular. tomo* 2. *q.* 49. *art.* 3.
61 Tu dicas quoad loca Eremitica, & monaſteria Ordinum non Mendicantium rem carere omni difficultate, quia facultas, quam Epiſcopi habebant de jure veteri, ſimilia loca erigendi ex d. c. *Quidam*, c. *De monachis*, & c. *Cellulas*, 18. *q.* 2. fuit expreſſè illis præſervata in d. c. *un.* quoad loca Eremitica, & quoad monaſteria non Mendicantium non fuit illis adempta, cum prohibitio illa loquatur tantummodò de Mendicantibus. Unde quod non mutatur &c. l. *Sancimus, C. de teſtamen.* & l. *Præcipimus, in fin. C. de appell.* & cum Conſtitutio de Mendicantibus negaverit, de non Mendicantibus cenſetur conceſſiſſe, c. *Nonne, ſupra de præſump.* c. *Qualis*, 25. *diſt.* & l. *Præter ff. de judic.*
62 Quo verò ad Mendicantes exceptis Capuccinis, & Minoribus de obſervantia S. Franciſci, videtur idem dicendum. Nam prohibitio Bonifacii VIII. in d. c. *un.* locum habet in illis Mendicantibus, quibus victum tribuit incerta mendicitas, & qui reditus, aut poſſeſſiones ex regula, vel conſtitutione habere non poſſunt juxta textum in c. *un. de religioſ. domib. lib.* 6. ut notat gloſſa in præalleg. decretali Bonifacii in *ver. Mendicantes.* At ex Concilio Tridentino in d. c. 3. *in princ.* Regularibus quorumcumque Ordinum, prædictis tantum exceptis, licet bona immobilia poſſidere, & conſequenter in eis videtur ceſſare prohibitio Bonifaciana, & nihilominus quoad omnes Concilium videtur Epiſcopis reſtituiſſe facultatem eis ademptam à Bonifacio, cum de omnibus loquatur ſub unica determinatione, & juris correctio ſit favorabilis, cum per eam fiat reductio ad jus commu-
63 ne antiquum, ut notatur in c. *Cum dilectus*, in gloſ. *in ver. Iuri communi*, & ibi per Hoſt. *n.* 17. & com-
64 muniter Doctores, *ſupra de Conſuetud.* Nec credendum eſt S. Synodum voluiſſe arctare eos, qui licentiam erigendi Conventus à Summo Pontifice impetrarunt, ad aliam licentiam obtinendam, ab Epiſcopo Diœceſano cum licentia ſit gratia, per quam alicui licet quod prius non licebat, ſecundum Cardin. poſt Gulielm. de Monte Laud. in Clem. *fin. n.* 9. *de elect.* Nec Patres eo caſu fuiſſent uſi verbo *licentia*, ſed potius ver. *Conſenſus*, ſicut uſus fuit Pius IV. dum voluit ut diſpenſationes Apoſtolicæ de non reſidendo ſtudiorum cauſa non ſuffragarentur, niſi accedente Ordinariorum conſenſu, ut in Conſtitutione incip. *Sanctiſſimus*, *edita die* 26. *Novembris* 1564.
65 Et confirmatur: nam Clemens VIII. *in Conſtitutione* 99. incip. *Quoniam ad inſtitutum*, *edita die* 23. *Iulii* 1603. de voto S. Congregationis Cardinalium ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium declaravit (locorum Ordinarios non poſſe licentiam ad novos Conventus cujuſcumque Mendicantium Ordinis in civitatibus, & locis eorū &c. Ordinariæ Juriſdictioni ſubjectis erigendos impertiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem civitatibus, & locis exiſtentium conventuum Prioribus, & aliis intereſſe habentibus, & cauſa ſervatis ſervandis cognita conſtiterit in eiſdem civitatibus, & locis novos hujuſmodi erigendos conventus ſine aliorum detrimento commode ſuſtentari poſſe. Quod ſi à ſententia Ordinariorum ad Sedem Apoſtolicam appellari contigerit, tamdiu



tam diu ipſos Ordinarios erectionem novorum conventuum ſuſpendere debere, quouſque ab ipſa Sede in eadem cauſa pronunciatum extiterit, Decernens irritum, &c.) ut *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 146. Quam Conſtitutionem poſtea innovavit Urbanus VIII. præviа revocatione facultatum Regularibus conceſſarum non erigendi Conventus ubique locorum de ſola Ordinarii licentia, ut in ejus *Conſtitutione* 25. incipiente *Romanus Pontifex*, *edita* 21. *Septembris* 1624. *in Bullar. tom.* 4. *pag.* 265.
66 Ergo à contrario ſenſu ſervata forma in Conſtitutione Clementis præſcripta Conventus Mendicantium erigi poterunt de licentia Ordinarii, nec opus erit licentia Sedis Apoſtolicæ, & hunc intellectum jam pridem probavit S. Congregatio Concilii, dum cenſuit pro erectione monaſterii nedum requiri licentiam Ordinarii, ſed ſervandum eſſe decretum Clementis VIII. niſi erigatur de licentia Sedis Apoſtolicæ, quia tunc erigi poteſt ſine Ordinarii licentia. Patet igitur non eſſe admittendum intellectum eorum, qui dixerunt Concilium in d. c. 3. *in fin.* non ſuſtuliſſe Conſtitutionem Bonifacii VIII. ſed præter licentiam Sedis Apoſtolicæ, voluiſſe ut adhiberetur etiam licentia Ordinarii: imò enim ex ſententia Sacræ Congregationis ubi erectio fit de licentia Papæ, Ordinarii licentia non eſt neceſſaria; & ubi fit de de licentia Ordinarii, non eſt neceſſaria licentia Papæ, ſed tantummodo ſervari debet ſolemnitas Conſtitutionis Clementis, & ita multoties vidi obſervatum: nam eadem S. Congregatio tam me Secretario, quam anteactis temporibus multas monaſteriorum erectiones probavit ab Ordina-
67 riis factas abſque licentia Sedis Apoſtolicæ. Quinimò alias cenſuit concedendum Congregationi Peregrinantium Ordinis Prædicatorum, ut poſſint erigere conventus inconſultis Epiſcopis quoad loca, in quibus non ſunt Epiſcopi. Aliorum verò locorum Epiſcopis commendandos eſſe hos Regulares, ut cum poſtulaverint alicujus Monaſterii erectionem, illis faveant pro tempore, niſi
68 aliquod relevans obſtiterit. Et alias cenſuit Epiſcopum non prohiberi de Capituli, & quorum intereſt conſenſu, & abſque Rectoris præjudicio eccleſiam ſecularem ordinaria authoritate in monaſterium erigere. Et Datarius idem ſenſit, niſi
69 agatur de commutatione ultimæ voluntatis. Rurſus cenſuit Epiſcopum non prohiberi ordinaria authoritate monaſterium Monialium erigere. Quid tamen in hoc ſervetur de ſtylo Curiæ dixi in cap. *Grave, nu.* 53. *verſ. Conſuevit, ſupra, de off. Ordinar.* Quin etiam hanc facultatem novum monaſterium erigendi S. Congregatio nec denegavit Vicario generali Epiſcopi ad id ſpeciale manda-
70 tum habenti, ut dicam latè in ſequenti quæſt. Nec forſitan Vicario Capituli ſede vacante, & propterea quoddam monaſterium fratrum S. Dominici cœptum ædificari de illius licentia, reſpondit ſinendum eſſe ad finem perduci. Quæ omnia cogunt me credere apocripham eſſe deciſionem, quam referunt Campan. & alii præcitati. Cum præſertim loquatur de Monachis, qui nullo jure arctantur ad obtinendam ſuper hoc licentiam Sedis Apoſtolicæ, nec talem deciſionem uſquam reperi in libris publicis S. Congregationis.
71 Non obſtant indulta erigendi monaſteria de licentia ſolius Ordinarii; nam ſi rectè advertatur, regulares præſertim non Mendicantes indulta hæc non impetrarunt, ut ſe eximerent ab obtinenda licentia ſummi Pontificis, qua non indigebant, ſed ſolum ut ſe eximerent à forma dictæ Bullæ, Clementis VIII. ut ſcilicet Monaſteria poſſent erigere ubique locorum, nullo aliorum Ordinum Regularium requiſito conſenſu, & ſic cantant indulta pro Monachis Congregationis B. Mariæ Fullienſis, pro Carmelitis Diſcalceatis, pro Clericis Regularibus S. Pauli Decollati, quæ habentur reſpectivè in tribus Conſtitutionibus Pauli V. nempe 51. & 10. *alias* 8. & 64. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 142. 188. & 214. Unde patet ex prædictis indultis ineptè inferri, ut in hujuſmodi erectionibus licentia Sedis Apoſtolicæ ſit neceſſaria.

Quartum denique tempus eſt Bulla Sanctiſſ. D. N. Innocentii X. quæ incipit *Inſtaurandæ*: me Secretario compilatæ in Sacra Congregatione ſuper ſtatu Regularium, ac publicatæ die 22. Octobris 1652. in qua ex cauſis in proœmio expreſſis primò (extinguuntur, ac ſupprimuntur conventus omnes Regularium virorum tam Mendicantium, quam non Mendicantium exiſtentes intra fines Italiæ, & inſularum adjacentium in litteris ab eadem Congregatione propediem expediendis nominatim exprimendi, in quibus ob parvum numerum Religioſorum Regularis diſciplina ſervari non poteſt. Ac deinde quia parum eſt mala præcidere, niſi etiam malorum cauſa, & radix evellatur, innovantur Conſtitutiones Bonifacii, & Clementis, quarum ſuperius meminimus, *n.* 59 & 65. aliorumque Romanorum Pontificum ſuper erectione novorum Conventuum editæ, illiſque addendo prohibetur, ne deinceps aliquis Regularium Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Congregat. Societatis, & cujuſvis alterius inſtituti etiam Societatis Jeſu in aliqua civitate, caſtro, villa, ſeu loco ad habitandum domos, vel loca quæcumque de novo recipere, ſeu monaſteria, conventus, & collegia incipere, vel fundare præſumat abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali plenam, & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmodi mentionem in ſcriptis, & gratis concedenda, prævia examinatione S. Congregationis negotiis Epiſcoporum, & Regulariū præpoſitæ. Si ſecus egerint, eo ipſo incurrant pœnas privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon dignitatum, & officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in poſterum obtinenda; & nihilominus receptiones, fūdationes, & erectiones ſint ipſo jure nullæ, & invalidæ; & domus, ac loca ipſa, & perſonæ in eis degentes omnimodæ juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus ſubjaceant.) Hæc ibi. Quamobrem ceſſant hodie altercationes, quæ ex præcedentibus Conſtitutionibus, & Tridentini Concilii Decretis oriebantur: nam poſt Bullam Innocentianam manifeſtum eſt nova monaſteria erigi nō poſſe ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. Sed quia hæc Bulla loquitur de monaſteriis virorum, & nondum egreſſa eſt fines Italiæ, & inſularum adjacentium, propterea in monaſteriis Monialium, & ultra montes ſervabis antedictam temporum diſtinctionem: nam quod non mutatur, ſtare non prohibetur, l. *Sancimus, C. de Teſtam.* cū concordan.
72 Decimò, & ultimò QUÆRO poſito Decreto Trid. Conc. *c.* 3. *in fin. ſeſſ.* 25. *de Regul.* An Vicarius generalis Epiſcopi abſque ſpeciali mandato poſſit licentiam concedere novum monaſterium erigendi.

fit effecta collatio parochialis quoad illum, qui eſt electus tanquam magis idoneus inter probatos ab examinatoribus Synodalibus, ut patet ex Concil. Triden. *ſeſ. 18.* in illis verbis (illique, & non alteri collatio fiat ab eo, ad quem ſpectabit eam conferre, &c.) ſequitur ut veniat in generali mandato cum non ſit amplius ſpecies donationis.
8 Et ita cum ſit correcta ratio tex. d. c. *ſi, in aſſe, Vicar. lib. 6.* propter quam id decretum fuerat, in generali mandato beneficiorum collationem non comprehendi, correcta etiam cenſeri debet illius diſpoſitio ad text. cum gloſ. 1. in l. 1. & ibi late per Alex. *in addit. ad Bart. in princ. ff. de legit. tutor.* cum ſimilib. ut per Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa, par. 1. n. 27.*

# DE INSTITVTIONIBVS.

## Cap. Cum veniſſent.

### S V M M A R I V M.

1 INſtitutiones, & cuſtodia poſſunt de jure ſpeciali ad inferiorem pertinere, & pendente lite cum Diœceſano, in poſſeſſione defenditur.
2 Epiſcopus fundat intentionem de jure communi ſuper inſtitutione, & deſtitutione perſonarum in beneficiis ſuæ diœceſis, & n. 11.
3 Declaratur.
4 Conſuetudo generalis poteſt concurrere cum jure communi, atque aliquid addit ſaltem illud confirmando, & roborando.
5 Verba generalia, & adulatoria ad complacentiam alterius prolata non inducunt obligationem, ſeu diſpoſitionem.
6 Placet verbum importat arbitrium boni viri.
7 Poſſeſſio contra jus ſufficit ad repellendum proprietarium ſi ſit adjuta vera præſumptione alicujus tituli licet clare de qualitate tituli non conſtet.
8 Poſſeſſio contra jus regulariter non prodeſt contra proprietarium in judicio proprietatis, nec relevat ab onere probandi.
9 Præpoſito Buxeti an competat jus inſtituendi tam ad beneficia in ſuo privilegio expreſſa, quam ad alia poſtea erecta infra limites præpoſituræ, & nu. ſeq. uſque ad n. 22.
10 Burgi Sancti Donini erectio in Epiſcopatum non obſtat juriſdictioni Præpoſiti Buxeti.
Præpoſiti Buxeti juriſdictio eſt cumulativa cum Epiſcopo ibid.
11 Jus inſtituendi in beneficiis juriſpatronatus non pertinet ad Prælatum Eccleſiæ inferioris, ſed ad Epiſcopum prævia patronorum præſentatione.
12 Geſta à Delegato præter, vel contra formam reſcripti ſunt ipſo jure nulla.
13 A jure deſtituendi non infertur ad jus inſtituendi, ſi jus deſtituendi ſit ex privilegio, ſecus ſi de jure communi.
14 Prælatus inferior habet jus inſtituendi in Eccleſiis ſibi pleno jure ſubjectis.
15 Secus ſi ejus juriſdictio ſit cumulativa cum Epiſcopo.
16 Jus inſtituendi poteſt præſcribi ab inferiore.
17 Poſſeſſio longiſſimi temporis ſufficit ad præſcribendum etiam ſine ſcientia, & patientia Epiſcopi.
18 Scientia, & patientia Epiſcopi ex quibus præſumatur.
19 Titulus juſtus eliditur ex facto executoris inſtitutionem tribuentis.
20 Jus inſtituendi, ac juriſdictio ex præſcriptione an cenſeatur privativè ad Epiſcopum, vel cumulative.
21 Præſcriptio non currit vacante Eccleſia.
22 Juramentum à Prælato præſtitum in damnum Eccleſiæ ab ipſo Prælato ſervandum eſt.
Si ſit ſeparabile à præjudicio Eccleſiæ, aliàs ſecus num. 28.
23 Juramenta non ſunt, ſed perjuria quæ contra utilitatem Eccleſiæ attentantur.
24 Juramentum præſtitum ab Epiſcopo Antecpirenſi de ſervandis conſuetudinibus, & privilegiis collegiatæ Eccleſiæ, an poſt erectionem dictæ Eccleſiæ in cathedrali obſtet quominus Epiſcopus uti poſſit ſua juriſdictione in ejuſdem Eccleſiæ capitulum, & perſonas ejuſdem civitatis.
25 Juramentum generale de obſervandis privilegiis an extendatur ad revocata, & n. 35.
26 Juramentum de ſervando ſtatuto tollitur per ſtatuti revocationem, & n. 36.
27 Epiſcopus etiam de Capituli conſenſu non poteſt abdicare à ſe juriſdictionem in totum.
28 Epiſcopus tenetur ſervare juramentum in his, quæ ſunt ſeparabilia à præjudicio Eccleſiæ, & n. 36.
29 Archidiaconus, qui abjuravit inſtitutiones, & cuſtodiam vacantium Eccleſiarum, non poteſt eas repetere.
30 Præjudicium Prælati quando cenſeatur diviſum à præjudicio Eccleſiæ.
31 Juramenta ab Epiſcopo præſtita in materia reſtitutionis, ac privationis capitularium ſucceſſores obligant.
32 Juramentum non porrigitur ad incogitata.
33 Juramentum per relationem ad aliud perinde habetur, ac ſi eſſet præſtitum ſuper re certa per ſe.
34 Juramentum habet tacitam conditionem rebus ſic ſtantibus.

1 CUM VENISSENT. Si poſſidet jus inſtituendi is etiam, ad quem de jure communi non ſpectat, pendente judicio proprietatis, in poſſeſſione defenditur. Hoc dicit ſecundum Jo. Andr. cum quo concordant Butr. Cardin. & omnes. Vel ſic ſecundum Abbatem; Inſtitutiones, & cuſtodiæ poſſunt de jure ſpeciali ad non Epiſcopum pertinere, & pendente lite cum Diœceſano, defenditur in poſſeſſione. Dividitur in tres partes. In prima allegatio pro Archiepiſcopo. In 2. allegatio pro Archidiacono, ibi, *Inter alia*. In 3. interlocutio, & ſub certa forma diffinitivè commiſſio, ibi, *Nos igitur*.

2 Nota primo ibi, *Ad eum ſpectat de jure communi*. Epiſcopum fundare intentionem de jure communi ſuper inſtitutione perſonarum in beneficiis ſuæ diœceſis. Ad hoc cap. *Omnes Baſilicæ*, & c. *Nullus omnino 16. q. 7.* c. *Ex frequentibus*, *ſupra eod.* cap. *Cum ex injuncto, in fin. de Hæreticis*, cum ſimilibus.
3 Butr. hic n. 3. & Abb. *in 1. notab.* Sed hoc intelligas tu de inſtitutione collativa, ut in prædictis juribus, & de inſtitutione authorizabili, ut in cap. *Cum ſatis*, *ſupra de officio Archid.* ſecus verò de inſtitutione corporali, quæ de jure communi ſpectat ad Archidiaconum, ut in c. *Ad hæc*, §. *In quadam*, & in c. *Ut noſtrum*, *in fin. eodem titulo*, & ſcripſi plenius in cap. *Eam te*, *n. 2. & ſeqq. de ætat. & qualit.*

Secun-



4 Secundò nota ibi, *quam de conſuetudine generali*, conſuetudinem poſſe concurrere cum jure communi: nam etſi diſponat idem, quod jus commune, nihilominus aliquid addit, ſaltem illud confirmando, & roborando, ut hic per Butr. *n. 4.* & Abbatem *n. 3.* quod bene nota ad declarationem gloſſæ in cap. 1. *inter 2. alt. de Conſtitut.* & eorum, quæ ſcripſi in c. *Si quis*, *n. 61. ſupra de foro compet.*

Tertiò nota ibi, *faceret, quod ſibi placeret*, generalia verba; & adulatoria ad complacentiam alterius prolata obligationem, ſeu diſpoſitionem non inducere: quamvis enim iſte Archidiaconus dixerit Archiepiſcopo, ut de omnibus reditibus faceret quod ſibi placeret; non tamen obſtrictus fuit illas libertates dimittere ad votum Epiſcopi, ut per Butr. *hic n. 8. & 9.* & ad hoc quotidie allegatur hoc c. ſecundum Abb. *n. 5.* & notat Bald. *in conſ. 218. Petita venia, col. 2. circa fin. verſ. Conſiderandum, lib. 5.* Corneus *conſ. 149. Viſis nonnullis actis, num. 7. & ſeqq. lib. 2.* Ad hoc bonus textus in l. *Littera*, *ff. de Jure Codicillor.* & in §. *Ceterum Inſtit. de militar. teſtam.* Unde ſi tu petas à me librum, & ego reſpondeam, ne dum de illo libro, ſed etiam de omnibus bonis meis faciam ad placitum tuum, ſeu quicquid tibi placebit: hujuſmodi verba nullam inducunt obligationem, ut poſt Butr. Cardin. Imol. & Abb. *hic* tradit Alex. alios referens in *conſ. 237. Perſpectis, numer. 12. verſ. Ac-*
6 *cedit illud, lib. 6.* & facit ſecundum Abbatem, quia verbum *placet*, importat arbitrium boni viri, ut l. *Thais*, §. *Sororee, ff. de fideicom. libert.* Unde Hoſt. *hic num. 11.* exponit verb. *Placeret*, id eſt placere deberet, ad hoc c. *Ex litteris, il 1. infra de ſponſal.*
7 ¶ Ultimò nota, in verſ. *Nos igitur*, quod poſſeſſio, quam habet inferior Prælatus contra jus commune, ſufficit ad repellendum Epiſcopum proprietarium illius juris, ſi ſit adjuta vera præſumptione alicujus tituli, licet clare de qualitate tituli non conſtet, niſi ex adverſo clare probetur defectus tituli præſcripti. Quod ſic colligitur ex hoc c. ſecundum Abb. *n. 8.* nam jus commune hic faciebat contra Archidiaconum, & pro ipſo erat poſſeſſio, & ejus titulus præſumptus, quia clarè non conſtabat conceſſionem juris inſtituendi fuiſſe factam Archidiaconatui realiter, ſed propter præſumptionem, quæ erat pro eo, quia conſtabat de conceſſione per confeſſionem Archiepiſcopi, præſumebatur conceſſionem fuiſſe realem ex longæva, & continuata poſſeſſione adjuta hac præſumptione. Et hæc fuit ſufficiens ad Archiepiſcopum repellendum, niſi Archiepiſcopus probaret defectum tituli, ut in fine textus. Quod nota
8 perpetuò ad limitationem c. *Cum perſona, de privileg. lib. 6.* nam poſſeſſio contra jus regulariter non prodeſt contra proprietarium in judicio proprietatis, nec relevat ab onere probandi, ut probatur in cap. *Cum Eccleſia Sutrina, in fin. de cauſ. poſſeſ. & propriet.* & notat in c. *Ex inſtitutionibus de conſuetud.* & in cap. *Conſtitutus, de elect.* ubi Innoc. *in princ. verſ. Sed forte dices.* Sed hoc fallit, quando poſſeſſio eſt aliquo titulo roborata, licet de modo tituli non conſtet, vel qualitate. Quod eſt notabile dictum, & memoriæ perpetuò commendandum nec alibi ita apertè probatur, ut inquit Butrius *hic nu. 12.*
9 Ex facto quæſitum eſt, an Præpoſito Buxeti Diœceſis Burgi Sancti Donini ex privilegio, vel præſcriptione competat jus inſtituendi tam ad Canonicatus, & Eccleſias in litteris Apoſtolicis ſui privilegii expreſſas, quàm ad Eccleſias poſt privilegium erectas infra limites ipſi Præpoſito aſſignatos.
10 Propoſita juriſdictionis controverſia inter Epiſcopum Burgi S. Donini, & Præpoſitum Buxeti, S. Congregatio Concilii cenſuit neque litteras erectionis Eccleſiæ Burgi Sancti Donini in Cathedralem, neque ſubreptionem litterarum Eugenii IV. quam Epiſcopus afferebat quidquam obeſſe Præpoſito, quin ſua juriſdictione uti poſſit in Eccleſias, Canonicos, & Perſonas iiſdem litteris deſignatas. Cæterum nec Præpoſiti privilegium obſtare Epiſcopo, quominus ſi prævenerit, jus ſuum in eaſdem Eccleſias, Canonicos, & Perſonas exercere valeat; atque ita Præpoſiti juriſdictionem cumulativam cum Epiſcopo, non autem privativam.

Nunc verò plures dubitationes emergunt inter Epiſcopum, & Præpoſitum, de quibus uterque conſulit S. Congregationem; atque inter alias una eſt, An Præpoſito competat jus inſtituendi ad Canonicatus, & Eccleſias in litteris Eugenii expreſſas. Altera an Præpoſitus eamdem habeat juriſdictionem in Eccleſias poſt privilegium Eugenii erectas, & fundatas infra limites ipſi Præpoſito aſſignatos.
11 Quoad primam ex diſpoſitione juris communis in Beneficiis juriſpatronatus, qualia ſunt hæc, de quibus agitur, jus inſtituendi non pertinet ad Prælatum Eccleſiæ inferioris, ſed ad Epiſcopum, prævia Patronorum præſentatione, ut in propriis terminis decidit Caſſador, *dec. 22. nu. 3. verſ. Et in patronali præſentatione, de Præbendu.* Et indiſtinctè inſtitutionem ſpectare ad Epiſcopum, non ad inferiorem, probant in c. *Cum in Eccleſia Vulterana, de elect.* Anton. de Butr. *numer. 21. verſ. Aut agitur de proviſione Eccleſiæ Collegiatæ*, Imol. *ſub num. 5. verſ. Si vero non ſit patronata*, Abb. *ſub nu. 8. verſ. Quoad ſecundum caſum.* Selva *de Benefic. p. 2. quæſt. 22. nu. 45. & ſeq.* Felin. in cap. *Cum venerabilis, numer. 35. & ſeq. de except.* & eſt communis opinio, quam Rota ſequi conſuevit, Caſſador. *d. deciſ. 22. nu. 3.* Puteus *deciſ. 135. lib. 1.* Itaque jus commune favet Epiſcopo, qui habet intentionem fundatam ſuper inſtitutione, & deſtitutione beneficiorum omnium ſuæ diœceſis, ut *hic*, & in c. *Cum ex injuncto, in fine, de Heret. lib. 6.* Cum concordant. de quibus ſupra *in 1. notab.* Neque verò in litteris erectionis Præpoſituræ legitur attributa Præpoſito inſtituendi facultas; quinimo ex illarum ſerie contrarium potius colligitur, quia in ea parte, in qua Pontifex dat facultatem reſervandi juſpatronatus familiæ DD. de Pallavicinis, unico contextu jubet fieri præſentationes coram eis, ad quos inſtitutio pro tempore pertinebit, quod indicat Pontificem nihil voluiſſe diſponere circa inſtitutionem, ſeu eam reliquiſſe in terminis juris communis; præſertim ob clauſulam incontinenti additam, *juribus Epiſcopalibus ſemper ſalvis*, ad text. in cap. *Salvo, 9. quæſt. 3.* & in cap. *Cum longe, 63. diſtinct.* & in l. *Si debitor*, §. *Si in venditione, ff. Quibus modis pignus, vel hypoth. ſolv.* Ac propterea executor Apoſtolicus, qui reſervavit Præpoſito jus inſtituendi, exceſſit limites mandati, quia revera id non continebatur in litteris commiſſio-
12 nis: ideoque quicquid per ipſum geſtum eſt præter, vel contra formam litterarum Apoſtolicarum dicitur ipſo jure nullum, cap. *Cum dilectus*, ubi

, no-

notatur *de reſcript.* & cap. *Cui, de preben. lib. 6.*
13 Nec obſtat quod in dictis litteris concedatur
Præpoſito facultas deſtituendi, quaſi hinc videa-
tur etiam inferri ad jus inſtituendi, ex regula di-
cti c. *Cum ex injuncto, in fin. de hæret. lib. 6.* Nam hoc
procedit in eo, cui hæc facultas competit de jure
communi, ſecus ſi ex privilegio, ut hoc caſu, ſicuti
declarant Hoſt. Abb. Felin. & alii, ibid. & Rota
*deciſ. 6. de renunc. in novis.*
14 Rurſus non obſtat, quod inferiori Prælato com-
petat jus inſtituendi in Eccleſiis ſibi pleno jure
ſubjectis, c. *In Lateranenſi*, ubi omnes notant, *de*
15 *preben.* Quia id procedet et ſi Epiſcopus nullum jus
Epiſcopale ibi exerceret, ſed tota juriſdictio ad
Præpoſitum pertineret. Quod non eſt hoc caſu,
cum juriſdictio utriuſque ſit cumulativa ex deci-
ſione jam à Sacra Congregatione edita: ita decla-
rat Lambert. *de jurepatr. 3. par. lib. 2. art. 17. ante 1.*
*qu. principalem, nu. 2.*
16 Cæterum etſi Præpoſito jus commune obſiſtat,
cui litteræ Apoſtolicæ non derogarunt, favet ta-
men illi antiquiſſima inſtituendi poſſeſſio. Cer-
tum eſt enim jus inſtituendi poſſe acquiri præſcri-
ptione, Cardin. in Clem. 1. *ſub nu. 11. col. 9. 1. fin.*
*de ſupplen. neglig. Prælat.* Abb. poſt alios in c. *Audi-*
*tis, nu. 6. de præſcript.* Gemin. in c. 1. *nu. 6. 24. diſt.*
Lambert. *de jurepatr. art. 10. 1. q. prin. 3. par. lib.*
2. Felin. in c. *De quarta, nu. 13. eod. tit.* Callador. *d.*
*deciſ. 22.*
Præpoſitus autem exhibet inſtitutiones ab an-
no 1506. uſque ad annum 1601. atque ita centum
17 fere annorum. Quæ quidem longiſſima poſſeſſio
ſufficit ad præſcribendum etiam abſque ſcientia,
& patientia Epiſcopi, ſecundum ſententiam,
quam dicit eſſe veriorem, ac magis communem.
Alex. *conſ. 6. col. 2. in fin. nu. 4. vol. 1.* & alii quam-
plures relati à Maſcard. *de probat. vol. 3. concl.*
1219. *nu. 42.* & in quadragenaria præſcriptione
incorporalium ita decidit Innoc. in c. *Illone, il ſe-*
*cundo, de poſtulat. Prælat.* quem refert, & ſequitur
Paul. de Caſtr. in l. 2. *col. 1. nu. 3. ſuper ver. Viſus tibi*
*interdictus, C. de ſervit. & aq.* & alii apud Maſcard.
18 *loco cit. num. 56.* Ratio eſt, quia ſpatio longi tem-
poris ſcientia & patientia Epiſcopi præſumitur.
Salicetus in l. *Authen. verſ. Quæro de quæſtione falſi,*
*C. Unde vi*, Rota *deciſ. 28. numer. 7.* & *deciſ. 147.*
*nu. 3. part. 1. d. verſor.* Quemadmodum etiam hoc
caſu præſumitur ex inſtitutionum multiplicitate,
Abb. in c. *Cum Eccleſia, nu. 2. fide conſ. poſſ. & propr.*
Put. *deciſ. 217. in fin. lib. 1.* Rota *in Nullius, ſeu Squil-*
*lacenſis Iuriſdictionis* coram Martino Andrea 9.
Martii 1616. & ex viſitationibus Epiſcopi Cre-
19 monen. Rota *diverſ. par. 2. deciſ. 106. nu. 8.* Juſtus
verò titulus, etſi in præſcriptionibus longiſſimi
temporis non requiratur, elicitur tamen ex facto
executoris inſtitutionem tribuentis, cap. *Cum di-*
*lectus, de conſuetud.* ubi Ant. de Butr. notat *colum. 5.*
*verſ. Secunda eſt opinio, uſque ad col. 8. verſ. Secunda*
*oppono.*
Non obſtat ſententia anno 1565. lata per Or-
manettum judicem compromiſſarium inter Epi-
ſcopum Cremonæ, & præpoſitum, in qua caſſan-
tur, atque irrita decernuntur omnia acta hinc in-
de producta. Nam non propterea fuit ſublatum
jus inſtituendi, quod Præpoſitus ex præſcriptione
jam completa acquiſierat ſpatio annorum ſupra
quadraginta, ſcilicet ab anno 1506. uſque ad tem-
pus ſententiæ. Præter quam quod ſententia hac in
parte non habuit effectum, quia poſtea Præpoſitus
20 perrexit inſtituere uſque ad annum 1601. Habet
igitur Præpoſitus jus inſtituendi ad ſupraſcriptas
Eccleſias ex præſcriptione, quo caſu inſpecta juris
communis diſpoſitione, gravis quæſtio eſſet an
illud haberet in privationem, & excluſionem
Epiſcopi, an verò cumulative cum ipſo. Ægidius
enim in c. *Cum ſatis, num. 3. ad fin. de offic. Archid.* ſen-
tit, licet ſubobſcurè, jus inſtituendi quæſitum præ-
ſcriptione competere inferiori privativè ad Epi-
ſcopum: atq; hoc ipſum de præſcripta juriſdictio-
ne reſpondit Calder. *conſ. 2. de præſcript.* & *conſ. 6.*
*de ſent. excom.* Abb. in cap. *Auditis num. 7. de præ-*
*ſcript.* gloſ. in c. *Paſtoralis*, ubi etiam Abb. *num. 4.*
& Felin. *num. 5. in 8. l. mitatione de offic. Ordin.* Pa-
ris. in d. cap. *Auditis, num. 12. verſ. Secunda con-*
*cluſio*, latiſſimè Balb. *de præſcript. par. 1. prima par-*
*tis principalis, q. 11.*
At contra quod juriſdictio per præſcriptionem
quæſita privative non competat, ſed cumulativè,
probare conantur, & verum cenſent Hoſtien. Jo.
Andr. Butr. & Imol. in d. c. *Paſtoralis*, quorum
opinio fortè ſervaretur in practica ob illorum au-
thoritatem, ut teſtatur *ibid.* Abb. & eſt magis com-
munis, ut aſſerit Covar. *in priore parte relect. c. Al-*
*ma mater, §. 12. ſub n. 3.*
Sed certe in caſu præſenti manifeſtum videtur
juriſdictionem Præpoſiti eſſe cumulativam cum
Epiſcopo, quia uterque tam Præpoſitus, quam
Epiſcopus inſtituerunt ſpatio annorum plus quã
quadraginta; ex parte enim Epiſcopi exhibentur
inſtitutiones ab anno 1558. uſque ad 1613. atque
ita ſupra quinquaginta annos; quando autem etiã
Epiſcopus exercuit juriſdictionem inferioris præ-
ſcribentis eſſe cumulativam, pluribus probat Abb.
in d. c. *Auditis, nu. 14.*
Et quamvis Præpoſitus anno 1558. jam com-
pleviſſet præſcriptionem: nihilominus etiam Epi-
ſcopus potuit contra ipſum cumulativè præſcri-
bere ſpatio annorum quadraginta, Abb. *conſ. 94.*
*in fin. verſ. Item*, & 2. *lib. 1.* Zabarell. *conſ. 131.*
*Videndum eſt, num. 6.* Alex. *conſ. 5. ſub num. 12. verſ.*
*Nec iſtis obſtat. lib. 5.* & eſt textus in c. *Cum de benefi-*
*cio, de preb. lib. 6.*
Nec refragatur, quod ab anno 1601. Præpoſi-
tus amplius non inſtituerit: nam non propterea
dicendus eſt amiſiſſe hoc jus quæſitum præſcri-
ptione, quia Præpoſitura vacavit ab eo tempore
per ſpatium quatuor annorum, quibus ſubductis
uſque ad tempus motæ litis, vix octo, aut novem
21 anni interceſſerunt: non enim currit præſcriptio
vacante Eccleſia, c. 1. c. *Auditis*, & c. *De quarta*, ubi
gl. & Doctores, *de præſcript.* Quamobrem non eſt
opus diſcutere, an Præpoſitus ex non uſu decem
annorum amiſerit jus inſtituendi legitima præ-
ſcriptione quæſitum.
Atque ex his ſatis perſpicuum videtur jus inſti-
tuendi competere Præpoſito cumulativè cum Epi-
ſcopo. Quia tamen non deſunt graves authores
in d. c. *Auditis*, qui ſentiunt ex inſtitutionibus Epi-
ſcopi interrumpi præſcriptionem inferioris præ-
lati, & è converſo, ita ut nullo modo præſcribat;
fortè ſatius eſſet hunc articulum cumulativæ præ-
ſcriptionis in alia Congregatione diligẽtius exa-
minare. Hunc articulum habes pleniſſimè à nobis
examinatum in d. c. *Auditis, à num. 2. uſque ad nu.*
19.
Quoad ſecundum caput itidem manifeſtum vi-
detur



detur juriſdictionem Præpoſiti extendi etiam ad
Eccleſias poſt privilegium Eugenii erectas infra
limites eidem præfixos: ita enim diſertis verbis
cavetur in litteris erectionis hujuſmodi, & in ſen-
tentia executoriali in hæc verba: (Ipſis Præpoſitis
tam præſentibus, quam futuris jus Archidiaconale
in Eccleſias, Canonicos, & Perſonas hujuſmodi
præſentes, & futuras, &c.) perpetuò concedimus;
nam verbum illud *futuras*, videtur qualificare tam
perſonas, quam eccleſias, Pariſ. *conſ. 26. num. 37.*
*vol. 3.*
Verum & quoad hoc caput fortaſſe ſatius eſſet
nihil generaliter reſpondere, ſed tantum perſpe-
ctis qualitatibus cujuſque Eccleſiæ poſt dictam
erectionem conſtructæ, à quo ſint dotatæ. An ſint
ejuſdem, vel alterius ſpeciei, An obſervantia ſuf-
fragetur Epiſcopo, vel Præpoſito, & ſimilia id ge-
nus juxta deciſionem, Rotæ 17. p. 2. *diverſor.*
22 In Gloſſa in ver. *Abjuraſſe*, nota ex hac gloſſa, &
ex textu, factum Prælati non præjudicare Eccle-
ſiæ, ſed nihilominus juramentum præſtitum à
Prælato ſervandum eſſe contra id, quod habetur
23 in c. *Sicut, il primo, ſupra de jurejurando*, ubi dicitur
non juramenta, ſed perjuria potius eſſe dicenda,
quæ contra utilitatem Eccleſiaſticam attentan-
tur, cap. *Pervenit, il primo eodem titulo.* c. *Si quis*
*Presbyterorum, de reb. eccleſ. non alienand.* Sed quali-
ter hoc ſit intelligendum, declarabitur in ſequen-
ti quæſtione, præſertim *n. 28.*
24 Suppoſita declaratione Sacræ Congregationis
Concilii, quæ cenſuit privilegia Capitulo, & De-
cano Eccleſiæ Collegiatæ Antverpienſis conceſſa
eſſe revocata per ejus erectionem in Cathedralẽ:
Itemque ſuppoſito præſentis Epiſcopi juramento
in ea forma, cujus exhibetur exemplum: Dubita-
25 tur, an ipſum juramentũ obſtet Epiſcopo, quomi-
nus univerſa juriſdictione Epiſcopali uti poſſit cõ-
tra Decanum, & Capitulum, aliaſque perſonas
26 Civitatis Antverpien. Contra Capitulum duo
præcipuè videntur urgere. Primum quia cum pri-
vilegia hæc jam eſſent revocata, juramentum ge-
nerale Epiſcopi de ſervandis privilegiis ad revo-
cata extendi non debet. Ripa *reſp. 5. n. 4. & 5. lib.*
*1.* & ad rem facit doctrina Baldi *in proœmio feud. n.*
*15.* ubi vult, ut ſi quis juraverit obſervare ſtatu-
tum, & illud poſtea revocetur, tollatur vinculum
juramenti. Secundum quia Epiſcopus etiam de
27 conſenſu Capituli non poteſt abdicare à ſe juriſ-
dictionem in totum, Abb. in c. *Cum olim, il ſecondo,*
*nu. 4. de privileg.* Felin. in c. *Cum inter, nu. 4. circa*
*princ. verſ. In contrarium*, ubi teſtatur de magis com-
muni, *de re judicat.* Quod ſi juramentum hujuſ-
modi ligaret Epiſcopum, perinde eſſet, ac ſi ipſe
totam juriſdictionem invita ſua alienaſſet.
Sed his non obſtantibus contrarium videtur re-
ſpondendum, videlicet Epiſcopum impediri ju-
ramento, quominus poſſit dum vivit juriſdictio-
nem, quæ ante erectionem Capitulo, & Decano
28 Collegiatæ competebat ſibi vendicare. Eſt enim
communis concluſio, quando Epiſcopus juravit
in his, quæ ſunt ſeparabilia à præjudicio Eccleſiæ,
ut ſunt juramenta temporalia, teneri eum obſervare
juramentum, ac ſi contra illud velit venire, non
eſſe audiendum, ut poſt gloſſam noſtram optimè
declarat Anton. de Butr. *hic n. 32.* & ſatis proba-
tur in hac Decretali, ubi Archidiaconus, qui abju-
29 raverat libertates Archidiaconatus, ſcilicet inſti-
tutiones, & cuſtodias vacantium Eccleſiarum,
non poteſt eas repetere, & contravenire juramen-
to. Et quamvis textus non dicat non poſſe repe-
tere, cum tamen dicat Archidiaconum eſſe con-
ſervandum in quaſi poſſeſſione libertatum, donec
probetur ipſum eas abjuraſſe, neceſſariò infertur,
ut ubi conſtaret de abjuratione, non eſſet audien-
dus contra juramentum, ut hic tradunt omnes.
Opinionem Butrii ſequitur Felinus, in c. *Pervenit,*
*il primo, n. 8. de jurejur.* ubi eam defendit ab impug-
natione Imolæ, Abbas *hic nu. 16. & 18.* Jo. de Sel-
va, in *tract. de juram. in 3. par. in 1. quæſt. num. 35.*
Aretin. *conſ. 114. num. 3.* quem ſequuta eſt Rota
30 in deciſionibus exhibitis coram Seraphino, & de
Groſſis, ubi juramentum Epiſcopi in materia vi-
ſitationis dixit eſſe ſervandum, cum ſit ſeparabile
à præjudicio eccleſiæ, & durat durante vita Epi-
31 ſcopi jurantis. In his enim, quæ ſunt juriſdictio-
nis, fructumque non afferunt, ſed ſunt ſolum ho-
norificentiæ perſonæ præſidentis, præjudicium
Prælati cenſetur dividuum à præjudicio Eccleſiæ,
ut per Butr. *d. numer. 32. verſ. Ubi vero præjudicium.*
Aret. *d. conſ.* & Rota *in eadem deciſ.* Et hanc doctri-
32 nam videntur probaſſe patres in Concilio Trid.
dum decretis *cap. 4. ſeſſ. 6.* & *cap. 6. ſeſſ. 25.* in
materia viſitationis, & privationis Capitula-
rium, ſanxerunt juramenta ab Epiſcopis præſtita
ſuos obligare auctores. Facit textus in cap. *Per*
*ſuas, ad fin.* ibi: Quia juramento ſuo ſeipſum
perſonaliter, non Eccleſiam poterat obligare *de*
*arbitr.*
33 Non obſtant adducta in contrarium: nam ad
primum reſpondetur verum eſſe, quod dicitur ju-
ramentum generale, & incertum de obſervandis
ſtatutis non porrigi ad revocata, quia juramen-
tum non porrigitur ad ea de quibus non eſt cogi-
tatum, gloſ. in c. *penult. in ver. Quia promiſit, de jure-*
*jurand.* jurans autem non cenſetur cogitaſſe de ſta-
tutis revocatis. Cæterum juramentum, de quo
nunc agimus, non eſt ſimpliciter generale, & in-
certum de obſervandis conſuetudinibus, & privi-
legiis, ſed eo modo, quo Capitulares uſi fuerunt
tempore Epiſcoporum Cameracen. & ſic refert ſe
34 Epiſcopus jurans ad factum, & ad uſum, quo caſu
non poteſt juramentum reſtringi ad privilegia
non revocata, cum juramentum ſit ſuper re certa
per relationem ad aliud, quod perinde habetur, ac
ſi eſſet præſtitum ſuper re certa per ſe, l. *Certum ff.*
*ſi certum petat.* l. *In ſumma ff. de re judicat.* & ita vi-
detur ſpecialiter juraſſe ſe obſervaturum hæc &
hæc privilegia, exemptiones, & conſuetudines.
Imo hoc caſu apertè conſtat jurantem voluiſſe ſe
obligare etiam quoad privilegia revocata, quia
retulit ſe ad tempus Epiſcoporum Cameracen. &
ſic ad tempus ante revocationem per erectionem,
adeo ut videatur juraſſe ſe ſervaturum privilegia,
quibus poſitum eſt Capitulum tempore Epiſcopo-
rum Cameracen. etiam ſi hodie mutato ſtatu ab-
rogata fuerint. Et propterea ceſſat interpretatio
defectus voluntatis in jurante.
35 Secundò reſpondetur opinionem Ripæ nulla
authoritate fulciri; nam Bald. quem citat, loquitur
de juramento obſervationis ſtatuti, quod poſtea
tollitur, & dicit jurantem non teneri ad illud ob-
ſervandum, ut etiam tradunt Doctores in c. 1. *de*
*his quæ fiunt à major. part. cap.* Quia juramentum ha-
bet tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus, c.
*Ad naturam, il ſecundo*, & c. *Quemadmodum, de*
*jurejur.* Oldrad. *conſ. 241. ſeſtum tale eſt, nu. 2. verſ.*
Se-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vendi beneficium devolvi ad ſuperiorem, ſi is, ad quem ſpectat collatio, diſtulerit ultra ſex menſes
30 conferre, ut eſt caſu hic. Quod procedit in omnibus dignitatibus, officiis, & præbendis, dummodo tamē ſint diſtinctæ, vel certus numerus ſtatutus: aliàs ſecus, ut in eccleſiis non numeratis, quia in illis non datur vacatio; & proinde non poteſt eſſe locus devolutioni. Textus eſt in c. *Ex parte, infra eod.* & hic notat gloſ. *in ver. Infra ſex menſes, verſ. Iſta tamen Conſtitutio*, Innoc. poſt med. *verſ.* Et dicimus locum habere, licet legatur corruptè Hoſt. *n. 3. verſ. Quarto.*
31 Rurſus quamvis olim hæc devolutio locū non haberet in Epiſcopatibus, & Archiepiſcopatibus, ut c. *Dilecto, inf. eod.* hodie tamen locum habet tam in ipſis, quam in Abbatiis, ut poteſtas eligendi transferatur ad Superiorem, ſed minus tempus devolutioni præſcribitur, ſcilicet trium menſium, quia mora in talibus eſt periculoſa, ſic eſt textus in cap. *Ne pro defectu, ſupra de elect.* & in cap. *Quamquam, eod. tit. lib. 6.* gloſ. penult. hic. Innoc. *circa fin. verſ. Et licet aliàs*, & Hoſt. *num. 3. verſ. Quarto.*
32 Cæterùm non vendicat ſibi locum pœna devolutionis hic ſtatuta in eo, qui debet inſtituere præſentatū à Patrono, ut tenent Domini de Rota, *deciſ. 222. aliàs 4. verſ. Præterea nullum tempus, de jurepatr. in nov.* quia hæc decretalis loquitur in eo, ad quem ſpectat jus conferendi; unde non extenditur ad eum, ad quem ſpectat jus inſtituendi: reſpectu enim inſtitutionis faciendæ non reperitur tempus à jure præfixum, & illam deciſionem refert, & ſequitur Abb. *hic n. 11.*
33 Demum pœna devolutionis locum habet, dummodo is, ad quem ſpectat collatio, diſtulerit cōferre per negligentiam: ſecus ſi per impotentiam juris, vel facti, etiam culpa contingentem, ut c. *Quia diverſitatem, inſ. eod* & c. *Cum M. ſupra de Conſtit.* ſecundum Innoc. *hic in fin.* Hoſt. *num. 3. in ver. Conferre*, & Jo. Andr. *n. 7. in ver. Diſtulerit*, quibus cæteri conſentiunt, & fuſius dictum eſt ſupra in præced. notab. n. 7.
34 Undecimò nota in eod. ver. *diſtulerit* hanc devolutionem poteſtatis conferendi beneficium ob negligentiam nō conferentis fieri ad proximū Superiorem gradatim, ut hic eſt deciſio multum notabilis, quæ quotidie obſervatur in praxi. Unde ſi Capitulum infra ſex menſes non conferat, poteſtas devolvitur ad Epiſcopum, qui habet ſex menſes, ut hic & in c. *Licet ſupra de ſuppl. neglig. Prælat.* & Epiſcopo negligente, fit devolutio ad Metropolitanum, qui ſimiliter habet alios ſex menſes: eoque non conferente, devolvitur poteſtas ad Patriarcham, cui Archiepiſcopus ſubeſt. Quòd ſi Superiorem non habeat, ad Papam fit devolutio, ut hic firmat Abb. *in ult. notab.* poſt Hoſt. *in fi.* Jo. Andr. *num. 8. in ver. Omnes*, Imol. *num. 16.* Rebuff. *in Praxi benefic. tit. de devolut. num. 7.* & tenent Domini de Rota *deciſ. 1. num. 4. de ſuppl. neglig. Prælat. in nov.* Mantic. *deciſ. 260. n. 2.*
35 Nota tamen differentiam inter Metropolitanum, & Papam: nam Metropolitanus conferre non poteſt jure devoluto, niſi omnes inferiores Collatores ultra ſex menſes cōferre neglexerint, ut patet ex litera ibi, *verſ. omnes*, & in c. *Poſtulaſti inf. eod.* & tenent hic Jo. Andr. *num. 8. in ver. Omnes.* Sed
36 Papa lapſo primo ſemeſtri ſtatim poteſt providere, ut per Gonzal. *ad reg. de Menſib. in proœm.* §. 3. n. 5. & vide Rot. apud Card. Seraph. *deciſ.*
37 *1563.* Rurſus Papæ negligentiam nemo ſupplet, cum ſuperiorem non habeat: Salvo tamen eo, quod habetur in c. *Statutum, de præb. lib. 6.* ubi ſi Papa beneficium vacans in Curia non contulit infra menſem à die vacationis Ordinarius confert, ſecundum Boaitinum, cujus dictum hic ſequitur Jo. Andr. *n. 8. in ver. Metropolitanus*, Imol. *n. 16.* & Jo. de Anan. *n. 19.*
38 Sed hic incidit dubitatio, numquid legatus natus, ad quem devolvitur poteſtas conferendi propter negligentiam inferioris, habeat duo ſemeſtria ad conferendum.

Præmitto ejuſmodi legatos natos, ut ſunt Archiepiſcopi Eboracen. Cantuarien. Rhemen. & Piſan. quamvis poſſint ſuam juriſdictionem exercere in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum & tota provincia, ut habetur in c. 1. *de off. leg. lib. 6.* & in c. 1. *de appellat.* non tamen poſſe conferre beneficia ad collationem inferiorum ſpectantia, niſi poſteaquam propter negligentiam eorumdem inferiorum ad eos devoluta fuerit collatio, juxta textum hic. In quo caſu dubitatur an talis habeat duo ſemeſtria, unum ſcilicet, tamquam Archiepiſcopus, aliud tamquam Legatus.

Pro parte affirmativa facit concurrentia diverſorum jurium in eadem perſona, arg. eorum, quæ habentur in c. *Si collationem, de appell. lib. 6.* in c. *Poſtulaſti inf. eod.* in c. *Cum inter univerſos, ſupra de elect.* & in l. *Tutorem, ff. de his qui indig.* Contrarium tenent Domini de Rota *in præalleg. deciſ. 1. num. 5. de ſuppl. neglig. Prælat. in nov.* dicentes hoc eſſe caſum in c. *Licet, ſupra de ſuppl. negl. Prælat.* ubi de Eboracen. Archiepiſcopo, qui eſt Legatus natus ratione ſuæ dignitatis, ut et Cantuarien. ut in c. 1. *ſupra de off. l.* & tamen ibi antequam fiat devolutio ad Papam non habet niſi unicum ſemeſtre, & ſequuntur prædictam deciſionem Butr. *hic n. 10.* & Imol. *n. 17.* quia tamquam Prælatus non habet poteſtatem ſupplendi neglegentiam propriam ubi neglexerit tamquā Archiepiſcopus; & ideo ſibi tamquā à legato non dabitur aliud ſemeſtre, ſicut de ſeipſo non poteſt appellari, nec querela deponi ſecundum ea, quæ habentur in c. *Romana de for. compet. lib. 6.* & in c. 2. *de Conſuetud. eod. lib.* Non obſtant contraria, quia loquuntur in eo caſu, in quo quis ſimul cum alio debet actū exercere: tunc enim poteſt negligentiam propriam ſupplere d. c. *Poſtulaſti.* Secus quando ſolus debet actum expedire, quia tunc negligentiā ſuam minimè ſupplebit, ut per eoſdem firmat gloſ. Pragmat. Sanct. *in tit. de collat. in ver. Reſpective*, & Jo. de Selu. *de benefic. in 2. par. q. 3. n. 15.*
39 Duodecimò nota, ibi *per Capitulum ordinetur*, poteſtatem conferendi non tantum devolvi ex minoribus ad Superiores, ſed etiam ex Superioribus ad minores, quemadmodum hic fit devolutio de Epiſcopo ad Capitulum, & notant Hoſt. *n. 3. verſ. Tertiò quæritur*, Anchar. *n. 14.* & Imol. *n. 5.* Aliàs verò minor, aut per negligentiam Superioris, vel paris non ſupplet, niſi ubi reperitur expreſſum, ut poſt Archid. in c. *Volumus 89. diſt.* notat hic Collectar. *n. 5.* & Abb. *n. 6.* Simile habetur in c. *Cum ſimus, 9. q. 3.*
40 Ultimò nota ibi, *Quòd ſi ad Capitulum pertinuerit*, Capitulo poſſe competere jus conferendi beneficia etiam privativè ad Epiſcopum, ut apertè pro-



probatur hic: aliàs enim non fieret devolutio de Capitulo ad Epiſcopum, & notat Bernard. *hic in princ.* & Abb. *n. 5.* De ſimultanea verò inter Epiſcopum, & Capitulum, vide textum in c. *Cum Eccleſia Vulterana, ſupra de elect.* & in c. *Poſtulaſti*, & quod utrobique plenè notavi *inf. eod.*
41 In gloſ. 3. nota benè rationem gloſſæ, cur pactū de futura ſucceſſione in beneficiis eccleſiaſticis non validetur ex conſenſu beneficiati, cum tamē ſecus ſit in pacto de hæreditate viventis, ut l. *fin. C. de pact.* Ratio enim differentiæ eſt ſecundum gloſ. quia non eſt in poteſtate beneficiati dare ſucceſſorem in beneficio, ut c. *Deteſtanda, infra eod. lib. 6.* Sed Pater familias bene poteſt concedere cui vult ſuam hæreditatem. Beneficiatus enim eſt Procurator, pater familias dominus, ut per Card. *hic, n. 7.* Eamdem rationem aſſignant in c. *Accepimus, de pact.* Jo. Andr. *n. 2.* Bellam *in princ. in 1. oppoſit.* Butr. *n. 6.* & Card. *n. 2.*
42 QUÆRO an Coadjutoriæ quæ dantur hodie à Sede Apoſtolica cum futura ſucceſſione, adverſentur juri communi, vel decretis Concilii Tridentini.

Quod ſpectat ad jus commune, duæ ſunt opiniones. Prima eſt eorum, qui putant hujuſmodi Coadjutorias eſſe conformes juri communi, cui adhærent nonnulli ex modernis, videlicet Nicolaus Garzia *in tract. de benefic. par. 4. c. 5. num. 19.* & Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 25. à n. 6.* ubi nititur hanc gratiam à detractoribus vindicare, & *n. 8.* contendit illius uſum eſſe antiquiſſimum, & à Sacris Canonibus approbatum, & videtur ex mēte Putei *deciſ. 475. n. 5. l. 2.* ubi ait, gratiā Coadjutoriæ non eſſe merè perventivam, ſed habere fomentum juris propter conſenſum coadjuti: nec eſſe ita odioſam, ſicuti eſt gratia merè præventiva, & Quintil. Mandoſ. *ad reg. 11. q. 5. n. 5.* dum dicit uſum hujus gratiæ habere aliquam conformitatem cum jure Canonico, licet eum carpat Gonzal. *ad reg. de Menſib. gloſ. 5. §. 9. n. 46.*

Allegantur pro hac opinione tria jura. Primò ſcilicet c. *Petiiſti, 7. q. 1.* ubi hoc videtur expreſſum. Sed de intellectu hujus textus plenè dicam infra *n. 48. 49. & n. 78.*
44 Deinde allegatur c. *Sicut vir, §. Ecce his authoritatibus, verſ. Hinc etiam*, cum c. *Non autem, immediatè ſeq. ead. cauſ. & quæſtione*, ubi Beatus Auguſtinus ſucceſſit in eccleſia Hipponenſi de conſenſu Epiſcopi ægrotantis, ut dicunt Put. *deciſ. 226. n. 17. lib. 3.* & Lotter. *d. q. 25. n. 8.* qui tamen
45 errore ſunt lapſi, ut patebit infra. *n. 80.* Tertiò allegatur c. 2. *de præb. lib. 6.* ubi expreſſum eſt Romanum Pontificem non ſolum beneficia cum vacant poſſe de jure conferre, ſed etiam jus in ipſis tribuere vacaturis. Ex quibus verbis videtur colligi has gratias præventivas reſpectu Papæ non adverſari Lateranenſi Concilio, de quo tamen videbimus infra n. 82.
46 Secunda opinio primæ oppoſita eſt exiſtimantium Coadjutorias cum futura ſucceſſione nequaquam eſſe jure communi conformes, ſed ex ſtylo adinventas. Ita Caſſador. *deciſ. 2. n. 2. de reſtit. ſpoliat.* Mochedan. *deciſ. 10. de privil. aliàs 36. ad fin.* dicens hodiernas Coadjutorias eſſe in utraq; parte odioſas, & exorbitantes à jure. Rota *deciſ. 392. n. 2. par. 3. recent.* ubi ait in forma hujus gratiæ multa decreta contineri ad favorē Coadjutoris, & coadjuti, quæ non conveniunt Coad-



jutoriæ in forma juris communis, Petr. Andr. Gamb. *in tract. de offi. & poteſt. leg. lib. 5. ſub tit. de Coadjut. n. 23.* Quintil. Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. de Coadjut. verſ. Altera cum futura ſucceſſione*, & *in reg. 11. q. 5. n. 4.* Navarr. *conſ. 2. num. 2. in tit. de Cler. ægrot.* Quinimmò Petr. Gregor. Tholoſanus *de benef. c. 30. n. 2.* affirmat Coadjutorias cum futura ſucceſſione per mortem ejus cui datur Coadjutor, videri deteſtabiles in Jure per textum in C. *Accepimus, ſupra de pact.*

Nituntur omnes hoc præcipuo fundamento, quod de jure communi coadjutor datur pro neceſſitate Eccleſiæ, & ad tempus impedimenti, non autem cum futura ſucceſſione, quæ eſt Sacris Canonibus inimica, ut dicitur in d. c. *Accepimus*; imò ejus officiū expirat per obitum coadjuti, ut patet ſupra *de Cler. ægrot. per tot.* & in c. *Grandi, de ſuppl. negl. Prælat. lib. 6.* & tradunt Jo. Andr. Butr. Cardin. & reliqui in c. *fin.* omnes *in 8. quæſt. de Cler. ægrotan.*
47 Quid dicendum? Pro ſolutione quæſtionis arbitror diſtinguendas eſſe duas ſpecies coadjutoriæ cum futura ſucceſſione. Quædam enim datur pro Cathedrali eccleſia, vel monaſterio; cum ſcilicet Epiſcopus, vel Prælatus propter ſenium, vel ægritudinem factus eſt inhabilis ad paſtorale munus exercēdū. Quædam verò datur pro beneficiis inferioribus in Cathedrali, vel Collegiata eccleſia, cum ſcilicet Dignitatem obtinens, vel Canonicatum, aut portionem ſimiliter propter ſeniū, aut morbū redditus eſt inhabilis ad inſerviendum eccleſiæ in divinis. Quoad primā ſpeciem dum dicimus gratiam Coadjutoriæ perpetuæ in Cathedralibus, & monaſteriis etiam reſpectu Papæ eſſe contrariam S. Canonibus, obſervandum eſt hoc duobus modis accipi poſſe: Uno modo ut dicamus hanc gratiam uſque adeò eſſe canonibus injuſtam, ut neque ex privilegio, vel diſpenſatione Papæ ſit alicui concedenda, & in hoc ſenſu hæc gratia nullatenus eſt cōtra Ca-
48 nones; Quod patet manifeſtè, quia canones permittunt ut Papa poſſit eam concedere ex urgenti neceſſitate, textus eſt apertus in c. *Petiiſti 7. q. 1.* Ubi Zacharias Papa duo cōceſſit Archiepiſcopo Moguntino. Unum ſcilicet ut ſibi Coadjutorem adjungeret, cum eſſet ſenectute, & corporis imbecillitate gravatus. Alterum ut in qua hora cognoſceret ſe ex hac vita migraturū eſſe, eumdem Coadjutorem ſibi ſucceſſorem deſignaret. Sed & Concilium Tridentinum permittit hanc ſpeciē Coadjutoriæ in c. 7. *verſ. Quòd ſi quando, ſeſſ. 25.* ut fuſius patebit infra *n. 69.* & hoc planum.
49 Alio modo hæc gratia dici poteſt juri comūni contraria, in quantū conceditur à Papa non jure ordinario, ſicut cōceditur coadjutoria temporalis, ut in c. *un. de Cler. ægrot. lib. 6.* Sed ex ſpeciali privilegio, & diſpenſatione, & hoc ſenſu veriſſimum eſt Coadjutoriam perpetuam etiam pro Cathedralibus, & Monaſteriis exorbitare à Jure communi, etiam reſpectu Summi Pontificis. Hoc deduco evidenter ex d. c. *Petiiſti*, ubi poſtea quam Papa fecit Archiepiſcopo gratiam Coadjutoris cum futura ſucceſſione, ſtatim ſubjecit hæc verba, videlicet, (hoc nulli cōcedi alii patimur, quod tibi charitate cogēte largiri cenſuimus) Et ita hanc conceſſionem uti Eccleſiæ neceſſariam prodiiſſe ex ſpeciali privilegio adnotarunt ibi Hugo, Archid. Præpoſ. & alii, ſeu ex ſpeciali indulgētia, ut

loquuntur in c. *Accepimus, de Pact.* Hoſt. *n.* 2. *in ver. Omnino ſtrictas*, Bellam. *in princ. verſ. Nono ſi. c.* Butr. *n.* 8. & Jo. Andr. *in fin.* dicens idem tenere Goffred, Tancred & Hoſt. *in c. Conſtitutus infra, eod.* Facit optime decretum Concil. Trid. cap. 18. *ſeſſ.* 25.

50 Quo verò ad ſecundā ſpeciē coadjutoriæ, quæ datur à Summo Pontifice cum futura ſucceſſione in Canonicatibus, & aliis beneficiis inferioribus, exiſtimo hujuſmodi gratiam omninò exorbitare à jure communi, & à Concilio Tridentino.

51 Quod ſpectat ad jus commune moveor primò, quia nullus canon in corpore juris clauſus reperitur, qui meminerit ſimilis gratiæ in inferioribus beneficiis: nam textus in contrariū adductus in c. *Petiiſti, 7. q. 1. & §. Ecce his auctoritatibus*, cum c. *Non autem, immediate ſeq. ead. cau. & quæſt.* loquuntur in Epiſcopo, in quo longè diverſa eſt ratio, ut inferius explicabitur *n.* 7. Unde coadjutoria, per quam ſucceditur coadjuto in Canonicatibus, & conſimilibus beneficiis, eſt prorſus incognita Sacris Canonibus. Et qui contrarium dicit, adducat textum, alioquin erubeſcat ſine lege loqui, l. *illam, C. de collat.*

52 Moveor ſecundò, quia Sacri Canones magnopere abhorrent à ſucceſſione in beneficiis eccleſiaſticis, ut patet in c. *Accepimus, ſupra de pact.* in illis verbis: *Hoc iniquum eſt et SS. Canonibus inimicum, & ideò non debet aliquatenus tolerari*: nec non infra, ibi *hujuſmodi ſucceſſiones tam deteſtabiles, & iniquas*. Concordant jura plurima ibi allegata in gloſ. *in ver. Canonibus.* Hæc autem jura obtinere etiam in coadjutoria, quæ datur hodie à Sede Apoſtolica cum futura ſucceſſione, oſtendo apertiſſimè ex præalleg. *c.* 7. *ſeſſ.* 25. Concilii Tridentini: nam ibi in princ. præmittitur ratio illa, videlicet, Cum in beneficiis Eccleſiaſticis ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referūt, Sacris Conſtitutionibus ſint odioſa, & Patrum decretis contraria, ac deinde veluti conſequens ex præmiſſa ratione deductum ſtatuitur, ut acceſſus, regreſſus, & coadjutoriæ cū futura ſucceſſione de cetero nemini permittantur, ſcilicet à Summo Pontifice, ut latè deducam infra *n.* 70. Ergo evidenter apparet has Coadjutorias etiam reſpectu Papæ à S. Synodo referri inter ea, quæ ſapiunt hæreditariam ſucceſſionem, & Sacris Canonibus
53 adverſantur. Quod etiam alia ratione ſuadetur: nam ratio cur jura deteſtentur hanc ſucceſſionē illa eſt præcipua, quia alienæ mortis ingerit votum, c. *Deteſtanda, de conceſſ. præb. lib.* 6. & latius
54 dictum eſt ſupra *in* 4. *notab.* Hæc autem ratio negari non poteſt quin potiſſimū vigeat in hac ſpecie Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, cum coadjuti vita durante coadjutor gratis inſerviat, & reſpectu beneficii nec titulum habeat, nec poſſeſſionem, ſed ſit fictus beneficiatus, ut decidit Rota *in Salamantina Coadjutoria* 25. *Junii* 1593. corā Penia, impreſſa apud Marcheſan. *de Commiſſ. lib.* 1. *fol.* 468. & Nicol. Garz. *de benefic. par.* 4. *c.* 5. *n.* 34.

55 Nec relevat reſponſio Lotterii *de re benefic. lib.* 2. *d. quæſt.* 25. *n.* 20. & 21. quod in hodierna coadjutoria requiritur conſenſus, & requiſitio coadjuti, & propterea ceſſet amaritudo captandæ mortis, ut notat Bart. per illum textum in l. *fin. ſub num.* 11. *verſ. Tertio probo. C. de Pact.* Oſaſc. *deciſ.* 100. *ſub num.* 3. *verſ. Tertiò defenditur*, & in terminis hujus gratiæ Puteus *deciſ.* 478. *col. ult. verſic. Nam licet gratia, lib.* 2. Etenim hæc ratio videtur ſatis infirma, quia cum coadjutor non poſſit ſuccedere in beneficio, niſi ipſo coadjuto prius de medio ſublato, in quoddam vel ut neceſſarium antecedens ad conſequutionem beneficii inclinatur in deſiderium mortis ipſius, ut colligitur ex hoc cap. ibi: *ne deſideraret quis mortem proximi videatur, in cujus locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum.* Hæc autem inclinatio, & propenſio, cum ſit naturalis, ut dixi ſupra *num.* 19. ex Collect. & Bellam. ridiculum eſt ut ceſſet ex eo, quod coadjutus conſenſerit futuræ ſucceſſioni: non enim coadjutor minus appetit illius beneficium, quod coadjutus voluerit eum habere in ipſo beneficio ſucceſſorem. Et quidquid ſit ſecundum leges, certè ſecundum Canones improbatur pactum futuræ ſucceſſionis propter votum captandæ mortis, etiam conſentiente beneficiato,
56 ut oſtenſum eſt ſupra *num.* 41. Put. verò loco citato tantum dicit gratiam coadjutoriæ propter conſenſum coadjuti eſſe minus odioſam, quàm ſit ſimplex expectativa; ſed non dicit propter conſenſum coadjuti ceſſare deſiderium captandæ mortis.

57 Moveor tertiò ex quampluribus differentiis, quæ apparent inter coadjutoriam ſecundum formam juris communis, & hodiernam. Differunt enim primò, quia coadjutoria de jure communi datur ad tempus impedimenti, Mohedan. *deciſ.* 10. *alias* 36. *de privil.* & expirat per mortem coadjuti tam naturalem, quam civilem, Jo. Andr. in c. *fin.* in 8. *quæſt.* & ibi omnes *de Cler. ægrot.* Hæc verò quatenus reſpicit favorem coadjutoris per obitū coadjuti non extinguitur, ut declarat Put. *dec.* 98. *lib.* 2. & ſcripſi plenius in c. *Ex parte*, *n.* 5. *eod. tit.* Differunt ſecundò, quia de jure coadjutor datur etiam invito, c. *De rectoribus, de Cler. ægrot.* & d. c. *Ex parte*, ubi gloſ. *ult. in fin.* Hoſtien. *ibidem in fin.* & alii communiter, Jo. Andr. in d. c. *fin. in* 9. *quæſt. n.* 11. Sed in hodierna coadjutoria requi-
58 ritur coadjuti conſenſus, Put. *deciſ.* 478. *n.* 5. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 410. *n.* 8. *par.* 3. *recent.* alioquin gratia eſt nulla, Rota *deciſ.* 313. *num.* 27. *par.* 7.
59 Differunt tertiò, quia coadjutor ſecundū formā juris tenetur reſidere, ne alias Eccleſia ob impedimentū coadjuti debito ſervitio fraudetur, ad hoc enim principaliter fuit adinventa coadjutoria, c. 1 *de Cler. ægrotan.* Put. *deciſ.* 226. *n.* 13. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 276. *num.* 2. *par.* 3. *recentior.* At coad-
60 jutor hodiernus nec poteſt in choro reſidere, nec Capitulo intereſſe, nec aliquid jurium canonicalium exercere contradicēte coadjuto, Rota *dict. deciſ.* 410. *num.* 8. Differunt quartò, quia de jure
61 coadjutoria non datur propter benemerita, aut in favorē perſonæ, cui conceditur, ſed ob eccleſię neceſſitatem, c. *un. de Cler. ægrot. lib.* 6. Put. *dict. deciſ.* 226. *n.* 13. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 114. *n.* 13. *p.* 6.
62 *recent.* Sed hodierna coadjutoria datur ex gratia, & in favorem coadjutoris, & coadjuti, ut patet ex tenore literarum Apoſtolicarum, & obſervat Navarr. *conſ.* 2. *de Cler. ægrot.* & Rota *d. deciſ.* 392. *n.* 2. *par.* 3. *recent.* Continet enim duas gratias æquè principales, unam in favorem coadjuti, alteram in favorem coadjutoris, ut per Put. *dec.*
63 98. *verſ. Fuit tamen reſolutū, lib.* 2. Differūt quintò, quia coadjutoria hodierna indiſtinctè dari ſolet Canonicis ſexagenariis, etiā ſi alias imbecillitate corporis non ſint gravati, ut paſſim ſervari vide-





mus, cùm tamen de jure non detur niſi decrepitis, id eſt, annorum ſeptuaginta, vel alio morbo incurabili impeditis officium exercere d. c. *un.* §. *Porrò*, ubi id notat. Franc. in 2. *notab.* poſt Archid. *n.* 6. *de Cler. ægrot. lib.* 6. Anchar. *conſ.* 188. *incip.*
64 *Viſo conſilio, n.* 7. Differunt ſextò, quia jure communi inſpecto coadjutori datur certa portio ex redditibus beneficij in compenſationem laborum, c. *De rectoribus, de Cler. ægrot.* & d. c. *un. gloſ. ult. in fin.* in c. *Ex parte*, & Joan. Andr. in cap. *fin.* in 10.
65 *membro, n.* 2. *eod. tit.* Put. *deciſ.* 226. *n.* 13. *lib.* 3. At coadjutor hodiernus nihil percipit. Mohed. *d. deciſ.* 10. *alias* 36. *de privileg.* & divinis intereſſendo diſtributiones non lucratur ſibi, ſed ad utilitatem coadjuti abſentis. Navarr. *conſ.* 2. *n.* 3. *de Cler. ægrot.* & dicitur cenſuiſſe S. Rituum Congr. *in cauſa Conimbricen.* 16. *Septembris* 1606. *in* 6. *dubio*, & in *Eboracen.* 15. *Aprilis* 1606. & patet ex formula coadjutoriæ, quam ponit Nicol. Garz. *de benefic. p.* 4. *c.* 5. *n.* 54. Et quamvis nonnunquam inter partes aliter conveniatur, regulariter tamen in literis conſuevit apponi clauſula infraſcripta; videlicet, quia partes ita conveniunt, ut coadjutor non poſſit petere congruam, nec quidquam exigere quovis titulo ratione coadjutoriæ, ut refert
66 Garz. *loco cit.* & *in addit. ſub n.* 130. *dub.* 36. Differūt ſeptimò, quia licet coadjutor cum futura ſucceſſione nullum jus habeat in beneficio, nec reſpectu tituli, nec reſpectu poſſeſſionis; nihilominus habet jus quoddam noviter creatum circa facultatē coadjuvādi, & eſt fictus beneficiatus, ut dixit Rota *ſupracitata, n.* 54. nec revocari poteſt, Put. *deciſ.* 98. *lib.* 2. Seraph. *deciſ.* 1447. *in fin.* At coadjutor datus ſecundum formam juris nullum habet jus de novo creatum, ſed nudum miniſterium manuale, & poteſt quandocunque amoveri, & alius in ejus locum ſubrogari, ut per Jo. Andr. in d. c. *fin. in* 11. *membro, n.* 13. *de Cler. ægrot.* Ex quibus liquidò conſtat hodiernas coadjutorias ferè nullam habere conformitatem cum jure communi.
67 Et hinc reſultat alia differentia, quia licèt coadjutoria temporalis in inferioribus Prælatis dari poſſit ab Ordinario, ad quem ſpectat deſtitutio, vel ceſſionis admiſſio, ut c. *De rectoribus*, & c. *fin.* ubi hoc tenet Jo. Andr. *in* 5. *membro, n.* 7. Abb. *nu.*
68 5. & communiter Doctores, *de Cler. ægrot.* tamen Coadjutoriam perpetuam etiam in beneficiis inferioribus dat ſolus Papa, qui poteſt ſolus contra canones diſpenſare, c. *Propoſuit, infra eod.* c. 2. *de præb. lib.* 6. & firmat Lambertin. *de jure patr. eod. lib.* in 1. *par.* 2. *libri, art.* 20. *n.* 4. & Navarr. *conſ.* 1. *de Cler. ægrot.* adeo ut nec dari poſſit à Legato de latere, ut per Gambar. *de offic. leg. lib.* 5. *in rubr. de coadjutor.* Gonzal. *ad regul. de menſib. gloſ.* 5. §. 9. *n.* 91. Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 6. *q.* [illegible] 15. & *lib.* 7. *q.* 20. *n.* 14. & propendit Lambertin. *dict. artic.* 10. *num.* 5. Hactenus de jure communi.

69 Quod verò ſpectat ad Concilium Tridentinum, ſi illius verba ſedulò expendantur, conſtabit apertiſſimè Coadjutorias, quæ dantur hodie cum futura ſucceſſione in Canonicatibus, & conſimilibus beneficiis, à S. Synodo eſſe omnino improbatas, & tantummodo eſſe permiſſas ex urgenti cauſa in Epiſcopatibus, & Præpoſituris regularibus juxta diſtinctionem, quam ſuperiùs adhibui *num.* 47. Nam in decreto c. 7. *ſeſſ.* 25. *de reform.* poſt prohibitum acceſſum, & regreſſum ad quodcunque beneficium, primò ſtatuitur regula his verbis, videlicet, *In coadjutoriis quoque cum futura ſucceſſione idem poſthac obſervetur, ut nemini in quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis permittan-*
70 *tur.* Et in hac regula dubitandum non eſt quin præcipue includatur Summus Pontifex, quia cùm facultas concedendi Coadjutorias cum futura ſucceſſione ante Concilium Epiſcopis minimè competeret, ut oſtenſum eſt *ſuprà n.* 68. utique fruſtra Concilium ſtatuiſſet, ut id eis non permitteretur in futurum per illam dictionem, *poſthac*, per quam jus novum ſtatuitur, ut notat gloſ. in Clem. *Eos, in ver. Deinceps, de Regular.* Ergo neceſſe eſt ut mens Concilij fuerit, ut de cætero non permitterentur hujuſmodi Coadjutoriæ à Summo Pontifice, cui ſoli prius erant permiſſæ ob ſuæ poteſtatis plenitudinem, c. *Propoſuit, infrà eod.* Et quamvis Concilium vi coactivâ Pontificem Maximum non aſtringat, c. *Significaſti*, & ibi Abb. Antiq. *nu.* 2. Abb. Sicul. *nu.* 3. & alij communiter *de elect.* cum tamen non comprehendit vi directiva rationis, quia voluntarius debet ſe illi ſubjicere, ut eſt expreſſum in c. *ult.* § *Hi ita*, 25. *q.* 1. & in l. *Digna vox, C. de leg.* & poſt D. Thomam *in* 1. *p. q.* 96. *art.* 5. *ad* 3. ſcripſi plenè in c. *Canonum ſtatuta, n.* 9. *de conſtit.* Per hoc enim Concilium indicat Papæ non quid ſit poſſibile, ſed quid ſit honeſtum & laudabile, c. *ult. de reſcript. lib.* 6. & notat Calder. *conſ.* 526. *circa med. alias* 11. *de privil.* Bald. *in proœm. Decretal. in ver. Gregorius, n.* 13. Sicut fecit in *cap.* 5. *in fine ſeſſ.* 24. *de reform. matrim.* dum vetuit in ſecundo gradu diſpenſari, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam. Et in c. 19. *ſeſſ.* 24. dum prohibuit expectativas, reſervationes mentales, & alias quaſcunque gratias
71 ad vacatura, etiam in favorem Cardinalium: has enim prohibitiones utique indicavit principaliter Pontifici Maximo, cùm in inferioribus nulla ſit poteſtas in gradibus prohibitis diſpenſandi, c. *Quod ſuper his, de conſang. & affinit.* Nec gratias expectativas concedendi contra Concilium Lateranen. ut *hic*, & in c. *Dilectus, il primo, de præb.* & in c. *Deteſtanda, de conceſſ. præb. lib.* 6. Regula igitur Concilij in præcitato *cap.* 7. *ſeſſ.* 25. hæc eſt, videlicet Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione in quibuſcunque beneficiis Eccleſiaſticis à Sede Apoſtolica de cætero nemini permittantur. Ab hac regula immediate ibi ſubnectitur exceptio per hæc formalia verba, id eſt (Quod quando Eccleſiæ Cathedralis, aut monaſterij urgens neceſſitas, aut evidens utilitas poſtulet, Prælato dari coadjutorem, is non aliàs cum futura ſucceſſione detur, quàm hæc cauſa priùs diligentiſſimè à Sanctiſſ. Rom. Pontifice ſit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum ſit, quæ à jure, & decretis hujus Synodi in Epiſcopis & Prælatis requiruntur. Aliàs conceſſiones ſuper his factæ ſubreptitiæ eſſe cenſeantur.) Hæc ibi. Ex quo contextu luce clarius apparet coadjutorias cum futura ſucceſſione à S. Synodo non eſſe permiſſas Summo Pontifici quacunque de cauſa, niſi in Cathedralibus, & monaſteriis: nam cum præmiſerit regulam univerſalem negativam in quibuſcunque beneficiis, & ab illa exceperit tantum cathedrales & monaſteria ex urgenti cauſa, utique hæc exceptio firmat regulam in contrarium, in Canonicatibus, & in aliis beneficiis non exceptis, adeo ut in illis quacunque de cauſa coad-

jutoriæ cum futura ſucceſſione de cætero à Sum-
mo Pontifice nullatenus ſint permittendæ, c. *Do-
minus*, & ibi gloſ. 32. q. 7. n. 2. *de conjug. repreſur.* l.
*Nam quod liquida*, §. *fin. in* 1. *reſp.* ff. *de penu. leg.* cum
ſimil. & ita hodiernam coadjutoriam dici exor-
bitantem, quia deviat ab orbita Concilij Tri-
dentini in *d. ſeſ.* c. 7. dicit Menoch. *deciſ.* 10. *ad fin. de
privil. ad gloſ. ult.* in cap. *Quæ à jure, de reg. jur. lib.* 6.
cum alijs per Menoch. *de recuperan. remed.* 5. *n.*
13. Unde poſt Concilium nemini fuerunt conceſ-
ſæ uſque ad tempora Sixti V. ut atteſtatur Nico-
laus Garzia *de benefic. par.* 4. *cap.* 5. *n.* 23. *&* 24.
27 Quòd ſi quæras, cur Concilium illas permiſe-
rit tantummodo in Cathedralibus, & monaſte-
rijs, non autem in beneficijs inferioribus: Re-
ſpondebimus, inter hæc magnam eſſe rationem
diverſitatis: nam in primo caſu cum Epiſcopus vel
Prælatus propter ſenium, vel ægritudinem red-
ditus eſt inhabilis ad paſtorale officium exercen-
dum, neceſſitas cogit ut illi de Coadjutore provi-
deatur propter periculum animarum, ne gregi fi-
delium deſit cuſtodia paſtoralis, cap. *Qualiter*, 7.
*q.* 1. c. *Ex parte, de Cler. ægrot.* Sæpè autem contin-
git, præſertim ultra montes, ut Epiſcopatus, vel
Abbatiæ, Prælato exiſtente inhabili, indigeant
coadjutore magnæ authoritatis, & potentiæ, qui
valeat ibi Catholicam Religionem ſartam te-
ctamque ſervare, & bona, immunitatemque Eccleſiæ
ac perſonarum Eccleſiaſticarum ab infidelium,
& hæreticorum injurijs defendere. Perſonæ au-
tem hujus generis vix ac ne vix quidem induci
poſſunt ad onus coadjutoris ſubeundum, niſi cum
futura ſucceſſione, ut docuit experientia. Igitur
in eo caſu, & in alijs ſimilibus charitate cogente,
ut dicit textus in cap. *Petiſti*, 7. *q.* 1. poterit Summi
Pontificis circumſpecta providentia de perpetua
coadjutoria ſalubriter providere. Hæc autem ra-
tio non viget in Canonicatibus, & alijs benefi-
cijs cathedralium, vel collegiatarum Eccleſia-
73 rum. Tum quia illis non imminet periculum ani-
marum; & ſi fortè immineret, non deeſſent qui
cum competenti mercede coadjutoriam ſuſcipe-
rent ſine futura ſucceſſione. Tum quia in prædi-
ctis Eccleſijs divina officia perſolvuntur à reliquis
collegialibus, & miniſtris Eccleſiæ; nec Canoni-
cus infirmus, vel ſenio confectus tenetur ſibi co-
adjutorem adjungere, aut inſervire per ſubſtitu-
tum, c. *un. de Cler. non reſid. lib.* 6. & fuit millies re-
ſolutum, ut ſcripſi latè in c. *Licet*, à *n.* 136. *ſupra de
preb.* Non igitur mirum, ſi in beneficijs inferiori-
bus Tridentina Synodus has coadjutorias mini-
mè permiſerit, cùm in illis conſiderari non poſſit
ratio ulla urgentis neceſſitatis, c. *Quod pro neceſſi-
tate*, 1. *q.* 1. c. *Pro remedio*, & ibi gloſ. 7. 1. q. 7. & c.
*Paſtoralis*, 7. *q.* 1. Non enim in argumentum trahi
poſſunt quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt
conceſſa, c. *In argumentum, de reg. jur. lib.* 6. & c.
*Quod non eſt licitum, infra eodem tit.*
Nec dicatur ſaltem in eis poſſe conſiderari
74 rationem utilitatis Eccleſiæ, quæ neceſſitati æ-
quiparatur, c. *Poſt tranſlationem*, §. *Cum ergo, de re-
nunc.* & d. c. 7. *verſ. Quod ſi Cathedralis, ſeſſ.* 25. eò
quod Eccleſiæ addatur miniſter, qui ſerviat in di-
vinis loco Canonici impediti. Nam reſponde-
tur, hoc augmentum unius miniſtri ad tempus
impediti non eſſe tanti momenti, ut illi non
præponderent gravamina plurima, quæ inde
perſonis Eccleſiaſticis inferuntur, ut c. *Deteſtan-*
75 *da, de conceſſ. preb. lib.* 6. Nam, ut ait Petr. Andr.
Gamb. *de offic. & poteſt. leg. lib.* 5. *ſub tit. de coad-
jut. n.* 13. per has gratias introducta ſucceſſio in
Eccleſia Dei, veluti referens in beneficijs hære-
ditariam quandam imaginem, ſub qua plerum-
que hæredes ſunt pueri, qui nedum ipſi coadju-
tore, ſed pædagogo egent. Cujus dictum refert,
& approbat Gonzal. *ad reg. de menſib. gloſ.* 5. §. 9.
76 *n.* 41. Ad hoc bonus textus in c. *Indecorum, ſupra de
ætat. & qualit.* Et quamvis Lotter. *de re benefic. lib.*
2. *q.* 25. *n.* 19. dicat hoc pertinere ad contingen-
tiam contra mentem Summi Pontificis ex ſini-
ſtra informatione, quæ vix præcaveri poteſt, ut
oſtendit Pius II. *in Epiſtola, quæ inſcribitur De mo-
rib. Germanor. char.* 6. *verſ. incipitur interdum.* Ni-
hilominus ſi res ſeriò conſideretur, apparebit id
provenire etiam ex natura rei: nam ad coadju-
toriam non ſolent concurrere niſi graves, & pro-
vectiores, ac benè de Eccleſia meriti. Tum quia
tales ſperant ſe poſſe provideri de beneficio, cùm
per obitum vacabit; tunc enim digniores præ-
ferri ſolent. Tamen quia ſibi dedecori eſſe pu-
tant tanquam fictos beneficiatos dici gratis inſer-
vire, poſtremum locum tenere, & ad beneficium
pervenire per viam gratiæ præventivæ. Indeque
fit, ut viri ſeniores & præſtantiores à junioribus,
& minus idoneis excludantur, & quaſi ſupplan-
tentur. Et quamvis ad coadjutoriam obtinen-
dam exigantur litteræ teſtimoniales, & com-
mendatoriæ aut Epiſcopi, aut Capituli ſuper qua-
litatibus coadjutoris, & indigentia Eccleſiæ, ut
atteſtantur Gonzal. *ad reg. de menſib. gloſ.* 5. §. 9. *n.*
48. *cum ſeqq.* & Lotter. *d. q.* 25. *n.* 27. Docuit ta-
men experientia hanc cautelam parum prodeſſe,
cum ſæpe ſæpius hujuſmodi litteræ emendicatis
favoribus extorqueantur. Quinimo audivi plu-
ribus ab hinc annis quendam Cathedralis Ec-
cleſiæ Canonicum (Papâ, ut arbitror, circumven-
to) prætextu inhabilitatis ad inſerviendum ec-
cleſiæ in divinis obtinuiſſe ſibi dari coadjutorem
in Canonicatu cum futura ſucceſſione, & paulò
poſt eundem Canonicum fuiſſe deputatum coad-
jutorem dignitatis, itidem cum futura ſucceſſio-
ne in alia eccleſia; atque ita fuit ſimul coadju-
tus, & coadjutor; & qui habebatur pro inhabili
ad inſerviendum pro ſeipſo, & egebat coadjuto-
re in eccleſia propria, fuit reputatus habilis ad
inſerviendum, & coadjuvandum alium in eccle-
77 ſia aliena. Unde ad hæc, & ſimilia abſurda evi-
tanda fortè conſultius foret, ut Sedes Apoſtolica
ab hujuſmodi gratijs abſtineret ubique locorum,
ſicut abſtinet in Germania, ubi ex concordatis
cautum eſt, ut Papa concedendo coadjutorias
cum futura ſucceſſione in omnibus menſibus, di-
catur concordatis contravenire. De quo plenè a-
78 git Put. *deciſ.* 226 *per totam, lib.* 3. Non obſtat c.
*Petiſti*, 7. *q.* 1. quia loquitur in epiſcopo, cui ex
permiſſione canonum diſpenſativè dari poteſt
coadjutor cum futura ſucceſſione ſecundum ea,
79 quæ dicta ſunt *ſupra n.* 47. *& n.* 69. Præterea, ut ex
illo textu perſpicuè apparet, etiam epiſcopo pa-
pa non dat coadjutorem cum futura ſucceſſione,
niſi cum duabus conditionibus. Una eſt, ut epi-
ſcopus eum probet in miniſterio coadjutoriæ.
Altera eſt, ut poſtquam eum probaverit, & aptū
eſſe repererit ad officium paſtorale, in ultima ho-
ra, in qua cognoverit ſe fore ex hoc ſęculo mi-
graturum, eundem ſibi ſucceſſorem deſignet.
Nam



Nam in tam brevi intervallo, & ſalute epiſcopi
jam deſperata, ceſſat omnis ſuſpicio voti captan-
dæ mortis. At in hodierna coadjutoria neutra ex
his conditionibus obſervatur; imò ante ullum
experimentum, & citra periculum mortis coad-
jutorio contextu datur coadjutoria, & futura
ſucceſſio, ad hoc c. *Miramur*, 61. *diſt.* Denique ſi
textus ille accuratè expendatur, conſtabit Za-
chariam Papam non dediſſe Archiepiſcopo Mo-
guntino poteſtatem ſibi eligendi ſucceſſorem,
ſed tantummodo coadjutorem aſſumendi, qui
80 tamen poſt obitum Prælati à Sede Apoſtolica eſ-
ſet ordinandus, ut clarè colligitur ex litera ibi,
(eſt hora, qua cùm de præſenti ſęculo migraturum
eſſe cognoveris, præ cunctis cunctis ſucceſſorem
deſigna, & ſuc veniat ordinandus.) Hęc ibi; &
ſic non fuit ibi coadjutoria cum futura ſucceſſio-
ne, ſed ſimplex deſignatio ſucceſſoris, qui tamen
ordinandus, ſeu providendus eſſet ab Apoſtolica
Sede poſt obitum coadjuti. Nam ordinare idem
importat quod conferre, ut patet ex littera hu-
jus textus ibi, *ſi autem Epiſcopus conferre diſtulerit,
per Capitulum ordinetur*, & notat Butr. *in* 5. *notab.*
Archid. in c. *Si tibi abſenti, de preb. lib.* 6. Vel certè
idem eſt quod confirmare, c. *Nullus*, 58. *diſt.* c. 2. *de
arbitr.* & ita ad text. in d. c. *Petiſti*, reſpondet Au-
guſt. Triumph. *de poteſt. Eccleſiaſt. qu.* 2. *art.* 2. *ad* 2.
dicens: Zacharias Papa non conceſſit Epiſcopo
Moguntino ſucceſſorem poſſe ſibi inſtituere; ſed
benè conceſſit, al. quem Epiſcopum poſſe ſibi co-
adjutorem aſſumere, qui poſt obitum ejus ad
Apoſtolicam Sedem accederet eligendus, &
confirmandus.
81 Item non obſtat c. *Non autem*, 7. *q.* 1. *&* §. *His in-
choationibus immediatè preced.* Quoniam ſimiliter
loquitur in Epiſcopatu, non autem in inferiori-
bus beneficiis, de quibus nunc agimus. Præterea
ille textus non tractat de ſucceſſione, ſed de ac-
ceſſu: nam Auguſtinus non fuit ſucceſſor, ſed
coepiſcopus Valerij, quidquid contra ſcripſerint
Put. & Lotter. ſupra citati *num.* 44. ut clarè con-
ſtat ex illis verbis, (Ita conſecratus eſt, ut non
ſuccederet in cathedra Epiſcopo, ſed accederet:
nam incolumi Valerio Hipponenſis Eccleſiæ
coepiſcopus Auguſtinus factus eſt.) Hæc ibi. Un-
de hæc authoritas potuiſſet à modernis omitti,
quia impertinens eſt ad coadjutoriam cum futu-
ra ſucceſſione, quæ multum differt ab acceſſu, ut
illic patet, & in præcitato decreto Concilij Tri-
dentini c. 7. *ſeſſ.* 25.
82 Demum non obſtat c. 2. *de preb. lib.* 6. quia tan-
tùm probat Summum Pontificem poſſe tribuere
jus in beneficiis vacaturis, quod nemo negat. Sed
hoc intelligitur non per viam juris communis,
ſed per viam diſpenſationis, quæ eſt juris relaxa-
tio, gloſ. in c. *Ut conſtitueretur, in ver. Detrahendum*,
50. *diſt.* & dicitur vulnus, quia per eam jus vulne-
ratur, c. *Ipſa pietas*, 23. *q.* 4. & notat Sylveſt. *in ver.
Diſpenſatio, in princ.* Quod autem futura ſucceſſio
in beneficio viventis non concedatur à Summo
Pontifice ſecundum jus commune, imò contra
Canones, & ex ſpeciali indulgentia & diſpenſa-
tione, ac de plenitudine poteſtatis, probo aper-
tiſſimè per quatuor textus. Primus eſt in c. *Propo-
ſuit, infra eod.* in illis verbis: (Licet autem inten-
tionis noſtræ non ſit inveſtituras de vacaturis fa-
ctas contra canonum inſtituta ratas habere, qui
ſecundum plenitudinem poteſtatis de jure poſſu-
mus ultra diſpenſare.) ubi Jo. Andr. *nu.* 2. *in ver.
Vacatura*, notabiliter ait: (Quomodo in proviſio-
ne vacaturæ papa tollit vitium, quod eſt in pro-
miſſione, voti ſcilicet captandæ mortis. Reſpon-
deo, quia papa eſt ſupra jus.) Secundus textus eſt
in c. *Conſtitutus, infra eod.* ubi dicitur ex Canonicis
Sanctionibus prohiberi beneficia conceſſi, vel
promitti antequam vacent, & mandatum de va-
caturis continere gratiam perſonalem. Tertius
eſt in c. *Ne captandæ, de conceſſ. preb. lib.* 6. ubi dici-
tur: Ne captandæ alienæ mortis occaſio ex be-
nignitate gratiarum Sedis Apoſtolicæ tribuatur,
& ſic futura ſucceſſio in beneficiis emanat non
ſecundum jus, ſed ex gratiæ benignitate, & ſpe-
83 ciali indulgentia Apoſtolicæ Sedis. Quartus tex-
tus admodum clarus eſt in cap. *Petiſti*, 7. *q.* 1. ubi
poſteaquam Zacharias papa indulſit Archiepi-
ſcopo Moguntino, ut in ſuo tranſitu coadjuto-
rem ſuum poſſet ſibi ſucceſſorem deſignare, im-
mediatè ſubdit: (hoc nulli concedi aliis patimur,
quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus.)
& ita id eſſe non ſecundum jus, ſed ex ſpeciali
gratia tenent ibi Hugo, & Archid. ſeu ex ſpeciali
indulgentia, ut loquitur Jo. Andr. in c. *Accepimus*,
*in fin.* & Butr. *n.* 8. *ſupra de pact.* Idem firmant ibi
Hoſt. *n.* 2. *in ver. Omninò frivolus*, dicens coadjuto-
rem cum futura ſucceſſione, de quo loquitur
textus in d. c. *Petiſti*, concedi ex diſpenſatione
facta à papa ex certa, & ſpeciali gratia: & ſequi-
tur Bellam. in d. c. *Accepimus* in 4. *q.* *n.* 4. poſt Col-
lectar. *ibi n.* 1. Concludo igitur hodiernas coad-
jutorias eſſe odioſas, & exorbitantes à jure com-
muni, & Concilio Tridentino.
84 Cæterum conſtanter affirmo, poſſe Pontificem
Maximum ex ſpeciali indulgentia, & diſpenſa-
tivè, ut prædixi, legis vinculum relaxare, & has
gratias concedere, ut clarè probatur in juribus
proximè citatis, & in d. c. 2. *de preb. lib.* 6. & tra-
dit Put. *deciſ.* 226. *n.* 17. *lib.* 3. & alibi paſſim Do-
ctores. Nec quiſquam auderet hoc in dubium re-
vocare propter plenitudinem poteſtatis papæ in
beneficialibus, ut in Clem. 1. *in fin. Ut lit. penden.*
& ſcripſi latè in c. *Conſultationibus, nu.* 26. *& ſeqq.*
85 *ſupra de cler. ægrot.* Quod adeò verum eſt ut non
ſolùm coadjutoria cum futura ſucceſſione, ſed
etiam ſimplex expectativa, quę proculdubio eſt
contra Concilium Tridentinum c. 19. *ſeſſ.* 24. ut
dixit Rota *deciſ.* 276. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* ſuſtinea-
86 tur, licèt Tridentino Concilio derogatum non
fuerit, quia illi nec ſolet, nec oportet ſpecialiter
derogare, propter expreſſam præſervationem
authoritatis Apoſtolicę Sedis, quę habetur in c.
*ult. ſeſſ.* 25. *de reform.* ſed ſatis eſt, ut papa diſponat
contrarium ejus, quod Concilium diſponit, dum-
modo ſupplicatio manu papę ſignata fuerit, ut
expreſsè declaravit fel. mem. Pius V. in ſuo Mo-
tu proprio, quem ad litteram refert Nicol. Garz.
*de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 32. *&* 33. & ſæpius
cenſuit S. Congregatio ejuſdem Concilii Inter-
pres, & fuit declaratum in Cancellaria Apoſto-
lica per Abbreviatores, ut idem Garz. atteſtatur
*d. c.* 5. *num.* 34. *&* 35. & decidit Rota *in una Pen-
ſionis S. Angeli* 16. *Decembris* 1594. coram bon.
mem. Cardinali Pamphilio, ut per eundem Gar-
ziam *d. c.* 5. *n.* 30.

DE

52 *Conſuetudo obtinendi duo beneficia difformia ſub eodem tecto de jure communi valida eſt.*

53 *Conſuetudo quæ habet fomentum juris, & venum* [illegible] *extenditur ad caſus ſimiles.*

54 *Conſuetudo reſervata in monaſteriis Religioſorum extenditur ad nova ejuſdem Religionis monaſteria.*

55 *Regula, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, non habet locum in conſuetudine.*

56 *Præſcriptio non extenditur de ſpecie ad ſpeciem, ſed bene ad alias ejuſdem ſpeciei poſtea acquirentes.*

57 *Præbenda Theologalis, & Archidiaconatus ſunt beneficia difformia.*

58 *Pœnitentiaria præbenda cum dignitate poſt Concilium Tridentinum retineri non poteſt, etiam conſuetudine ante Concilium obtinendi duo difformia ſub eodem tecto.*

59 *Beneficia curata etiam difformia ſub eadem tecto vigore conſuetudinis obtineri non poſſunt.*

60 *Pœnitentiaria poſt etiam ante vacationem præbendæ eſt beneficium, & incompatibile cum Parochiali, & n. 63.*

61 *Beneficium etiam incertum conferatur ad inducendam incompatibilitatem in ead. Eccleſia.*

62 *Theologus cathedralis habet unum legendi injunctum præbendæ per ſe ſtans, & n. ſeq.*

63 *Pœnitentiaria inſtitui debet ante vacationem præbendæ.*

64 *Beneficia duo conformia ſub eodem tecto obtineri non poſſunt abſque diſpenſatione Apoſtolica, non obſtante contraria conſuetudine etiam immemorabili.*

*Niſi ſecus cautum ſit lege fundationis ab Ordinario approbata, n. 66.*

65 *Beneficium ſervitorium, & præſtimonium in ead. Eccleſia ſunt conformia, ac primum vacat per aſſecutionem ſecundi.*

67 *Beneficia duo difformia ſub eod. tecto obtineri non poſſunt abſque proviſione Apoſtolica, niſi obſtante Eccleſiæ ſtatutum, vel conſuetudo, aut Epiſcopus expreſſe diſpenſet.*

69 *Tranſit ab Ordinario de duobus beneficiis difformibus ſub eodem tecto, ratio eſt, ut petant veram proviſionem a Sede Apoſtolica.*

1 LITTERAS. Legitur variè: ſed ſecundum intellectum, quem dicunt eſſe verum Cardin. Imol. & Abb. hoc intendit. Si habens præbendam in eadem Eccleſia recipit dignitatem cum præbenda, vel aliam præbendam, vacat prima; & quamvis à ſuperiore ſibi confirmetur, tamen valet ejus impetratio, etiam tacita de poſſeſſione alterius, quæ colorata non eſt. Dividitur in duas partes principales. In prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio, ibi, *Conſultat.* Prima ſubdividitur: nam primò ponit formam mandati pro actore decreti. Secundo allegationem alterius, ibi *de facto.* Tertiò defenſionem rei, ibi *Sed Præpoſitus.* Quartò elicit dubia ex prædictis, ibi, *Nos.*

2 Nota primò, ex decretali collationem tertii beneficii eidem factam ab Ordinario non eſſe nullam de jure communi, ut hic probatur expreſſe. Nam iſte N. erat Canonicus Eccleſiæ S. Viſcardi: deinde aſſumptus fuit in Canonicum majoris Eccleſiæ: Tertiò obtinuit Præpoſituram cum præbenda in primo dicta Eccleſia S. Viſcardi, & ſic erat triplex; & tamen collatio Præpoſituræ non fuit nulla, ſed tantummodo per illius aſſecutionem vacavit prima præbenda, ut colligitur ex ſententia Papæ.

3 Hinc etiam S. Congregatio Concilii, Epiſcopum non prohibere retinere ad beneficium obtinendum alia duo ſimplicia, ſed indiſtinctè poſſe ex quo poſſe illud unà cum duobus utrumque ſimul retinere abſque nova proviſione, vel diſpenſatione Papæ. Hoc tamen limita primò, ſi tertia beneficia eſſent in eadem Eccleſia; quia tunc collatio tertii ſine diſpenſatione Apoſtolica eſſet nulla ipſo jure, non obſtante contraria conſuetudine etiam jurata, & immemorabili. Textus eſt clarus in c. 1. & ibi omnes, *de conſuetud.* *eod. lib.* 6. & hic notat Imol. *num.* 8. *verſ. ultimò* [illegible] *triplex.* Deinde limita, ſi

4 duo beneficia eſſent aliàs incompatibilia; quia tunc non valet collatio tertii ſimiliter incompatibilis, ut eſt caſus in c. *Ordinarii,* 3. *in conſtitut.*

5 *de off. Ordinar. lib.* 6. Hodie verò cum Concilium Tridentinum c. 17. *ſeſſ.* 24. non permittat ut habeantur unum beneficium pluribus conferri [illegible], & ſic tertium indiſtinctè ſit incompatibile cum prioribus: collatio tertii etiam ſimplicis & inſufficientis irrita eſt ex d. c. *in conſtitutione, junct.* c. 17. ut fuit probatum in c. *Cum jam dudum, num.* 4. *ſupra de præb.*

6 Secundo nota, ex textu pluralitatem beneficiorum magis eſſe à jure improbatam in eadem

7 Eccleſia, quam in diverſis. Nam conſuetudo generalis obtinendi in eadem Eccleſia plures præbendas, propter juris reſiſtentiam non valet, & tamen valet ſi præbendæ exiſtant in diverſis Eccleſiis. Utrumque probatur in textu ſecundum Abb. in not. notab. Nam iſte Præpoſitus obtinebat præbendam in una Eccleſia; deinde obtinuit aliam præbendam in diverſa Eccleſia; & ſic retinuit utramque, nec vacavit prima per aſſecutionem ſecundæ, ſaltem ex conſuetudine generali. Poſtremò obtinuit in prima Eccleſia Præpoſituram, cui erat annexa alia præbenda, ut colligitur ex verſ. *Sed Præpoſitum,* licèt in litteris non exprimatur. Et per hoc vacavit ipſo jure prima præbenda non obſtante conſuetudine generali, ut patet ex ſententia Papæ in fine textus, & ſic magis reſiſtunt jura, ut quis ſit pluralis in una, quam in duabus Eccleſiis: quo fit ut diſpenſatus à Sede Apoſtolica ad duas dignitates, non cenſeatur diſpenſatus ad duas dignitates in eadem Eccleſia, niſi hoc in litteris ſit expreſſum, ut tenet Ægidius in c. *De multa, ſupra de præb.* quem ibi ſequitur Jo. Andr. *num.* 5. Anchar. *num.* 3. Imol. *num.* 8. & commu-

8 niter DD. ut teſtatur Abb. *num.* 4. Hinc etiam fit, ut obtinens præbendam in una Eccleſia non poſſe in eadem obtinere aliam præbendam etiam virtute annexionis, quam habet præbenda ad dignitatem, ut hic, & apertius in Clem. *un. de præb.* & tamen obtinens Parochialem poteſt aliam obtinere virtute annexionis, quam habet ad dignitatem, vel præbendam, ut c. *Super eo, de præb. lib.* 6.

9 Unde denotatur unum, quod videtur mirabile, videlicet ut magis abhorreant jura, ut quis habeat duas præbendas in eadem Eccleſia, quam alias duo beneficia curata, ut notat gloſſ. *in* d. Clem. *fin.* & Abb. *hic in* 2. *notab. in fin.* Non obſtat cap. *Cum in Eccleſia, de præbend. lib.* 6. quia ibi non erat conſuetudo, ut Epiſcopus haberet duas præbendas in eadem Eccleſia, ſed ſolùm haberet unam præbendam, quia ex conſuetudine



dine eo ipſo quòd erat Epiſcopus, erat etiam præbendatus, ut *hic* per Jo. Andr. *nu.* 2. *in ver. Generaliter.* & Butr. *num.* 10.

10 Tertiò nota ibi, *ex conſuetudine generali,* textum expreſſum, quòd conſuetudo obtinendi duas præbendas in eadem Eccleſia non valet: eſt enim corruptela, *cap. Ad noſtram, cum duob. cap. ſeqq. de conſuet.* & cap. 1. *eod. tit. lib.* 6. quia quot præbendæ, vel perſonatus ſunt in Eccleſia, tot Canonici debent inſtitui, arg. c. *Nulla, ſupra eod.* & cap. *In Eccleſiis, de inſtitut.* cap. *Singula,* 89. *diſtinct.* & c. *Cum ſingula, de præb. lib.* 6. & ita hic firmat gloſ. *in ver. Ex conſuetudine.* Item Tancred. Joan. Vincent. & Philip. Innoc. *in princ. in ver. Conſuetudine,* Hoſt. *num.* 1. *in eod. ver.* Joan. Andr. *num.* 11. Butr. *nu.* 10. Cardin. *num.* 2. *in prima oppoſit.* Abb. *in primo not.* & Jo. de Anania *num.* 3. & ita hoc communiter

11 tenetur, ut inquit Imol. *num.* 4. Et quamvis nonnulli dicant hoc habere locum duntaxat in conſuetudine generali, de qua textus loquitur, non autem in ſpeciali conſuetudine eccleſiæ: hoc tamen nihil eſt ſecundum Cardin. quia idem operatur genus quoad omnia, quod ſpecies quoad ſpeciem, & è converſo, c. *Si non licet,* 23. *q.* 4. cap. *Denique,* 4. *diſtinct.* cap. *Ad ejus,* 5. *diſt.* notatur in cap. *Solitæ, de major. & obedient.* & in cap. *Quæ circa, de privileg.* & per gloſ. & Bart. in leg. *Sed*

12 *ſi quis,* §. *Quæſitum. ff. Si quis caut.* Et procedit hæc concluſio, etiamſi quis habeat unam præbendam ut principalem, & aliam ut annexam, ſicut erat hic una ex duabus præbendis annexa Præpoſituræ, ut innuitur *in verſ. Sed Præpoſitum,* ſecundum Anchar. *in* 3. *not.* & Jo. de Anan. *nu.* 3. ad hoc Clem. *ult. de præb.*

13 Quartò nota ibi, *de communi Canonicorum confirmant aſſenſu;* ad duos Canonicatus, vel duas præbendas in eadem eccleſia Epiſcopum diſpenſare non poſſe: & ita eſt hic argumentum optimum, & quaſi expreſſum, ut inquit Abb. *num.* 3. Sed de hoc latiùs *infrà in* 1. *quæſt.*

14 Quintò nota ibi, *& ſi non de facto,* quandoque beneficium vacare de jure, & tamen non vacare de facto, prout in caſu hujus cap. in quo jus inducit vacationem primæ præbendæ per aſſecutionem ſecundæ in eadem eccleſia, & tamen prima præbenda non vacavit de facto, quia poſſeſſor facto ipſo illam non dimiſit. Et propterea quamvis dignitas, vel beneficium curatum vacet ipſo jure per aſſecutionem pacificam alterius ſimilis, ut in c. *De multa, ſuprà de præb.* nihilominus in extravag. *Execrabilis, Joan. XXII. in* §. *Qui verò deinceps,* ſtatuitur, ut poſſeſſor facto ipſo abſque moræ diſpendio teneatur primum dimittere in manibus Ordinarii: alioquin ſit privatus utroque, & inha-

15 bilis ad ordines, & beneficia. Et hic collige quandoque faciliùs perdi dominium, quam poſſeſſionem. Regulariter tamen dominium difficiliùs perditur, l. *Si quis vi,* §. *Differentia. ff. de acquir. poſſ.* & ita poſt Vincent. & Jo. *hic* notat Jo. Andr.

16 *num.* 7. Cardin. *in* 2. *not.* & Jo. de Anan. *num.* 5. Tu dic ſecundum Anchar. *n.* 7. *notab.* Juris authoritate dominium faciliùs amitti, quam poſſeſſionem, quia dominium conſiſtit in jure, poſſeſſio in facto conſiſtit, & ſine facto non perditur juris diſpoſitione, ut l. *Denique,* & l. *Nec utilem, ff. Ex quibus cauſis major.*

17 Sextò nota ibi, *de jure vacare noſcatur,* & ſigna caſum ſingularem, in quo primum beneficium ſimplex vacat ipſo jure per aſſecutionem alterius ſimilis, videlicet cum utrumque eſt in una eccleſia, ſeu ſub eodem tecto, ſecundum Cardin. *in primo notab.* & Abb. *in* 3. *notab.* & videtur communis opinio, ut teſtatur Imol. *num.* 4. quam etiam probavit Sacra Congregatio Concilii, ut di-

18 cam *infrà n.* 65. Secus enim eſt, ſi in diverſis eccleſiis exiſtant, ut probatur per locum à ſpeciali in c. *De multa,* & ibi dixi *in primo notab. ſupra de præb.* Sed hodie hoc regulariter eſt etiam in beneficiis ſimplicibus diverſarum eccleſiarum, ſi aliàs ſint incompatibilia vel ratione reſidentiæ, puta duo canonicatus, vel præbendæ, vel ratione ſufficientiæ: unde ſimplex beneficium ſufficiens vacat ipſo jure adepta pacifica poſſeſſione alterius ex Concilio Tridentino *cap.* 4. *ſeſſ.* 7. *juncto cap.* 17. *ſeſſ.* 24. ut dixi in prædicta decretali *De multa, nu.* 3. & in cap. *Cum jam dudum, in tertia quæſt. ſuprà de præb.*

19 Ultimò nota ex fine litteræ, textum valdè notabilem in materia, quòd litteræ impetratio-

20 nis beneficii vacantis de jure, ſed non de facto validæ ſunt etiam non factâ mentione poſſeſſionis alterius, quæ colorata non eſt, ſed tamen executor Apoſtolicus beneficium conferre non poteſt, niſi prius cogat detentorem ad dimittendum de

21 facto. Utrumque hic probatur expreſsè juxta verum intellectum Cardinal. ut dixi *ſuprà in Summ.* quem communiter Doctores ſequuntur. De primo patet; nam præbenda S. Viſcardi vacabat ipſo jure per aſſumptionem ad Præpoſituram cum præbenda in eadem eccleſia, ſed non vacabat de facto, quia Præpoſitus illius poſſeſſionem vacuam non dimiſerat, nec in litteris de hoc fuit facta mentio, & tamen litteræ impetrationis fuerunt validæ; quia virtute illarum ſecundum communem intellectum illi executores jubentur con-

22 ferre primam præbendam, & poſſeſſio illa non erat colorata, cum titulus jam eſſet extinctus; alioquin litteræ impetrationis non valuiſſent, quæ de hujuſmodi colorata facti poſſeſſione mentionem non feciſſent, & ita obſtaret text. in c. *Cum noſtris, ſuprà eod.* ſecundum intellectum Jo. Andr.

23 verum & communem, ut ibi teſtatur Abbas *in princ.* De ſecundo ſimiliter patet, quia Papa hic mandat, ut executores non conferant prius quam coëgerint detentorem ad dimittendum, ſcilicet

24 facto ipſo, juxta extravag. *Execrabilis,* §. *Qui verò deinceps, de præb.* Et ex hoc pondera differentiam inter Delegatum, & Ordinarium; nam Delegatus, ut prædixi, conferre non poteſt niſi prius compellat detentorem ad cedendum de facto. Sed Ordinarius poteſt liberè conferre beneficium vacans per aſſecutionem pacificam alterius, vel per alium modum vacationis, etiam irrequiſito poſſeſſore, ut eſt text. in cap. *De multa,* §. *Is quoque, ſuprà de præb.* ubi hoc tenent Innoc. *num.* 3. Joan. Andr. *num.* 10. *in verb. Liberè,* Henric. Boich. *num.* 19. *verſ. Et nota quod dicit textus,* Butr. *nu.* 29. Imol. *num.* 6. Anchar. *in* 5. *notab.* Cardin. *in d.* §. *Is quoque, in* 3. *quæſt.* Abb. *num.* 3. & Jo. de Anan. *nu.* 8. Concordat textus in c. *Extirpandæ,* §. *Alioquin, eod. titul.* & ita prædictam differentiam ponunt *hic* Innoc. *nu.* 1. Hoſt. *eod. num. in ver. Confirmavit,* Jo. Andr.

25 *num.* 3. & 8. Butr. *in* 7. *notab.* reddentes rationem diverſitatis; quia magis eſt reſtringenda poteſtas extraordinaria, quàm ordinaria, ad hoc cap. *Ut debitum, de appellat.* & ideo delegatus non poteſt

quod poteſt Ordinarius, d. c. *De multa*, §. *Is quoque*.
26 Præterea non eſt præſumendum ut Papa per ſuas litteras aliquibus præbere velit cauſam litigii, cap. *Nonnulli, de reſcrip.* quin potius præſumptio eſt, ut intendat dare Eccleſiam impetranti avocatâ poſſeſſione à poſſeſſore. In Ordinario autem præſumptio eſt ut velit jus ſuum tueri, cap. 2. *de feud.* l. 1. ff. *Si quis juriſdic. non obtemper.* verumtamen nec Ordinarius eum, cui contulit, in poſſeſſionem inducet, niſi poſſeſſore prius vocato, ut eſt caſus in cap. *Licet Epiſcopus, de preb. lib. 6.* & notant in d. cap. *De multa*, Joan. Andr. *num. 10. in*
27 *ver. Liberè*, & Imol. *num. 6.* Et juxta prædicta conclude generaliùs diſtinguendo ſecundum Jo. Andr. *hic num. 7. in ver. Quam cum de facto*. Quandoque beneficium vacat de jure, & de facto, & tunc eſt conferendum perſonæ idoneæ, cap. 2. *ſuprà de inſtitut.* cap. *Super*, & cap. *Grave, de præbend.* Quandoque vacat de facto, & non de jure, ut cum quis ſpoliatus eſt beneficio, cap. *Ad audientiam*,
28 & cap. *Abbas, ſuprà de his, quæ vi metuſve cauſ.* Quandoque nec de facto, nec de jure, quod non eget exemplo. Et in his duobus caſibus conferri prohibetur, adeo ut qui ſcienter patitur ſe inſtitui in beneficium viventis, hoc ipſo pellendus ſit, cap. 1. *ſuprà eod.* & nihilominus deponendus, cap. *In primis, 2. q. 1.* & notat gloſ. in d. c. 1. *in ver. Pellen-*
29 *di.* Si verò ignoranter, excuſatur conferens, ſed tenetur ei, cui nulliter contulit, ad conſimile beneficium, ut cap. *Præſentium, 7. q. 1.* & notat gloſ. præallegata adhibitâ tamen diſtinctione, de qua per Jo. Andr. in cap. *Inter cætera, ſuprà de præbend.*
30 Aliquando verò beneficiũ vacat de jure, eò quòd jus ipſum vacationem inducit, ſed non vacat de facto, quia poſſeſſor facto ipſo non ceſſit beneficio, ut hîc patet in illis verbis: *etſi non de facto, de jure tamen vacare noſcatur*. Et hoc quarto caſu
31 Jo. Andr. *ubi ſuprà*, poſt Hoſt. ſubdiſtinguit: nam aut factum aliquid juris habet, ſeu colorem tenendi, & tunc beneficium conferri non poteſt quouſque renuntiatum eſt, ut hîc, & in cap. *Cum*
32 *noſtris, ſuprà eod.* aut factum nullum habet colorem juris, & non obſtante detentatione facti, conferri poteſt, cap. *Propoſuit, ſuprà eod.* & cap. *De multa, de præb.* Atque ita purum factum, quod in ſola detentatione conſiſtit collationem non impedit, nec impetrationem: factum verò, quod aliquid juris habet, utrumque impedit, & ſic ſine calumnia, ut inquit Joan. Andr. poteſt intelligi quod hîc dicitur, & c. *Cum noſtris*, §. *Auditor*, ibi,
33 *Quia talis poſſeſſio, ſuprà eod.* Dicitur autem factum purum, & nihil juris habere, quando nullum juris colorem habet. Illud verò dicitur aliquid juris habere, quando habet authoritatem judicis, vel alium colorem juris, puta quia poſſeſſor cauſam habet ab illis, qui etſi injuſtè eligant ad præbendam, vel ipſam conferant, habent tamen poteſtatem eligendi, vel conferendi, ſecundum Jo. Andr. *ubi ſuprà*. & patet ex notatis per eumdem in c. *Poſt electionem, in 2. reſponſo, in ver. Perſona idonea, n. 4.* & in c. *Propoſuit*, §. *Si ſuper, in ver. Intelligebatur, ſuprà eod.* cap. *Illa, infra ne ſed. vac.* & cap. *Auditis, ſuprà de elect.* Et eſt ratio diverſitatis cur
34 in poſſeſſione colorata aliud ſit tenendum, quàm in nuda detentatione facti tantum; quia ſi poſſeſſor habet cauſam à judice, vel ab aliquo colore juris, factum judicis tuetur Prætor, l. 1. §. 1. & 2. ff. *Quod eum falſantur*. pro quo ſemper eſt præſumendum, ut leg. & not. in c. *In præſentia*, §. 1. *ſup. de renunc.* & qui peccat, non peccat juris authoritate, c. *Qui peccat, 24. q. 1.* & juſtè poſſidet qui judicis authoritate poſſidet, l. *Juſtè, ff. de acquir. poſſeſſ.* Ideoque talis poſſeſſor vel ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ, quam oſtendit electoribus, vel conferentibus antequam eum eligerent, vel ei conferrent; vel aliquo alio jure credendus eſt juſtam cauſam fovere, de qua etiam inquirendum eſt; & niſi reperiatur juſta, poterit privari ipſe poſſeſſor, & cogi ad reſignandum; & factâ reſignatione poterit fieri collatio, ut hîc patet, & in d. cap. *Cum noſtris*, §. *fin.* & in c. *Propoſuit*, §. *fin. ſuprà eod.*
35 Cæterum in hoc 4. membro, videlicet, Cum præbenda vacat de jure, ſed non de facto, aliter diſtinguit Imola *n. 16. verſ. Ex prædictis*: nam ut ipſe ait, interdum eſt poſſeſſio penitus incolorata, interdum eſt incolorata, ſed non penitus, interdum vero eſt colorata. In primo caſu quando eſt penitus incolorata, non impeditur impetratio, nec etiam collatio, nedum Ordinarii, ſed nec etiam Delegati, per ea, quæ notantur in cap. *De multa*, §. *Is quoque*, & in c. *Extirpandæ*, §. *Alioquin, de præb.* melius in cap. *Cum in cunctis* in gloſ. *prima*, *de elect.* Dicitur autem poſſeſſio penitus incolorata quando poſſidens nullum habet titulum, nec etiam habuit; vel ſi habuit, fuit illo privatus per ſententiam juris, vel hominis, per ea, quæ notantur in d. §. *Is quoque*, & notat gloſ. præalleg. Idemque videtur ſi habet titulum ab illo, ab quem non ſpectat originaliter, nec accidentaliter, per id, quod habetur in c. *Illa, infra ne ſed. vacan.* non tamen poterit poſſeſſor ſuâ poſſeſſione privari, niſi prius eo citato, & de jure illius cognito, c. *Licet Epiſcopus, de præb. lib. 6.* Secundo autem caſu quando poſſeſſio eſt quidem colorata, ſed non penitus, veluti ſi quis habeat titulum ab eo, ad quem originaliter ſpectat, licet poteſtas accidentaliter ſit tranſlata in alium; tunc talis poſſeſſio non impedit impetrationem, nec collationem Ordinarii. Executor tamen conferre non poteſt antequam coegerit poſſeſſorem ad dimittendum, ut hic eſt caſus ſecundum intellectum Anchar. quẽ dixit notabilem idem Joan. de Imola, *num. 16. col. 12. in fin. verſ. Unde poſſet dici*: nam iſte Archiepiſcopus originaliter poterat conferre primam vacantem per aſſecutionem ſecundæ: ſed accidentaliter poteſtas ad Papam fuit devoluta, ut patet ex littera; unde per confirmationem, quam conceſſit Archiepiſcopus, conceſſio non remanſit penitus abſque colore.
36 Verum hæc diſtinctio inter poſſeſſionem incoloratam, & penitus incoloratam, eſt nimis ſubtilis, & eſt contra mentem Doctorum, qui communiter dicunt, poſſeſſionem tunc eſſe incoloratam, quando nullum habet colorem tenendi, quem quidem colorem nullo prorſus modo præbuit dicta confirmatio, quia ad hoc non inſpicitur origo, ſed tempus ipſius confirmationis, c. *Dudum, el primo* §. *Cum autem*, ibi, *electionis tempore*, c. *Cum inter R. in fin.* & c. *Auditis, verſ. Cum tamen, de elect.* cap. *Quorundam*, cum ibi notat. per Joan. Monach. & Joan. Andr. *eod. tit. lib. 6.* Henric Boic. in d. cap. *Dudum, num. 26.* Quo quidem tempore inſpecto certum eſt Archiepiſcopum caruiſſe funditus pro illa vice conferendi poteſtate, c. 2. *ſuprà eod.* Unde perinde eſt ac ſi eam nunquam habuiſſet. Tene igitur intellectum Cardinalis, de quo



quo *ſuprà n. 19.* quòd ſcilicet impetratio beneficii vacantis de jure, ſed non de facto, quia ab alio poſſidetur, ſit valida, ſi poſſeſſio nullum habeat colorem tenendi; ſed nihilominus executor Apoſtolicus conferre non poſſit priuſquam coegerit detentorem ad cedendum de facto, ut hic vide-
37 tur caſus non cavillando litteram. In tertio autem caſu, quando ſcilicet poſſeſſio eſt colorata, breviter conclude collationem Ordinarii valere ſecundùm ea, quæ dicta ſunt *ſuprà n. 24.* ſed impetrationem certi beneficii, non factâ mentione talis poſſeſſionis eſſe invalidam, ut eſt tex. ſecundùm communem intellectum in c. *Cum noſtris, ſuprà eod.* & dictum eſt *ſuprà n. 22.* In hoc tamen ultimo caſu poſſet latius diſtingui, ut per Compoſtell. in c. *Capitulum S. Crucis ſup. à de reſcript.* Cujus diſtinctionem hîc reaſſumunt, & probant Henric. Boich. *num. 3.* & Imol. *n. 16. col. 13. poſt med. verſ. Tertio caſu.*
38 QUÆRO, An Epiſcopus poſſit diſpenſare ad duo beneficia in ead. eccleſia. Præmittendum eſt, hanc quæſt. proponi de beneficiis, aliàs compatibilibus: nam ſi eſſent incompatibilia, vel ratione curæ animarũ, vel ratione ſufficientiæ ſecundùm ea quæ dixi in c. *Cum jam dudum, ã n. 31. ... ſuprà de præb.* explorati juris eſſe Epiſcopum diſpenſare non poſſe, quia cùm hanc facultatem nõ habeat, quando hæc beneficia incompatibilia exiſtunt in diverſis Eccleſiis, ſed opus ſit diſpenſatione Apoſtolicâ, ut firmavi in d. c. *Cum jamdudum, in 2. q.* longè minus illam habet quando exiſtunt in eadem Eccleſia, ut patet ex dictis *ſuprà n. 6. & ſeqq.*

Hoc præmiſſo, in quæſtione propoſita duæ ſunt opiniones. Prima eſt Tancredi, qui arbitratus eſt Epiſcopum poſſe diſpenſare, in qua etiam reſidet hic Bernard. in gloſ. *ult.* & ad hanc Decretalem reſpondet, confirmationem idcircò non valuiſſe, quia Archiepiſcopus non intendebat diſpenſare. Nam præbenda vacabat de jure, licèt non de facto, & Archiepiſcopus de novo non contulit, ſed confirmavit: quæ quidem confirmatio ſine nova collatione non induxit diſpenſationem c. 2. *de ſchiſmat.* ſecus autem eſſet ſi diſpenſationem expreſsè, & cum cauſa impertitus fuiſſet, ut cap. *Cum noſtris ſuprà eod.*

Secunda opinio eſt Goffredi, qui dixit, Epiſcopum ad plures præbendas, ſive in diverſis, ſive in eadem eccleſia nullatenus poſſe diſpenſare, & reprehendit Tancredum, qui dixerat oppoſitum, quia crimina non ſunt palpanda, ut incurata ſerventur, c. *Si quis diaconus, 50. diſt.* & Goffredum ſequitur Petrus de Sampſone, dicens, hoc eſſe hîc expreſſum: & cum eo tranſit Abb. Antiq. ejus auditor, *nu. 3.* Idem ex hoc tex. colligit Innoc. *in princ. in ver. Quoniam.* Quibus adjungi poſſunt Hoſtienſ. & Authores omnes, qui exiſtimant Epiſcopum non habere facultatem diſpenſandi ad plures præbendas, etiam in diverſis Eccleſiis, quos retuli in c. *Cum jam dudum, in 1. q. verſ. Secunda opinio, n. ... ſuprà de præb.* Hi enim fortiùs tenent Epiſcopum id non poſſe in ead. Eccleſia, per ea, quæ dixi *ſuprà n. 6.* Moventur per c. *Sanctorum, 70. diſt.* ubi Epiſcopus non diſpenſat, ut quis habeat duas præbendas, etiam in diverſis Eccleſiis. Item quia cùm tranſierit ad ſecundam, vacavit prima, cap. *Si quis jam tranſlatus, 21. q. 2.* Ergo Epiſcopus non poteſt hoc jus tollere, cap. *Dilectus, ſuprà de tempor.* *ordinat.* Item quia cùm diſtinctæ ſint præbendæ in aliqua eccleſia, non poſſunt uniri duæ in unam perſonam, nec una dividi inter duas, c. *Una ſuprà de præb.* c. *Singula, 89. diſt.* ſecundùm Innoc.



39 Tu verò pro concordia ſequere diſtinctionem Jo. Andreæ *num. 8.* videlicet: Aut beneficia in eadem Eccleſia ſunt conformia, puta duo canonicatus, vel duæ præbendæ, & Epiſcopus diſpenſare non poteſt, ſed requiritur diſpenſatio Apoſtolica, de qua eſt argumentum optimum, & quaſi expreſſum hîc ſecundùm Abb. *in 2. notab.* Et in hoc caſu intelligi poteſt ſecunda opinio Goffre-
40 di, & ſequacium. Aut beneficia ſunt difformia, puta dignitas cum canonicatu, vel præbenda, & diſpenſat Epiſcopus, ut videtur caſus in c. 2. *in fin.* & ibi gloſ. *in verbo Niſi unicum, de conſuetud. lib. 6.* & facit tex. in Clem. *Si juxta*, & quod ibi notatur in ult. gloſ. *de præb.* & ita procedat prima opi-
41 nio Tancredi, & Bernardi. Ratio diverſitatis eſt, quia in primo caſu cum duo beneficia conformia in una perſona uniuntur, frangitur ibi numerus: nam ſi in una eccleſia mihi Canonico detur alia canonia, aut eccleſia, non habet cer-
42 tum numerum, aut habet. Primo caſu ſuperflua eſt datio ſecundi Canonicatûs, & videtur fieri potius verbotenus, quàm quoad effectum: veluti cùm ſecundò manumittitur ſemel manumiſſus, baptizatur baptizatus, vel ordinatur ad eumdem ordinem jam ordinatus, ut l. 2. C. *de manu miſſ. vindict.* c. *Presbyteris*, §. *Quod*, ergo & quod ibi notatur 68. *diſt.* Secundo autem caſu cum habet numerum, per diſpenſationem numerus frangeretur: nam ſi ſint duodecim canoniæ, & ego habeam duas, non erunt niſi undecim; & ſi diſpenſaretur cum aliis quinque, ut ſinguli duas haberent, non eſſent niſi ſex. Patens eſt igitur ratio fractionis numeri. Præterea ſubtrahitur Eccleſiæ alterius conſilium, & ſuffragium, ad quod ego jam tenebar ex prima canonia, ita ut per ſecundam nihil addatur: unde Eccleſia multum læderetur. Secus autem eſt cùm beneficia ſunt difformia: nam ſi in una Eccleſia ſint duodecim canonici, & extra numerum ſint Perſonatus, vel officia perpetua, ſi Perſonatum habeo cum canonia, numerus non infringitur, & nunc Canonicatui, nunc Perſonatui potero deſervire: conformitas ergo officiorum prohibet, quod diverſitas officiorum permittit: ita diſtinguit & declarat *hîc* Jo. Andr. *nu. 11. verſ. Item ſi in diverſis*, cui adſtipulantur Butr. *n. 11. verſ. Per quæ concludit*, Imol. *nu. 8.* & commu-
43 niter Doctores, ut Abb. teſtatur *nu. 6.* Eodem modo diſtinguit gloſ. *ult.* in Clem. *fin. de præb.* dicens, Epiſcopum non poſſe diſpenſare, ut quis habeat duas canonias in eadem Eccleſia, ſed benè poſſe diſpenſare ut habeat canoniam cum perſonatu, & ſequuntur ibi Doctores Feder. de Sen. *conſ. 120 Quæſitum eſt, per tot.* ubi conſuluit ex diſpenſatione Epiſcopi poſſe quem obtinere canonicatum cum capella in eadem Eccleſia, licèt obtinere non poſſit duas præbendas, & ſequitur illud conſ. Abb. *conſ. 70. Videtur primò, circa finem, verſ. Ad ſecundum, lib. 1.* & idem Feder. *conſ. 205. Adauctes,*
44 *juncto conſ. 206. Reverende Pater.* ubi reſpondit ſimiliter poſſe Epiſcopum diſpenſare, ut in eadem Eccleſia Canonicus præbendatus poſſit obtinere Archipresbyteratum, cui ex conſuetudine annexa erat duplicata præbenda. Lapus *allegat. 117.* Philippus, *num. 3. & 4.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®

ſtrum eſſe: An tutâ conſcientiâ poſſet idem A-
medeus retinere capellam cum canonicatu abſ-
que diſpenſatione Apoſtolica: S. Congregatio
cenſ. non poſſe Amedeum abſque proviſione Se-
dis Apoſtolicæ duo diſformia ſub eodem te-
cto beneficia obtinere, niſi id dictet ſtatutum, vel
Eccleſiæ Maurianenſis conſuetudo, vel Epiſco-
pus cum eo expreſsè diſpenſaverit, cùm utrum-
que conferendo non intelligatur tacitè diſpen-
68 ſaſſe. At deinde cùm generaliter dubitatum fue-
rit, an pro tutiore conſcientia obtinentium duo
beneficia diſformia ſub eod. tecto collata ſibi ab
Ordinario debeat nova proviſio peti à Sanctiſſi-
mo? Reſpondit ita debere, quia licet Epiſcopus
poſſit ex cauſa diſpenſare ad duo beneficia diſfor-
mia ſub eodem tecto; tamen periculoſum eſſe, an
cauſa ſubſit ea, quam Canones requirunt; ideo
tutius eſſe adire Sanctiſſimum.

Hujuſmodi autem difficultates ceſſant ſuppo-
ſitâ conſuetudine Eccleſiæ Barcinonenſis obti-
nendi duo diſformia ſub eod. tecto; quia illius
vigore licitum eſt ſimul obtinere præbendã theo-
logalem, & Archidiaconatum, cùm ſint diſfor-
mia, etiamſi Ordinarius non diſpenſaverit; ſed
ſimpliciter utrumq; ſimul contulerit, quod abſq;
conſuetudine non liceret, ut ex prædictis patet.

# DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ.

## Cap. Poſtulaſtis.

### SUMMARIUM.

1 *Collatio pertinens ad Capitulum, & Prælatum ut Prælatum, lapſu temporis ad alium non tranſit, & num. 6.*
2 *Canonicatuum, & præbendarum collatio in cathedrali de jure communi eſt ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum.*
3 *Intellectus hujus cap.*
4 *Verbum, pertineat, quid importet.*
5 *Collatio beneficij poteſt appellari donatio.*
6 *Actus ubi per Prælatum ut Prælatum, & Capitulum explicandus eſt, unus non ſupplet negligentiam alterius.*
7 *Secus ſi unus ſit effectus inhabilis.*
8 *Capitulum ſolum an poſſit præbendas conferre ſtante abſentiâ Epiſcopi in Curia, cujus reditus facilè non ſperabatur.*
*Intellectus cap. unic.* Ne ſede vacan. lib. 6.
9 *Conferre habens de conſilio alterius, illo in remotis agente, poteſt ſolus conferre, ibidem.*
10 *Si cùm ſi collatio ſit ſimultanea, vel fieri debeat de conſenſu alterius.*
11 *Epiſcopus aliquando intereſſe poteſt Capitulo tanquam Canonicus.*
12 *Una, & eadem perſona poteſt vices duarum repræſentare, & reſpectu diverſæ qualitatis diverſo jure cenſeri.*
13 *Etiam in actibus incompatibilibus.*
14 *Argumentum de tanquam, ſeu reſpectivis.*
*Epiſcopus, cui commendatum eſt monaſterium exemptum, ordinare non poteſt ſæculares ſibi ſubditos ratione monaſterij, ibidem.*
15 *Oratori, ſeu Legato quod donatur, an cedat lucro ipſius, an verò mittentis, & nu. ſeqq. uſque ad n. 25.*
16 *Procurator tenetur reſtituere, ſi tanquam procurator percepit, non autem ſi tanquam quilibet.*
17 *Donatum ſocio occaſione ſocietatis cedit lucro Donatarij.*
18 *Socio imputatur ſi occaſione ſocietatis damnum ſit paſſus, non ſocietati.*
19 *Legati conſueverunt remunerari ab eo, ad quem ſunt miſſi.*
20 *Donationes, quæ fiunt ab Imperatore, videntur fieri contemplatione ejus, in quem conferuntur.*
21 *Donationis qualitas an ſit attendenda ad dignoſcendum cuius intuitu fuerint collata, & nn. ſeqq.*
22 *Leones, vel ſtatua donum an magis congruat Principi quàm Oratori, & nn. ſeqq.*
23 *Sceptrum, vel corona regalis ſi donentur Oratori, non ipſi, ſed Regi acquiruntur.*
24 *Donorum magnitudo ſpectanda eſt non tam ex perſona illius cui conferuntur, quàm ex perſona ejus qui confert.*
25 *Epiſcopus qui Capitulo intereſt tanquam Canonicus, quo in loco ſedere debeat, & nn. ſeqq.*
26 *Vicarius Epiſcopi, qui etiam eſt Canonicus, in choro non debet ſedere primus, quando eſt ſibi in apparatu Canonicali.*
27 *Epiſcopus qui eſt in ſtudio ut ſcholaris, in actibus ſcholaſticis ſedere debet poſt Rectorem Univerſitatis.*
28 *Patriarcha Hieroſolymitanus, qui eſt etiam Canonicus Baſilicæ S. Petri, ſedet in Choro poſt Canonicos primò receptos.*
29 *Ordo ſedendi in Prætorio S. Pœnitentiariæ.*
30 *Prælatus quomodo conſtet an interſit Capitulo ut Prælatus, an ut Canonicus.*
31 *Indubio cenſetur quis in actu intervenire tanquam præſidens majori Dignitati.*
32 *Appellandum eſt in dubio à collatione ſimultanea Epiſcopi & Capituli, non ad Epiſcopum, ſed ad Superiorem.*

1 POSTULASTIS. Si ad Capitulum, & Præ-
latum ut Prælatum poteſtas conferendi
pertinet, de uno ad alterum lapſu tempo-
ris non tranſibit. Secus ſi Prælatus ſit ibi ut
Canonicus, quia tunc de Capitulo tranſit ad Præ-
latum, niſi dolum committat. Hoc dicit. In pri-
ma parte conſultatio. in ſecunda ibi, *Ad quod*, Re-
ſponſio à qua unum caſum excipit ibi, *Niſi*, quem
determinat ibi, *Et in hoc.*
2 Nota primò ex principio litteræ ibi, *Cùm ad
vos, & Archiepiſcopum veſtrum ſimul collatio præben-
darum Eccleſiæ veſtræ pertineat.* Collationem Ca-
nonicatuum, & Præbendarum in Cathedrali Ec-
cleſia de jure communi eſſe ſimultaneam inter
Epiſcopum, & Capitulum: non enim textus lo-
3 quitur conditionaliter, ut putavit Ægid. Bellam.
*conſilio incip: Factum eſt tale, col. ult. ver. obſtat, cap.
Poſtulaſtis.* ſed loquitur cauſativè, & dictio, *Cùm*,
exponitur pro *quia*, ut in c. *fin. ſuprà de conſuetud,*
& in l. *ſi ab arbitro, ff. Qui ſatiſdacogan.* cum ſimil.
Unde ſenſus eſt, quia de jure ad vos, & Archie-
piſcopum veſtrum ſimul collatio præbendarum
pertinet, ideo poſtulaſtis, &c. Et quamvis Joan.
Andr. & DD. communiter ſumment hoc capitu-
lum per modum conditionis; hoc tamen faciunt,
quia in verſ. *Niſi fortè*, ſupponitur eſſe dubium,
an Archiepiſcopus interſit Capitulo ut Præla-
tus, an ut Canonicus, & in hoc dubio Docto-
res conjungentes utramque partem conſtitutio-
nis,



nis, diſtinxerunt; ſi ad Prælatum, ut prælatum,
& Capitulum collatio pertinet, de uno ad alte-
rum non fit devolutio. Secus ſi ad Prælatum ut Ca-
nonicum. Sed hinc non ſequitur quin textus, qui
cauſativè loquitur, in primo reſponſo procedat de-
4 ciſivè, & per modum cauſæ. Nec refert quod
Hoſtienſ. hic in principio intelligat hoc capitu-
lum de conſuetudine, eo quod non dixerit, per-
tinere debeat, ſed pertineat; & ſic notet factum,
& non jus; ideoque parum faciat hæc littera ad
id, ad quod alii ipſam inducunt. etenim contrari-
um tenet Goffred. cum quo tranſit Jo. Andr. *n.
1. in ver. Pertineat*, intelligentes hanc litteram de
jure communi. Nec verum eſt, verbum *pertineat*
connotare factum: imò enim connotat jus ut l. 1.
§. *Iuris noſtri*, cum gloſ. *in ver: Pertinet, ff. de verb. ſi-
gnificat.* gloſ. in c. *Inter dilectos, in ver: Pertinere, ſu-
pra de fide inſtrum.* Et quamvis referri poſſit et-
iam ad jus competens ex conſuetudine, ut notat
Jaſ. in l. *Centurio col. penult: ff. de vulgar.* tamen cùm
hic nulla fiat mentio conſuetudinis, in dubio po-
tius referri debet ad jus commune. arg: c. 1. *de con-
ſtit: lib: 6.* Et propterea Doctores, qui firmant de
jure communi inter Epiſcopum, & Capitulum
collationem eſſe ſimultaneam, ad hoc primò al-
legant hanc Decretalem ut gloſ. in c. *Cum Eccle-
ſia Vulterrana, in ver: Poſtulavit, ſuprà de elect:* ibi. Et
quòd ſimul eligere debeant, habes infrà *De con-
ceſſ: præb.* cap. *Poſtulaſtis.* Item gloſ: in c. *Si pro te,
in ver: Epiſcopi, & Capituli, de reſcr: lib: 6.* Joan. Lau-
ren. Vincent. Goffred. Jo. Monach. & Jo. Andr.
quos refert, & ſequitur Henric. Boich. in c. *Sorir.
calix. circa med. verſ: Aut iſta omnia ceſſant, infrà de
his quæ fiu à Præl.* Et ſanè ſi collatio ad eos perti-
nuiſſet de conſuetudine, Pontifex non fuiſſet lo-
quutus per modum cauſæ, ſed per modum con-
ditionis, ſicut fecit in cap. *fin.* & ibi notat gloſ: *in
ver: Pertineat, de Regular: lib: 6.* & hæc eſt commu-
nis opinio, quam etiam hodie ſervat Rota Roma-
na, ut dixi in d. c. *Cum Eccleſia Vulterana, ſupra de
elect:* ubi hunc articulum, relatis Doctorum opi-
nionibus, latiſſimè examinavi.
5 Secundò nota, in ver: *Donatio* Quod ter hîc le-
gitur repetitum, collationem beneficij poſſe ap-
pellari donationem. Quod tamen intellige, ut
dixi in cap. *Cum acceſſiſſent, in ſexto notab: ſuprà de
Conſtitut.*
6 Tertiò nota, id quod dictum eſt in Summa, vi-
delicet, ubi collatio præbendarum eſt ſimulta-
nea inter Epiſcopum, & Capitulum, lapſo ſeme-
ſtri tempore à Lateranen. Concilio ad conferen-
dum præfixo in c. 2. *ſup. eod.* jus conferendi de uno
ad alium non devolvi. Et ſic ubi actus per Præla-
tum ut Prælatum, & Capitulum explicandus eſt,
unus non ſupplet negligentiam alterius, ſi tem-
pus utrique ad actum explicandum eſt lapſum, ut
7 hîc notat Abb. *nu. 4.* dicens mente tenendum. Se-
cus tamen eſt ſi unus ſit effectus inhabilis, quia
alter explicabit, ut eſt text. in c. *unico, in princip: ne
8 ſede vacan: lib: 6.* Quòd ſi unus in remotis agat, ad
alium non fit devolutio, ut mox patebit. Unde
redditur valdè dubitabile quod dixit Rota *in cau-
ſa Placentina Canonicatus 26. Februarij 1596.* coram
Orano relata à Garz. *de benef: par: 5. cap: 4. n. 43.*
videlicet ſtante Epiſcopi abſentiâ in Curia, cujus
reditus de facili non ſperabatur, ſolum Capitu-
9 lum potuiſſe conferre ex d. c. *unico, in fine.* Quo-
niam ille textus loquitur in eo caſu, in quo quis
tenetur conferre cum conſilio Epiſcopi: tunc
enim Epiſcopo in remotis agente, jus conferendi
habens, conferre poteſt ſine illius conſilio, ut ibi
10 deciditur in fine. At non procedit ille textus ubi
collatio ſimul pertinet ad Epiſcopum, & Capitu-
lum, ut colligitur ex text. ibidem juncto primo
reſponſo, ubi nulla fit mentio de abſentia Epi-
ſcopi, & tenet ibi Gemin. *num: 10.* & Franc. *num:
8.* imò nec habet locum illa Decretalis, cùm quis
conferre tenetur cum conſenſu Epiſcopi, ut ibi
firmat gloſ. *in ver. Cum eo ſibi*, & Franc. *ſub num: 5.
& 6. in fine.* Item gloſ: in c. *Pro te, in ver. Aſſenſu, de
reſcript: eod. lib.* & Lap. *ibidem, n. 8.* & Gemin. *n. 12.
ad finem.*
11 Ultimò nota ibi, *non ut Prælatus, ſed ut Canoni-
cus*, aliquando Epiſcopum intereſſe Capitulo
tanquam Canonicum. Quod intelligit gloſ: 2.
quando jus Canoniæ eſt annexum Epiſcopatui
ex conſuetudine, concordat cap. *A collat. de appell.
lib. 6.* & cap. *Cum in Eccleſia, de præb. eod: lib.* cum ſi-
12 milibus. Et hinc collige unam & eandem perſo-
nam poſſe vices duarum repræſentare, & reſpectu
diverſæ qualitatis diverſo jure cenſeri. Ad hoc
c. *Per tuas, de major: & obed.* cap. *Ex ore, in fin.* & c.
*Cum capella*, & ibi gloſ: *unic. de privileg.* Et proce-
dit hoc etiam in actibus incompatibilibus, ut de-
13 clarat Gemin. in d. c. *A collatione, in 6. notab.* Quod
nota ad limitationem regulæ, de qua in cap. *Cog-
novimus, in fine 12. q. 2.* & cap. *Cùm in tua, de decim.*
Et propterea electum à ſe ut Canonico Epiſco-
pus ut Epiſcopus examinabit & confirmabit. Et
ſic diverſis reſpectibus idem erit elector & con-
firmator, ut poſt Hoſt. notat *hic* Jo. Andr. *num. 3.
verſ. & ſequitur ex his*, & eſt hîc agendi locus,
quem Doctores appellant *de Tanquam*, ſeu reſpe-
ctivis. Cujus meminit gloſ. in leg. *Si verò, §. item
quidquid, in ver. Quaſi ad patronum, ff. ſol. matrim.* &
ibi Bart. *in princ: verſ: Nota argumentum de Tan-
quam*, gloſ: *fin.* in cap. *Cùm inter univerſas, ſuprà de
elect.* Jo. Andr. in d. c. *A collatione, n. 7. verſ. Ad eun-
dem inducitur hæc littera, de appell: lib: 6.* Bartol. in l.
*Si pater, §. Qui duo, n. 3. & 4. ff. de adopt.* Jo. Andr. *in
regula, in toto de regul: jur: lib: 6. in Mercurial.* Abb.
*hic n. 4.* Hinc S. Congregatio Concilij aliàs con-
ſulta, An Epiſcopus, cui commodatum eſt mo-
naſterium exemptum, poſſit ſibi ſæculares ſub-
ditos ratione monaſterij ordinare, non obſtante
*c. 10. ſeſſ. 23.* Concilij Tridentini: Reſpondit non
poſſe, quia ordinaret eos ſubditos tanquam Ab-
bas, non tanquam Epiſcopus.
15 Hinc etiam DD. inferunt ad quæſtionem, An
quod donatur legato, ſeu ut vocant, Ambaſciato-
ri cedat ipſius lucro, an verò Principis mittentis.
Pro mittente inducitur primò hæc Decreta-
lis. Nam quemadmodum Prælatus, qui in Capi-
tulo perſonam Canonici repræſentat, non regu-
latur ut Prælatus, ſed ut Canonicus; & ideo in
caſu negligentiæ fit ad eum devolutio tanquam
ad Prælatum: eodem modo quia legatus in actu
legationis non repræſentat perſonam privatam,
ſed Domini mittentis, intelligitur honorari tan-
quam dominus mittens, ac proinde dona ipſi mit-
tenti acquiruntur quaſi ipſius intuitu, & contem-
platione videantur collata, arg. hujus textûs, & c.
*fin. 93. diſt.*
16 Secundò, pro hac parte inducitur textus in l.
*Qui proprio, §. Procurator, ut in cæteris ff. de Procur.*
ibi. (Itaq; quod ex lite conſecutus erit, ſive prin-
cipa-

cipaliter ipſius rei nomine, ſive extrinſecus ob eam rem, debet mandati judicio reſtituere.) ubi Accurſ. in ver. *Nomine*, notat Procuratorem teneri reſtituere, ſi tanquam Procurator percepit, non autem ſi tanquam quilibet, ſed Legatus percipit dona non tanquam quilibet, ſed tanquam Legatus, & procurator Principis mittentis, & occaſione legationis: ergo tenetur reſtituere. At ita ſubdit Accurſius ominitam fuiſſe cauſam, quam habuerunt Conſules Mediolanenſes miſſi ad Imperatorem Conſtantinopolitanum. Idem notat gl. in l. *Sed ſi plures*, §. *In arrogato*, per illum textum *in ver. Beneficio, ff. de vulgar. & pupil.* Licet non fir-
17 met.

Contrà verò dona cedere lucro ipſius Legati, ſeu Oratoris, licet occaſione legationis in eum fuerint collata, probatur efficaciter in l. *Si ſocium qui in eo*, §. *fin. ff. pro ſocio*, ubi ſecundum communem lecturam, ſi donatur ſocio occaſione ſocietatis, nihilominus quia donatio fit perſonæ, & non ſocietati, cedit lucro donatarii, non autem
18 ſocietatis. Nec mirum, quia non tantum in lucro, ſed etiam in damno idem eſt judicium. Nam ſi ſocius occaſione ſocietatis damnum ſit paſſus, ſibi imputatur, & non ſocietati, ut ibi eſt text. notab. & notat Innoc. in c. *Sicut, il ſecondo, n. 8. verſ. In ſocietate tamen, de jurejur.* & per illam leg. *Bart. in d. §. Procurator*, reprobat præallegatam gloſſam Accurſii, & in l. *Si verò*, §. *Item quidquid, ff. ſolut. matrim.* affirmat pro Ambaſciatoribus eſſe caſum, ſi bene inſpiciatur in d. l. *Socium qui in eo, in fine*.

Secundò, ad idem inducitur textus in d. l. *Si verò*, §. *Item quidquid, ff. ſolut. matrim.* ubi quidquid maritus ſervum dotalem manumittens conſequitur ex bonis liberti, reſtituit uxori; beneficium tamen, quod in eum libertus contulit, in reſtitutione non venit. Et ita per illam l. determinat quæſtionem pro Legatis Mediolanenſibus ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, gloſ. *ibi, in ver. Quaſi ad patronum*, & Bart. *num. 3.*
19 Oldrad. in ſimili, *conſ. 129. in quæſtione*.

Tertiò, ad hoc inducitur textus in l. *Divus*, *ad fin. ff. de bon. damnat.* ibi: Barbaros etiam inde munerari venientes ad ſe, vel legationis, vel alterius rei cauſâ. Ex quibus verbis patet, Legatos conſueviſſe remunerari ab eo, ad quem ſunt miſſi: at nulla eſſet remuneratio, ſi quod acquirunt, non
20 ſibi, ſed mittenti acquirerent.

Demum idem probatur ſecundùm Bartol. quia donationes, quæ fiunt ab Imperatore, videntur fieri contemplatione ejus, in quem conferuntur, l. *Cum multa, C. de bon. quæ liber.* Nec eſt novum, ut etiam in honorem alterius detur alteri, ut in l. *Cum filius*, §. *Pater, ff. de legat. 2.*

21 In hac varietate Jo. Calder. hìc dicit eſſe conjungendas opiniones, quæ ponuntur in d. l. *Qui proprio*, §. *Procurator, ff. de Procur.* ait enim conſiderandum eſſe an Legati priùs noti eſſent Principi, ad quem ſunt miſſi; & tunc putat dona cedere ipſorum lucro. An verò ignoti; & hoc ſecundo
22 caſu cenſet inſpiciendam eſſe qualitatem rei donatæ: quædam enim præſumuntur magis congruè Principi à quo ſunt miſſi, veluti ſi donaretur Leo: & tunc dona eidem Principi acquiruntur, quæ illius contemplatione cenſentur donata. Quædam verò magis congruunt ipſis Legatis, ut veſtes, pecunia, vel quid ſimile, & hæc cedunt ipſorum lucro. Ita Calderin. cum quo reſidet Abb. *hìc n. 5.* concludens in dubio donorum qualitatem eſſe inſpiciendam. Quod etiam verius putat Everard *in ſua Centuria in loco de Tamquam, n. 6.* Eandem diſtinctionem probavit Jo. Andr. in *c. A collatione, nu. 7. verſ. Hæc jura faciunt ad quæſtionem, de appellat. lib. 6.* Nam in caſu illo Mediolanenſium ſic ait: (Dici ſolet quòd dona cedunt Ambaſciatoribus ſi priùs noti erant Principi; aliàs communi, ſi erant ignoti; vel communi cedunt, ſi donum conveniebat communi, ut leo ſtatua, vel ſimile. Secus ſi conveniebat perſonis, ut ſi Doctori librum, vel militi arma donavit; (& ſequuntur totidem verbis ibi Gemin. *col. 4. verſ. Hæc jura faciunt*, & Franc. *n. 5. verſ. Quod inducitur ad quæſtionem.*

Baldus autem *in conſ. 194. Præmiſſis verbis, n. 2. lib. 2.* dicit fuiſſe antiquam quæſtionem de Ambaſciatoribus Mediolani, qui receperunt xenia, ſive dona ab Imperatore Conſtantinopolitano, utrum teneantur ea reſtituere communi Mediolani, & refert in ea Doctores communiter ſic dixiſſe. Aut donatum fuit contemplatione communis; & tunc communi quærunt: aut contemplatione ipſorum; & tunc ipſis quæritur. Aut dubitatur; & tunc aut Imperator habebat eos notos; & tunc videtur eorum contemplatione datum, ut l. *Si forte*, l. *Miles*, l. *Dat. in filio*, §. *fin.* & l. *Heredi in princ. ff. de caſtren. pecul.* Aut non habebat eos aliàs notos; & tunc refert an præmiſerit nomina propria an appellativa, ut l. *Si ſervus communis*, §. *1. ff. de ſtipul. ſervor.* l. *Cum ita datur*, *ff. de condit. & demonſtr.* & l. *Cum aliquis*, *C. de jure deliber.* Alii verò, ut idem Bald. ſubdit, dixerunt, Aut donaria ſunt eis congruentia, aut non; & ex eorum qualitate conjecturam eſſe ſumendam, ut l. *Virum, ff. de donat. inter vir. & uxor.* & l. *In rebus*, §. *poſſunt, ff. Commod.* quæ diſtinctiones, ut vides, ſi conjungantur, ferè coincidunt cum diſtinctione Jo. Calder. de qua ſupra.

Verum Bartolus in d. l. *Si verò*, §. *Item quidquid, ff. ſolut. matrim.* determinat legatos, ſeu Oratores non teneri reſtituere, niſi fuerit expreſſè donatum eo pacto ut redderetur mittenti, & allegat Guliel de Cun. idem dicentem in d. §. *Procurator*, ut in cæteris hoc ipſum tenent Petr. & Jacob. de Ravenn. nam, ut ipſi dicunt, quamvis contemplatione mittentis fuerint eis conceſſa donaria; tamen eis conceduntur ut ſibi habeant. l. *Divus, in fine, ff. de bon. damnator.* & ſequitur Bald. *d. conſ. 194.* ubi conſuluit pro Conſiliario Admirati civitatis Januæ ſuper donatione eidem facta per Regem Cypri. Et cum opinione Bartoli tranſeunt in d. §. *Item quidquid* Paul. de Caſtr. & DD. communiter teſte Everar. *ind. loco de Tamquam, n. 6.* quæ etiam moribus recepta eſt; nam ut Bald. inquit *in præall. conſ. 194. nu. 2. verſ. Item quia, conſuetum eſt ſic fieri, ut hoc potiſſimè inſpiciendum eſt*, ut l. *Iuriſgentium*, §. *Pactorum, ff. de Pact.*

Et tenendo communem opinionem, non obſtat hæc Decretalis, quia, ut diſertis verbis reſpondet Abb. *n. 5. circa fin. verſ. Et ad iſtum textum*, epiſcopus intererat hìc, ut Canonicus. Sed Orator licet repræſentet perſonam domini mittentis, nihilominus conſiderari poteſt, ut perſona privata in donis ei conferendis.

Item non obſtat text. in d. l. *Qui proprio*, §. *Procurator, ut in cæteris, ff. de Procur.* Quoniam illa ſex-



lex determinatur per d. l. *Socium qui in eo, in fine, ff. pro ſoc.* ſecundum Bartol. *in d. §. Procurator.*
23 [illegible] poſſet [illegible] ut non [illegible] dona [illegible] Quid enim ſi dono daretur Regis Oratori corona, aut ſceptrum regale, aut Nuntio Apoſtolico regnum Papale? Quippe ipſorum eſſet ut miſſis hæc dona ſibi retinerent, cum videantur ei collata non ut ſibi habeat, ſed ut deferat ad ſuum Principem. Et in hoc caſu fortè ſalvari poſſet diſtinctio in Calder. Non enim in hoc probatur illud exemplum leonis, & ſtatuæ, quia cùm Legati, & Oratores regii plerumque ſint Primates regni, & Barones inſignes, non [illegible] ſibi habeant leonem, prout aliquando habuerunt Romæ. Et ſtatuas
24 paſſim habent etiam privati. Ex quibus hæc ſint dona inſignia, [illegible] donorum magnitudo ſpectanda eſt non tam ex perſona illius, cui confertur, quàm ex perſona ejus qui confert. Adhoc est [illegible] *ſcalatimus* [illegible] ubi Jo. Andr. num. 8. refert illud Alexandri, qui [illegible] urbem donaret, dicente illo, cui donabatur, non convenire fortunæ ſuæ: Non quæro inquit, quid te oporteat accipere, ſed quid me oporteat dare.

25 Ulterius QUÆRO quo in loco ſedere debeat Epiſcopus quoties ante eſt Capitulo tamquam Canonicus.

Gloſſa in c. *A collatione, in ver. Prælatus, verſ. Sed quando ſedet, vel ſubſcribit, de appellat. lib. 6.* videtur velle, ut quando quis eſt in capitulo, ut pars capituli, & non ut ſuperior, ſedere debeat in eo loco, in quo ſederet ſi non eſſet ſuperior, prout ex illa gloſſa deducunt ibi Gemin. *col.* [illegible] *verſ. Nota tamen ex iſta gloſſa*, & Franc. *n. 4.*
26 *verſ. In ea gloſ. in fin.* Quod ſecundum eos facit ad quæſtionem de Vicario Epiſcopi, qui eſt canonicus eccleſiæ, ut in choro non debeat ſedere primus inter alios, quando eſt ibi in apparatu canonicali. Quod et [illegible] Caſſan. *in Catal. glor. Mund. 4. par. 45. conſider.* & Card. Seraph. *deciſ.*
27 *437. n. 1.* Quinimò, [illegible] inquit Abb. in *c. Audientiam, n. 4. de eccleſ.* [illegible] quod ſi Epiſcopus habet vocem in capitulo tamquam canonicus non debet habere primum locum in capitulo, quia [illegible] Epiſcopus ſed prior capituli debet habere primum locum. Similiter ex eadem gloſſa infertur ad quæſtionem de Epiſcopo, qui eſt in ſtudio ut ſcholaris, ut in actibus ſcholaſticis debeat ante ipſum ſedere Rector Univerſitatis, ut concludunt Gemin. & Franc. *locis citatis*, & facit quod notatur in proœm. Sexti, & ita de conſuetudine obſervari in Univerſitate Lovanienſi teſtatur Everard. *in loco de Tamquam, num. 9.* [illegible] conſuetudinem vigere in [illegible] juxta [illegible] gloſſam affirmat Abb. in d. c. *Audientiam* [illegible] *verſ. Et propter hanc gloſſam*.

Pro ſolutione quæſtionis diſtingue: aut Epiſcopus eſt Canonicus [illegible] immediatè poſt eum, qui præeſt Capitulo [illegible] gloſſ. præall. & Abb. [illegible] *de major. & obed.* [illegible] *in fine* [illegible] alia [illegible] ſedere [illegible] Canonicatus. Ita [illegible] *Seraph. 437. n. 4.* dicens ſpeciale eſſe ut Epiſcopus ſedeat poſt illum, qui præeſt Capitulo, quando eſt Epiſcopus illius Capituli, alioquin debet ſedere in loco canonicali, & quamvis Rota non alleget rationem ſpecialitatis, tamen [illegible] poteſt, quia cum Epiſcopus ſit caput Capituli ſui, & Canonici membra, c. *Novit* & c. [illegible] *de his quæ fiunt à Prælat.* indecens eſſet, ut ſæpè evenire ſolet, ut ſemper contingeret ut Epiſcopus novitei aſſumptus aut ultimo receptus. Unde honoris debet ut ſaltem habeat ſecundum locum poſt præſidentem. Quæ ratio ceſſat in alieno [illegible] Confert text. in c. [illegible] *verſ. Quotiens autem [illegible]*
28 *commenda. de elect.* [illegible] præſtat in Baſilica S. Petri Patriarcha Hieroſolymitanus, qui eſt etiam Canonicus, ſedet in choro poſt Canonicos ante ipſum receptos.

29 Et in eo tempore in Prætorio Sacræ Pœnitentiariæ hoc ordine ſedebamus. Primus poſt Summum Pœnitentiarium Dominus Coccinus Pœnitentiariæ Regens, & Rotæ Decanus. Secundus P. Stephanus à Bibiis Societatis Jeſu Pœnitentiariæ Rector, & Conſultor Theologus. Tertius Dominus Merlinus [illegible] & Rotæ Auditor. Quartus D. [illegible] omniſſis. Quintus egomet Canoniſta Pœnitentiariæ. Sextus & ultimus D. [illegible] Pœnitentiariæ Sigillator. [illegible] Epiſcopi Caſertani [illegible] locum ſuum immediatè poſt Regentem, & Pater à
30 Babab [illegible] ultimus poſt omnes Prælatos.

Quod ſi quæras, quomodo conſtabit an Prælatus interſit Capitulo ut Prælatus, an ut Canonicus.

Solvit gloſſa in d. c. *A collatione, in verſ. Prælatus, de appell. lib. 6.* videlicet: Si eſt in primo loco, & ei primò ſcribitur, tunc apparet eum eſſe, vel ut caput. Sed quando ſedet & ſubſcribit poſt Archidiaconum, vel alium, qui ibidem præeſt Capitulo, tunc patet ipſum ibi eſſe ut Canonicum, ad hoc cap. *ut.* [illegible] *diſt.* & cap. *Statuimus, de major. & obed.* In dubio autem cenſetur ibi eſſe ut Prælatus ſecundum gloſſam, & idem tenent ibi Archid. Joan. Monach. Joan. Andr. Gemin. & Franc. eodem modo diſtinguit Abb. [illegible] & qui tamen dicit in hoc primo [illegible] ſtatutum Eccleſiæ ſi quod eſt, ſecundò ad communem conſuetudinem, & [illegible] ut l. *Labeo, ff. de ſupp. legat.* & cap. [illegible]
31 [illegible] quibus ceſſantibus ſequitur gloſſam præallegatam. Itaque in dubio præſumitur quis in actu intervenire [illegible] dignitatis, licet [illegible] quam ſimplex perſona [illegible] Unde fit ut ſtatuto non apparente per lapſum temporis jus conferendi non devolvatur à Capitulo ad Epiſcopum, quia cum in dubio cenſeatur interfuiſſe in Epiſcopus, fieret devolutio ab Epiſcopo ad ſeipſum Epiſcopum, quod repugnat, arg.
32 c. *Cum ad noſtram, ſupr. de inſtitut.* cum concordan. de quibus ibi per gl. *fin.* Et ob hanc rationem Jo. Monach. Jo. Andr. & Franc. ubi ſupra concludunt in terminis prædictæ Decretalis *A collatione*, ſimultaneæ Epiſcopi, & Capituli in dubio non ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem eſſe appellandum.

Quod nota.

tur, quia tempus hujuſmodi contra eos revolvi-
tur, ſecundùm Hoſtien. *hic num.* 9. & Joan. Andr.
15 *num.* 2. *in verb. Tempus.* Quod locum habet etiamſi
negotium fuerit cœptum in ſede plena, prout hic
cœptum fuerat ab Innoc. ut patet in text. ibi, *ca-
pimus intendere.* Nam nihilominus Epiſcopo è vi-
16 vis ſublato, negotium debet conquieſcere. Et eſt
ſimile in præſumptione, quæ dormit vacante Ec-
cleſia, cap. 1. & ibi gloſſ. *ultim. ſupra de præſcription.*
Rationem habes hic in text. quia Epiſcopali ſede
vacante non debet aliquid innovari, cùm non ſit
17 qui Epiſcopale jus tueatur: & hoc pro regula po-
nunt *hic* Butr. & Imol. *num.* 5. & alii communi-
ter, & ideo non valet ſententia contra Eccleſiam
vacantem lata, ut in cap. *fin. infra eod.* Sicut nec
18 contra minorem, qui non habet tutorem, vel cu-
ratorem. *l. Ad 2. §. ult. ff. de re judicat.* l. *In univerſ. C.
qui dar. tut. vel poſſ.* & tenet gloſſ. *hic in verb. Sede va-
cante,* in *fin.* Innoc. *num.* 4. Hoſtienſ. *num.* 11. Joan.
Andr. *n.* 6. Cardin. *n.* 11. *in quarta quæſt.* Imol. *n.* 13.
& reliqui omnes.

19 Et per prædicta cum Senatus Panormitanus ad
ſedandas commotiones populi neceſſarium du-
xiſſet abolere antiquas gabellas, idque redunda-
ret in grave detrimentum laicorum & Eccleſiaſti-
corum, eo quod gabellæ hujuſmodi eſſent dotes
montium non vacabilium, in quibus jus habebant
Eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, & alia loca pia ip-
ſius civitatis; ideoque ad ſatisfaciendum monti-
bus de fructibus, & ad relevandas communes ne-
20 ceſſitates ſede Archiepiſcopali vacante de con-
ſenſu Vicarii Capitularis, Canonicorum Cathe-
dralis, & Collegiatæ, necnon Parochorum ac Su-
periorum Regularium novas gabellas nuper im-
poſuerit etiam ab Eccleſiis perſolvendas, & hu-
juſmodi impoſitionis confirmationem à Sede A-
poſtolica poſtulaverit. Die .. Novembris 1649. in
Congregatione à Sanctiſſimo D. N. ad hoc ſpe-
cialiter deputata cenſuimus obſtare hoc cap. Item
cap. *Non minus,* & cap. *Adverſus, infra de immunit. Ec-
cleſ.* ubi ad hujuſmodi onera imponenda præter
alia exigitur deliberatio, & conſenſus Epiſcopi,
21 & Cleri, unde non ſufficit conſenſus Vicarii Ca-
pitularis, quia etſi Capitulum ſede vacante ſucce-
22 dat in juriſdictionalibus, ut in cap. *Cum olim,* &
cap. *His quæ ſupra de major. & obed.* non tamen ſuc-
cedit in poteſtate deducendi jura Epiſcopi in judi-
cium, etiam defendendo, ut hic notabiliter dicit
23 Abbas Panormit. *n.* 4. Item cùm Eccleſiæ, Eccleſia-
ſticæque perſonæ, ac res ipſarum non ſolum jure
humano, ſed etiam divino à ſæcularibus exactio-
nibus ſint immunes, ut legitur in cap. *Quamquam, de
cenſibus lib.* 6. renunciationi immunitatis hujuſmo-
di non poteſt Vicarius Capitularis aſſenſum præ-
bere, quia Capitulum ſede vacante non ſuccedit
in poteſtate alienandi jura, & bona Eccleſiæ cap.
*Si quis, de rebus,* & cap. *Precaria,* 12. *quæſt.* 2. gloſſ. 1.
in cap. *Si quis Epiſcopatus,* 10. *qu.* 2. gloſſ. *ult.* in cap.
*Proximo infra eod.* Item gloſſ. *ultim.* in c. *Cum olim,*
24 & ibi Butr. *num.* 16. *ſupra de major. & obed.* etiamſi
magna urgeat neceſſitas, ut contra opinionem
Hug. & Jo. de qua in d. c. *Si quis, de rebus, in verb. re-
ſiſſe,* tenet gloſſ. Bernard. *hic in verb. Sede vacante.*
Et fuit opinio Vincentii in c. *Ad abolendam, infra de
hæretic.* cum quo tranſeunt Archidiac. in d. cap.
*Precaria, num.* 2. & ibi etiam Bellamer. *circa med.
verſ. Sed quod non poteſt alienari.* Et præpoſit. *num.* 1.
25 *verſ. Quod non videtur procedere.* Reddentes ratio-
nem, quia cum Eccleſia pupillo comparetur, &
jure minoris fruatur, cap. 1. & cap. *Auditis, verſ. Nec*
26 *attendentes, ſupra de in integr. reſtitutio.* Sicut pupil-
lus nihil alienare poteſt ſine auctoritate tutoris,
l. 1. & 2. *C. de auth. præſtand.* Ita nec Eccleſia, dum
caret paſtore alienare poteſt ſine decreto Epiſco-
27 pi, cap. *Sine exceptione* 12. *quæſt.* 2. per quem text.
Abb. *conſ.* 7. *Tria circa primum, num.* 4. *col. ultim. ante
med. verſ. Poſtremo, lib.* 2. in fortioribus terminis
conſuluit Clerum Florentinum non potuiſſe do-
nando etiam Summo Pontifici obligare Archie-
piſcopum ad contribuendum, & ſolvendum cer-
ta datia per clerum indicta. Ad idem cap. *Placuit,*
& cap. *Abbatibus,* 12. *quæſt.* 2. cap. *Noverit,* & cap.
28 *Regenda,* 10. *quæſt.* 1. Quare cum Panormitana Ec-
cleſia ſit Archiepiſcopo viduata, minimè licuit
Capitulo, aut Clero conſentire impoſitioni gabel-
larum in præjudicium Archiepiſcopatus, quia ut
dicit gloſſ. *ultim.* in cap. *fin. infra eod.* ſede vacante
nihil fieri debet, in quo ei præjudicetur. Nec quic-
quam facit quod nova impoſitio gabellarum fa-
cta fuerit ad relevandas communes cleri, & popu-
li neceſſitates, ex quo laicorum facultates non
ſuppetunt. Quoniam præter hæc duo requiritur
etiam conſenſus Archiepiſcopi cum clero, ut in
d. cap. *Non minus,* & cap. *Adverſus, de immunit. Eccleſ.*
unde cum ſede vacante deficiat Archiepiſcopi
conſenſus, nihil prodeſt communis neceſſitas,
29 & laicorum inopia. Præterea etiam in caſu hu-
jus Decretalis monachi petentes unionem diſ-
ſolvi adducebant pro cauſa, quia per hoc Eccleſiæ
ruina poterat relevari. Et nihilominus quia ſedes
vacabat, & Eccleſia carebat defenſore, Papa no-
30 luit eos exaudire. Demum non proſunt ſuffragia
Regis, quia ſimiliter in caſu hujus cap. concur-
rebant conſenſus Eccleſiæ, & ſuffragia Regis An-
gliæ cum regni magnatibus, & Epiſcoporum
cum multis Abbatibus, ut dicitur in littera, & ta-
men non fuerunt exauditi, quia cùm ſedes vaca-
ret, eorum petitio erat illicita, ut dicunt Hoſtien.
*hic numer.* 9. & Joan. Andr. *numer.* 2. Nam petitioni
Principum vel Prælatorum non eſt annuendum,
cùm æquitatem non foverit, ut ex hac littera de-
ducunt Cardin. *num.* 4. Anchar. *num.* 12. Abb. *eod.
num. circa fin. verſ. Nota quod petitioni,* & Joan. de A-
nan. *num.* 6. Et eſt ſimile in cap. *innotuit, verſ. Multa,*
31 *ſupra de elect.* Nec obſtat quod Innoc. *hic num.* 2. ex-
cipiat duos caſus, in quibus per Capitulum ſede
vacante poteſt fieri alienatio. Primò ſcilicet
quando ſunt res, quæ ſervando ſervari non poſ-
ſunt; quia tunc dummodo pretium ſervetur, Capi-
tulum poterit alienare, arg. l. *Lex quæ tutores, C. de*
32 *adminiſtrat. tutor.* & l. *fin. C. Si propter publ. penſit.* Se-
cundò quando Eccleſia eſt in eo ſtatu, ut diu ſit
vacatura, & immineat Eccleſiæ periculum, ſi ali-
33 num differatur. Quoniam Innoc. loquitur in Ec-
cleſia inferiori, de qua etiam loquitur cap. *Dudum
de reb. Eccl. non alien. lib.* 6. & nihilominus tenet per
Capitulum non poſſe fieri alienationem, niſi per
judicem detur bonis curator, aut defenſor, cujus
authoritate fiat alienatio. l. 1. & 2. *ff. de Curat. bon.
dand.* ad hoc d. cap. *Dudum, de reb. Eccleſ. non alien.
lib.* 6. Idque ſpeciale eſſe in Eccleſiis minoribus,
notat Calderin. *conſ.* 1. *poſt med. verſ. Non obſtat
quod vacante ſede.* Hodie tamen in his ſervari de-
bet diſpoſitio Extravagantis *Ambitioſæ, de reb.
Eccl. non alien.* His acceſſerunt aliæ conſideratio-
nes multi ponderis, ob quas ſupplicatio Senatus
Pa



Panormitani rejecta fuit, ſed eas conſultò omitti-
mus, quia non faciunt ad materiam hujus Decre-
talis.

34 Ultimò nota, *Authoritate Apoſtolica indulgentes;*
Solum Romanum Pontificem, qui poteſt cathe-
drales Eccleſias erigere, cap. *Felix,* 16. *q.* 6. eaſque
invicem unire, cap. *Sicut unire, inf. de exceſſ. Prælat.*
ſimiliter poſſe illarum uniones diſſolvere. Papa
enim auctoritate Apoſtolica hic indulget, ut poſt-
quam Bathonienſis Epiſcopus fuerit ordinatus,
Prior, & Monachi Eccleſiæ Glaſtonenſis unitæ
35 facultatem habeant proſequendi jus ſuum apud
Sedem Apoſtolicam pro diſſolutione unionis. In
hoc autem fuit indulgentia, quia cùm unio harum
Eccleſiarum facta fuiſſet à Cæleſtino, & ab Inno-
centio confirmata permittitur eis agere contra
factum prædeceſſoris, & Principis, contra quod
non liceret etiam petere beneficium reſtitutionis
in integrum, l. *Minor autem, ff. de minor.* nec poterat
36 ſupplicari, quia biennium erat elapſum, l. *Quæ ſup-
plicatio, C. de precib. Imper. offer.* & hic not. gloſſ. *fin.*
Innoc. *num.* 7. *in ver. Indulgentes, verſ. item eſt ſpecia-
lis gratia,* Hoſt. *num.* 24. Jo. Andr. *n.* 7. *verſ. item quia*
37 *præmiſit.* & Butr. *n.* 9. *verſ. item eſt indulgentia.* Præte-
rea omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per
eaſdem diſſolvitur, cap. 1. *inf. de reg. jur.* l. *Nihil tam
naturale,* & l. *Ferè, in ſecunda, ff. eod.* & ead. auctori-
tas quæ requiritur in conſtitutione actus requiri-
tur etiam in illius deſtructione, Clem. *Ne Romani,
de elect.* Roman. *conſ.* 65. *verſ. Thematæ, num.* 2. *verſ.
Hoc enim,* & *conſ.* 116. *Viſis in princ.* & in terminis
revocationis unionis eſt text. in d. c. *Sicut unire,*
ibi *authoritate, de exceſſib. Prælatorum.* Ideoque nec
38 Legatus de latere poteſt revocare uniones, quas
fecit Papa de plenitudine poteſtatis, ut concludit
Petr. de Peruſ. *in tract. de revocat. union. c.* 4. *n.* 2. *cir-
ca fin. verſ. De ſecundo vero.* Quemadmodum nec po-
39 teſt Legatus revocare uniones Eccleſiarum exem-
ptarum, quia nec poteſt illas unire, ut notat gloſſ.
in d. cap. *Sicut unire, in verb. In tua diœceſi, de exceſſ.
Prælat.* Et ibi etiam Hoſt. *num.* 1. *in verb. Sua diœce-
ſi,* & *n.* 2. *in verb. Authoritate noſtra,* & firmat Petr.
de Peruſio *dict. cap.* 4. *n.* 3. *verſ. Secundò quæritur,* &
generaliter uniones factas per Papam non poſſe
per inferiorem diſſolvi, dixit Rota *in recent. dec.*
737. *n.* 2. *part.* 2. per notata in cap. *Inter dilectos, de
fide inſtrument.*

40 Et ex his cum ſuperioribus annis fan. mem. Ur-
banus VIII. de plenitudine poteſtatis univiſſet E-
remitas Camaldulenſes, & montis Coronæ, &
Camaldulenſes prætenderent unionem fuiſſe diſ-
41 ſolutam ab ipſiſmet Eremitis montis Coronæ in
Congregatione particulari habita die 22. Nov.
1649. hæc prætenſio rejecta fuit tanquam frivola,
quia non licuit partibus venire contra factum Pa-
pæ, c. *Inferior,* 21. *diſtinct.* c. *Cum inferior, de major. &
obed.* Clem. *Ne Romani de elect.* & in terminis diſſo-
lutionis unionis tradunt Innoc. & alii ſupracitati
42 *n.* 35. Et quemadmodum ſolus Papa poſt diverſas
Religiones aggregare, ſeu unire, ut cap. *fin. de re-
lig. domib. lib.* 6. & late probavi in cap. *Recolentes,* à
*nu.* 24. *infra de ſtat. monach.* & monaſterii diverſo-
rum Ordinū tenet Paulus de Leazzaris, in Clem.
1. *de elect.* & poſt eum Butr. *hic, nu.* 11. *circa fin. verſ.
An unio poſſit fieri de monaſteriis diverſæ religionis;* ita
ſolus Papa poteſt uniones Religionum diſſolve-
re, quia prout quodque producitur, ſic reſolvitur,
ut Bald. inquit in *conſ.* 28. *ſuper eo, num.* .. *verſ. Nam*
*regula Generalis eſt,* 3. *lib.* 3. & conſtat ex dictis.
43 Ultimò nota ibi, *ut unione diſſoluta monaſterium
iſtrum reducere eum in ſtatum antiquum,* hunc eſſe
præcipuum effectum diſſolutionis unionis, quia
cujus conditionis & qualitatis erat Eccleſia ante
unionem illius conditionis, & qualitatis remane-
bit diſſoluta unione: & hanc regulam principa-
lem ex hoc text. elicit Petrus de Peruſio *in tract.
de revocation. union. cap.* 7. *n.* 5. *inter tractat. commu-
nes vol.* 15. *fol.* 161. unde ſecundùm eum ſi Eccleſia
unita erat ſine cura, remanebit ſine cura diſſoluta,
& revocata unione. Item ſi Eccleſia erat curata,
remanebit curata: Item ſi erat baptiſmalis Eccle-
ſia, remanebit baptiſmalis. Item ſi Eccleſia erat
Collegiata, remanebit Collegiata: Item ſi Eccle-
ſia erat ſæcularis, remanebit ſæcularis: Item ſi Ec-
cleſia erat Regularis, remanebit Regularis: Item
ſi monaſterium erat erectum in Eccleſiam cathe-
dralem, remanebit ut monaſterium, non ut Ec-
cleſia cathedralis, quia hæc omnia reſpiciunt an-
tiquum ſtatum Eccleſiæ, ut per eum facit text. in
l. *Planè ff. de oper. libert.* in l. *Adulter. § fin. ff. de adul-
ter.* in l. *In rem, § fin. ff. de rei vendicat.* & in §. *Si quis*
44 *ex ſilva inſtit. de rerum diviſione.* Res enim de facili
redit ad naturam ſuam, cap. *Ab exordio* 35. *diſt.* l. *Si
unus, §. Pactum ne peteret ff. de pact.* Idem firmant Joan.
Bapt. Caccialup. *de unionib. in* 10 *art. eod. volum.* 15.
*Tractatuum fol.* 152. Rebuff. *in Praxi benefic. in tit. de
Revocat. union. n.* 58. Calcan. *conſ.* 34. *n.* 3. *verſ. Et etiam*
& Nicolaus Garzia *de benefic. p.* 12. §. 3. *num.* 309.
concludentes revocationem & diſſolutionem u-
nionis operari, ut corpora unita revertantur ad
ſuam primævam naturam Facit Rota *diſt.* 706. *n.*
4. *par.* 2. *recent.* & coram Verallo *deciſ.* 345. *num.* 1.
*part.* 3.

45 Et ex hoc cum Congregatio Sæcularis Clerico-
rum Doctrinæ Chriſtianæ in Gallia à Clem. VIII.
inſtituta, à Paulo V. unita fuerit religioni Cleri-
corum Regularium de Somaſcha, ut in bulla unio-
nis, quæ incipit *Ex injuncto, in Bullar. tom.* 3. *in ap-
pendic. pag.* 66. & nuper à Sanctiſſimo D. N. Inno-
centio X. per litteras in forma brevis ſub die 30.
Julii 1647. hæc unio fuerit diſſoluta: Die 12. Junii
1651. in Congregatione Cardinalium, & Præla-
torum à Sanctitate ſua ad hoc ſpecialiter deputa-
ta dictum fuit, primò dictam Congregationem
Clericorum Doctrinæ Chriſtianæ per diſſolutio-
nem unionis hujuſmodi redactam eſſe ad ſtatum
ſæcularem, nec opus fuiſſe illam ſæcularizare,
quia ex ipſa unionis diſſolutione amiſit ſtatum re-
gularitatis, & reaſſumpſit ſtatum antiquum ſæcu-
laritatis, in quo ante unionem reperiebantur; licet
perſonæ, quæ ſolemnem profeſſionem in eā emi-
ſerunt durante unione, adhuc remaneant Regula-
res: actus enim omnes facti durante unione non
revocantur per reg. Factum legitimè non retra-
ctatur, licet perveniat ad caſum, à quo incipere
non potuit, & notat Rebuff. *ubi ſupra n.* 45.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# NE SEDE VACANTE.

## Cap. Illa.

### SVMMARIVM.

1 Capitulum ſede vacante non confert beneficia ſpectantia ad collationem ſolius Prælati, & num. 8.

2 Secus ſi collatio inter Epiſcopum, & Capitulum ſit ſimultanea, vel ad Capitulum tantum pertineat, & num. 56.

3 Impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de collatione prius alteri facta à non habente poteſtatem conferendi, nec de poſſeſſione inde ſecuta.

4 Collatio facta à non habente poteſtatem non imprimit colorem tenendi.

5 De gratia adverſarii, quæ nulla eſt, non tenetur quis in gratia ſua facere mentionem.

6 Prohibitum cenſetur quod non apparet conceſſum in his, quæ generaliter ſunt prohibita.

7 In aliis procedit contraria regula.

8 Collatio beneficiorum vacantium poſt obitum Epiſcopi reſervatur Epiſcopo ſucceſſori, & ſi periculum ſit in mora recurritur ad Papam.

9 Sed ex Regula ſecunda Cancellariæ pertinet ad Papam indiſtinctè.

10 Capitulum ſede vacante ſuccedit in jure confirmandi electiones, ſed non in jure conferendi beneficia, & quæ ſit ratio diverſitatis, & nu. ſeqq.

11 Confirmans non donat, ſed tantummodo ſeras adminiſtrationis ſolvit, & reſerat.

12 Confirmatio eſt actus neceſſitatis, & ſapit juſtitiam: collatio eſt voluntatis, & ſapit gratiam.

13 Capitulum ſede vacante non ſuccedit in juriſdictione voluntaria, ſed in neceſſaria tantum.

14 Non ſuccedit in dando indulgentias.

15 Succedit in præſentationibus admittendis, & inſtitutionibus faciendis.

Inſtitutio præſentatorum eſt juriſdictionis neceſſariæ, non voluntariæ, ibid.

17 Capitulum ſede vacante, vel Decanus nullam auctoritatem ſibi vendicat in examinibus, per concurſum pro collatione Parochialium Eccleſiarum, ſed infra decem dies poſt obitum Epiſcopi Vicarium conſtituit, & n. 25.

18 Vicarius Capituli ſede vacante conſtituit Vicarium in Parochiali vacante cum congrua fructuum aſſignatione, & n. 28.

19 Item vacat per edictum publicum, Omnes, qui volent examinari, & concurſum inſtituit, & magis idoneum eligit juxta formulam præſcriptam à S. Congregatione Concilii.

20 Examinatorum Synodalium authoritas an, & quando expiret.

21 Examen per concurſum requiritur in qualibet vacatione, nec ſufficit ut quis fuerit alias in concurſu approbatus.

22 Examinatores Synodales non unum ſolum, ſed plures quos judicaverint idoneos, debent renunciare.

23 Ex quibus non Examinatores, ſed Epiſcopus, vel Vicarius Capituli ſede vacante magis idoneum eligit.

24 Vicarius Capituli ſede vacante, qua formula concipiat litteras teſtimoniales concurſus peracti tranſmittendas ad Papam pro collatione Parochialis Eccleſiæ.

26 Capitulum ſede vacante non poteſt conferre Parochialem vacantem in Commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit judicatus.

27 Nec uſufructum concedere durante Commenda.

29 Vicarius Capituli ſede vacante non poteſt eum, quem magis idoneum judicavit in Parochiali vacante Vicarium conſtituere.

30 Vicarius Apoſtolicus deputatus cum juriſdictione contentioſa, & voluntaria, excepta beneficiorum collatione, an poſſit concurſus inſtituere, & nu. ſeqq. uſque in finem.

31 Exceptio firmat Regulam in caſibus non exceptis. Viſitator Eccleſiæ vacantis non confert beneficia, niſi ſit datus à Papa, ibid.

32 Electio magis idonei, & collatio ſunt diverſa, & ex una ad aliam non infertur.

33 Concurſus fieri debet ab Epiſcopo, licet collatio Parochialis ad alium ſpectet.

34 Vicarius Capituli ſede vacante beneficia non confert, & tamen concurſus conſtituit.

35 Vicarius Epiſcopi ſine Capituli commiſſione non confert beneficia, & tamen inſtituit concurſus Epiſcopo impedito.

36 Capitulum habens jus conferendi Parochialem, non poteſt edicta proponere pro concurrentibus, ſed hoc jus pertinet ad Epiſcopum.

37 Prohibito aliquo prohibetur omne id, per quod pervenitur ad illud.

38 Prohibito conſequenti, cenſetur etiam prohibitum omne neceſſarium antecedens.

39 Quod procedit quando conſequens eſt deſtructum, aut perpetuò prohibitum.

1 ILLA. Capitulum ſede vacante non confert præbendas ſpectantes ad collationem Prælati. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Imol. & Jo. de Anan. Vel clarius ſecundum Abbatem, Beneficia ſpectantia ad collationem Prælati dumtaxat non poſſunt conferri per Capitulum
2 ſede vacante: Secus ergo ſi collatio inter Epiſcopum, & Capitulum eſſet ſimultanea, vel ad Capitulum tantum pertineret, ut cap. *unico, infra eod. lib. 6.* & hic notant Abb. Antiquus *in fine* Hoſt. *nu. 3. verſ. Hoc eſt intelligendum*. Jo. Andr. *eod. n. in ver. Epiſcopi*. & reliqui omnes. Dividitur in tres partes. Prima deciſè narrat factum. Secunda diffinit ibi, *Eccleſi. cu.* Tertia ſolvens obſtaculum probat devolutioni locum non fuiſſe, ibi, *Non obſtante.*
3 Nota primò ibi, *Non obſtante conceſſione per Capitulum facta.* In impetratione beneficii non eſſe opus mentionem facere de collatione prius alteri facta à non habente poteſtatem conferendi, nec de poſſeſſione inde ſecuta, prout hic fuit facta collatio, ſeu proviſio per Papam non habita mentione de collatione prius alteri facta per Ca-
4 pitulum ſede vacante: nam talis collatio non imprimit colorem tenendi, & ſic non obſtat cap. *Cum noſtris, ſupra de conceſſ. præb.* & hanc regulam ex hoc textu deducunt hic Anton. de Butr. *num. 3.* Imol. *nu. 2.* Anch. & Jo. de Anan. *in primo not ab.* Et quamvis Jo. Cald. in d. cap. *Cum noſtris*, & Abb. *in num. 2.* dicant hic non apparere quod proviſus per Capitulum poſſederit: tamen verius videtur quod primò dixi, quia poſſeſſio hic non erat colorata, cum Capitulum careret conferendi poteſtate, & ideo de tali poſſeſſione non erat facienda mentio in litteris proviſionis, ut etiam advertit
5 Card. in d. c. *Cum noſtris, in 16. oppoſ. num. 12. verſ. Velut poſſeſſio non erat colorata.* Generaliter autem de gratia adverſarii, quæ nulla eſt, non teneor in gratia mea facere mentionem, quia non præſtat impedimentum, &c. ut reſolvit Rota *deciſ. 179.* incip. *Nota quod de gratia adverſarii, alias 69. de reſcript. in Antiq.*
6 Secundò nota ibi, *Cùm nuſquam reperiatur cautum*; Cenſeri prohibitum quod non apparet conceſſum, ut *hic*, & in concord. de quibus in *gloſſ. 3.* quæ regula procedit in his quæ generaliter ſunt prohibita, ſicut eſt collatio præbendarum. Nam regula prohibitoria eſt, ut nullus beneficia confe-
7 rat niſi Epiſcopus, ut c. *Nullus, il primo, 16. quæſt. 7.* cum concord. de quibus hic per Jo. Andr. *num. 2. in ver. In jure*, & declarat Card. *eod. num. 2.* In aliis procedit contraria regula, videlicet intelligitur conceſſum quod non invenitur prohibitum, cap. *Sunt nonnulli, 16. quæſt. 1.* cap. *Nuper*, & ibi gloſſ. *in ver. Non retinuit, de ſent. excom.* l. *Nec non*, §. *Quod cu, ff. Ex quibus cauſ. major.* cum ſimilibus, ut per gloſſ. in cap. *Inter corporalia*, §. *Sed neque, in ver. Non inhibetur, de Tranſlat. Epiſcopi.* In talibus enim edictum eſt prohibitorium; & ideo quicumque non prohibetur per conſequentiam admittitur, ut cap. *Cùm apud. de ſponſ.* l. *Mutui ff. de Procurat.* & l. 1. *ff. de teſtib.* Et in idem recidit alia diſtinctio, quam ibi ponit gloſſa in fine, videlicet, quod ubi conſtitutio promulgata fuit affirmativè, tunc intelligitur conceſſum, niſi reperiatur prohibitum, ut patet exemplum in cap. *Deum maſculum*, & cap. *Quod ſi dormierit*, 31. *quæſt. 1.* ubi verò Conſtitutio fuit promulgata negativè, ſemper intelligitur prohibitum, niſi inveniatur conceſſum. Exemplum habes in cap. *Si non licet 23. q. 5.* & in hoc ſecundo membro loquitur hoc cap.
8 Ultimò nota ibi, *fungatur jure Epiſcopi in collatione.* Capitulum ſede vacante quamvis ſuccedat in juriſdictione Epiſcopali, ut cap. *Ita quæ*, & cap. *Cùm olim*, & ibi dixi in 2. *notab. ſupra de majorit. & obed.* tamen non ſuccedere in jus conferendi præbendas, & beneficia pertinentia ad collationem ſolius Epiſcopi, ut hic eſt caſus ſecundum omnes in ſummario textus. Imo eorumdem collatio reſervari debet ſucceſſori. Quod ſi periculum eſſet in vacatione, recurrendum eſſet ad ſuperiorem, ut cap. *Quia diverſitatem*, §. *penult. ſupra de conceſſ. præb.* ſecundum Innocen. *hic in princip.* ſcilicet Papam, qui Generalis eſt Ordinarius totius Orbis, ut cap. *Cuncta per mundum, 9. quæſt. 3.* & cap. 2. *de præb. lib. 6.* Unde alius ſuperior in hoc ſe intromittere non poſſet; cap. *Romana de ſuppl. negl. Prælat. lib. 6.* ſecundum Hoſtien. *hic num. 1. circa med. in ver. Fungatur*, Jo. Andr. *num. 2. in ver. In jure*, Cardin. *num. 4. verſ. Tertio oppono*, Abb. *numer. 3.* &
9 alios communiter. Tu verò dicas hodie nullo caſu collationem tranſire in Epiſcopum ſucceſſorem, ſed indiſtinctè pertinere ad Papam, licet non ſit periculum in vacatione, quia ex regula ſecunda Cancellariæ reſervantur dignitates & beneficia omnia, quæ tempore vacationis Epiſcopatuum quomodocumque vacaverint uſque ad proviſionem ſucceſſorum, & adeptam ab eis pacificam poſſeſſionem.
10 Quod ſi quæras rationem cur collatio præbendarum non tranſeat in Capitulum ſede vacante; reſpondet Innocen. *hic in principio*, quia Prælati jus conferendi præbendas non habent à Capitulo, ſed à fundatione, vel privilegio, vel alio modo, ut notatur in cap. *Ad abolendam, de hæret.* Et inde eſt ut Capitulum ſuccedat in jure confirmandi electiones, ut cap. *Cùm olim, ſupra de majorit. & obed.* quia confirmatio eſt de jure Epiſcopali, quod Prælatus intuitu Eccleſiæ habet: collatio autem præbendarum competit Epiſcopo de jure ſpeciali, in quo Capitulum non ſuccedit. Sed hæc ratio non placet Hoſt. *hic num. 1. poſt med. verſ. Hæc ratio* quia jus conferendi præbendas de jure communi ſpectat ad Capitulum, & non ad alium, ut ſeq. & notat. in cap. *Cum eccleſia Vulterrana, de elect.* in cap. *fin. de cler. peregrin.* in cap. 3. *de inſtit.* Sed etſi ex donatione Regis, vel alio modo Epiſcopus hoc jus acquiſiviſſet, nihilominus Eccleſiaſticum cenſeretur, ut legitur, & not. in cap. *Dilectus, il tertio, de præben.* Dicendum eſt igitur ſecundùm Hoſtien. idcirco jus conferendi beneficia non tranſire in Capitulum, quia ſpecialis prohibitio eſt, generaliter tamen promulgata, ut nullus conferat beneficia niſi Epiſcopus, vel ejus Vicegerens, ut cap. *Nullus, il primo, 16. quæſt. 7.* cap. 3. *de inſtitut.* & cap. *Admonet, de renunc.* Statur ergo huic ſpeciali prohibitioni contra regulam generalem, quod Capitulum ſupplet defectum Epiſcopi ſede vacante, ut in cap. *his quæ*, & cap. *Cum olim, de majorit. & obed.* quia ſemper generi per ſpeciem derogatur, cap. 1. & cap. *Paſtoralis, ſupra de reſcript.* cap. *Generi, de reg. jur. lib. 6.* & propterea jus conferendi Capitulo non conceditur, quamvis de juriſdictione ſit, ut cap. *Heſlien, de elect.* ſecundùm Hoſtien. cum quo concordat per omnia Jo. Andr. *numer. 2. in ver. In*
11 *jure.* Eſt igitur ratio differentiæ inter confirmationem, & collationem, quia plus eſt conferre, quam confirmare: nam qui confirmat non donat, l. *Et quia, ff. de juriſd. omn. jud.* cap. *Inter dilectos*, §. *Cæterum, de fide inſtrum.* Sed tantummodo ſeras adminiſtrationis ſolvit, & reſerat, cap. *Cum dilecta*, §. *Nos igitur, ad fin. de confir. util. vel inutil.* Oldrad. *conſ. 146. Tactum eſt tale, de conſuetud. numer. 4. verſ. Sed ad hoc reſpondetur.* At qui confert, donat, ut cap. *ult. de off. Vicar. lib. 6.* Et hanc rationem differentiæ aſſignat gloſſa in cap. 1. *in verb. Non poſſit, de inſtitut. eod. lib.* Hoſtienſ. & Joann. Andr. *locis*
12 *citatis.* Ego aſſigno aliam rationem, quia confirmatio eſt neceſſitatis, cap. 3. & ibi Butr. *in 5. notab. ſupra de elect.* & ſapit juſtitiam, cùm per electionem ſit jus quæſitum electo, eique ſit debita confirmatio, ut cap. *Cùm inter, il tertio eod. tit.* ſed collatio eſt voluntatis, & ſapit gratiam, ut *hic in princip.* & in dict. cap. *fin. de offic. Vicar. lib. 6.* & notat gloſſ. ante caſum in cap. 1. *de inſtit. eodem lib.* & Abbas *hic numer. 3. poſt med.* & *numer. 6. verſ. Ra-*
13 *tio diverſitatis.* At Capitulum ſede vacante non ſuccedit in juriſdictione voluntaria, ſed in neceſſaria tantum, quia eſt neceſſarius, & non voluntarius adminiſtrator, ut tenet gloſſ. in Clem. 1. *in ver. Capituli, de hæret.* quam dicit communiter approbatam Felin. in d. cap. *Cùm olim num. 6. verſ. Ad decimam tertiam quæſt. ſupra de major. & obed.* Rota *deciſ. 3.* incip. *Si Epiſcopus, numer. 3. de offic. Vicar. in novis.* Nec ſuccedit in his, quæ ſapiunt gratiam, gloſſ. in cap. 1. *in ver. Præſentatas, de inſtitut. lib. 6.*
14 Et inde eſt, ut Capitulum ſede vacante non ſuccedat

cedat in dandis indulgentiis, ut voluit Joan. Andr.
in cap. *Accedentibus, num.* 1. *verſ. Ex prædictis, de ex-
ceſſ. Prælat.* Calder. in repet. cap. *Noſtra, ad fin. de pæ-
nit. & remiſſ.* Archid. & Gemin. in c. 1. *eod. tit. lib.* 6.
& Felin. poſt alios in d. c. *Cum ecclam, n.* 7. Et quam-
vis nonnulli oppoſitum ſentiant; tamen hæc opi-
nio communiter tenetur, ut dicit Cardin. in Clem.
2. § *Abbas, quæſt.* 3. *n.* 14. *ad fin. verſ. De capitulo etiam
de pænit. & remiſſ.*
15 E contra verò Capitulum ſuccedit in admit-
tendis præſentationibus, & inſtitutionibus faci-
endis, quia hæc ſunt juriſdictionis neceſſariæ, &
non voluntariæ, ut eſt expreſſum in c. 1. & ibi no-
tat Joan. Andr. *num.* 10. *verſ. In gloſſ.* & ibi. *conferen-
di, de inſtitut. lib.* 6. Hoſt. *hic num.* 3 *ad finem, verſ. Pa-
ra contrarium* Cardin. ubi ſup. *eo, num.* 2. *de major.*
16 *& obed.* Rota *d. dec. verſ.* 5 *num.* 3 *de offic. Vicar.* Et pro-
pterea in reg. 2. Cancellariæ, qua reſervantur Papæ
Beneficia vacantia tempore vacationis Epiſco-
patuum ad collationem, præſentationem, ele-
ctionem, & quamcunque aliam diſpoſitionem E-
piſcopatuum pertinentia, apponuntur duæ exce-
ptiones per illa verba: *non tamen ad collationem cum
aliis, ſeu alias, aut etiam alterius præſentationem, vel e-
lectionem pertinentia.* Prima exceptio fuit poſita
propter ea, quæ habentur in cap. *unic. Ne ſede va-
cante, lib.* 6. ut tetigi ſuprà *numer.* 2. Secunda verò
propter ea, quæ habentur in d. cap. 1. *de inſtitut.
eod. tit.*
17 Et ob eamdem rationem Vicarius Capituli ſe-
de vacante poteſt inſtituere concurſus parochia-
lium vacantium, & magis idoneum eligere ad
præſcriptum Concilii Tridentini, *cap.* 18. *ſeſſ.* 24.
Nam magis idoneo reperto inter probatos ab e-
xaminatoribus ſynodalibus debetur prælectio
ex juſtitia, ita ut ſi fuerit poſtpoſitus poſſit appel-
lare, & provocare prælectum ad novum examen
ex Conſtitutione Pii V. 33. *in conferendis*, ut plenè
adnotavi in c. *Ex ante, ſupra de ætat. & qualit.* Unde
cum actus prælectionis ſit juriſdictionis neceſſa-
riæ, meritò tranſit in Vicarium Capituli ſede va-
cante ex prædictis, licet Capitulum in hoc ſe in-
gerere non poſſit.
Porrò in S. Congregatione Concilii fuit actum
de obſervandis in examinibus faciendis pro colla-
tione parochialium ſede cathedrali vacante; & i-
ta concepta fuit declarationum formula per ma-
nus tranſmiſſa, & a Sanctiſſimo approbata. In pri-
mis Capitulum nullam ſibi in hiſce examinibus
auctoritatem vendicabit, ſed conſtituet officia-
lem, ſeu Vicarium infra octo dies poſt mortem E-
piſcopi, prout mandat Concilium Tridentinum,
18 *ſeſſ.* 24. *c.* 16. Is Vicarius ſic conſtitutus obibit illa
omnia munia, quæ Concilium *ſeſſ.* 24. *c.* 18. ſtatuit
obeunda ab Epiſcopo, ſeu ejus Vicario cum paro-
chialis Eccleſiæ vacatio contigerit; & in ſpecie
ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ, & ante-
quam ullum fiat examen, conſtituet idoneum in
ea Vicarium cum congrua fructuum portionis aſ-
ſignatione, reſervatis reliquis fructibus iis, quibus
jure videbitur. Hic autem Vicarius in parochiali
poſitus ejus onera ſuſtinebit, donec ei de Rectore
19 provideatur. Poſtea per edictum publicum voca-
bit omnes, qui voluerint examinari pro obtinen-
da parochiali vacante. Deinde examinabit eos,
qui concurrerint, adhibitis etiam aliis examina-
toribus, ſaltem tribus, quorum votis, ſi paria, aut
ſingularia fuerint, accedere poſſit ipſe Vicarius,
20 quibus magis ei videbitur. Curabit idem Vica-
rius, ut ſingulis annis à diœceſana ſynodo pro-
bentur examinatores ſaltem ſex, ex quibus tres
ipſe eliget, eoſque congregabit, qui ſecum exa-
men perficiant ad ſingulas parochiales vacantes,
& ſi duo, vel unus tantùm ex dictis examinatori-
bus etiam cum Vicario, vel omnes tres, aut etiam
ſex abſque Vicario ſe ipſos congregaverint, & e-
xamen perfecerint, nullum erit. Et ſi ex dictis ſex
examinatoribus aliqui intra annum ſuæ electio-
nis mortui fuerint, tota facultas examinandi ad
ſuperſtites, etiam ſi unus tantùm ſupereſſet, ſpe-
ctabit eo anno durante. Si contingat ſequentibus
annis nullos alios examinatores eligi in ſynodo
diœceſana, illi ſex, qui ſemel præcedente anno ex
decreto Concilii fuerint electi, pro legitimis ha-
beantur etiam poſt lapſum anni ſuæ electionis,
& ſic in officio ſuo perſeverare poſſint, donec a-
lii ſervata forma Concilii electi fuerint. Et ſi ex
dictis ſex examinatoribus aliqui mortui fuerint,
curabit Vicarius, ut lapſo anno alii in locum de-
mortuorum ſufficiantur, ſeu eligantur in ſynodo
diœceſana: alioquin qui ſupererunt, pro legitimis
21 non habeantur. Examen, & approbatio pro legi-
timis non habeantur ad parochialem vacantem,
ſi ante ad alias parochiales, quæ prius vacave-
rint, fuerint facta, ita ut non ſufficiat, quem judi-
catum fuiſſe idoneum præteritis menſibus, aut an-
nis ad aliquas parochiales, ſed ſemper opus ſit
novo examine, & nova approbatione ad ipſam pa-
rochialem, de cujus collatione ſingulis vicibus a-
22 gitur: Examinatores ex pluribus examinatis non
unum ſolum, ſed plures, quos judicaverint ido-
23 neos ſignificabunt Vicario, & ex iſtis pluribus i-
doneis per examinatores judicatis, non ipſi exa-
minatores, ſed ſolus Vicarius eliget, quem cæteris
magis idoneum judicaverit. Hæc enim facultas
nullo modo examinatoribus competit, cum ſoli
Epiſcopo à Concilio ſit attributa, cujus loco erit
24 Vicarius ſede vacante. Ipſe etiam ſolus Vicarius
abſque examinatoribus ſcribet litteras ad San-
ctiſſimum D. N. ad quem collatio parochialis ſpe-
ctabit, quibus præcipuè teſtabitur propoſitum
fuiſſe edictum, & examen per concurſum factum,
totque examinatos fuiſſe, & ex examinatis tot i-
doneos à tribus ſaltem examinatoribus judicatos,
ſe verò ex iſtis idoneis talem cæteris magis ido-
neum judicaſſe, elegiſſeque.
25 Capitulum, aut Decanus cathedralis Eccleſiæ
nullum ſibi jus vendicet proponendi edictum aut
deputandi, ſeu eligendi, vel convocandi coram ſe
examinatores, nec jubendi aut curandi, ut coram
ſe, aut examinatoribus deputatis, ab eo examen
fiat; minus eligendi magis idoneum, aut litteras
teſtimoniales de eo ſcribendi. Sed hæc omnia, ut
ſupra dictum eſt, exequetur partim ſynodus diœ-
ceſana, partim Vicarius ſede vacante conſtituen-
dus, quem Capitulum omnino conſtituere debebit
26 ex d. c. 16. multo magis idem Capitulum abſtineat à
conferendo Parochialem vacantem in commen-
dam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit ju-
27 dicatus: maximè etiam caveat, ne cōcedat omnes
fructus ipſius Parochialis eidem dicta commenda
28 durante. Quoniam Concilium hæc omnia prohi-
buit, dum ſtatuit debere Epiſcopum ſtatim habita
notitia vacationis Parochialis idoneum in ea Vi-
carium cum congrua fructuũ portione conſtitue-
re, quod minus obibit, ut ſupra dictũ eſt, Vicarius
præ-



pr[illegible] ſede vacante deputatus. Cavebitque &
ipſa dicta commenda, & à conceſſione omnium
fructuum. Et illud quoque ſibi interdictum ſciet,
ne eum, quem magis idoneum ipſe judicaverit,
conſtituat Vicarium in Parochiali, aut ei quoquo-
modo præficiat, donec collatio fiat, ſed debet o-
mnino à principio vacationis, & antequam ullum
examen fiat conſtituere in ea alium Vicarium,
qui curam animarum interea gerat, donec Paro-
chialis fuerit à Sede Apoſtolica magis idoneo
collata.
30 Sed quæritur An Vicarius Apoſtolicus depu-
tatus cum juriſdictione tam contentioſa, quam
voluntaria ad Epiſcopum pertinente, excepta
tamen facultate beneficia Eccleſiaſtica confe-
rendi, & litteras commendatitias, & dimiſſorias
ad ſacros Ordines concedendi, poſſit edicta pro-
ponere pro concurſibus Parochialium vacantium
inſtituendis, & magis idoneum eligere: An verò
id jus ad Epiſcopum ſpectet, juxta formam *d. c.* 18
*ſeſſ.* 24.
De hoc dubio conſultus de mandato Sanctiſſi-
mi D. N. Innocentii X. in caſu Archiepiſcopi Be-
neventani, Reſpondi hujuſmodi facultatem per-
tinere ad Vicarium Apoſtolicum, quia cùm fun-
datam habeat intentionem ſuper exercitio juris-
dictionis Epiſcopalis tam contentioſæ, quam vo-
luntariæ ex forma litterarum Apoſtolicarum, &
excipiantur tantummodo duo caſus, videlicet
beneficia conferendi, & litteras commendatitias,
31 & dimiſſorias concedendi: talis exceptio firmat
regulam in contrarium in caſibus non exceptis, l.
*Quæſitum, §. Denique, Neratius ff. de fund. inſtruct.* c.
*Dominus*, 32. *q.* 7. Sicut Viſitator datus à Metropo-
litano cum adminiſtratione ſpiritualium, & tem-
poralium excepta beneficiorum collatione, ut in
c. *Eccleſia, §. ult. de ſuppl. negl. Prælat. lib.* 6. In aliis vi-
detur poteſtatem habere, quaſi per exceptionem
firmetur Regula, ut dicit gloſſ. in Clem. 1. *in ver.
Capituli, de Hæret.* poſt Jo. Monach. in d. c. *Eccleſia,
n.* 4. Præſertim verò quia Vicarius Apoſtolicus,
niſi obſtaret illa exceptio in litteris ſuæ commiſ-
ſionis appoſita, poſſet etiam beneficia conferre ad
inſtar Viſitatoris dati à Papa Eccleſiæ vacanti, qui
in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrat, &
beneficia confert, ut in d. §. *Hujuſmodi*, & ibi notat
gloſſ. *in ver. Non poteſt*, & communiter Doctores.
32 Et confirmatur, quia jus inſtituendi concurſus
& eligendi digniorem inter probatos ab Exami-
natoribus ſynodalibus eſt quid omninò diverſum
à collatione beneficii, & ex uno ad aliud non in-
fertur, arg. cap. *In illis, §. Illis, de Præb. lib.* 6. Clem. 1.
& ibi gloſſ. *in ver. Quamvis, eod. tit.* Dixi in c. *Nul-
33 lus, n.* 23. *ſuprà de elect.* Ideoque Concilium Tri-
dentinum in *d. cap.* 18. *verſ. Peractis, ſeſſ.* 24. ſtatuit
ut inter probatos ab Examinatoribus Synodali-
bus Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis
idoneum judicaverit, atque illi, & non alteri col-
latio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam
conferre, & ſic alius eligit, alius confert. Unde &
in Parochialibus affectis, & reſervatis Papa con-
fert, ſed Epiſcopus ex *d. cap.* 18. & Bulla Pii V. 33.
in conferendis inſtituit concurſum, & eligit di-
34 gniorem. Similiter Vicarius Capituli Sede vacan-
te non poteſt beneficia conferre, ut hic probatur,
& conſtat ex dictis ſuprà *in alt. notab.* & tamen po-
teſt concurſus inſtituere, & digniorem eligere, ut
ex ſententia S. Congregationis oſtenſum eſt ſu-
35 prà, *num.* 17. *& ſeqq.* Item Vicarius Epiſcopi ſine
ſpeciali commiſſione non confert beneficia, ut c.
*final. de offic. Vicar. lib.* 6. & tamen impedito Epiſco-
po inſtituit concurſum, ut habetur in d. *cap.* 18.
36 *verſ. Tranſacto conſtituto tempore.* Item S. Congre-
gatio Concilii in cauſa Burgen. cenſuit Capitu-
lum habens jus conferendi non poſſe edicta pro-
ponere pro concurrentibus, ſed hoc jus pertine-
re ad Archiepiſcopum, ut in ſubjecta declaratio-
ne, videlicet
Cardinalis Pacecho Epiſcopus Burgenſis petiit
declarari, quando collatio Parochialis etiam ab
immemorabili tempore pertinet ad Capitulum
Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ; vel ad a-
lium inferiorem, an ad eumdem occurrente illius
vacatione pertinere poſſit edictorum poſitio ad
vocandos oppoſitores, an verò ad Epiſcopum tan-
tùm, Die 17. Septembris 1574. S. Congregatio
cenſuit ſi beneficium ſit in Diœceſi Burgen. ſpecta-
re ad Epiſcopum propoſitionem edictorum. Et
cùm idem petiiſſet declarari Archiepiſcopus
Compoſtellanus, die 25. Junii 1575. eadem S. Cō-
gregatio cenſuit reſpondendum, ut in Burgenſi.
Igitur ex eo quod Vicarius Apoſtolicus non
poſſit beneficia conferre, non rectè infertur, ut
non poſſit edicta pro concurrentibus proponere,
& magis idoneum eligere; ſicut è converſo non
rectè infertur, Archiepiſcopus habet collationem
beneficiorum: ergo & jus inſtituendi concurſus.
37 Sed objicies, aliquo prohibito, omne id prohi-
betur, per quod pervenitur ad illud, ut l. *Oratio ff.
de ſponſal.* cum pluribus concord. de quibus ibi in
gloſſ. unica, & per Jo. Andr. in c. *Cùm quid prohibe-
tur, n.* 1. *de reg. jur. lib.* 6. Sed Parochialis Eccleſiæ
collatio prohibita eſt Vicario Apoſtolico in litte-
ris ſuæ deputationis. Ergo videtur etiam prohi-
biti concurſus, & electio magis idonei, per quæ
pervenitur ad collationem, ſicut prohibito ma-
trimonio prohibentur etiam ſponſalia, per quæ
pervenitur ad matrimonium, ut in d. l. *Oratio*, &
notat Jo. Andr. *ubi ſuprà*: & eò magis quia con-
curſus, & prælectio dignioris ſunt veluti præ-
ambulum, & antecedens neceſſarium ad colla-
tionem Parochialis Eccleſiæ, cum aliter facta
collatio non teneat, ut in d. *cap.* 18. *ad fin. verſ. Alias
38 proviſiones, ſeſſ.* 24. Prohibito autem conſequenti
cenſetur etiam prohibitum omne neceſſarium
antecedens, ut l. 2. §. *Mutui datio*, & ibi gloſſ. *in
ver. In creditum ff. Si certum petatur*, & notat Jo. de
Platea, in l. 1. *C. de Delatoribus, lib.* 10. cum ſimil. ut
per Everardum in ſua centuria legali in loco A
deſtructione conſequentis ad deſtructionem an-
tecedentis *num.* 1. *&* 2.
39 At reſpondetur huic argumentationi ineſſe
fallaciam, quia major propoſitio deſumpta ex re-
gula d. l. *Oratio*; procedit in conſequenti prohibi-
to ſimpliciter, & abſolutè; tunc enim deſtructo
conſequenti, deſtruitur etiam neceſſarium ante-
cedens. At collatio Eccleſiæ Parochialis non eſt
prohibita ſimpliciter, & abſolutè; imò poteſt, &
debet fieri per eum, ad quem pertinet, ut in d. *cap.*
18. ſed tantummodo prohibetur Vicario Apoſto-
lico, unde conſequenti non deſtructo, non licet
inferre ad deſtructionem antecedentis; ſed unus
confert, & alius eligit, ut ex dictis conſtat. Præ-
tereà dictum argumentum procedit tantùm,
quando conſequens eſt perpetuò prohibitum:
tunc enim eſt etiam prohibitum antecedens, ut

in d. L. *Oratio*, ſecùs verò ſi conſequens non ſit prohibitum perpetuò, ut in hoc caſu, in quo poſt concurſum fieri debet collatio ab eo, ad quem ſpectat; quia tunc non eſt prohibitum antecedens, ut L. *Si quis officium, in prin. ff. de rit. nuptiar.* & poſt alios de[cla]rat Ventradus *ubi ſupra n. 4. circa fin. verſ. Vel poterit dicere aliter*, & ita reſolutum in Congregatione particulari, *die 8. Novembris* 1648. videlicet jus inſtituendi concurſus Parochialium Eccleſiarum vacantium in civitate, & diœceſi Beneventana, & eligendi magis idoneum ad præſcriptum Concilii Trident. *cap. 18. ſeſſ. 24.* non ad Archiepiſcopum, ſed ad Vicarium Apoſtolicum pertinere, quam reſolutionem in Signatura Gratiæ Sanctiſſimus approbavit die 19. Julii 1650.

## De his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.

### *Cap. Cum Apoſtolica.*

*SUMMARIUM.*

1 *Decimarum donatio, quas laicus ante Concilium Lateranenſe habuit in feudum, facta per eum Eccleſiæ de ſolius Diœceſani conſenſu, valida eſt.*

2 *Lateranenſe Concilium ſub Alexandro III. quo tempore fuerit celebratum.*

3 *Laici etiam hodie licitè poſſunt decimas poſſidere, quas ab Eccleſiis obtinuerunt ante Concilium Lateranenſe.*

4 *Decimarum infeudatio in laicum quo tempore primùm fuerit prohibita.*

5 *Laicus in perceptione decimarum non poteſt ſe tueri immemorabili præſcriptione, ſed neceſſarius eſt titulus, & nn. ſeqq.*

6 *Immemorabilem habens poteſt allegare meliorem titulum de mundo.*

7 *Fallit in laico quoad ſpiritualia propter ejus incapacitatem.*

8 *Immemorabilis ſola non ſuffragatur laico in perceptione decimarum.*

*Niſi laicus poſſediſſet decimas tamquam vaſſallus, & ut talis fuiſſet agnitus ab Eccleſia, n. 11.*

*Vel niſi unà cum immemorabili concurrat fama privilegii, n. 12.*

*Et quid poſt Bullam Urbani VIII. n. 13.*

9 *Immemorabilis eſt infinita, & capit omne tempus.*

10 *Laici nec ante, nec poſt Concilium Lateranenſe fuerunt decimarum capaces.*

1 CUM APOSTOLICA. Tenet donatio, quam de ſolius Diœceſani conſenſu facit laicus Eccleſiæ de decimis, quas ab Eccleſia habuit in feudum ab antiquo. Hoc dicit, ſecundùm omnes. Dividitur ut hic per Joan. Andr. & DD. & intellige hunc textum ſecundùm Abb. *nu. 11.* de decimis in feudum conceſſis laico ante Conc. Lateranen. ſub Alexand. III. c. 9. relato in c. *Cùm & plantare, infrà de privileg.* & *in 1. compilat. Decretal. cap. 3. eod. tit.* Quod fuit celebratum

2 Romæ in Baſilica Lateran. Anno Domini 1179. ſecundùm Jo. Andr. *hic n. 9.* cum quo Abbas *n. 11. in fin.* & alii tranſeunt, & quamvis alii aliter ſentiant; tamen hæc eſt ipſa veritas, ut patet ex Bulla indictionis Concilii, quæ habetur *tom. 3. Concilior. par. 2. pag. 551. & in Bullar. tom. 1. pag. 29.* quæ eſt *nona, & ultima* inter Conſtitutiones Alexandri III. ubi patet hoc Concilium fuiſſe indictum ab Alexandro 11. Calendas Octobris Anno 1178. Illius Pontificatus 19. pro prima Dominica adventientis Quadrageſimæ. Olim namque ut Eccle-

3 ſia auxilium haberet à Chriſtianis, diſpenſativè conceſſit, ut laicis poſſent decimæ infeudari, ſed poſteà hoc fuit revocatum, & decretum, ut deinceps non concederentur: prius tamen conceſſæ penes vaſallos remanſerunt. Unde etiam hodie laici licitè poſſunt poſſidere decimas, quas ab Eccleſiis obtinuerunt ante Lateranenſe Concilium, ut hic patet, & apertius in c. *Statuto, §. Sanè, de decimis, lib. 6.* & ibi omnes, maximè Anchar. *in 11.*

4 *notab.* Et quamvis aliqui opinentur hanc prohibitionem infeudationis, ſeu tranſlationis decimarum in laicos 1. factam fuiſſe in Concilio Turonen. ab Urbano II. ut in cap. *Decimas, il quarta, 16. quæſt. 7.* & in uſibus feudor. *in tit. Epiſcopum, vel Abbatem, c. 1. Aliàs eſt §. Item ſi Epiſcopus, vel Abbas in Quo modo feudum amittatur.* Et in hac opinione fuerit Hoſt. *hic n. 9. in ver. Conceſſe*: tamen Archid. in cap. *Statuto, § Illas autem, in princ. de decim. lib. 6.* verius putat iſtam prohibitionem primò factam fuiſſe non in Concilio Turonen. congregato anno Dom. 1096. Sed per Alex. Papam III. in Concilio Romæ habito in Baſilica Lateranen. anno 1179. quia jura loquentia de iſta materia non loquuntur de Turonen. ſed de Lateranen. prout etiam notat gloſſa 1. in cap. *Cauſam quæ, ſuprà de præſcript.* & patet ex ſupraſcriptione illius Decretalis, *Cùm & plantare, de privileg.* Nec refragatur decretum illud Urbani; quia de decimis nullam facit mentionem, ſed generaliter prohibet res eccleſiaſticas in feudum concedi, ut obſervat Henric. Boich. in c. *Quamvis, n. 3. infra eod.* ubi etiam plenè videas, an, & quibus caſibus laicus poſſit decimas ſibi conceſſas licitè retinere.

5 Sed hic inſurgit dubium pulcherrimum, & uſu forenſi frequentiſſimum, videlicet, Quid dicendum ſi probari non poſſit decimas fuiſſe conceſſas in feudum laico ante Concilium Lateranen. fortè, quia probationes perierunt ob temporis longinquitatem, ſed tamen laicus poſſedit decimas per tantum tempus, ut illius contrarii non extet memoria: nunquid poſſit ſe tueri immemorabili præſcriptione, ita ut Eccleſia non poſſit has decimas ſibi vendicare?

Breviter concludendum pro Eccleſia, quia de jure communi Parochialis fundat intentionem in perceptione decimarum prædialium ex fructibus, qui colliguntur infra limites Parochiæ ſuæ, c. *Cùm contingat.* Et ibi gloſſa 2. Hoſt. *n. 1.* Butr. in *1. notab.* & cæteri omnes, & c. *Cùm in tua, infrà de decimis.* Ergo niſi ex parte laici probetur titulus, Eccleſia debet obtinere, cap 1. *de præſcript. lib. 6.* c. *Ad decimas, de reſtit. ſpoliator, eod. lib.* & c. *Cùm Eccleſia, ſuprà de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Nec obſtat præſcriptio, quia laicus non poteſt decimas poſſidere; ac proinde nec præſcribere, ut in c. *Cauſam,*

6 *de præſcript.* Et quamvis immemorabilis regulariter habeat vim tituli, L. *Hoc jure, §. Ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſtiv.* ita ut habens pro ſe immemorabilem poſſit allegare meliorem titulum de mundo, ad gloſſam finalem in c. *Inabquibus, verſ. Quia*



*Clerici, vel Eccleſiæ, de decimis,* & dixit Rota *deciſ. 642. n. 4. par. 4. diverſ.* & in Recent. *deciſ. 152. n. 4.*

7 *par. 5.* & ſæpè aliàs. Tamen hoc limitatur ut non procedat quoad laicos, quia detentio immemorabilis tunc non habet vim tituli propter illorum incapacitatem, gloſſ. 1. in cap. *Illud, 93. diſtinct.* & egregiè probant Joann. Monachus, & Jo. Andr. in c. 2. *n. 6. de Præb. lib. 6.* Card. *conſ. 57. n. 3.* Abb. *hic n. 13. verſ. Nota tamen bene,* & in cap. *Quanto, n. 2. de conſuet.* Felin. in c. *Cùm contingat, n. 4. verſ. Secundò fallit, de foro compet.* Balbus *de præſcript. in 1. par. 5. partis principalis, in 7. q. n. 53.* Pariſ. in c. *Cùm nobis n. 6. de præſcript.*

8 Et ita ſolam immemorabilem præſcriptionem laico non ſuffragari in perceptione decimarum firmant hic Hoſt. *n. 10.* Abb. *d. n. 13. verſ. Nota tamen bene,* & alii communiter, Jo. Monach. & Archid. in c. 2. *de decim. lib. 6.* Feder. de Sen. *conſ. 234. Super primo, n. 3. verſ. Item poteſt poni exemplum in laico.* Et pluribus aliis relatis, articuloque accuratè diſcuſſo reſolvit Rota *in Toletana juris decimandi,* quæ eſt *deciſ. 215. p. 2. diverſ.* ubi clarè oſtendit hanc eſſe magis receptam opinionem, pro qua etiam plurimos cumulat Anton. Gabriel. *in tit. de præſcript. concl. 1. n. 16.*

9 Nec obſtat ſi dicatur: Laici ante Concilium Lateranen. erant capaces decimarum, ut hic, & in d. cap. *Cùm & plantare,* & immemorabilis percutit etiam tempus ante hoc Concilium, cùm ſit infinita, & capiat omne tempus, ut dicit Rota *in*

10 *Placentina decimarum 29. Maii, 1587.* coram Bubalo, & in Comen. decimarum *10. Aprilis* 1596. coram Orano. Nam reſpondetur imò laicos nunquam fuiſſe capaces juris decimandi ante, nec poſt Concilium, ut benè explicat Rebuff. *in tract. de decimis, quæſt. 13. n. 79.* Guidopapa *deciſ. 61.* Rota *deciſ. 193. n. 19. p. 7. recent.*

11 Concluſionem ſuperiùs firmatam declarat notabiliter Jo. Andr. *hic n. 9. verſ. Sato videtur contrarium tenendum,* ut locū non habeat ſi laicus ab immemorabili tempore poſſediſſet decimas tanquā vaſſallus, & ut talis fuiſſet agnitus ab Eccleſia.

12 Vel niſi unà cum immemorabili concurreret fama, ſeu communis opinio privilegii. Et cum hac declaratione tranſeunt hic plerique ex Doctoribus, ut Abbas teſtatur *n. 12. verſ. Et cum hac opinione,* ſubdens illam eſſe ſatis æquam, quia alias ob defectum probationis ſæpè laicus privaretur jure ſuo de communi Rebuff. *de decimis, q. 13. n. 76.* alios refert Anton. Gabriel. *de præſcript. d. concluſ. 1. n. 18.* Et ita laicum poſſe decimas prædiales percipere, ſi vel exhibeat titulum privilegii Apoſtolici, vel probet immemorabilem unà cum ipſius privilegii fama, multoties firmavit Rota, *ut in d. deciſ. 215. n. 2. & 7. par. 2. diverſ.* & in Recent. *deciſ. 298. n. 2. p. 3.* & *deciſ. 515. n. 1. p. 4.* & *deciſ. 22. n. 14. & dec. 56. n. 1. p. 7.*

13 Tu verò dicas hanc limitationem non procedere, quia ex Bulla ſan. mem. Urbani VIII. Incip. *Romanus Pontifex, edita 5. Iunii 1641.* caſſantur quæcunque præjudicialia Sedi Apoſtolicæ, vel juriſdictioni, immunitati, aut libertati Eccleſiæ, Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, eorumque bonis, ac juribus, etiam ſi cum immemorabili concurrat fama privilegii Apoſtolici, ut ſcripſi latiſſimè in c. *Conſuetudinis, ſuprà de conſuet. præſertim, n. 55. n. 57. n. 2. & 74.*

## De his quæ fiunt à Prælatis,

### *Cap. Paſtoralis.*

*SUMMARIUM.*

1 *Parochiales Eccleſias, vel obventiones ipſarum Epiſcopus etiam de conſenſu patroni ſine conſenſu Capituli ſui monaſteriis conferre non poteſt.*

2 *Parochias ſingulas an primus diſtinxerit Dionyſius Papa.*

3 *Parochi non ſunt in totum Domini fructuum, & oblationum, ſed diſpenſatores, & n. 30. & 31.*

4 *Diſpenſare an poſſit Epiſcopus contra Concilium generale de ſui Capituli conſenſu.*

5 *Penſionem an poſſit Epiſcopus imponere cum conſenſu Capituli ſuper fructibus beneficiorum ſuæ diœceſis.*

6 *Quinquageſima, vel centeſima reddituum Eccleſiaſticarum an, & quando ab Epiſcopo aſſignari poſſit monaſteriis, vel piis locis.*

7 *Et an ex fructibus menſæ Epiſcopalis tantùm, an verò etiam ex fructibus Eccleſiarum ſibi ſubjectarū. Et an requiratur conſenſus Capituli, n. 9.*

8 *Exceptio debet eſſe de regula, aliàs eſt inepta, & impertinens, & nn. ſeqq.*

10 *Eccleſiam ſæcularem non poteſt Epiſcopus in regularem erigere, nec monaſterium de novo conſtruere ſine conſenſu Capituli.*

11 *Alienationes rerum Eccleſiæ, quæ fiunt ex neceſſitate juris, non requirunt ſolemnitatem. Secùs ſi fiant voluntariè, licèt ex cauſa utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ.*

12 *Fratres Minores poſſunt vendere bona immobilia ſub modo licitè ſibi legata ſine ulla ſolemnitate.*

13 *Parochialis Eccleſia fundat intentionem de jure communi ſuper omnibus redditibus ſpiritualibus infra limites Parochiæ ſuæ, & n. 16.*

14 *Oblationes factæ imagini alicujus Sancti depictæ in pariete extra Parochiam, ſed infra limites Parochiæ, cui debeantur, & nn. ſeqq. uſq. in fin.*

15 *Imagines Sanctorum ſunt res religioſæ, quarum uſumfructum privatus habere non poteſt.*

16 *Oblationes factæ in bonis laicorum infra limites Parochiæ debentur Parocho.*

*Ampliatur ſex modis à n. 19. uſq. ad n. 29. & declarantur quinque à n. 29. uſque ad finem.*

17 *Proventuum ſpiritualium appellatione veniunt decimæ, primitiæ, oblationes, mortuaria, fructus, & reditus ex Parochia provenientes.*

18 *Obventionum verbum eſt valde latum, & comprehendit decimas, & alios reditus ſpirituales cujuſcumque ſint qualitatis.*

19 *Conſuetudo ut oblationes factæ imagini alicujus Sancti debeantur laico domini muri, ubi depicta eſt illa imago, non valet.*

*Etiam reſpectu adminiſtrationis, n. 20.*

*Fallit, num. 21. & 22.*

20 *Oblationes res ſpirituales ſunt, quarum laicus non eſt capax. & n. 23. & 29.*

21 *Laicus poteſt eſſe collector oblationum, & fructuum decimarum non jure proprio, ſed ex deputatione Parochi, & tamquam nudus miniſter.*

22 *Confraternitates laicorum ex conſuetudine poſſunt recipere oblationes, dummodo illi ſibi applicent, ſed in pios uſus totum convertant.*

Laica

23 *Laico domino muri, ubi ſacra imago depicta eſt, nec poteſt Epiſcopus concedere ut oblationes deſerviat ad uſum ſuum.*
24 *Oblationes factæ ſacræ imagini exiſtenti in capella, ſi conſtructa infra limites parochiæ debentur parocho, non autem capellano ibi inſtituto.*
25 *Idem ſi fiant ad altare in capella alicujus Eccleſiæ.*
26 *Oblationes, quæ fiunt ſacræ imagini exiſtenti in cathedrali non quæruntur Epiſcopo, ſed Archipresbytero curam animarum ibi exercenti.*
27 *Oblationes factæ presbytero celebranti ſunt Rectoris Eccleſiæ non autem presbyteri.*
28 *Niſi ſit Epiſcopus, qui Miſſam celebret etiam in Parochiali.*
29 *Oblationes cedunt parocho indubitanter, ſecus ſi appareant factæ alterius contemplatione, vel in alium uſum ſint deſtinatæ ex pia intentione offerentium.*
30 *Oblationum adminiſtratio ſpectat ad parochum non ut ſibi applicet, ſed ut diſpenſet in uſus ab offerentibus præſcriptos.*
31 *Oblationes an, & quomodo à parocho ſint dividendæ.*
32 *Oblationes quæruntur Epiſcopo illius loci, ubi depicta eſt religioſa imago, non ſit intra fines alicujus parochiæ.*
33 *Canonica portio an de oblationibus Epiſcopo debeatur.*
34 *Oblationes, quæ fiunt in Eccleſiis Regularium, quæruntur monaſterio pro Monachis ibi ſervientibus.*
35 *Monaſterium exempta, quamvis ſint in parochia, vel in Diœceſi, tamen non ſunt de parochia, nec de diœceſi.*
36 *Conſuetudo ut oblationes non debeantur parochiali, ſed alteri Eccleſiæ vel perſonæ Eccleſiaſticæ, valida eſt.*
37 *Oblationes factæ novis Sacerdotibus dum celebrant primam Miſſam quæruntur ipſis, & non parocho.*
38 *Menſa ſequentium recipit interpretationem à conſuetudine.*
39 *Sacerdotes novi non prohibentur primas Miſſas decantare, & in illis poſt offertorium in medio altaris ad populum ſe convertere, & oblationes accipere à ſponte dantibus, ſed perambulationes per Eccleſiam, & extorſiones prohibentur.*
40 *Parochi duobus feſtis poſſunt poſt offertorium in medio altaris vertere ſe ad populum, & invitando ad oblationes manipulum, vel aliud offerentibus præbere deoſculandum, ſed aliis Sacerdotibus hoc non licet.*
41 *Parochi ſtante conſuetudine poſſunt recedere ab altari poſt offertorium, & ad infimum locum Eccleſiæ accedere ad recipiendas mulierum oblationes.*
42 *Oblationes an poſſint laicis locari, aut vendi, & num. ſeqq.*
43 *Laicis non licet de altari immediatè oblationes accipere.*

1 PASTORALIS. Epiſcopus parochiales Eccleſias, vel obventiones ipſarum etiam de conſenſu patroni ſine conſenſu Capituli ſui monaſterio conferre non poteſt. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima ponitur duplex quæſtio. In ſecunda communis reſponſio; ibi, *ad quod*.

2 Nota primò ibi, *Authoritate*, parochias ſingulas fuiſſe à Dionyſio Pontifice diſtinctas, ac limitatas. Quod ſtatim patet ex illius epiſtola ſecunda Severo Epiſcopo, quæ refertur in c. *Eccleſias*, 13. q. 1. & habetur integra *tomo primo Concilior. par. 1. pag. 159. col. 2.* & ex hac littera deceptus Abbas hic in primo notab. putavit Parochias anteà non fuiſſe diviſas, quia Sacerdotes ſimul regebant populum: Idemque fuiſſe in Epiſcopatibus in primitiva Eccleſia. Sed utrumque eſt falſum. Conſtat enim hanc Parochiarum diſtinctionem non primum à Dionyſio, ſed ab Evariſto factam fuiſſe. Verum cùm in perſecutione Valeriani publico edicto Chriſtiani ab Eccleſiis arcerentur, eorumque conventus in cœmeteriis prohiberentur; Eccleſiarum, Parochiarum, & cœmeteriorum confuſio facta eſt; ſed Valeriano vita functo, & reſtituta per Gallienum pace Eccleſiæ, & libera facultate adeundi cœmeteria, Dionyſius Eccleſias Rectoribus propter martyrium, vel exilium ſpoliatas ſingulis Presbyteris dedit, iterumque parochias, & cœmeteria diviſit. Lege Cardinalem Baronium *ad annum 270. nu. 17.* & notas ad Concilium ſub Dionyſio Papa *tomo primo Concilior. par. 1. eadem pag. 159.* Termini verò Epiſcopatuum ante tempora Apoſtolorum antiquitate fuerunt diſtincti, ut c. 1. 80. *diſt.* & notat gloſ. 1. in d. c. *Eccleſias*, 13. q. 1. & ſcripſi pleniùs in c. *Nullus, infrà de Paroch.* Nec verum eſt in primitiva Eccleſia non fuiſſe Epiſcopos, ſed ſolos Presbyteros rexiſſe populum, ut dixi in c. *Quanto, ſupra de conſuet.* ubi hunc errorem latiſſimè confutavi *à n. 6. uſque ad n. 20.*

3 Secundò nota ibi, *neceſſarios*, Eccleſiarum Rectores non eſſe in totum dominos fructuum, & oblationum, ſed diſpenſatores, cùm ad hoc illarum reditus ab initio fuerint deputati, ut in uſus Eccleſiarum cederent neceſſarios, & ſtipendia miniſtrorum, ut hic dicitur. Quod facit contra eos, qui omnia ſibi applicant, ut notatur in c. *Extra*, & c. *Cùm ſecundum, ſuprà de Præben.* & per D. Thomam *in 2. 2. quæſt. 86. art. 2. in corpore*, & vide quod dicam infrà *num. 30. & 31.* Item facit contra eos, qui dant hiſtrionibus, vel alias prodigè expendunt, c. *Donare, 86. diſt.* ſecundùm Hoſt. *hic num. 1. 2. & 4.* Joan. Andr. *num. 2. in ver. Neceſſarias*, Butr. *num. 3.* Card. *num. 2.* & Imol. *num. 1.* De hac materia vide quæ ſcripſi in cap. *Si quis ſanè, infrà de pecul. Clericorum.*

4 Tertiò nota ibi, *Lateranenſi Concilii ſtatuta*, Epiſcopum de ſui Capituli conſenſu poſſe diſpenſare contra ſtatutum Concilii Generalis, ut clarè videtur probare iſte textus ad hoc non ponderatus à Doctoribus. Nam Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. interdixit novam penſionem Eccleſiis imponi, vel veterem augeri, ut hic refertur, & habetur in cap. *Prohibemus, infrà de Cenſib.* & tamen hic Pontifex videtur determinare à contrario ſenſu Epiſcopum piis locis penſionem conſtituere ſuper fructibus Parochialium Eccleſiarum abſque beneplacito Apoſtolico, dummodo id non faciat præter ſui Capituli voluntatem. Verùm hoc non admitto, ut latiſſimè probavi in c. *Nullus, ſuprà de filiis Presbyter.* & ad hunc textum reſpondeo Papam hic non decidere affirmativè ut Epiſcopus hoc poſſit cum conſenſu Capituli; ſed negativè, videlicet ut non poſſit præter Capituli voluntatem. Hinc autem non licet arguere à contrario: ergo cum voluntate Capituli poteſt; quia argumentum à contrario ſenſu non rectè ſumitur, ubi illius argumenti contrarium reperitur in jure expreſſum, ſicut reperitur hoc caſu in d. c. *Prohibemus.* Ita de-



clarat Joan. Andr. in c. *Publicato, num. 18. ſuprà de elect.* & ex hoc videtur ſatis dubia opinio Abbatis hic n. 6. Qui ex hoc textu colligit Epiſcopum

5 cum conſenſu Capituli ſui poſſe imponere penſionem Eccleſiæ abundanti in favorem monaſterii ad ſuſtentandam vitam Religioſorum; atque ita non ſolùm Papam, ſed etiam Epiſcopum poſſe Eccleſiæ penſionem imponere, dummodò detracta penſione ſuperſint reditus competentes ad ſuſtentationem Rectoris; aliàs enim non debet unum altare diſcooperiri ut aliud cooperiatur, c. *Cùm cauſam, ſuprà de Præben.* & ad hoc multum extollit iſtum textum. Sed ut prædixi hoc non videtur verum, quia obſtat generale Concilium, contra quod Epiſcopus diſpenſare non poteſt ut eſt textus in Extravag. Jo. XXII. *Sancta Romana, §. Quidam autem*, etiam ex magna cauſa, ut ſcripſi in dicta Decretali, *Nimis, de fil. Presbyter. à n. 11. uſq. in finem*, & hoc intellige ſi penſio ſit perpetua, ut per Gigan. *de penſion. q. 6. n. 4. verſ. Supradictam concluſionem.* Sed an Epiſcopus poſſit penſionem imponere ſuper fructibus beneficiorum ſuæ Diœceſis ad vitam penſionarii, & ex qua cauſa, annuè hæc facultas ex Decretis Apoſtolicis, aut ex non uſu illis adempta fuerit vide per Nicolaum Garziam *in tract. de benef. par. 1. c. 5. à n. 295.* Ego de hac materia ſcripſi latiſſimè in c. *Niſi eſſent, à n. 14. uſq. in finem, ſuprà de Præben.* ibi plenè videas.

Quartò nota ibi, *Religioſis*, Epiſcopum poſſe concedere monaſterio parochialem Eccleſiam cum conſenſu Capituli. Hodie dic contra, ut in Decreto Concilii Trident. *cap. 13. verſ. In unionibus verò, ſeſſ. 24.*

6 Quintò nota ibi, *quinquageſima portione*, licere Epiſcopo quinquageſimam partem redituum Eccleſiæ piis locis aſſignare. Et quidem ſi monaſterium de novo fundetur, aſſignare poterit quinquageſimam; ſi verò Eccleſiam jam conſtructam voluerit in regularem erigere, ſeu monaſticis regulis informare, aut ibi ſuas magnificare ſepulturas; non amplius licebit ei conferre, quàm centeſimam, ut in Decreto Concilii Toletani IX. quod refertur in cap. *Bonæ rei, 12. q. 2.* & declaratur in c. *Apoſtolica, infrà, de donat.* ſecundùm Abb. Antiq. *hic num. 1. in ver. Locis piis*, Hoſt. *num. 4. in ver. quinquageſima*, Joan. Andr. *eod. num. & ver.* Butr. *n. 8.* Cardin. *5. notab.* & Imol. *num. 4. verſ. Et nota.*

7 Sed circa hoc duplex occurrit difficultas. Prima eſt an Epiſcopus conferre poſſit hanc quinquageſimam, vel centeſimam, non modò ex bonis ad epiſcopalem menſam, vel Cathedralem Eccleſiam pertinentibus, prout loquuntur jura præallegata; verumetiam ex reditibus inferiorum Eccleſiarum ſibi ſubjectarum. Petrus de Sampſone opinatus eſt hanc portionem conferri poſſe ab Epiſcopo etiam ex fructibus Parochialium Eccleſiarum, & ſic cap. *Bonæ rei*, fuiſſe ampliatum à Cathedralibus ad alias Eccleſias inferiores per hanc Decretalem, nam Pontifex hic proponit quæſtionem de reditibus Parochialium Eccleſiarum; & deinde excipit quinquageſimam. Ergo ut congrua ſit exceptio, neceſſariò intelligi debet de reditibus earumdem Eccleſiarum, alioquin non eſſet de regula, & eſſet impertinens, l. *Nam quod liquide, § fin. ff. de penu. leg.* *Idem ſenſit*. Goffred. *hic*, & *in ſumma eod. tit. §. fin.* & ſequitur Abb. Antiq. *num. 2.* dicens ita conſuluiſſe eumdem Petrum Magiſtrum ſuum in quæſt. Avenioni ſuborta inter Fratres Prædicatores, & parochiales Eccleſias. Verùm Innocent. *n. 1. in fine*, aſſerit Epiſcopum conferre poſſe hanc quinquageſimam de reditibus Eccleſiæ Cathedralis duntaxat, non autem de reditibus Eccleſiarum ſibi ſubjectarum; & cum eo tranſeunt Hoſt. *n. 5. verſ. Dicunt tamen aliqui*, Butr. *num. 7. & 8. verſ. Dicunt quidam*, & Abb. Sicul. *n. 6.* eamdem opinionem probat Joan. Calderin. & tutiorem dicit, Imola *n. 6.* & veriorem Cardin. *n. 4. in fine*, quia hoc cap. in illis verbis, *Salva Conſtitutione canonica de quinquageſima, &c.* Refert ſe ad d. c. *Bonæ rei*, qui de Cathedralibus loquitur; & ideo dixit, *Salva*, ne quis crederet illum Canonem fuiſſe correctum. Prætereà illa Decretalis, *Apoſtolica*, eſt Innocentii III. qui etiam fuit author hujus c. Quod ſi intelligeretur de proventibus parochialium, Pontifex videretur ſibi contrarius, contra id quod legitur ſuprà in proœmio. Adde quod iſte textus ſimpliciter præſervat Conſtitutionem Canonicam de quinquageſima per illa verba, *Salva, &c.* De natura autem præſervationis eſt, ut nihil addat de novo, ſed tantummodo rem conſervet in eo ſtatu, in quo prius reperiebatur, c. *Quia intentionem*, & cap. *Ex parte, il 2. infrà de privileg.* gloſſ. 1. & Doctores in cap. *Cùm dilecta, ſuprà de confirm. util. & inutil.* Tene igitur cum Innocentio Epiſcopum non poſſe hanc portionem conferre locis piis niſi ex fructibus menſæ epiſcopalis.

9 Secunda difficultas eſt, an Epiſcopus conferre poſſit hanc quinquageſimam, vel centeſimam ſine conſenſu Capituli. Hugo, & Tancredus tenent etiam hoc caſu requiri Capituli conſenſum, quia licèt Epiſcopo permittatur alienatio ex cauſa utilitatis, vel neceſſitatis, tamen conſenſus Capituli eſt adhibendus, c. *Sine exceptione, 12. q. 2.* Contrarium tenet Joannes in d. c. *Bonæ*, in gloſſ. 1. & Bernard. *hic in gloſſa penult.* quorum opinio videtur probari in hac Decretali: nam exceptio debet eſſe de regula, ut tetigi ſuprà *n. 8.* & notatur in *rubr. de regul. jur. lib. 6.* Ergo cum Pontifex faciat primò regulam ut Epiſcopus non poſſit portionem redituum dare ſine conſenſu Capituli, & deinde excipiat hanc quinquageſimam; hinc manifeſtè apparet hanc dari poſſe ſine Capituli conſenſu. Quod verum intelligit gloſſa penultima non obſtante Epiſcopi juramento de rebus Eccleſiæ non alienandis, ut in c. *Tua, infrà de Eccleſ. ædifican.* & in cap. *Intellecto, de jurejur.* nemo enim poteſt Epiſcopum accuſare, quòd templum Dei ædificet, c. *Aurum, 12. q. 2.*

In hac contrarietate Hoſt. *hic n. 5.* putavit ſic diſtinguendum; Aut Epiſcopus vult quinquageſimam dare de reditibus propriis, vel communibus cum Capitulo; & poteſt ſine Capituli conſenſu, ut innuitur in d. cap. *Apoſtolica, §. 1. verſ. Unde cùm grave, de donat.* licèt non ſine conſilio ut c. *Novit*, & c. *Quanto, ſuprà eod.* ſequitur Collectar. *hic in prin.* Aut vult quinquageſimam dare de reditibus Capituli ſeparatis, & tunc requiritur conſenſus ipſius Capituli, arg. l. *Meritò ff. pro ſoc.* Sed

10 aliter diſtinxerunt Petr. de Sampſone, & Abb. Antiq. *hic n. 3.* Dixerunt enim Epiſcopum non poſſe Eccleſiam ſæcularem monaſticis regulis informare, id eſt, in monachalem erigere, aut monaſterium de novo conſtruere, per c. *Si Epiſcopus, 12. q. 2.* ſed jam informatæ, vel conſtructæ benè poſſe

poſſe ſine conſenſu Canonicorum dare quinquagenariam, vel centeſimam, quia ad dotandum eſt obligatus, ex quo Eccleſiam conſtruxit, ut c. *Cùm ſit, de conſecr. Eccleſ. vel altar.* & ita ad concordiam reduci poſſunt diſſidentes opiniones, & hoc placet Jo. Andr. *in fine*, Cardin. *in 2. quæſt.* Imol. *num. 4 in gloſſa penul.* & communiter Doctoribus ſequentibus, ut teſtatur Abbas Siculus *n. 4. verſ. Petrus, &*
11 *Abbas.* Ratio hujus diſtinctionis eſt, quia in primo caſu alienatio licet fiat ex cauſa utilitatis, vel neceſſitatis, tamen eſt voluntaria, cùm non ſit orta aliqua obligatio ad dotandum. At in ſecundo caſu eſt neceſſaria, quia jus præcipit illam fieri; & ideo non eſt opus ſervare aliam ſolemnitatem. Ex quo notabiliter deducit Abbas *n. 5.* ut in alienationibus rerum Eccleſiæ, quæ fiunt ex neceſſitate juris, non ſit ſervanda ſolemnitas. Secus ſi fiant voluntariè, licet ſubſit cauſa neceſſitatis, vel utilitatis: nam hic textus loquitur de alienatione, quæ fit propter neceſſitatem Religioſorum, ſed tamen quia eſt voluntaria, id eſt quia jus non mandat eam fieri, propterea requiritur Capituli conſenſus. Eamdem theoricam poſuit hic Antonius Butr. *n. 11, verſ. Or. attendatur*, dicens, (Sit regula in iſta materia quòd omnes alienationes, quæ ſunt neceſſariæ ex neceſſitate juris, poteſt facere Epiſcopus ſine conſenſu Capituli, non obſtante juramento de non alienando, dum tamen non tangat bona Capituli. Omnes autem alienationes voluntarias, licet propter neceſſitatem facere non poteſt ſine Capituli conſenſu: nam multum intereſt inter alienationem, quam jus vult fieri, quia hæc dicitur neceſſaria, & alienationem, quam jus non præcipit fieri, ſed propter neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ fieri expedit.) Hæc Butrius, qui ita conciliat dicta gloſſarum, & intelligit notata per Doctores in c. *Tua, infra de Eccleſ. ædifican.* & pro hac diſtinctione facit textus in l. *Obſer. ff. de præd. Minor.* ſequitur I-
12 mola, *n. 7. verſ. Concludit.* Sed & Curia hanc theoricam ſervat. Ideoque à S. Congregatione Concilii reſponſum eſt valere legatum immobilium factum Fratribus Minoribus ſub modo licito, nempe ut vendant, & pretium convertant in uſum fabricæ, vel Sacriſtiæ: & idem ſi factum fuit ſimpliciter, quia ſub modo licito factum intellitur, ut c. *Exiit qui ſeminat, §. Ad hæc, quia fratribus, de verb. ſignif. lib. 6.* nec in hujuſmodi alienatione eſſe opus ſolemnitate; quia fit ex regulæ præſcripto, & extravag. *Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienan.* habet exceptionem in ventre ibi, *præterquam in caſibus à jure permiſſis.*

13 Ultimò nota ibi, *ſingularum parochiarum conventus.* Parochialem Eccleſiam habere intentionem fundatam de jure communi ſuper omnibus reditibus ſpiritualibus infra limites parochiæ ſuæ, prout ex hac littera colligunt Hoſt. *n. 3.* Jo. Andr. *n. 1. in ver. Quatenus*, Butr. *n. 2.* Cardin. *n. 1.* Anchar. Imol. & Abb. omnes *in 2. notab.* & idem Abb. in c. *Dilectus, n. 4. verſ. Secus autem eſt in Eccleſia ſæculari, ſuprà de offic. ordin.* concordant c. *Ut dominicus, infra de paroch.* cap. *Quoniam*, c. *Cùm in tua*, & c. *Duorum, de decim.* & latius dicam infrà *n. 16.*

Ex hoc infero ad quæſtionem an oblationes fa-
14 ctæ imagini alicujus Sancti depictæ in pariete extra parochialem, ſed infra limites parochiæ debeantur ipſi parochiali, nec ne.

Hæc eſt quæſtio quotidiana, & ſatis dubia propter varietatem opinionum: nam quidam arbitrati ſunt ejuſmodi oblationes quoad diſtributionem ad Epiſcopum pertinere, qui debebit eas erogare in ſuſtentationem pauperum; ſed quoad proprietatem acquiri Deo, vel Sancto, qui per illam imaginem repræſentatur; & in hac opinione fuit Angel. de Peruſ. *in ſua diſputatione*, quæ incipit: *In refulgenti deliciarum palatio*, *in ſecundo dubio*, & in l. *Statuæ. ff. de uſufruct.* ubi plenè diſputat hunc articulum, & in aliis locis citatis à Felin. in c. *Dilectus, in princ. ſuprà de offic. ordin.* & ubique allegat gloſſ. in d. l. *Statuæ*, quæ ſentit donata Vultui ſancto Lucano eſſe ipſius Vultus. Sed illum reprobat Abb. in d. c. *Dilectus, n. 4. verſ. Vide tamen aliàs*; & meritò quia obſtat hoc cap. & alia jura, quæ probant parochialem Eccleſiam fundare intentionem ſuper omnibus proventibus
15 ſpiritualibus infra ſuos limites. Quidam verò, quos tacito nomine recenſet Ferrett. *conſ. 278. Licet ſuper hoc articulo, n. 1.* putant has oblationes deberi dominio parietis ubi illa figura, ſeu imago depicta eſt. Verum communiter tenent omnes Doctores oblationes hujuſmodi ad dominū muri, ſeu parietis nullatenus pertinere, ut teſtatur Marian. Socin. *in tract. oblation. libello 18. n. 4. verſ. Et iſtam opinionem.* Idque certum eſſe affirmat Abb. in c. *Quoniam, n. 1. verſ. Illud autem certum eſt, infra de decim.* quia privata perſona non poteſt habere oblationes, vel uſumfructum alicujus rei religioſæ, quales ſunt picturæ, vel imagines Sanctorum, ſecundùm gloſſam, quam dicit ſingularem in d. l. *Statuæ*, & idem repetit in d. c. *Dilectus, n. 4 de offic. ordin.* maximè ſi ſit perſona ſecularis: & meritò, quia oblationes ſunt res ſpirituales, quarum laici non ſunt capaces, c. *Sanctorum, 10. q. 1.* Decian. *conſ. 16. n. 15. lib. 2.* & latius dicam infrà *num. 20. & 23.*

Alii conſuluerunt pro Eccleſia Cathedrali, præſertim ſi conſtructa ſit ſub titulo imaginis, cui fiunt oblationes, & hoc caſu putant oblationes eſſe dividendas pro medietate inter Cathedralem, & Epiſcopum, juxta textum in c. *Requiſiſti, de teſtamen.* ubi videtur caſus, & ita pro Cathedrali Senenſi ſuper oblationibus factis imagini B. Mariæ Virginis apud Caſſatum de Magalottis conſuluit Petrus de Peruſio, ut refert Marian. Socin. *de oblat. in præall. libello 18. n. 7. circa fin.* qui tamen dicit hanc opinionem ſibi non placere per ea, quæ inferiùs deducit pro Eccleſia parochiali.

Alii verò conſuluerunt has oblationes deberi Epiſcopo; & ita Abb. *in rubr. infra, de paroch.* teſtatur ſe vidiſſe Jo. Andr. *in addit. ad Specul.* allegantem pro Epiſcopo, & pro hac opinione videtur textus in c. *Præter, in fine* ibi, (Oblationes vivorum, & mortuorum Eccleſiis Dei reddantur à laicis, & in diſpoſitione Epiſcoporum ſint.) *32. diſt.* Sed hanc opinionem refellit Marian. Socin. *dicto libello 18. n. 8.* & contra Epiſcopum videtur textus in c. *Decimas, 10. q. 1.*

Alii demum ſcripſerunt pro Presbytero parochiali, & quidem frequenti calculo, ut inferius patet. Nec defuerunt qui opiniones medias, & diſtinguentes ſequuti ſint, ut Petrus de Peruſio, qui hanc quæſtionem luculenter, & Felino teſte melius omnibus diſputavit in ſuo *tractatu de Canonica Epiſcopali, cap. 4. in 16. quæſt. principali*, de quo latius infrà *n. 29.* Ex quibus vides, quanta ſit in hoc articulo opinionum diſſonantia, quæ tamen



facilè ad concordiam reduci poſſunt, ſi conſiderentur caſus, & circumſtantiæ, in quibus Doctores loquuti ſunt. Unde pro conciliatione videtur mihi ſtatuenda concluſio cum aliquibus ampliationibus, & declarationibus, ex quibus clarè ni fallor rei veritas apparebit.

16 Hæc igitur ſit concluſio. Oblationes factæ imagini Beatiſſimæ Virginis, vel alterius Sancti depictæ, vel affixæ in pariete, ſeu muro alicujus privati debentur Eccleſiæ parochiali, in cujus limitibus eſt illa imago. Probatur hæc concluſio efficaciter in hac Decretali: nam Dionyſius Pontifex, ut hic dicitur, limitavit parochias ad hoc ut ſingularum Eccleſiarum proventus, ſeu obventiones in uſus Eccleſiæ cederent neceſſarios, & ſtipendia miniſtrorum. Atque ita ut dixi ſuprà in ultimo notabili parochialis Eccleſia fundat intentionem de jure communi in perceptione
17 proventuum omnium ſpiritualium, quæ obveniunt infra limites parochiæ ſuæ, quales ſunt decimæ, primitiæ, oblationes, mortuaria, fructus, & reditus ex Parochia provenientes, ut cap. *Cùm inter vos, infrà de verb. ſignific.* Innoc. *hic ante medium, verſ. Nos dicimus*, Hoſt. *num. 3. in ver. Proventus*, & Joan. Andr. *num. 1. verſ. Tu dic quia fuit dubitatio*, & ita in terminis propoſitæ quæſtionis hunc textum ponderat Butr. *num. 3.* dicens ſe de hoc ſcripſiſſe in quadam Clem. licet non recordetur ubi, Imola, & Abb. ambo *in ſecundo notab.* & Joan. de Anan. *in 1. notab.* Ad idem eſt textus in cap. *Quoniam, infrà, de decim.* ubi patet reditus ſpirituales noviter provenientes infra limites alicujus parochiæ pertinere ad parochialem Eccleſiam: ergo idem dicendum de oblationibus factis imagini intra parochiam exiſtenti: nam de novalibus, quæ nondum fuerant ad cultum redacta parochialis Eccleſiæ prius nihil perceperat: & nihilominus quia emerſerunt in ſuis limitibus, debentur eidem Eccleſiæ. & ita illum textum ad hoc inducit, Abb. *ibi in 1. notab. verſ. Et optimè facit textus iſte*, & videtur quaſi expreſſum in cap. *Ad audientiam, il primo, ſuprà, de Eccleſ. ædifican.* per locum à ſpeciali, ibi, *ejuſdem villæ obventiones Eccleſiaſticas percepturum*: nam verbum, *obventiones*, eſt
18 multum generale, & comprehendit omnes reditus ſpirituales cujuſcumque ſint qualitatis, ut ibi notat Abbas *n. 15.* per cap. *Cùm inter, de verborum ſignificat.* Ac demum idem probatur expreſsè in cap. *Hanc conſuetudinem, 10. q. 1.* & in c. *Ex tranſmiſſa, de præſcript.* Quamobrem has oblationes, quæ fiunt ſacræ imagini infra limites parochiæ non ad dominium parietis, nec ad Epiſcopum, ſed ad parochialem Eccleſiam, ſeu illius Rectorem pertinere, præter Butr. Imol. Abb. & Anan. ſuprà citatos, tenuerunt Petrus de Ravenna *ſingulari 468. incip. Oblationes*, Dec. *conſ. 148. incip. Reverende Pater, num. 2. & 3.* Decian. *conſ. 16. lib. 2.* ubi ex facto reſpondit pro Parocho contra Epiſcopum ſuper oblationibus factis Iconi Sanctiſſimi Crucifixi. Capella Tholoſ. *deciſ. 483.* & Marian. Socin. *in tract. de oblat. libello 18, n. 9.* ubi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum concluſionem, quam etiam ſæpius ſequuti ſunt Domini de Rota, ut in *deciſ. 256. part. 1. & deciſ. 37. n. 2. part. 5. recent.* ubi hæc ſententia licèt fuerit olim controverſa; tamen hodie dicitur eſſe receptiſſima: quam etiam videtur amplexus D. Thomas in 2. 2. *quæſt. 86. art. 2. Præſertim in reſponſione ad 2, arg.* eamque probavit S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in cauſa Caven. ut refertur in *prælleg. deciſ. 37. n. 2.*

19 Ampliatur primò concluſio ſuperius firmata, ut vendicet ſibi locum etiam ſi conſuetudo habeat ut oblationes hujuſmodi debeantur laico domino muri, in quo depicta eſt illa imago: talis enim conſuetudo expreſsè damnatur in c. *Hanc conſuetudinem, 10. quæſt. 1.* & tenent Marian. Socin. *in tract. de oblat. d. libello 18. n. 4.* & Dec. *conſ. 148. num. 3.* Decian. *conſ. 16. num. 15. lib. 2.* Ferrett.
20 *conſ. 278. in princ.* Quod procedit etiam reſpectu adminiſtrationis, quia cùm oblationes res ſpirituales ſint, c. *Quia Sacerdotes, 10. quæſt. 1.* Laici non debent ſe de illis quoquo modo intromittere, & contraria conſuetudo eſt prava, & contra libertatem Eccleſiaſticam, ut plenè conſuluit i-
21 dem Ferrett. *conſil. 143. n. 5.* Conſuetudo tamen ſalvari poſſet ſi ad hoc deputarentur à Rectore parochialis Eccleſiæ, ut nomine ſuo has oblationes perciperent, & cuſtodirent, ita, ut eſſent nudi miniſtri, non tamquam habentes aliquam authoritatem, vel præeminentiam: poteſt enim merus laicus conſtitui principalis Collector fructuum decimarum, & oblationum, ut tenent Butr. & communiter Doctores in c. *Decernimus, ſuprà de judic.* ut ibi per Abb. *n. 11.* & Dec. *col. 13. n. 20. verſ. Quartò quæritur*, & in ſpecie noſtra declarat Ferrett. *conſ. 143. n. 5.* & plenius *conſ. 278. num. 2. & 3.* ubi etiam refert Stephanum Auſertium aſſerentem ita ſervari de conſuetudine in Gallia in *tract. ſuo de poteſt. ſecul. ſuper perſon. Eccleſ. in 33. fallen.* Idemque non obſcurè voluit Petrus de Peruſio *in ſuo tractatu de Canonica Epiſcopali, cap. 4. in 16. quæſt. principali in fine*: nam, ut ipſe ait de conſuetudine quandoque præponuntur Clerici, quandoque laici ad percipiendas, & cuſtodiendas hujuſmodi oblationes, atque ita Petrus ſentit conſuetudinem valere, dummodò laici ad id deputentur ab habente authoritatem, ſecus ſi jure proprio, quia eſſet tractare jura Eccleſiæ propria authoritate contra textum, & nota per om-
22 nes ſcribentes in d. cap. *Decernimus.* Rurſus poſſet ſalvari conſuetudo recipiendi oblationes in confraternitatibus Laicorum, dummodò nil ſibi applicent, ſed in pios uſus rectum diſtribuant. In quibus terminis hanc conſuetudinem approbant Decius *d. conſ. 148. n. 3. verſ. Sed tamen in caſu propoſito*, & Ferrett. *d. conſ. 143. n. 6.*

23 Ampliatur ſecundò ſupradicta concluſio, ut nec poſſit Epiſcopus concedere facultatem laico domino parietis, ubi religioſa imago eſt depicta, ut oblationes illi factas diſpenſet ad libitum ſuum, quia ſunt juris ſpiritualis, cujus laici ſunt penitus incapaces, cap. *Maſſana*, & c. *Sacroſancta, ſuprà de elect.* cap. *Cauſam, de præſcript.* & in his terminis notat Abbas in cap. *Quamvis, in 2. notab. infra de decim.* & Ferrett. *in pract. conſ. 143. num. 5. verſ. Ideo dicit notabiliter.*

24 Ampliatur tertiò eadem concluſio ut locum habeat etiam in oblationibus factis imagini exiſtenti in aliqua capella, ſeu oratorio infra limites parochiæ, non enim cedunt eidem capellæ, ſeu Parochiali, ut tenet Abb. *hic num. 2.* per iſtum textum, & per locum à ſpeciali in d. cap. *Ad audientiam, il primo, infrà de Eccleſ. ædifican.* Sed Dec. in *prælleg. conſ. 148. num. 2.* quando non eſt imago depi-

depicta in muro ſub dominio alicujus privati, ſed in capella, vel oratorio, dicit omnes Doctores convenire, & communiter tenere, ut oblationes acquirantur ipſi capellæ per textum, in §. *Si quis autem unum, in Auth. de Eccleſ. tit. col. 9.* & per illum textum dicit hoc voluiſſe Angel. *in diſp. ſupra allegat. num. 14.* & Petrum de Peruſio *loco citato*, allegat etiam Abbat. in cap. 1. *in ult. notab. infrà de ſtatu Monach.* Sed Abbas ibi non loquitur de oblationibus, quæ fiunt capellis; ſed de his, quæ fiunt monaſteriis, ſeu locis religioſis, quæ non quæruntur Parocho, vel Epiſcopo, ſed ipſi monaſterio in ſuſtentationem Monachorum inibi ſervientium, ut eſt textus ibi, & latius dicam infrà in quarta declaratione, *num. 34.* Opinio Decii poteſt procedere ſi de mente offerentis appareat, vel de conſuetudine; alioquin quidquid ipſe dicat, communis opinio eſt in contrarium, ut teſtatur Marian. Socin. *in præcit. libello 18. num. 5. verſ. Sed his non obſtantibus*, per textum in cap. *Ex tranſmiſſa, de præſcript.* & per ea, quæ dicta ſunt ſupra de Parochiali, *n. 16.*

25 Ampliatur quartò memorata concluſio ut procedat etiam ſi oblationes fiant ad altare in capella alicujus Eccleſiæ. Nam nihilominus cedunt Parochiali, intra cujus limites Eccleſia illa ſita eſt. Ita Gaſpar. Calderin. *conſ. 15. de Paroch.* per hanc Decretalem, Item per d. c. *Ad audientiam*, & per cap. *Cùm inter, de verborum ſignif.* & idem tenent Butr. & Ab. *hic*, & Dominicus in cap. *Ex tranſmiſſa, ſuprà de præſcript.* ubi dicit has oblationes debere eſſe Rectoris, & non Capellani inſtituti in illa capella, & altari, & ſequitur Marian. Socin. *libello 18. n. 10.* Idem firmant Innoc. Hoſt. Butr. & Abb. *in rubr. infrà de Paroch.* & eſt communis Doctorum opinio, ut teſtatur Ferrett. *d. conſ. 143. n. 4.*

26 Ampliatur quintò eadem concluſio ut locum habeat etiam in oblationibus factis ſacræ imagini exiſtenti in Cathedrali Eccleſia, quia non quæruntur Epiſcopo, ſed Archipresbytero curam animarum ibi exercenti, ut reſolvit Rota *in Beneventana ſpolii 22. Decembr. 1585. & 2. Decemb. 1587.* coram Orano, ut refertur in *prææalleg. dec. 37. n. 5 par. 5. recentior.*

27 Ampliatur ſextò, ut procedat etiam ſi oblationes offerantur in Miſſa Presbytero celebranti: non enim cedunt ipſi Presbytero, ſed Rectori Eccleſiæ ſecundùm Abb. *hic n. 2. verſ. Et per hoc etiam*, quoad hoc inducit textum in cap. *Requiſiſti, infrà de teſtam.* ubi relictum Epiſcopo ab extraneo videtur relictum contemplatione Eccleſiæ. Ergo ſimiliter oblationes factæ celebranti videntur factæ intuitu Eccleſiæ: nam oblationes faciunt parochiani propter adminiſtrationem Sacramentorum, ut c. *Omnis Chriſtianus*, cum gloſſ. *de conſecr. diſt. 1.* ſequitur Felin. in cap. *Dilectus, n. 1. circa fin. verſ. Et adde, ſuprà de offic. ordin.* ubi etiam *n. 2.* dicit
28 oblationes factas Capellano, ſeu Vicario deberi Rectori. Fallit hoc ſi ſit Epiſcopus, qui Miſſam celebrat; quia tunc oblationes ſunt ipſius, etiamſi celebret in Eccleſia parochiali, & ei offerantur à parochiano, ut tenet Hoſt. *in ſumma in tit. de Paroch. §. In quibus, verſ. Quid ergo ſi Epiſcopus.* & Archid. in c. *Omnis, de conſecr. diſt. 1.* ſequitur Marian. Soc. *in d. tract. oblat. libello 18. n. 10. verſ. Item quod dixi*, & Sylveſt. *in ver. Decima, n. 5. verſ. quod tamen fallit.*

29 Declaratur primò ſupradicta concluſio, ut procedat in dubio. Secùs verò ſi oblationes ex pia voluntate offerentium appareant factæ alterius contemplatione, quia tunc nullatenus debentur Parocho, ſed pia voluntas eorum, qui oblationes fecerunt, præciſè ſervanda eſt: nam rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter, l. *In re mandata, C. Mandati*, & in traditionibus rerum ſuarum poteſt quis adjicere conditiones quas vult, dummodò honeſtæ ſint, l. *In traditionibus, ff. de pactis*, & ita in ſpecie declarat Marian. Socin. *in d. tract. de oblat. libello 18. in princ. & n. 3.* Quo fit ut ſi appareat hujuſmodi oblationes factas fuiſſe à fidelibus contemplatione illius ſacræ imaginis, res oblatæ eidem imagini acquirantur vel Sancto, per illam imaginem repræſentato: & in hoc caſu procedat opinio Angeli de Peruſio, de qua ſuprà in princ. quæſtionis, *n. 14.* Eodem modo ſi conſtaret eam fuiſſe intentionem offerentis, ut res oblata fieret domini domus, vel muri, ubi eſt imago depicta, eò quòd talis eſſet pauper, vel oblationes in certos pios uſus converteret, utique adimplenda eſſet hujuſmodi voluntas, & procederet ſecunda opinio, de qua ſupra eod. *n. 14.* Idem & fortius dicendum ſi obtuliſſet contemplatione Epiſcopi, vel Cathedralis, aut alterius Eccleſiæ. Hæc enim eſt regula, ut res oblata ſemper illi acquiratur, cujus contemplatione facta eſt oblatio, ut in cap. *Relatum, il 2. de teſtam.* & declarat Marian. Socin. *ubi ſuprà*; & hoc intendit Petrus de Peruſio *in præalleg. tract. de Canonic. Epiſcopal. in 16. quæſt. perſonali, n. 5. inter tract. commun. tom. 15. pag. 258.* ubi poſt prolixam diſputationem hujus articuli concludit in hæc verba: (Quandoque oblationes fiunt per reſpectum ad Eccleſiam Parochialem, & quæruntur Eccleſiæ parochiali, ſive tales oblationes fiant in Eccleſia, ſive extra Eccleſiam) & ita loquitur cap. *Cùm inter vos, de verborum ſignificat.* (Quandoque fiunt oblationes non per reſpectum ad Eccleſiam parochialem, ſed per reſpectum ad alium locum, vel extra Eccleſiam ad aliquem Sanctum, cujus figura eſt in Parochia alicujus eccleſiæ, & tunc parochiali Eccleſiæ non quæruntur. Ratio eſt, quia non offeruntur contemplatione parochialis Eccleſiæ, nec contemplatione Rectoris, ſed per reſpectum ad Deum, ſeu imaginem ſic depictam.) Hæc ibi. Et hanc diſtinctionem aliàs probavit Rota *in Brachiren. oblationum 17. Decembris, 1612.* coram Cardin. Pamphilio, & *in Lunen. Sarzanen. 8. Februarii 1627.* coram Merlino ut in *deciſ. 37. n. 8. par. 5. rec.* ubi firmavit oblationes factas imagini depictæ in muro ſpectare ad Parochum in dubio tantùm, ſecùs ſi ex piorum offerentium voluntate in
30 certos uſus ſint deſtinatæ. Quod etiam dixerunt Addentes ad Capell. Tholoſ. *deciſ. 483.* & alii Recentiores in deciſ. Rotæ allegati. Adverte tamen, quia etſi oblationes deſtinatæ ſint in certum uſum ab offerentibus; nihilominus illorum adminiſtratio ad Parochum pertinet ex jure parochialitatis, non quidem ut ſibi applicet, ſed ut fideliter cuſtodiat, & diſpenſet in uſus ab offerentibus deſtinatos, ut notat *hic* Abbas *n. 2. verſ. Adminiſtrationem autem*, Ferrett. *conſ. 143. n. 4. verſ. Et quod*, & firmatur in præcitata *deciſ. 37. n. 9. & 10.* licèt ſecundùm Petrum de Peruſio *d. quæſt. 16. n. 7.* cuicumque Eccleſiæ talia acquirantur, videantur remanere ſub diſpoſitione Epiſcopi per c. *Præter*



*hoc 32. diſt.* Adverte etiam quia dum Rota *in alleg.*
31 *deciſ. 37. n. 10* concludit oblationes in eo caſu, in quo cedunt Eccleſiæ parochiali, eſſe per Parochum dividendas, ita ut partim convertat in proprium uſum, partim eroget in iis, quæ concernunt cultum Divinum, & partim ad pauperum inopiam ſublevandam; per c. *Vulteranæ* & c. *Quatuor, 12. quæſt. 2.* Hoc non videtur verum, quia illa jura loquuntur in matricibus. In Parochialibus verò, ſalva portione Epiſcopi, omnia ſunt Rectoris, c. *Quoniam, infrà de decim.* & ibi dixi in 3. *notab.* poſt Jo. Andr. & ſcribentes communiter. Vide tamen quæ notavi ſupra in *2. notab.*

32 Declaratur ſecundò concluſio ſuperius firmata, ut non procedat ſi locus, ubi depicta eſt illa imago, non ſit intra fines alicujus Parochiæ, aut incertum ſit de cujus Parochia exiſtat, eò quòd limites non ſint diſtincti; quia tunc oblationes integrè pertinent ad Epiſcopum diœceſanum, ut probat textus in d. c. *Quoniam, de decim.* ubi hoc notant Innoc. Petrus de Sampſone, Abb. Antiq. Hoſt. & reliqui omnes, ut ibi dixi *in ult. notab. num. 10.* Et quamvis ille textus loquatur de decimis, tamen decimarum appellatione veniunt etiam oblationes, ut cap. *Cùm inter vos, infra de verbor. ſignif.* & in terminis de iſtis oblationibus factis imagini alicujus Sancti hoc tenet Abbas in cap. *Dilectus, n. 4. verſ. Quoad primum, ſuprà de offic. ordin.* & Rota *in præcit. deciſ. 37. n. 4.*

33 Declaratur tertiò eadem concluſio, ut locum non habeat in canonica portione, quæ de his oblationibus perceptis à Parocho debetur Epiſcopo, ut traditur in c. *Officii, de teſtam.* & tenet Abb. in c. 2. *de ſepultur.* Sed Petrus de Peruſio in *d. tract. de Canon. Epiſcopal. cap. 4. in 16. quæſt. perſonali, n. 7. verſ. Secundò incidenter quæritur.* firmat de oblatis inter vivos imagini B. M. Virginis non deberi Epiſcopo canonicam portionem. Secùs ſi ſint relicta in ultima voluntate per textum in c. *Requiſiſti, §. Illud, de teſtam.* & hoc ſi teneamus has oblationes ſpectare ad Eccleſiam parochialem ſecundùm eum. Sequere indiſtinctè primam opinionem, niſi aliud obtineat de conſuetudine, pro qua conſuluit Gaſpar. Calderin. *conſ. 15. in tit. de Paroch.* per textum in c. *De his, 10. q. 1.* in cap. *Conquerente, ſuprà de offic. ordinar.* & c. *Cùm olim, infrà de cenſib.* quam etiam tenent Marian. Socin. *in ſæpius alleg. libello 18. n. 8. verſ. Illud ſolum adjungens*, & Sylveſt. *in ver. Decima, n. 5. verſ. Quo tamen caſu.*

34 Declaratur quartò, ut non procedat in oblationibus, quæ fiunt ſacris imaginibus exiſtentibus in Eccleſiis Regularium: tales enim non quæruntur Parocho, vel Epiſcopo, ſed monaſterio pro Monachis ibi ſervientibus, ut eſt textus in cap. 1. *in fin.* & ibi Abb. *in ult. notab. infrà de ſtatu Monach.* & in c. *Nimis, il primo, circa finem, de exceſſ. Prælat.* & tenet Petrus de Peruſio *in præalleg.*
35 *q. 16. num. 6.* & eſt ratio ſecundùm eum, quia licet monaſteria ſint infra limites parochiæ, tamen propter exemptionem non ſunt de Parochia; ideo oblationes inibi factæ non quæruntur Parocho. Eamdem rationem adducit Abbas in c. *Dilectus, col. 2. ſuprà de offic. ordin.* & Ferrett. *conſ. 143 num. 2.* Adde tu, quòd monaſteria exempta, qualia ſunt monaſteria Fratrum Prædicatorum, & Minorum, de quibus loquitur d. c. *Nimis*, licèt ſint in diœceſi, non tamen ſunt de diœceſi, c. *Cùm Epiſcopus*, & ibi Gemin. *in 3. notab.* & Franc. *in 2. de*



*offic. Ordinar. lib. 6.* gloſſ. in Clem. *Frequens, in ver. Anni*, Ubi etiam Vitalin. *num. 127. de exceſſ. Prælat.* Rota *deciſ. 207. n. 2. par. 2. diverſor.* Unde etiam ex hoc capite Epiſcopus excluditur à perceptione dictarum oblationum.

36 Declaratur ultimò concluſio ſupradicta, ut non procedat ſi conſuetudo præſcripta, aut aliud ſpeciale jus habeat, ut res oblatæ imagini alicujus Sancti non debeantur Eccleſiæ parochiali, ſed alteri Eccleſiæ, vel loco pio, aut perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ capax ſit quaſi poſſeſſionis jurium ſpiritualium, hujuſmodi enim conſuetudo valida eſt, ut eſt textus expreſſus in c. *Cùm inter, infrà de verb. ſignif.* & hoc tenent ibi omnes Doctores, ut inquit Marian. Socin. *in ſæpius alleg. tract. de oblat. libell. 18. n. 3. verſ. Tertiò præmittendum.* Item indubitanter procedit talis præſcriptio cap. *Ex tranſ-*
37 *miſſa*, & c. *De quarta, de præſcript.* Et ex hoc infero, ut oblationes, quæ fiunt novis Sacerdotibus dum celebrant primam Miſſam, non quæruntur Parocho, ſed ipſiſmet Sacerdotibus, quia ſic ſe habet conſuetudo ubique locorum, & hoc tenet Gaſpar. Calder. *conſ. 15. in tit. de Paroch.* ubi dicit oblationes factas Presbytero celebranti non deberi Parocho ſi contra eum ſit conſuetudo, quæ ſervanda eſt, & eum refert, & ſequitur Marian. So-
38 cin. *d. libello 18. n. 10. verſ. Subdit tamen.* Pro quo facit, quia ſtante conſuetudine ex veriſimili mente offerentium res cenſentur oblatæ contemplatione ipſius Presbyteri: unde ſicut potuiſſent offerre ea intentione declarata, ut cederent ipſi Presbytero, ut oſtenſum eſt ſupra in prima declaratione, *n. 19.* ita illorum intentio videatur declarari per hanc conſuetudinem ſecundùm ea, quæ notat Bart. in l. *Hæredes mei, §. Cùm ita, ff. ad Trebell.* & in l. *Iuſjurandi, §. Si liberi, ff. de oper. libert.* Præpoſ. in c. *Sacroſancta, n. 3. verſ. Nec dicitur fraudare, 22. diſt.* & in hac ſpecie obſervat idem Socin. *d. libello 18. n. 3. verſ. Et ex his.*

39 Adverte tamen circa hujuſmodi oblationes, quæ fiunt pro Miſſis novis: nam Concilium Trident. *ſeſſ. 22. in decreto de obſervan. & evitan. in celebr. Miſſæ, in §. Atque*, ubi multa præcipit Epiſcopis locorum Ordinariis (ut quidquid pro Miſſis novis celebrandis datur, necnon importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones potiùs, quàm poſtulationes, aliaque hujuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omnino prohibeant.) Hæc ibi. Non tamen prohibentur Presbyteri ex S. Congregationis ſententia à Sanctiſſimo approbata quominus primas ſuas Miſſas decantent, & in illis poſt offertorium in medio altaris ad populum ſe convertant accipiendo oblationes à ſponte offerentibus, & eleemoſynas, ut ſolent Parochi diebus Feſtis. Perambulationes verò per Eccleſiam, ſimileſque extorſiones prohibentur. Sed & S. Congregatio Epiſcoporum declaravit Sacerdoti Miſſam novam celebranti licere oblationes accipere, modò non diſcedat ab Altari, ut *in Iaten. 1. Octobris, 1601. in Regiſtro originali fol. 95.* Ruſus in illis verbis, *illiberales eleemoſynarum exactiones*, S.
40 Congregatio Concilii dixit hoc nomine non venire conſuetudinem, quæ inolevit, ut Parochus diebus Feſtis ſolemnibus, vel non ſolemnibus poſt offertorium in medio altaris vertat ſe ad populum, & invitando ad oblationes, manipulum, vel aliud offerentibus præbeat oſculandum:



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aliis verò Sacerdotibus ſimplicibus id non eſſe
41 concedendum. Et iterum quærenti, an liceat Parochis extante conſuetudine in diebus feſtivis in medio Miſſæ invitare populum ad oblationes dando ſingulis pacem, & ad recipiendum mulierum oblationes recedere ab altari, & ad infimum locum Eccleſiæ, ubi mulieres manent, ſejunctæ à maribus, accedere ſtante Conſtitutione Concilii cap. *un. de abſerv. & evitan. ſeſſ. 22.* ibi, *quæcumque importunæ, atque illiberales eleemoſynarum exactiones*: reſpondit conſuetudinem hanc reſtringendam ad exemplum Decreti jam facti nonis Octobris 1573. Sed facta poſtmodum relatione ad Sanctiſſimum Sanctitas Sua dixit non eſſe eamdem rationem, ſeu bonam converſionem de Miſſis novis ad Miſſas Parochorum, quibus debentur iſtæ oblationes, ideò permittendam hujuſmodi conſuetudinem prout inolevit.

Amplius in illis verbis Concilii, *aliaque hujuſ-*
42 *modi*, poteſt poni exemplum in conſuetudinibus, quæ in quibuſdam Hiſpaniæ locis inoleverant, ut Plebani, ſeu Rectores venderent, vel locarent laicis oblationes, quæ ponebantur in pede altaris. Super qua controverſia communis opinio Doctorum eſt, tales oblationes locari, aut vendi non poſſe, ne per manus laicas prophanentur, ut per gloſſ. 1. in c. *Altare, 1. q. 3.* Archid. in c. *Sanctorum, n. 1. verſ. Sed nunne, 10. q. 1.* Abb. in c. 2. *in fin. ſupra Ne Cler. vel Monach.* Roman. *ſingul. 63. Doctores in c. 2.* ubi in ſpecie Aretin. *n. 21.* Dec. *n. 114.* & Ripa *n. 55. de judic.* Andreas Hiſpanus *de decim. q. 13. n. 9.* Troil. *de oblat. 3. p. dub. 3. n. 6. & fuſius, n. 8.*
43 Verùm, ut dicit Hugo in d. c. *Sanctorum*, ſive hoc fit de jure, ſive non, tamen quotidie fit ab Epiſcopis, & etiam à Domino Papa. Illud tamen certum eſt quatenus id liceat, nullo tamen caſu laicos poſſe hujuſmodi oblationes accipere immediatè de altari, ſed debere clericum conſtitui, qui de altari accipiat, & tribuat eis: nam manus prophanæ, & nefariæ non debent Sacra contingere, arg. c. *Aurum, 12. q. 2.* c. *Ligna*, c. *Nemo*, & cap. *In ſancta. de conſecr. diſt. 1.* & tenet Archid. in d. c. *Sanctorum, n. 1. verſ. Sed numquid*, & ibi etiam Turrecr. *n. 2.* nec videtur diſſentire S. Thom. *in 2. 2. q. 86. art. 2. ad 3.* ait enim: (Oblationes poſtquam fuerint conſecratæ non poſſunt cedere in uſum laicorum ſicut vaſa, & veſtimenta ſacra, & hoc modo intelligitur dictum Damaſi Papæ in cap. *Hanc conſuetudinem, 10. q. 1.* illa verò, quæ non ſunt conſecrata, poſſunt in uſum laicorum cedere ex diſpenſatione Sacerdotum ſive per modum donationis, ſive per modum venditionis.) Hæc ille, & ſequuntur Turrecr. in c. *Quia Sacerdotes, n. 2. in reſponſ. ad 2. eadem cauſa, & quæſt.* & Sylveſt. *in ver. Decima, n. 5. verſ. Tertium.*

## De his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.

### *Cap. Et ſi membra.*

*SUMMARIUM.*

1 *AD Concilium Provinciale debent vocari, & admitti Cathedralium Eccleſiarum Capitula.*
*Et an hoc procedat ex honeſtate, vel ex neceſſitate, n. 4. 37. 40. & ſeqq. & n. 49.*
*Admitti debent ad tractatum, & ad conſulendum, non autem ad decidendum, n. 10. 41. & ſeqq. & n. 53.*
*Et pro negociis etiam ipſa Capitula non contingentibus, n. 11.*
*Niſi Prælati aliqua ſecreta haberent, quæ revelare non poſſent ſine transgreſſione obedientiæ, vel juramenti, n. 14.*
*Vel niſi alia juſta cauſa ſubeſſet ea non admittendi, n. 15.*
2 *Canonici Collegiatarum Eccleſiarum, & alii Clerici inferiores non ſunt vocandi, & n. 37.*
3 *Niſi habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*
4 Debet, *verbum ex proprietate vocabuli eſt neceſſitativum.*
5 *Invitato jus acquiritur ex invitatione.*
6 *Citatus ad actum debet admitti, & fortius expectari.*
7 *Niſi de novo perveniat ad citantis notitiam, citatum non habere jus.*
8 *Vocantes tamen non tenentur præciſè vocatum admittere, ſed ei non admiſſo tenentur ad intereſſe.*
9 *In Concilio provinciali Capitula Cathedralium poſſunt comparere per procuratorem.*
10 *Votum habent conſultivum, non deciſivum, & n. 41. & ſeqq. & n. 53.*
*Et poſſunt contradicere, & appellare, n. 13.*
*Omnia ſunt gerenda de conſilio Capitulorum provinciæ, n. 46.*
*Abbates commendatarii, & Capitulorum deputati vocem habent conſultativam tantùm, n. 53.*
*Procuratores Epiſcoporum vocem habent etiam deciſivam ſi Concilio Provinciali placuerit, n. 54.*
12 Maximè *dictio implicat idem eſſe in caſu contrario.*
16 *In Concilio provinciali an laici intereſſe poſſint, an debeant, diſtinguitur, & n. ſeqq.*
17 *Intereſſe non debent niſi ſpecialiter vocentur, & num. 50.*
18 *Vel niſi tractaretur cauſa fidei.*
*Declaratur n. 27. & 28.*
19 *Vel niſi tractaretur de gradibus circa matrimonium contrahendum.*
20 *Et in his admitti debeat ad audiendum, non ad judicandum, vel docendum.*
21 *Item ad conſulendum, & ad juſtitiam petendam, vel defendendam, & n. 50.*
22 *Ab Eccleſiaſticis negotiis, & ubi agitur de correctione clericorum laici omnino ſunt excludendi.*
*Utile tamen eſt eos vocari in cauſis communibus, n. 29.*
*Nullo caſu intereſſe poſſunt Auctoritate propria, ſed ita demum ſi vocentur ex electione Synodi, n. 30. & 50.*
23 *Legati Regii non debent intereſſe ſub quovis titulo, & n. ſeq.*
24 *Reges, ſeu eorum officiales ſynodalibus conventibus intereſſe non debent, niſi in caſibus in jure expreſſis.*
*Id eſt in Concilio generali ubi agitur de fide, reformatione, & pace, n. 26.*
*Item in provinciali ad recipiendam fidem, ad tuendos Patres ab infidelibus, & ad petendum conſilium inſpectantibus ad regnum, n. 27.*
24 *Concilia ſunt cœtus Epiſcoporum, & Sacerdotum, & fiunt propter Eccleſiaſticas cauſas.*
31 *Ad Concilium provinciale quinam ſint vocandi, & admittendi, & num. ſeqq. uſque in finem.*
32 *Epiſcopi ſuffraganei vocari debent ex neceſſitate, & num. 44.*
*Et ſi non veniunt, ceſſante legitimo impedimento, puniuntur, n. 45.*
33 *Exempti tenentur ſemel eligere aliquem vicinum Metropolitanum, in cujus Synodo provinciali interſint.*
*Nec requiritur conſenſus Capituli, n. 35.*
34 *Quod locum habet etiam in Prælatis inferioribus nullius Diœceſis.*
36 *Epiſcopi exiſtentes in provincia Romana non tenentur eligere Metropolitanum, cujus Synodo interſint.*
37 *Presbyteri, & clerici inferiores an ſint vocandi ad Concilium provinciale, & n. ſeq.*
38 *Convenire debent omnes qui de jure, vel conſuetudine intereſſe tenentur.*
39 *Non omnes de provincia ſunt vocandi, ſed qui ſe læſos exiſtimant.*
41 *Capitula Cathedralium non tenentur accedere niſi velint, nec poſſunt compelli, & n. 42.*
43 *Abbates, & alii inferiores Epiſcopo ſubjecti non coguntur venire, licèt ſit expediens ut veniant.*
*Exempti, & Abbates non tenentur venire, niſi qui de jure, vel conſuetudine intereſſe debent, n. 48.*
*Capitula Cathedralium ſunt ſpecialiter invitanda, n. 49.*
47 *In Concilio provinciali quo ordine Capitula, Abbates, Commendatarii, Dignitates, & Procuratores Cathedralium conſidere debeant.*
51 *Concilii provincialis Decreta ſubditi omnes Epiſcoporum obſervare tenentur.*
52 *Exempti compelli poſſunt ad eorum obſervantiam in caſibus, in quibus de jure communi, vel ex Concilio Tridentino poteſtas in ipſos tributa eſt.*
*Vel Epiſcopis, Synodo provinciali.*



1 ET SI MEMBRA. Ad Concilia Provincialia convocari debent, & admitti cathedralium Eccleſiarum capitula. Hoc dicit, Jo. Andr. Butr. Cardin. Ancharan. Imola. Abb. & Jo. de Anan. Prima pars ponit querelam. Secunda providet ibi, *Viſum fuit.*

Nota primò, ibi, *Cathedralium*: ad Synodum
2 Provincialem non eſſe vocandos Canonicos collegiatarum Eccleſiarum, vel alios clericos inferiores; ex eo enim quòd textus includat cathedrales Eccleſias, tacitè excludit alias, licèt collegiatas; & meritò, quia de illis diſponitur per Epiſcopum, & ſuum Capitulum, c. *Novit, ſuprà eod.* & ita poſt Ægid. firmat *hic* Jo. Andr. *n. 1. verſ. Et nota quod dicit Cathedralium*, Cardin. *eodem numero*
3 Anchar. & Abb. *in 1. notab.* Fallit ſi Capitula Collegiatarum haberent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quia tunc ad Synodum eſſent vocanda ex ſententia S. Congregationis Concilii.
4 Secundò nota ibi, *debeant invitari.* Cathedralium Eccleſiarum Capitula ad provinciale Concilium eſſe invitanda, & admittenda ex neceſſitate, ponderando verbum *debeant*, quod ex proprietate vocabuli neceſſitatem deſignat, gloſſ. in Clem. *Attendentes, in ver. Debeant, de ſtatu Monachor.* Signorol. de Homod. *conſ. 87. n. 4. & 5.* & *hic* tenent Cardin. *n. 3. in fin.* & Abb. *n. 2. verſ. Sed ego*, quod videtur eſſe contra Innoc. in cap. *Grave, n. 3. ſuprà de Præben.* dicentem Capitula cathedralium ad hoc Concilium non eſſe vocanda, niſi ex honeſtate. Sed an hoc ſit verum, & quomodo ſit intelligendum, plenè examinabitur *infrà in ultima quæſt. n. 37. 40. & ſeqq. & n. 49.*

Tertiò nota ex eodem ver. *Invitari.* Invitatum
5 ad actum debere admitti. Unde eſt argumentum, quod ex invitatione jus acquiritur invitato: nam turpius ejicitur, &c. c. *Quemadmodum, ſuprà*
6 *de jurejur.* Item eſt argumentum, quod citatus ad electionem debet admitti, & ſic fortiùs expectari,
7 ut notatur in cap. *Cum inter univerſos, ſuprà de electione*, niſi de novo perveniat ad eorum notitiam citatos non habere jus, c. *Paſtoralis, ſuprà de except.* Butr. *hic num. 4.* Cardin. *in 2. notab.* Anchar. & I-
8 mol *num. 3.* Concludunt tamen Butr. Cardin. & Imol. vocantes non teneri præciſè vocatos admittere, ſed eis non admiſſis, teneri ad intereſſe, de quo dicendum, ut not. per gloſſ. & DD. in d. c. *Cum inter univerſos.*
9 Quartò nota ibi, *Procuratores eorum.* Capitula poſſe comparere in Concilio per Procuratorem: nam per ſe commodè comparere non poſſunt, c. *ult.* juncta gloſſ. *penult. ſupra de major. & obed.* Hoſt. *hic num. 1.* Joan. Andr. *num. 2.* Anchar. *n. 2. not.* & Abb. *n. 3.*
10 Quintò nota ibi, *Ad tractatum admitti.* In Synodo provinciali Capitula cathedralium Eccleſiarum, vel eorum procuratores eſſe admittendos ad tractatum, non autem ad decidendum, & ſic habere vocem conſultivam tantùm, non autem deciſivam, prout ex hac littera deducit Abbas *hic num. 2.* Præpoſ. in cap. *Propter Eccleſiaſticas, num. 9. verſ. Vel aliter poſſes dicere, 18. diſtinct.* & cenſuit S. Congregatio Concilii, ut dicam infrà *in ultima quæſt. 53.*
11 Ultimò nota ibi, *Maximè ſuper illis.* Cathedralium Eccleſiarum Capitula admitti debere ad Synodum provincialem etiam pro negotiis ipſa Capitula non contingentibus, ponderando di-
12 ctionem *maximè*, quæ implicat idem eſſe in caſu contrario, l. 1. §. *Vel maximè, ff. de collat. bonorum* l. *Scire etiam oportet, §. Sed etſi maximè, ff. de excuſ.*
13 *tutor.* Et hîc tenet Vincent. dicens debere admitti ad omnia generalia, etiamſi non appareat de eorum intereſſe, quia poteſt fieri, ut interſit, ita ut ſi præſentes eſſent, contradicerent, & appellarent: quod poſſent, & cap. *Super eo, de offic. delegat.* & conſentiunt *hic* Hoſtien. *num. 2. in fin.* Joann. Andr. *num. 3. in fin. in verb. Maximè*, Butr. *num. 6.* Cardin. *num. 3. verſ. Oppono*, Anchar. *num. 5.* Imol. *num. 4. & 5.* dicens hanc partem eſſe veriorem, Abbas, & Joan. de Anan. *num. 4.* Ex quibus patet hanc eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur Henric. Bottæus *de Synod. Epiſc. parte ſecunda, num. 42.*
14 Hoc tamen intelligas ſecundùm Hoſt. & alios proximè citatos, niſi Prælati aliqua ſecreta haberent de mandato Superioris in Synodo pertractanda, quæ revelare non poſſent ſine transgreſſione obedientiæ, vel juramenti, cap. *Ego*
15 *N. de jurejur.* Vel niſi aliqua alia juſta cauſſa ſubeſſet, quare non deberent id, quod agitur omnibus publicare, ut in ſimili notatur in cap. *Novit, in princ. ſuprà eod.*
16 In gloſſa ultima QUÆRO An Laici Provinciali intereſſe poſſint, aut debeant?



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

17 Gloſſa tenet laicos hujuſmodi Conciliis non
debere intereſſe, niſi in tribus caſibus. Primus eſt
ſi ſpecialiter vocentur, & invitentur, & ita debet
18 intelligi cap. *Adrianus, 63. diſt.* Secundus eſt quan-
do tractatur cauſa fidei, quia hæc communis eſt
tam clericis, quam laicis, ut c. *Ubinam legiſtis*, & c.
19 *Nos ad fidem, 96. diſt.* Tertius quando tractaretur
de gradibus circa matrimonium contrahendum,
c. *Ad ſedem, 35. q. 5.*
20 Sed Hoſt. *hic n. 4.* declarat hanc gloſſ. ita eſſe
intelligendam, ut in caſibus præmiſſis admitti de-
beant laici ad audiendum, non autem ad judi-
21 candum, vel docendum, c. *Docendum, 62. diſt.* Addit
Abb. *n. 6. verſ. ut in quantum*, laicos admitti poſſe
etiam ad conſulendum, per cap. *Ad ſedem, 31. q. 6.*
& c. *Ad Apoſtolicæ, de re judic. lib. 6.* Quod & S. Con-
gregatio Concilii approbavit, ut dicam infrà *nu.*
50. Item admitti debent ad juſtitiam petendam,
vel defendendam, c. *Novit, ſuprà de judic.* & cap. 1.
22 *de ſponſal.* In eccleſiaſticis autem negociis, & ubi
tractatur de Clericorum correctionibus, laici o-
mninò ſunt excludendi, arg. c. *Maſſana, ſuprà de
elect.* & extravag. *Non debet*, Bonifacii VIII. Pro
modico enim animoſe nobis inſidiantur, & oppi-
dò ſunt infeſti, c. 1. & c. *Laici, 2. q. 7.* Ita Hoſt. cum
quo tranſeunt *hic* Jo. Andr. *n. 4.* Butr. *num. 7.* An-
char. *n. 5. verſ. Quinto*, Imol. *n. 6. verſ. in gloſſ. final.*
Abb. *n. 5. verſ. Et nota*, & Jo. de Anan. *n. 5. verſ. Ad-
de*, quod latius proſequitur Præpoſitus, & de
communi atteſtatur in c. *Canones, n. 5. 15. diſt.*
23 Porrò Legati Regii ſub quovis titulo in Con-
ciliis Provincialibus non debent admitti, & hoc
potiſſimum, ut Præſules liberius ea, quæ agenda
ſunt, ad Dei honorem, & Eccleſiæ ædificationem
24 pertractare, & decernere valeant, arg. c. *Quiſquis,
ſuprà de elect.* Reges verò, aut eorum officiales de
jure ſynodalibus conventibus non niſi in certis in
jure expreſſis caſibus intereſſe debent, ut in VIII.
Synodo *cap. 17.* & in d. cap. *Ubinam legiſtis, 96. diſt.*
25 & notatur in d. c. *Adrianus, 63. diſt.* Sunt enim hi
cœtus Epiſcoporum, & Sacerdotum, fiuntque
propter eccleſiaſticas cauſas, cap. *Propter Eccleſia-
ſticas, 18. diſt. & per tot.* Quippe negatur laicis in
cauſis eccleſiaſticis quicquam decernere, cap. *Be-
ne quidem, 96. diſt.* cap. *Decernimus ſuprà de judiciis.*
Cumque Pontificiæ, & ſæcularis dignitatis offi-
cia ſint diſtincta c. *Cùm ad verum, eadem diſt.* ſicut
quando Reges habent ſuos conventus, nullus
Pontificis legatus intervenit, nec recipitur: ità
iniquum eſt impedire ſummos Præſules, & Sa-
cerdotes, ut de rebus ad ipſos pertinentibus tra-
ctaturi non poſſint convenire excluſis Regiis ar-
26 bitris d. *cap. 17.* VIII. Synodi: interſint quidem
Principes ſæculares per ſeipſos, vel per ſuos Nun-
tios in Conciliis Univerſalibus, ubi agitur de fi-
27 de, reformat. & pace, d. c. *Nos ad fidem*, & c. *Ubi-
nam, 96. diſt.* ſic & Conciliis Provincialibus inter-
dum interfuerunt Reges, ut reciperent fidem,
quam ipſi proſtrati in terram profitebantur, &
jurabant: interdum ad tuendos Patres ab imma-
nitate infidelium, & Hæreticorum: Quandoque
ut votum, & judicium Concilii haberent ſuper
rebus ad ipſos Reges, & Regni regimen pertinen-
tibus, ſicut paſſim in Concilio Toletano, & in a-
28 liis videre eſt; licet quamplura ex d. Conciliis
non ſint mere provincialia, ſed potius totius illius
nationis, & quamvis gloſſa noſtra videatur ſenti-
re laicos debere Synodis Provincialibus intereſ-
ſe, ubi de fide agitur: tamen cauſæ fidei non tra-
ctantur niſi in Conciliis Univerſalibus, nec gloſ-
ſa loquitur explicitè de Provincialibus, ſed dicit
in Conciliis hujuſmodi, & de generalibus Conci-
29 liis eam intelligit Abb. *hic num. 5.* In aliis verò
cauſis communibus utile quidem eſt laicos voca-
ri, ut per Guilielm. Durand. *in tract. de Conciliis
30 rubr. 10.* Sed neceſſariò, vel auctoritate propria
etiam in his caſibus intereſſe non debent, Cald.
*conſ. 8. de Conſtit.* ſed illi dumtaxat ſunt admitten-
di, qui ex Concilii electione vocantur, ut inter-
ſint, prout loquitur in Concilio Toletano IV. *cap.
3.* & huc junge quod dicam infrà *n. 50.* ex ſenten-
tia S. Congregationis Concilii.
31 QUÆRO generaliter quinam ſint vocandi, &
admittendi ad Concilium Provinciale.
32 Manifeſtum eſt Epiſcopos ſuffraganeos eſſe
vocandos, & admittendos ex neceſſitate, ſecun-
dùm Innoc. in cap. *Grave, in princ. ſuprà de Præbend.*
quem ſequuntur communiter DD. teſte Præpoſi-
to in cap. *Propter Eccleſiaſticas, il primo num. 9. verſ.
Sed aſſumendo latius, 18. diſt. nil.* & probatur apertè
in cap. *Sicut olim*, ibi, *Metropolitanus cum ſuis Suffra-
ganeis, infrà de accuſat.* in cap. *Non oportet*, cap.
*Pervenit*, cap. *Quoniam*, cap. *Si Epiſcopus*, cap. *Pla-
cuit*, & cap. *Si quis Epiſcoporum, eadem diſt. nil.*
Quod locum habet etiam in exemptis, ut in Con-
cilio Lateranenſi noviſſimo ſub Leone X. *ſeſſ. 10.*
in Conſtitutione, quæ incipit, *Regimini, circa fi-
nem, § Maturè quoque conſiderantes, tom. 4. Concilio-
rum, par. 2. pag. 99. col. 1.* & in Concilio Triden-
tino *ſeſſ. 2. cap. 24.* ubi ſtatuitur ut Epiſcopi, qui
nulli Archiepiſcopo ſubjiciuntur, aliquem vici-
num Metropolitanum ſemel eligant, in cujus Sy-
nodo Provinciali cum aliis intereſſe debeant, &
quæ ibi ordinata fuerint, obſervent, ac obſervari
faciant.
34 Archipresbytero Altamuræ declarari poſtu-
lante à S. Congregatione Concilii, An diſpoſitio
*d. cap. 2. ſeſſ. 24.* ſecundùm quam Epiſcopi, qui
nulli Archiepiſcopo ſubduntur, aliquem vici-
num Metropolitanum ſemel eligant, cujus Pro-
vinciali Synodo interſint, extendatur ad ipſum
Archipresbyterum nullius Diœceſi, nulli que Ar-
chiepiſcopo ſubjectum: Sanctiſſimus ex ſenten-
tia S. Congregationis declaravit ex identitate
rationis d. cap. 2. extendendum etiam ad omnes
alios inferiores Prælatos, qualis hic Archipres-
byter, qui ſunt nullius Diœceſis, ut & ipſi debeant
eligere unum Metropolitanum juxta d. cap. 2. &
35 clarè innuit *cap. 9. ſeſſ. 24.* ibi: *Qui ſemel in Conci-
lio Provinciali à Prælato illius loci electus fuerit*, &
cùm Concilium d. c. 2. Præbeat facultatem eli-
gendi ſoli Epiſcopo abſque conſenſu Capituli,
ita & inferiores poterunt eligere ſine conſenſu
ſuorum Capitulorum.
36 Sed cùm dubitatum fuerit, An decretum d. c. 2.
*§ Itidem Epiſcopi, ſeſſ. 24.* habeat locum in Epiſco-
pis, qui ſunt in provincia Romana, veluti qui ſunt
inter Capuanam provinciam, & Piſanam, qui
habentur in c. *Sua, de offic. Vicar.* & latius in Pro-
vinciali Cancellariæ Apoſtolicæ; S. Congrega-
tio cenſuit non habere locum.
37 Verùm de aliis inferioribus, & præcipuè de Ca-
pitulis Cathedralium Eccleſiarum, Jura, & DD.
non videntur convenire, Num ad Concilium pro-
vinciale ex neceſſitate vocari debeant: nam tex.
in d. cap. *Propter Eccleſiaſticas, il 1. 18. diſt.* videtur
in-



innuere præter Epiſcopos ad hoc concilium eſſe
vocandos etiam inferiores, ut patet ex illis ver-
bis: *In ipſis autem Conciliis & Presbyteros, & Diaco-
nos præſentes eſſe oportet, & omnes quotquot ſe læſos
exiſtimant.* Ad idem text. in cap. *propter Eccleſiaſti-
cas, il 2. ead. diſt.* ibi: *Ita ut ad Concilium veniant om-
nes Presbyteri, & Diaconi, vel hi, qui ſe læſos exiſtimant*,
& in d. cap. *Sicut olim, de accuſat.* ibi: *Ad Metropoli-
tanum, & ſuffraganeos, & alios*: nam illa dictio, *alios*,
oſtendit præter Epiſcopos in Synodo provinciali,
alios quoque intereſſe debere, & ita illum tex-
tum ponderat ibi Innoc. *ad fin. in ver. Alios*, dicens
38 eſſe ibi argumentum quod non ſolum Prælati, ſci-
licet Epiſcopi, ſed etiam alii debent intereſſe
Concilio provinciali, & concordat Concilium
Tridentinum in *d. c. 2. ſeſſ. 24.* in illis verbis: *Epi-
ſcopi omnes, & alii, qui de jure, vel conſuetudine inter-
eſſe debent, convenire omnino tenentur*, & in *cap. 2.
ſeſſ. 25.* ibi: *Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, E-
piſcopis, & omnibus aliis, qui de jure vel conſuetudine in
Concilio provinciali intereſſe debent*, et de cathedra-
lium eccleſiarum capitulis, quod neceſſariò voca-
ri debeant, & admitti. Videtur text. apertus in
hoc cap. illud ponderando, ut dixi ſupra in 2. *no-
tab.* & hoc tenent expreſſè Card. *hic nu. 3. in fin.* &
Abb. *num. 2. verſ. Quinimo.*
39 Sed gloſſ. in d. cap. *propter Eccleſiaſt. il primo in
verſ. Et omnes*, exponit copulam, *&*, pro *id eſt*, ſen-
tiens per hoc non omnes de provincia eſſe vocan-
dos ad provinciale Concilium, ſed illos tantum,
qui ſe læſos exiſtimant; & movetur ab abſurdo,
quia ſi omnes de provincia eſſent præſentes, ſu-
perfluum eſſet ut in diœceſana ſynodo proximè
ſutura publicarentur eis acta provincialis Con-
cilii, ſicut fieri præcipitur in d. cap. *Sicut olim, de
accuſat.* & idem tenet gloſſa in d. c. propter eccle-
ſiaſticas il ſecundò, in ver. *Vel hi.*
40 Similiter Innoc. in d. cap. *Grave*, poſteaquam in
princ. dixit ad provinciale Concilium ſolos epi-
ſcopos eſſe vocandos ex neceſſitate, *num. 3.* ſubji-
cit Capitula Cathedralium tunc eſſe vocanda,
cùm de eorum factis agitur, & ita intelligit hanc
Decretalem, aliàs verò minimè vocari debere, ni-
ſi de honeſtate, vel propter conſilium, ut cap. *Ob
tuentibus, 64. diſt.* Et hæc opinio Innocentii magis
placet ex Præpoſito in cap. *Propter Eccleſiaſticas, il pri-
mo, num. 9. verſ. Tamen mihi potius placet, 18. diſt.* Et
hæc quia jura, quæ de hac materia loquuntur tan-
tùm de epiſcopis faciunt mentionem, ut patet ex
capitulis ſuprà allegatis, *num. 32.* Et hæc Decre-
talis intelligenda eſt de honeſtate, vel ubi agitur
de illorum præjudicio. Sed certè hæ tres ponde-
rationes ſunt ſatis infirmæ. Imò enim jura in hac
materia loquuntur non tantùm de epiſcopis; ſed
de aliis, ut oſtenſum eſt ſupra *num. 37.* & hoc cap.
non loquitur de honeſtate, cùm utatur ver. *Debent*,
quod eſt neceſſitativum, ut inquiunt hic Card. *nu.
3. in fin.* & Abb. *num. 2. verſ. Sed ego.* Et etigi ſupra
in 2. *notab.* Nec ſine violentia hic textus reſtringi
poteſt ad caſum ubi agitur de eorum negociis, ut
loquitur per adverbium, *maximè*, quod implicat
idem eſſe in caſu contrario, ut obſervat Jo. Andr.
*hic num. 3. in fine, in ver. Maximè*, & ſimiliter dixi ſu-
pra *in ult. notab.*
41 Quid dicendum? Ego conſidero Innocentium
habuiſſe optimum ſenſum; & opiniones Docto-
rum in hac materia, ſi ſedulò expendantur, non
diſcrepare: Nam Innocentius in d. c. *Grave, num. 3.
de præben.* tenet Capitula Cathedralium ad pro-
vinciale Concilium eſſe vocanda de honeſtate
tantum præterquam in duobus caſibus, videlicet
cùm de eorum factis agitur, vel propter conſilium;
itaque ſenſit Innoc. Capitula eſſe vocanda ex ne-
ceſſitate, non quidem ut votum habeant ad deci-
dendum, ſed tantùm ad conſulendum, hoc enim
innuunt illa verba alternativè poſita, *vel propter
conſilium*; in quo conveniunt etiam Abb. & Præ-
poſ. *in locis ſupra citatis*, quia tenent Canonicos Ca-
thedralium vocari debere, & admitti ad Syno-
dum provincialem, non tamen ut habeant votum
deciſivum, ſed conſultivum dumtaxat. Et eſt ex
mente Hoſtienſ. *hic num. 2. in ver. Nuntii*, Joan.
Andr. *num. 3. in eod. ver.* Dum dicunt in Concilio
provinciali omnia gerenda eſſe de conſilio Capi-
tulorum provinciæ arg. cap. *Homines, ſupra de ma-
jor. & obed.* Sicut in Diœceſana Synodo agi debent
omnia de Conſilio Canonicorum, arg. cap. *fin. in-
fra de his quæ fiunt a majori par. Capituli*, cap. *Novit*, &
cap. *Quanto, ſupra eod.*
42 Præterea quod Innocentius dixit ad Conci-
lium Archiepiſcopi ex neceſſitate vocandos eſſe
epiſcopos, & non alios, intelligi debet de neceſſi-
tate non reſpectu eorum, qui vocantur. Unde ſen-
ſus eſt, quod ſoli epiſcopi cogi poſſunt ad Syno-
dum venire, prout loquuntur jura ab Innoc. alle-
gata. Alii verò non vocantur ex neceſſitate, quia
neceſſe non habent comparere, nec compelli poſ-
ſunt inviti, & ideo hic textus cum in vitetio dixit
*invitari*, non autem *vocari*, quia non tenentur veni-
re, niſi velint, ut hic per Abb. Antiq. *poſt princ.* in
*ver. Invitari*: ideoque de Abbatibus ſubjectis epi-
43 ſcopo, & aliis inferioribus, qui non coguntur ve-
nire ad Synodum provincialem, licet ſit expe-
diens ut veniant, concludunt Hoſtien. in c. *Quod
ſuper his, num. 4.* & Jo. Andr. *ibid. n. 9. ſupra de major.
& obed.* Id quod apertius declarat Præpoſitus in d.
c. *Propter Eccleſiaſticas, num. 9. verſ. Vel aliter*: ſic e-
nim ait: (Licet Cathedralium eccleſiarum Capi-
tula debeant invitari ad Concilium; non tamen
per hoc concluditur, ut habeant vocem diffiniti-
vam in Concilio, quia hoc pertinet ad ſolos epi-
44 ſcopos per jura ſuperius inducta: hoc etiam col-
ligitur ex alio, quia epiſcopi cùm ſint neceſſarii
tamquam diffinitores in Concilio, nedum invi-
tantur ad Concilium, imò vocantur inviti, & ſi
45 non veniant ceſſante legitimo impedimento, pu-
niuntur, ut in c. *Pervenit*, & in c. *Placuit, 18. diſt.* De
Capitulis verò eccleſiarum Cathedralium hoc nō
dicitur, ſcilicet ut compellantur, ſed ut debeant
invitari, & hoc eſt pro conſilio: Nam ſicut unuſ-
46 quiſque Epiſcopus cum conſilio ſui Capituli ex-
pedire debet gravia, & non aliter, ut in cap. 1. *de
exceſſ. Prælat.* Ita omnes Epiſcopi provinciæ ibi e-
xiſtentes juſtum eſt, ut cum conſilio ſuorum Ca-
pitulorum expediant ea, quæ in provinciali Con-
cilio aguntur. Utile enim eſt in arduis rebus mul-
torum, & præſertim peritorum adhibere conſilia,
ut l. *Humanum, C. de legib.* & l. *Divſfeatatis ff. de jure
patr.*) Hæc Præpoſ. qui ſubdit ſecundùm hæc poſſe
intelligi jura, quæ dicunt Abbates, vel alios debe-
re intervenire in Provinciali Concilio, id eſt, vel
pro conſilio, vel ſi eorum intererſit.
Demum hanc ſententiam non obſcurè aliàs
probavit Sacra Congregatio Concilii: nam cum
quæreretur de ſeſſione in Concilio provinciali,
& de obſervatione Decretorum, deque intereſ-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſentia tum exemptorum, tum laicorum : ita fuit decretum.

47 Sacra Congregatio cenſuit in Conciliis provincialibus Commendatarios Monaſteriorum, ſive Abbatiarum inter Abbates eſſe recipiendos, quando capitulariter procedunt. Extra hunc caſum Abbates Titulares, vel habentes uſum Mitræ debere præcedere Commendatarios. Poſt hos locum tenere dignitates, & poſt dignitates collocandi ſunt Procuratores Eccleſiarum Cathedra-
48 lium. Nec teneri venire ad Concilium provinciale exemptos, & Abbates, niſi ii, qui de jure, vel
49 conſuetudine intereſſe debent. Capitula tamen Cathedralium Eccleſiarum eſſe ſpecialiter invi-
50 tanda. Laicos verò invitatos poſſe intereſſe, in eoque votum conſultivum habere. Et ad obſerva-
51 tionem Concilii provincialis omnes eſſe obligatos, qui Epiſcoporum juriſdictioni ſubduntur. Ex-
52 emptos etiam in caſibus, in quibus à jure communi, & Concilii Tridentini decretis ſpecialiter Epiſcopis, aut Concilio provinciali in ipſos poteſtas tributa eſt, & contra inobedientes juris reme-
53 diis eſſe procedendum. Abbates autem Commendatarios, & Capitulorum deputatos vocem dumtaxat conſultivam in Concilio provinciali habe-
54 re. Epiſcoporum verò procuratores poſſe habere etiam deciſivam, ſi Concilio provinciali placuerit.

## DE HIS, QVÆ FIVNT à MAJORI parte Capituli.

### Cap. Cùm in cunctis.

S V M M A R I V M.

1 *ORdinatio majoris partis capituli per contradictionem, & appellationem minoris nil rationabile opponentis, impediri non debet.*

2 *Geſta à majori, & ſaniori parte univerſitatis regulariter valent, etiã contradicente minore.*

3 *Pars major, & ſanior quæ dicatur.*

4 *Pars major in dubio cenſetur etiam ſanior, niſi contrarium probetur.*

5 *Majori parti regulariter ſtandum eſt in omni diſpoſitione.*

6 *Contemptus plus juris habet ad annullandum geſta majoris partis, quàm plures præſentes, & contradicentes.*

7 *Minoris partis contradictio non impedit geſta à majori parte univerſitatis, niſi cauſa rationabilis probetur coram ſuperiore.*

8 *Jus paſcendi quod habent clerici, & laici in diœceſi Caputaquenſi an locari poſſit ab Vniverſitate clericis contradicentibus.*

9 *Jus paſcendi eſt commune pluribus ut ſingulis, non ut univerſis.*

10 *Major pars non poteſt ſtatuere in præjudicium minoris in iis, quæ competunt pluribus ut ſingulis. Secus ſi pluribus ut univerſis, & n. 12.*

11 *Vniverſitas non poteſt ſtatuere de paſcuis niſi omnibus conſentientibus, & n. 13.*

14 *Minor pars uti poteſt re communi ad uſum deſtinata, licet major contradicat, & n. 16.*

15 *Vniverſitas non poteſt prohibere ne incolæ utantur paſcuis juxta conſuetudinem.*

17 *Superior lege inferioris non ligatur.*

18 *Vniverſitas etiam in re communi pluribus, ut univerſis non poteſt ſtatuere in præjudicium domini temporalis.*

19 *Clerici ſunt laicis ſuperiores, & exempti ab eorum juriſdictione.*

20 *Clerici volentes mittere ſua animalia ad paſcua univerſitatis tenentur ad onera ſtatuto univerſitatis impoſita.*

21 *Secus ſi paſcua ſint ad uſum Clericorum, & Laicorum.*

22 *Clerici etſi ſunt membra Reipublicæ, non tamen ligantur ſtatutis univerſitatis laicalis.*

23 *Ad ſtatuti validitatem non ſolùm requiritur rationabilis, & honeſta cauſa, ſed etiam ſtatuentis juriſdictio.*

24 *Statutum univerſitatis etiam generaliter conceptum in ſubditos eſt nullum in præjudicium clericorum.*

25 *Statutum univerſitatis adimens clericis jus paſcendi eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam.*

26 *Statutum editum in odium clericorum non valet etiamſi odium redundaret in perſonam ſubditam.*

1 CUM IN CUNCTIS. Ordinatio majoris partis Capituli per contradictionem, & appellationem minoris nil rationabile opponentis impediri non debet. Hoc dicit ſecundùm Jo. Andr. Anton. de Butr. Card. Anchar. & Imol. vel clarius ſecundùm Abbat. in univerſitatibus Eccleſiaſticis prævalet regulariter quod fit à majori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat. Verum quia non ſufficit contradicere, niſi probetur objectum, ut in littera, & dicam infra in 2. *notab.* aptius ex mente gloſſæ in c. *Quia propter, in ver. Vice omnium, ſupra de elect.* ſic poſſet ſummari. Geſta à majori parte univerſitatis effectum ſortiri debent niſi rationabilis cauſa à paucioribus oſtendatur. Dividitur in duas partes. Prima ponit factum reprehenſibile. Secunda providet per ſtatutum, ibi, *Quocirca.*

2 Nota primò ex hac decretali regulam, quod in actibus univerſitatum regulariter valent geſta à majori, & ſaniori parte etiam contradicente minore, concordat cap. 1. 2. & 3, 65. *diſt.* c. *De quibus,* 20. *diſt.* c. *Licet, ſupra de elect.* l. *Duo ex tribus, ff. de re*
3 *judic.* & dicitur pars major reſpectu numeri, & ſanior reſpectu conſilii, & materiæ ſubjectæ, ſecundùm Hoſt. *num.* 2. & Abb. *num.* 3. Et dum jura ſimpliciter dicunt ſtandum eſſe majori parti, intelligi debet de majori & ſaniori, quia major pars dicitur quæ majori ratione & pietate nititur, c. *Sana quippe,* 9. *diſt.* cum concord. de quibus hic per gloſſ. *in ver. Rationabiliter.* Non enim, ut inquit Hoſtien. *in princ.* quæ major pars eſt ſemper ſanior eſt; ſed quæ ſanior eſt ſemper major reputatur. Et ſecundùm Abb. *in* 1. *notab. num.* 3. Non ſufficit, ut major pars univerſitatis decernat, niſi etiam illa ſit ſa-
4 nior, ut *hic.* In dubio tamen major pars cenſetur etiam ſanior, quia præſumitur pro pluralitate, cap. *Nullus,* 61. *diſt.* niſi contrarium probetur, ut hic patet, Et in cap. *Illud,* 23. *diſt.* Secundùm gloſſ. præal-
5 leg. Regulare enim eſt ut majori parti ſtetur in omni diſpoſitione univerſitatis, & tractatu ipſius, in authoritatibus Sanctorum, in promulgatione ſententiarum, & ſtatutorum, in datione tutorum & creatione Canonicorum & Prælatorum, in remiſſione facienda à creditoribus, & ſimilibus, ut poſt



poſt Tancredum, Goffredum, & Philippum di-
6 cunt Hoſtien. *num.* 4. & Joan. Andr. *num.* 11. Et intellige prædictam regulam, dummodo pars major fuerit præſens, dum actus gerebatur; ſecus ſi fuerit abſens, & contempta, ut ſi vocata non fuiſſet eo caſu, quo vocari debuiſſet, quia tunc contemptus non ſolùm minoris partis, ſed unius tantùm, reddit invalidum quod geſtum eſt à majori parte, c. *Quod ſicut, ſupra de elect.* ſecundùm Anton. de Butr. *hic num.* 2. Petr. de Anchar. *nu.* 2. & Imol. *nu.* 1. Quinimò contemptus ſi ſuum contemptum proſequatur, plus juris habet ad annullandam ordinationem, ſeu proviſionem majoris partis, quàm haberent plures præſentes, & contradicentes, Oldrad. *conſ.* 64. *Quodam Canonico contempto,* & vide Angel. *conſil.* 269. *Punctus eſt.*

7 Secundò nota in verſ. *Niſi, &c.* exceptionem à prædicta regula, ut ſcilicet non procedat ſi à minori parte aliquid rationabile objiciatur contra ordinationem majoris partis univerſitatis, quia tunc quoad effectum impedietur, quia revocabitur poſteaquam de veritate objectæ exceptionis legitimè conſtiterit: non enim ſufficit opponere niſi objectum probetur coram ſuperiore, ut patet ex littera ibi, *objectum fuerit, & oſtenſum,* Innoc. *num.* 3. *verſ. Sed eſt ſuo,* & *num.* 4. Butr. *num.* 2. & 3. Anchar. *num.* 3. Imol. *num.* 1. & Abb. *num.* 5. & facit quod not. in l. 1. *ff. Si quadrupes pauper. feciſſ. dicatur,* & in Clement. 1. *de reſtit. in integr.* Cæterum tam regula ſuperius propoſita, quam exceptio procedunt in actibus univerſitatum, prout loquitur hæc Decretalis, & ſic in his, quæ competunt pluribus, ut univerſis; Secus autem eſt in his, quæ competunt pluribus, ut ſingulis, quia tunc unius tantùm contradictio habet actum vitiare, ut fuſius dicam in *ſeq. quæſt.*

8 Ex facto quæſitum eſt, An jus paſcendi, quod habent clerici, & laici in Diœceſi Caputaquenſi, locari poſſit ab univerſitate Clericis contradicentibus.

9 Videtur reſpondendum non poſſe. Primò, quia cùm jus paſcendi ſit commune pluribus ut ſingulis, non ut univerſis, ex rationibus adductis à Capic. *deciſ.* 152. incip. *univerſitas, ſub num.* 5. *verſ. Dubium modo ſtat an hoc territorium,* & Surd. *conſ.* 65.
10 *num.* 7. *vol.* 1. major pars univerſitatis non poteſt de eo ſtatuere niſi omnes conſentiant ſive clerici, ſive laici, gloſ. communiter approbata in c. *Cùm omnes, in ver. Conſtitutum, verſ. Sed numquid eſt verum, de conſtit.* Atque ita ob hanc rationem Capic. d. *deciſ.* 151. videtur concludere univerſitatem non potuiſſe aliquibus contradicentibus ſtatuere, ut deinceps non liceret cuiquam uti jure paſcendi, niſi ſoluta certa pecunia in communes neceſſita-
11 tes eroganda. Hanc eamdem opinionem, id eſt, majorem partem univerſitatis non poſſe aliquibus contradicentibus ſtatuere de paſcuis, ſed neceſſarium eſſe omnium conſenſum, quia agitur de re communi pluribus ut ſingulis, tenent Cagnol. in l. 2. *in princ.* §. *fin. nu.* 145. *verſ. Et ſimiliter, de orig. jur.* Covarr. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. *verſ. Sic rector civitatis,* & Surd. *conſ.* 65. *per tot. col.* 1. ubi etiam citat Jaſ. *conſ.* 71. *col.* 2. *verſ. Ne iſta caſa, vol.* 3.
12 Quod enim major pars poſſit ſtatuere in damnum minoris, procedit in rebus, & negotiis univerſitatis, quæ ſunt communia pluribus ut univerſis, l. *Quod major,* atque ibi gloſſ. & Bart. *ff. ad munic.* p. *Goffred. in c.* 1. *in ver. Tractatum, de reb. Eccleſ. non alienan.*
13 *lib.* 6. In aliis verò unius diſſenſus poteſt actum impedire, c. *fin. ubi not. de major. & obed.* c. *Quod omnes,* atque ibi declarat Dyn. *de reg. jur. in* 6. Jo. Andr. in cap. *unico, de rer. permutat. eod. lib.* gloſſ. in cap. *Quia propter, in ver. Vice omnium ſupra de elect.* & tradunt omnes in d. c. *Cùm omnes.*

14 Secundò, quia etſi jus paſcendi competeret pluribus, ut univerſis, cùm tamen commodum à ſingulis percipiatur, præferuntur qui nemoribus, & paſcuis uti volunt ad uſum deſtinatum, licet major pars contradicat. Sic probat text. in l. *Civitatibus, ff. de legat.* 1. Atque ita in terminis per hanc rationem reſpondit Ripa *reſponſ.* 5. incip. *Antique ſub tit. de juriſdict. & imper. alias reſpon.* 93. *ſeu* 22. *lib.* 1. ubi pluribus probat univerſitatem non poſ-
15 ſe prohibere ne incolæ utantur paſcuis juxta conſuetudinem, & eſſe deferendum appellationi ſuper hoc interpoſitæ ab aliquibus, non obſtante ordinatione, & ſtatuto majoris partis, & ibi etiam oſtendit ſtatutum hujuſmodi eſſe iniquum, & ir-
16 rationabile cùm alias ob cauſas, tum quia iniquum eſt ut quis non poſſit uti re communi ad uſum deſtinatum, l. 1. *C. de paſc. publ. lib.* 10. l. *Arboribus,* §. *Navis ff. de uſufr.* l. *Si ædes ff. commun. divid.* cum concord. Ripam refert, & ſequitur Surd. *conſ.* 59. *Dubitari non poteſt, ſub n.* 21. *verſ. Circumſcripta etiam ſuperioritate,* & *conſ.* 65. *per tot. vol.* 1.

17 Tertiò etſi jus paſcendi eſſet commune pluribus ut univerſis, & major pars poſſet de eo abſolutè ſtatuere; id tamen haberet locum quoad eos tantùm, qui pares eſſent, vel inferiores; quia ſuperior lege inferioris non ligatur, c. *Venientes, de jurejur.* c. *Inferior,* 21. *diſt.* c. *Cùm inferior, de major. & obed.* Clem. *Ne Romani de elect.* & verba ſtatuentium non referuntur ad perſonas non ſuppoſitas, c. *A nobis, il primo de ſent. excomm.* c. *Vt animarum de Conſt. lib.* 6. Qua ratione quidquid contra videatur dixiſſe Vincent. de Franch. *deciſ.* 197. *univerſitas Lapigii per totam.* Sentiens univerſitatem poſſe ven-
18 dere jus paſcendi etiam contradicente Barone, qui ſe primum civem profitebatur. Surd. *d. conſ.* 59 *n.* 15. & 16. Conſuluit univerſitatem quamvis poſſit ſtatuere circa ea, quæ concernunt adminiſtrationem rerum ſuarum; & prohibere ne cives, & incolæ uti poſſint nemoribus & paſcuis; hac tamẽ illius prohibitione non ligari Comitem loci dominum temporalem, qui licet tanquam civis habeat jus paſcendi, non afficitur tamen populi ordinatione, quia ſtatuta inferioris non limitant juriſdictionem ſuperioris, ut ait Bald. *in authen. ſed novo jure n.* 8. *in fin. C. de ſerv. fugit.*

19 Quamobrem cùm clerici ſint ſuperiores laicis, & exempti ab eorum juriſdictione, cap. *Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit.* cum concord. locatio univerſitatis non obſtabit ipſis quo minus uti poſſint jure paſcendi conſuetudine acquiſito. De quo eſt aperta deciſio Abb. *in conſ.* 6. *part.* 1. incip. *Caſus ſuper quo petitur,* & licet perperam pro contraria parte allegetur; ibi enim in prima parte concludit, ſi
20 paſcua ſint communitatis laicorum, Clericos, qui volunt animalia ſua mittere ad illa loca communitatis, teneri ſolvere onus impoſitum ex ſtatutis ipſius univerſitatis, quia non dicitur hoc caſu Communitas legem imponere clericis, quibus jus paſcendi non competit, ſed vendere uſumfructum rerum ſuarum, quibus ſi clerici uti velint, æquum eſt, ut etiam ſubeant onera iiſdem rebus incumbentia, & hic non eſt caſus noſter, quia Abb. ibi ſup-

ſupponit clericos jus paſcendi non habere. Deinde *ſub.n.2.* (Si verò (inquit) iſta loca paſturæ fuiſſent ad uſum communitatis clericorum, & laicorum, & ſi forent communia clericis & laicis, (ut in caſu præmiſſo) tunc non teneretur clericus, &c. quia per ſtatuta laicorum non tenentur clerici ſolvere, tum quia ſtatuta laicorum non afficiunt clericos, tum quia in rebus communibus non poſſent ſoli laici conſtituere in præjudicium aliorum jus in rebus habentium. Quare quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, &c. tum quia in re communi potior eſt conditio prohibentis, & par in parem non habet imperium.) Hæc ille.

Non obſtat quod Maſtrill. *deciſ.49.vol.1.* contrarium ſenſerit; nam nullis ducitur authoritatibus, & ejus rationes ſunt leviſſimæ: movetur enim potiſſimum, quia cùm clerici ſint membra Reipublicæ, & veniunt univerſitatis appellatione, ſubduntur & ipſi ſtatutis laicorum in materia ad univerſitatem pertinente.

22 Quod tamen non admittitur à Canoniſtis: nam eſto tam clerici, quàm laici ſint myſtici corporis Eccleſiæ membra; tamen Deus juriſdictiones diſtinxit, & clericos non legibus & poteſtatibus ſæcularibus ſed Eccleſiaſticis tantùm voluit eſſe ſubjectos. *c.Si imperator*, ubi Turrecrem, & Præpoſ. notant *96.diſt.* cap. *Quamquam de cenſ.in 6.* d.c. *Eccleſia S.Mariæ, de Conſtit.* c. *Quoniam, & per totam, 10. diſt.* Pulchrè Oldrad. *conſ.83.* incip. *An Epiſcopus, per tot.* Goffred. Abb. & Felin in c. *2. de foro compet.* Sunt enim clerici membra honorabilia Reipublicæ, ut inquit Bald. *conſ.241. Verba Capituli, in fine lib.3.* & dicuntur magis non ſubditi, quam alii non ſubditi laici, ſecundùm Signorol. *conſ. 21. Statuta civitatis, col.2.* & Dec. in d.c. *Eccleſia S.Mariæ, n.224.* Argumentum autem Maſtrilli hanc clericorum

23 exemptionē radicitus convellit. Nec refert quod ſtatutum aliàs ſit ex ſe honeſtum & rationabile, quia ad validitatem ſtatuti nedum requiritur honeſta & rationabilis cauſa, ſed etiam authoritas, & juriſdictio, quam laici in clericos non habent, Bald. in l.1. *C.de Summa Trin. & fide Cathol.* & docent in d.c. *Eccleſia S.Mariæ*, Felin. *n.81.* & Dec. *nu.53.* Socin. jun. *conſ.8.n.22.vol.4.* Covarr. *pract.quæſt.ca.8.n.5.* & Burſ. *conſ.93. n. 22. lib.1.* ubi teſtatur de

24 magis communi opinione. Quod procedit etiam ſi ſtatutum ſit generaliter conceptum, nec ſpecialiter diſponat de clericis, quia licet verba cautè dirigantur in ſubditos, tamen cùm clerici ex locatione graventur, non eſt curandum cum quo quis loquatur, ſed quò dirigatur intentio. Ita Alexan. *conſ.211.num.12.lib.1.* poſt Anchar. *in repet.c. Canonum ſtatuta, 2. quæſt. in princ. verſ. Ego quæro, de Conſt.* Eſt autem ordinatio Univerſitatis contra

25 communitatem Eccleſiaſticam, quia tollit clericis jus paſcendi ex conſuetudine acquiſitum, quod fieri non poteſt, ut conſiderat Anchar. *conſ.155. in princ.* & Jo.Baptiſta Laderch. *in conſ. ſuo 103. nu. 11. vol.1.*

26 Præſertim quia id videtur ſtudioſè factum fuiſſe in odium clericorum. Quo caſu ſtatutum non valeret etiamſi odium redundaret in perſonam ſubditam, ſecundùm Bart. in l. *Omnes populi, n.53. de juſt. & jure.* Felin. in d.c. *Cùm omnes, nu.1. & 2.* & in terminis juris paſcendi obſervat Surd. *conſ.59. ſub n.26. verſ. Ex alio etiam.*

# DE REBVS ECCLESIÆ non alienandis.

## Cap. Nulli.

### SVMMARIVM.

1 Res Eccleſiarum immobiles, & pretioſæ mobiles alienari non debent, & num.2.
2 Nullius eſt verbum univerſale negativum.
3 Alienatio bonorum Eccleſiæ per canones prohibetur quibuſcumque clericis, & multo magis laicis & n.5.
4 Clerici omnes dici poſſunt Sacerdotes.
6 In concernentibus animam omnes homines de mundo ſunt de foro Eccleſiæ.
7 Alienatio bonorum Eccleſiæ requirit cauſam & ſolemnitatem, n.13.
8 Et cauſæ alienationis quæ ſint.
9 Alienatio bonorum Eccleſiæ, quam ſolemnitatem requirat, & an ſufficiat ſolemnitas introducta de conſuetudine, & n.11.
10 Conſuetudo aliquid addens ſolemnitati à jure requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ, valida eſt, ſi ſit Eccleſiæ utilis.
11 Decretum judicis in alienatione rerum Eccleſiæ non requiritur, ſed ſufficit cauſæ cognitio.
12 Alienatio rerum Eccleſiæ etiam cum cauſa, & ſolemnitate poſt Extravag. Pauli II. fieri non poteſt Papa inconſulto, & n.ſeqq. uſque ad n.19.
Fallit in 5. caſibus, ut n.19 uſq. ad n.29.
13 Intellectus Extravag. Ambitioſæ, de reb. Eccleſiæ non alien. & nu.ſeqq. uſq. ad n.18. & 21.
14 Clauſula in medio poſita refertur ad proxima, non autem ad omnia præcedentia.
15 Clauſ. in fine poſita refertur ad omnia præcedentia.
16 Emphyteuſis contractus de bonis Eccleſiæ poteſt fieri ſine beneplacito Apoſtolico, ſi tres conditiones concurrant.
17 Tunc, dictio denotat extremitatem temporis.
20 Feudalia bona Eccleſiæ poſſunt infeudari non obſtante juramento de non alienando Papa inconſulto.
22 Fructus, & bona Eccleſiæ, quæ ſervando ſervari non poſſunt, licitè alienantur ſine beneplacito Apoſtolico.
23 Et talia dicuntur quæ non durant triennio, vel uſu conſummantur, & non fructificant.
24 Terrulæ, vel vineolæ Eccleſiæ alienari poſſunt de conſenſu Epiſcopi tribus concurrentibus.
25 Cap. Terrulas 12.q.2. non fuit ſublatum per Conſtitutionem Pauli II. nec per Conc. Trid.
26 Terræ exigui valoris quæ dicantur adhoc ut alienari poſſint ſine beneplacito Apoſtolico.
27 Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum, quæ fit ex neceſſitate, juris non requirit ſolemnitatem.
28 Fratres Minores alienare poſſunt ſine ſolemnitate bona immobilia eis legata ſub modo licito, vel ſimpliciter.
29 Alienatio, & ſpecialis hypotheca differunt.
30 Hypotheca ſpecialis bonorum Eccleſiæ eſt prohibita. Et quid in hypotheca generali, ibidem.
31 Hypotheca generalis bonorum Eccleſiæ in caſu permiſſo an fieri poſſit ſine auctoritate Epiſc. & n.32.
32 Congregationis Concilii Decretum de rebus Regularium non alienandis non comprehendit generalem hypothecam.

33.Hy-



33 Hypotheca in quo differat à pignore.
34 Alienationis verbo quæ contineantur.
35 Alienationis verbum largè ſumitur, quando lex, teſtator, vel pactio prohibet alienari.
36 Alienatio ſtrictè accipitur pro eo contractu, quo transfertur dominium.
37 Contractus conditionis dicitur ubi prædium conſtituitur tributarium.
38 Prædium conditionale quod dicatur.
39 Locare, & conducere an, & quando ſit alienare.
40 Locatio perpetua quando dicatur.
41 Conductio ad non modicum tempus dicitur quando excedit decennium, vel eſt ad decennium.
42 Locatio & conductio bonorum Eccleſiæ poſt Extravagantem Pauli II. fieri non poteſt ultra triennium.
43 Et triennium computari debet ex tribus fructuum collectionibus.
44 Alienantes bona immobilia Eccleſiarum quas pœnas incurrant, & n.46.
Conſtitutio Leonina quæ dicatur. ibidem.
45 Lex civilis canonizata, ſeu inſerta canoni dicitur lex canonica.
46 Alienationis contractus ſi ſit Eccleſiæ utilis poteſt per eam ratificari, nec ab illo receditur niſi Eccleſia volente.

1 NULLA Res Eccleſiarum alienari non debent. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardinal. Anchar. Imola, Abbas, Jo. de Anania, Barbatia, Guidopap. & Bero. Sed poſt verſ. *Res*, addendum videtur *immobiles*, prout loquitur iſta littera; nam res mobiles alienari non prohibentur, ut l. *Lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* & l. *Inter omnes, C. de prædiis minorum*, ſecùndùm Innoc. *hic poſt princip. in ver. Immobilem* niſi ſint pretioſæ, ut d.l. *Lex quæ*, cap. *Quod ſicut*, §. *final. ſupra de elect.* c. *1. infra de pignoribus.* Extravag. *Ambitioſæ*, ibi, *Pretioſa mobilia Deo dicata, de rebus Eccleſ. non alien.* & hic notat Hoſt. *num.1. circa fin. in ver. Immobilem.* Dividitur in tres partes. In prima alienationis prohibitio. In ſecunda quid ſit alienatio. In tertia pœnæ impoſitio. Secunda ibi, *alienationis*. Tertia ibi, *Unde omnes*, Hoſt.

2 Nota primò ex princ. textus regulam negativam, quod rem Eccleſiæ immobilem nemini licet alienare, Abb. *hic in primo not.* & Guidopap. *in ſum. textus*, & Bero. *numer.2.* traditur n. hic regula per verbum *Nulli*, quod eſt univerſale negativum, gloſſ. in cap. *Statutum*, §. *Inſuper, in ver. Nullum*, & *in ver. Qualitercumque, de reſcript. lib.6.* gloſſ.2. in cap. *Nemo poteſt, de reg. jur. eod. lib.* Gemin. *conſ.35.*

3 *Præclariori, num.4. & 5.* Quare hæc prohibitio ſit clerico cuicumque majori, medio, & minimo, ſecundùm Hoſt. *hic in princ. in ver. Nulli*, Joan. Andr.

4 *num.1 in eod. ver.* & Cardin. *in primo not.* Nec obſtat littera ibi, *Sacerdotes*, id eſt Prælati; quoniam clerici omnes dici poſſunt Sacerdotes, ut cap.2. *ſupra de cohabit. cler. & mulier.* ſecundùm Abb. Antiquum

5 *hic circa finem in ver. Sacerdotes*. Rurſus hæc prohibitio multò magis ſit laicis, ut cap.2. *ſupra eod.* ſecundùm Hoſt. & Joan. Andr. *ubi ſupra*, & Bero. *num.2. verſ. Ex quibus infero*, idque tum ratione rerum Eccleſiæ, quæ ſunt ſub juriſdictione Papæ, & Eccleſiæ ſecundùm ea, quæ leguntur & notantur in cap.1. *de nov. oper. nunt.* in cap. *Eccleſia S. Ma-*

6 *riæ* & cap. *Quæ in Eccleſiarum de Conſtitut. arg. c. 2. de foro compet.* tum etiam ratione peccati, ex his, quæ habentur in cap. *ult. de præſcript.* & notat gloſ. in Clementina *Paſtoralis, in ver. Fidelitatem de re judicat.* nam in concernentibus animam omnes homines de mundo ſunt de foro Eccleſiæ, ut inquit Innoc. in c. *Quod ſuper his n.4. de vot.* & Bero, *hic num.5.* laici enim etiam cum cauſa res Eccleſiæ alienantes mortaliter peccant, aliàs perperam excommunicarentur in cap.2. *ſupra eod.* cum excommunicatio non feratur niſi pro culpa mortali, ut cap. *Nemo Epiſcoporum cum ſua gloſſ. 11.q.3.* & hic obſervat Bero. *num. 4.* De Papa autem ſine cauſa res Eccleſiæ alienante vide hic per eundem Bero, *num.5. & ſeqq.* & latiſſimè per Bellam. in cap. *Non liceat Papæ, 12.q.2.*

7 Limitatur regula ſuperiùs propoſita, niſi alienatio fiat ex cauſa neceſſitatis, & cum juris ſolemnitate, cap. *Sine except. 12.quæſt.2.* cap. *Et hoc jus, 10 qu.2.* & hanc ſolam cauſam excipiunt gloſſ. 1. & Innoc. *in princ.* ſed certè multò plures debuiſſent excipere, quas hic enumerat Hoſt. *n.1.* & Jo. Andr. *n.5.* & ante eos Petr. de Sampſone. & Abb. Antiquus in c. *penult. nu.2. infra eod.* Alia enim cauſa eſt neceſſitatis, ut ſi debita urgeant Eccleſiam, nec poſſit de fructibus ſatisfieri, c. *Hoc jus, 10.q.2.* Alia eſt pietatis pro redimendis captivis, ut c. *Sacrorum* cap. *Aurum*, & c. *Gloria, 12.q.2.* cap. *1. infra de pignor.* Alia utilitatis; nam poteſt unam rem alienare, ut habeat aliam meliorem, d.c. *Sine except.* & c. *Vt ſuper*, §. *final. infra eod.* Alia eſt æquitatis, ut cùm res Eccleſiæ conceduntur ei, qui illas ad culturam reduxit, c. *Ad aures, infra eod.* vel cum manumittitur ſervus Eccleſiæ de ipſa benemeritus, c. *Si quos de ſervis, 12.q.2.* Alia eſt incommoditatis, ſeu minoris utilitatis, ut quia res alienanda eſt magis damnoſa Eccleſiæ, quàm utilis, veluti cùm alienantur terrulæ, vel vineolæ inculæ; aut longè poſitæ, c. *Terrulas, ead. cauſ. & quæſt.* Alia demum eſt damni vitandi, ut in rebus quæ ſervando ſervari non poſſunt, l. *Lex quæ tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* l. *fin. C. Quando decreto opus non eſt.* Et ita in univerſum ſex cauſæ numerantur, ex quibus res Eccleſiæ licitè alienari poſſunt. Sed gloſſ. *in Summa, 12.q.2.* & Abbas *hic num. 4.* numerant quatuor dumtaxat nempè neceſſitatis, utilitatis, pietatis & incommoditatis, putantque alias omnes ad iſtas eſſe reducibiles. Sunt tamen qui numerant multò plures, & in ſpecie Benedictus Canopilus in repetit. Extravag. *Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alien. à n.43. uſq. ad n.88. vol.6. Repetent. fol. 36.* coacervavit caſus quinquaginta ſex in quibus res Eccleſiæ poſſunt alienari, & fallit regula illius Extravag. ſecundùm eum.

9 Similiter quoad ſolemnitatem ſervandam in alienatione bonorum Eccleſiæ, gloſſ. 1. hic non meminit niſi de ſolemnitate juris, de qua in *Auth. Hoc jus porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* quæ eſt canonizata, in cap. *Ea enim*, §. *Hoc jus, 10.qu.2.* ſed Goffredus hic dicit ſolemnitatem illam non ſervari, & ſatis eſſe ſervare ſolemnitatem requiſitam ſecundùm conſuetudinem loci, & eod. modo Innocentius *hic in princ.* dicit eſſe attendendam ſolemnitatem, quæ in Eccleſia illa per conſuetudinem introducta eſt, licet ſit præter jus, dummodo tamen non ſit aliàs gravis, quia tunc obſtaret cap. *Cum cauſa, ſupra de re judicata.*

Verùm huic opinioni contradicit Hoſtien. *hic num.1. poſt med. verſ. Et quamvis Goffredus* dicens eam apertè reprobari in cap.1. *infra eod. lib.6.* Et ſic putat

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tat conſuetudinem non poſſe aliquid operari in tollendo ſolemnitates à jure requiſitas in alienatione bonorum Eccleſiæ.

Sed Joan. Andr. *hic num.* 5. per id, quod habetur in d. cap. 1. *infra eod. lib. 6.* & in cap. 1. *in fine ſupra de conſuetud.* finaliter concludit, quod ſi quæratur an conſuetudo poſſit tollere ſolemnitatem Auth. Hoc jus porrectum, dicendum eſt poſſe, quia illa ſolemnitas fuit introducta à jure civili, & ideo conſuetudo poteſt ei detrahere, l. *De quibus, ff. de legibus.* Si autem quæratur de ſolemnitate requiſita per c. *Sine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. tunc conſuetudo illi detrahere non poteſt, quia alias eſſet Eccleſiæ nimis gravis, & contra ipſius utilitatem, ut d. cap.
10 1. *de conſuetud.* Paretur tamen Joan. Andr. quod ſi conſuetudo aliquid adderet ſolemnitati, de qua in d. cap. *Sine exceptione*, tunc conſuetudo valeret ſi cederet in utilitatem ipſius Eccleſiæ allegat cap. *Super his* cum ibi notatis per eum *infra de Conſanguinit. & affinit.* & quod notatur in cap. *Ioannes de cleric. conjugat. lib. 6.* & cum hac diſtinctione Joann. Andr. tranſeunt *hic* Butr. *numer.* 9. *verſ. Ioan. Andr. dicit*, Cardin. *numer.* 4. & communiter DD. ut teſtatur Abbas *numer.* 6. *verſ. Ioan. Andr. dicit*, & ita ſecundum DD. non valet conſuetudo contra
11 ſolemnitatem, cap. *Sine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. Debet ergo præcedere tractatus, item debet intervenire authoritas ſuperioris, conſenſus Capituli, & ſubſcriptio clericorum, non tamen requiritur decretum judicis, ſed ſufficit cauſæ cognitio, alias alienatio non teneret, prout prædicta notantur per Abbatem *hic num.* 6. *verſ. Et nota iſtum textum.* Item ſecundùm Hoſtien. *num.* 1. in alienandis rebus monaſteriorum requiritur conſenſus Diœceſani ut notatur in c. 1. *ſupra eod.* In rebus verò Eccleſiæ Parochialis non ſufficit conſenſus Epiſcopi, niſi & Rector conſentiat, ut notatur in eodem cap. Conſuetudo igitur his ſolemnitatibus detrahens non valet, cùm ſit Eccleſiæ oneroſa, quod procedit de plano poſt Bullam Urbani VIII. incipien. *Romanus Pontifex*, qua improbantur quæcumque conſuetudines Eccleſiis, earumque bonis præjudiciales, ut dixi in cap. *Conſuetudines*, fere per totum, & præſertim à *n.* 59. *uſque ad num.* 81. *ſupra de conſuetud.*

12 Verùm hodie nemini licet etiam cum cauſa, & juris ſolemnitate alienare res Eccleſiæ immobiles, vel quæ inter immobiles computantur, inconſulto Romano Pontifice, quia in Extravagante *Ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienandis*, Paulus II. prohibet omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum (ſcilicet immobilium, & pretioſorum mobilium, de quibus ſupra in proœmio) alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, (ſcilicet ſpecialem) locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à jure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis; & tunc Eccleſiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis quæ ſervando ſervari poſſunt pro inſtantis temporis exigentia: & innovat decreta, & Conſtitutiones Prædeceſſorum ſuper hoc editas; Alienationes, hypothecas, conceſſiones, locationes, conductiones, & infeudationes irritat, & contravenientibus pœnas imponit, de quibus dicam infra *num.* 44. Quare per dictam Extravag. omnis alienandi modus etiam in caſu licito, & ſervatis juris ſolemnitatibus, regulariter prohibetur, Papa inconſulto.

13 Sed dices: In eadem Extravag. apponitur exceptio illa: Præterquam in caſibus in jure permiſſis. Sed in jure permiſſum eſt, ut ob evidentem Eccleſiæ utilitatem, & ob alias cauſas ſuperius memoratas *num.* 8. ac ſervata juris ſolemnitate fieri poſſit alienatio bonorum Eccleſiaſticorum, ut patet in juribus ſupracitatis, *num.* 7. & hic notant gloſſ. 1. Innoc. *in princ.* & communiter Doctores: plene Oldrad. *conſ.* 226. *quidam Epiſcopus*, Cardin. Seraph. *deciſ.* 508. *num.* 1. & *deciſ.* 1490. *num.* 1. Ergo etiam poſt dictam Extravag. licebit res Eccleſiæ alienare in caſu licito, & cum debita ſolemnitate, ſicut licebat per antiquiores Canones. Et augetur difficultas ex verbis, quæ habentur in prædicta Extravag. ibi (Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innovamus, in ſuo nihilominus robore manſuris.) Quæ oſtendunt Papam noluiſſe antiquis Canonibus derogare, nec credendum eſt Romanum Pontificem, qui jura tuetur, ſolemnitates multis vigiliis & laboribus excogitatas uno verbo ſubvertere voluiſſe, l. *Si quando, C. de inoffic. teſtamen.* cap. *Eccleſia veſtra, il ſecundo, verſ. Neque enim credendum, ſupra de elect.*

14 Verum huic difficultati reſponderi poteſt, clauſulam illam, *Præterquam in caſibus à jure permiſſis*, eſſe referendam ad emphyteuſim dumtaxat, non autem ad præcedentia, quod apertè oſtenditur triplici conſideratione. Prima eſt, quia eſt poſita in medio duorum capitulorum, quæ de emphyteuſi loquuntur, & conſequenter referri debet ad ſolum contractum emphyteuticum, non autem ad omnia præcedentia, ſecundùm theoricam Bart. in l. *Talis ſcriptura*, §. *Hanc autem, num.* 3. *ff. de legat.* 1. quam refert & ſequitur Abb. *conſ.* 75. *Illud de jure, col.* 2. *circa finem, verſ.* 2. *hoc videtur, lib.* 2. Socin. Senior. *conſ.* 156. *pro fundamento, num.* 15. *verſ. Ad ultimum. lib.* 2. & ſic verba illa, *Præterquam* &c. non limitant regulam de non alienando, ſed ſolum limitant regulam de non emphyteuticando. Secunda conſideratio eſt, quia dum ille textus permittit conceſſionem emphyteuticam de bonis in emphyteuſim concedi ſolitis, addit illa verba: *& tunc Eccleſiarum evidenti utilitate*, quæ verba fuiſſent ſuperflua, ſi exceptio illa præterquam in caſibus in jure permiſſis eſſet referenda ad omnem ſpeciem alienationis, quia cauſa evidentis utilitatis eſt unus ex caſibus permiſſis in jure, ut cap. *Sine exceptione*, 12. *qu.* 2. cum ſimilibus. Tertia conſideratio eſt, quia ſi in omnibus caſibus in jure permiſſis liceret alienare, dicta Extravagans nihil operaretur, & fruſtra occuparet membranas, contra id, quod legitur ſupra in proœmio, §. *Sane neque occurriſſet abuſibus*, qui narrantur in proœmio ipſius Conſtitutionis. Nec obſtat, quod
15 exceptio, quæ poſtea ſubſequitur ibi, *Ac de fructibus & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt*, non reſtringatur ad ſolam emphyteuſim: nam reſpondetur id contingere, quia hæc clauſula non eſt poſita in medio, ſed in fine; & ideo refertur ad omnia præcedentia d. l. *Talis ſcriptura, in fin. cum leg. ſeq. ff. de legat.* 1. cap. *Secundò requiris, ſupra de Appellat.* Bart. *conſ.* 54. Angelus Mar. *numer.* 3. *verſ. Clauſula, lib.* 1. Petr. de Anchar. *conſ.* 68. *ſub-*





16 *tiliter num.* 1. Unde ſenſus Extravagantis eſt, ut contractus emphyteuticus bonorum eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico licitè fieri poſſit, ſi tres conditiones concurrant. Prima eſt ut ſit de caſibus in jure permiſſis. Secunda, ut ſit de bonis ab antiquo in emphyteuſim dari ſolitis. Tertia, ut ſubſit evidens eccleſiæ utilitas de tempore contractus, ponderando dictionem, *tunc*, quæ denotat tẽporis extremitatem, l. 1. *in princ.* & ibi gloſ. *in ver. Tunc*, & communiter ſcribentes, *ff. de liber. & poſthum.* l. 4. §. *final.* ubi gloſ. & Bart. *ff. de condit. & demonſtrat.* & in puncto cenſuit Rota coram Cardin. Seraph. *deciſ.* 567. & *deciſ.* 1125. *n.* 5. Nec propterea verba illa *Præterquam in caſibus in jure permiſſis*, redduntur ſuperflua, quia poteſt contingere ut bona ſint ſolita in emphyteuſim concedi, & tamen non ſit permiſſum in jure, ut poſſint iterum emphyteuticari, veluti ſi à Prælato fuerint menſæ eccleſiæ incorporata, ut dixi in c. *Ex parte, n.* 8. *infra de feud.* Item non obſtat clauſula Præſervativa præcedentium conſtitutionum; quoniam cum fuerit poſita immediatè poſt prohibitionem alienationis debet referri ad conſtitutiones alias, quæ ſimiliter alienationem prohibent, ſicut etiam innuunt illa verba *prohibitionibus, & Decretis aliis ſuper hoc editis.* Et quatenus eſſet referenda generaliter ad omnes Conſtitutiones de hac materia loquentes, tamen hoc intelligendũ eſſet præterquam in his, quæ ipſi Extravag. adverſantur, arg. l. *Doli clauſula, ff. de verb. ſignif.*

18 Hæc igitur ſit regula, quod alienatio bonorum eccleſiæ immobilium, vel pretioſorum mobilium hodie prohibita eſt etiam cum cauſa, & ſolemnitate, ſine beneplacito Apoſtolico.

19 Fallit primò hæc regula in contractu emphyteutico concurrentibus tribus conditionibus, ut dixi ſupra, *n.* 16.

Fallit ſecundò in bonis eccleſiæ feudalibus ſeu ab antiquo in feudum dari ſolitis, poſſunt enim infeudari non obſtante juramento de non infeudando Romano pontifice inconſulto, ut eſt caſus in c. *Ex parte infra de feudis.* & ibi notant Bernardus poſt caſum, Innocentius *in princ.* & *ad finem, in ver. Concedas*, Abbas Antiq. *num.* 1. *in ver. De novo*, Hoſtien. *n.* 1. *in ver. Infeudare*, & *in ver. De novo*, Jo. Andr. *n.* 1. & reliqui omnes. Nec obſtat,
21 quod in prædicta extr. vag. *Ambitioſæ* pariformiter prohibeatur infeudatio, vel contractus emphyteuticus; tamen exceptio fiat tantummodo de bonis infeudalibus: nam reſpondetur contractum feudalem, & emphyteuticum eſſe ejuſdem naturæ, ut notat Speculator *in tit. de feudis*, §. *Quoniam ſuper h. magis, n.* 63. *ad finem; verſ. Nam intereſt etiam*, & ubi eſt eadem ratio, nec contrarium reperitur in jure expreſſum, deciſiones loquentes de feudis vendicant etiam ſibi locum in emphyteuſi, & è converſo ſecundum commun. opinionem, de qua teſtatur Soc. Senior. in *conſ.* 167. *Non inutilis quæſtio, n.* 24. *lib.* 2. & ſcripſi plenius in c. 1. *n.* 9. 13. & *ſeqq. infra de feud.* & ita exceptio, de qua in prædicta Extravag. *Ambitioſæ*, quamvis videatur reſtricta ad emphyteuſim, tamẽ procedit etiam in feudo, non per viam extenſionis, ſed comprehenſionis, cum utroque caſu ſit eadẽ ratio, & quod ſtatuitur in dicta Extravag. de bonis ſolitis emphyteuticari, ſit etiã à jure communi ſtatutũ de bonis ſolitis infeudari, ut in d. c. *Ex parte, de feudis*, & dictum eſt ſupra n. 20. Quando autem bona dicantur in feudum, vel emphyteuſim dari ſolita, dixi in prædicta Decretali *Ex parte, n.* 7. & 8.

22 Fallit tertiò in fructibus, & bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt pro inſtãtis temporis exigentia, quæ exceptio ſimiliter habetur in prællegata Extravagan. *Ambitioſæ*, concordantex. l. *Lex quæ tutores, C. de Admin. tutor.* & in l. ult. *C. quãdo decret.* opus non eſt; & hic notat gloſ. 2. & Hoſtien. *n.* 1. tales autem dicuntur res mobiles, quæ
23 non durant triennio, vel uſu conſumuntur, & non fructificant, arg. d. l. *Lex quæ tutores* §. *final. C. de adminiſtrat. Tutor.* c. *Veſtra infra de locato*, & declarant Rebuff. *in compendio alien. num.* 25. Redoanus *de rebus eccleſ. non alienan. quæſt.* 6. *num.* 29. Navar. *de alienat. rerum eccleſiaſticarum numero* 4.

24 Fallit quartò, in terrulis, & vineolis, quæ de conſenſu Epiſcopi alienari poſſunt ſine ſolemnitate ut c. *Terrulas*, 12. *quæſt.* 2. debent tamen tria copulativè concurrere: primò ſcilicet, ut res hujuſmodi ſint exigui valoris, ſecundò, ut ſint parũ eccleſiæ utiles, tertiò ut ſubſit neceſſitas alienandi, prout hæc tria colliguntur ex contextu d. c. *Terrulas*, & tradunt Hippolyt. de Marſil. *conſ.* 103. *n.* 23. & 24. Rebuff. *in compendio alienation. n.* 122. Redoanus *de rebus eccleſ. non alienand. quæſt.* 13. *n.* 39. & 51. *cap.* 8. & 20. *n.* 6. Card. Seraph. *deciſ.* 401. *n.* 3.

25 Porrò S. Congregatio Cardinalium Tridentini Concilii interpretum die 11. Januarii 1596. cenſuit neque Conſtitutionẽ Pauli II. neque Concilii Tridentini Decretum derogaſſe diſpoſitioni d. c. *Terrulas* 12. *quæſt.* 2. & iterum cum Epiſcopus Trivicanus quæſiverit, An ſtante decreto Cõcilii c. 11. *ſeſſ.* 25. & Extravag. quæ incipit *Ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alienan.* auctoritatem ſuam in alienationibus rerum eccleſiarum ad præſcriptũ c. *Terrulas* 12. *quæſt.* 2. interponere valeat: Sacra Congregatio cenſuit ex Conc. Trident. non fuiſſe derogatum facultati conceſſæ Epiſcopi per c. *Terrulas* 12. *quæſt.* 2.

26 Demum cum in Civitate, & Diœceſi Meſſanen. eſſent nonnulla pia legata parvi reditus, veluti arbor olivæ, aut domus, quæ ruinam minabatur, & ferè diruta, aut terrulæ, vel vineolæ, quarũ ferè nulli erant fructus, petiit Archiepiſcopus ſibi facultatem fieri hujuſmodi legata alienandi, & in evidentem Eccleſiæ utilitatẽ convertendi; necnon declarari ad quã uſque quantitatẽ ſibi liceret hujuſmodi parva legata abſque beneplacito Apoſtolico alienare die 14. Decembris 1613. Sac. Cõgregatio Concilii cenſuit c. *Terrulas*, 12. *q.* 2. non fuiſſe ſublatum per Extravag. Pauli II. quæ incipit *Ambitioſæ*. Cæterum ad quam uſque quantitatem liceat Epiſcopo alienare, petendum eſſe à jure communi. Sanè cum non ſit jure diffinitum quæ terrulæ, vel vineolæ dicantur exigui valoris, id totũ judicis arbitrio erit relinquẽdũ, arg. l. 1. *in fin. ff. de jure deliberan.* & c. *de Cauſis*, §. 1. *ſupra de offic. delegat.* & Judex arbitrium ſuum moderabitur inſpecta cõditione Eccleſiæ, an ſit tenuis, vel multum abundans, attenta qualitate temporis, locorum, & rerum, ſecundum ea, quæ tradit Abb. in cap. 1. *num.* 8. *ſupra de reſtitut. in integrum*, & in terminis dicti cap. *Terrulas* notat Benedictus Canophilus *in repetitione dictæ Extra-*

travag. *Ambitioſæ n. 46. de rebus Eccleſ. non alienan. vol. 6. Repeten. fol. 37.* & quamvis gloſ. in d. cap. *Terrulas, in ver. Exiguas,* dicat, illum textum fortè res exiguas vocare, quæ non excedunt valorem viginti ſolidorum, & cum gloſ. concordant Archid. in c. *Si quos, n. 2. & 3. 12. q. 2.* & Alciatus *conſ. 23. n. 6. & ſeq.* tamen S. Congregatio Concilii alias dixit quæ res dicantur exiguæ non eſſe tutum diffinire.

27 Fallit quintò, in alienatione neceſſaria, quæ
fit ex neceſſitate juris, eo quod jus præcipiat illam
fieri: in ea enim non requiritur ſolemnitas requi-
ſita in alienatione rerum Eccleſiæ, ſecus ſi fiat vo-
luntariè, licet ex cauſa neceſſitatis, vel utilita-
tis Eccleſiæ. Hæc eſt theorica Antonii de Butr. in
c. *Paſtoralis, n. 11. verſ. Et attendatis,* & Abbatis *ibi-
dem n. 5. ſupra de his, quæ ſiunt à Prælatu ſine conſ.
Capituli.* Quam theoricam ſervat Curia; ideoque
28 à S. Congregatione Concilii reſponſum eſt vale-
re legatum immobilium fratribus Minoribus
ſub modo licito, nempe ut vendant, & pretium
convertant in uſum fabricæ, vel Sacriſtiæ, & idē
ſi factum fuit ſimpliciter, quia ſub modo licito
factum intelligitur, ut c. *Exiit qui ſeminat, §. Ad hæc
quia fratribus, de ver. Significat. lib. 6.* nec in hujuſ-
modi alienatione opus eſt ſolemnitate, quia fit ex
regulæ præſcripto. Hoc ipſum tenent Decius in
c. *In præſentia n. 69. de Probat.* & Socin. *reg. 110. n. 3.*
29 Secundò nota ibi, *Specialis hypothecæ*, aliud eſ-
ſe alienare, aliud ſpecialis hypothecæ titulo ob-
ligare, prout hic notant Butr. *in 1. not.* & Imola,
*num. 2.*
30 Tertiò nota in eiſdem verbis, ſpecialem hy-
pothecam bonorum Eccleſiæ eſſe prohibitam, ut
in text. & notat Butr. *in 3. notab.* & ita intelligas
Extravag: *Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienand.*
ibi hypothecam, ſcilicet ſpecialem. Generalis er-
go hypotheca permittitur, ut hic probatur à con-
trario, & notat Aegidius relatus à Jo. Andr. *n. 1.
in ver. Specialis,* Jaſon. in l. *final. n. 78. C. de iure
emphyt.* Neguſantius *in tract. de Pignor. & hypoth.
in 2. membr. 2. partis, n. 28.* Alexander. Striaticus
*in repetit. d. Extravag. Ambitioſæ in 5. notab. vol. 6.
Repetent. fol. 27.*
Dicebat tamen Aegidius, & poſt eum Jo. Andr.
hic dicto *n. 1. in ver. Specialis,* & Anchar. *in 2. no-
tab.* pro utilitate eccleſiæ ſpecialem, & genera-
lem hypothecam eſſe permiſſam ſecundum Cano-
31 nes, c. *Ad noſtram, infra eod.* Sed ceſſante eccleſiæ
utilitate nec ſpecialem, nec generalem eſſe per-
miſſam. Fatentur tamen prout hic tangit Cardi-
nalis, *n. 2. in 3. opposit.* generalem hypothecam
in caſu permiſſo fieri poſſe ſine auctoritate Epi-
ſcopi, per l. *penult. C. de his, qui ven. ætat. impetr.*
ad quod facit etiam l. *finalis, C. quæ res pignor. obli-
gari poſſunt.* Ubi habetur generalem obligatio-
nem eſſe modici præjudicii, & quamvis, ut di-
cunt Ant. de Butr. *n. 6,* & Jo. de Imol. *n. 3.* non
videatur verum, quod poſſit fieri obligatio rei
eccleſiæ etiam generalis ſine auctoritate Epiſco-
pi, cum illa videatur etiā prohibita, per id, quod
habetur in §. *Si verò contigerit, in Authent. de alie-
nat. & emphyt.* tamen opinionem Aegidii ſequun-
tur magis communiter Doctores, ut teſtatur
Alex *in conſ. 118 in caſu, n. 20. in fin. cum ſeq. verſ.
Nec ad hoc obſtat, lib. 5.* eamque tenet etiam gloſ.
*in §. Nos igitur, in ver. Specialis, in auth. de non ali-
enandis,* & Abb. *hic n. 2.* dicens, prælatum con-
trahendo poſſe generaliter pro obſervantia con-
tractus obligare bona eccleſiæ ſine licentia Epi-
ſcopi per illum textum à contrario ſenſu: &
quidem jure optimo, quia cum hodie ex ſtylo ge-
neralis obligatio bonorum fieri conſueverit in
omni contractu, nimis grave eſſet ſi ſemper Epi-
ſcopus eſſet adeundus, & ſine illa vix reperiretur
qui vellet cum eccleſia contrahere, ut in ſimili
notat gloſ. in c. *Hoc jus, §. Et is creditor, in ver. Pro-
bat, 10. q. 2.* Nec obſtat textus in d. §. *Si verò con-
tigerit,* in quo Butr. & Imol, ſe fundant: nam ut
reſpondet Alex. *d. conſ. 118. num. 22. verſ. Nec
obſtat textus ibi,* & in §. *Hoc etiam, eod. tit.* loquitur
32 de ſpeciali pignore, non autem de generali. De-
mum hanc ſententiam probavit meo tempore S.
Congregatio Concilii in contractibus Regula-
rium: nam propoſito dubio, An in prohibitione
nuper edita de rebus Regularium non alienan-
dis comprehendatur generalis hypotheca necne?
S. Congregatio cenſuit non comprehendi, &
tamen prohibitio illa fuit concepta iiſdem ver-
bis, quibus utitur Paulus II. in d. Extravag. *Am-
bitioſæ.*
33 Differt autem hypotheca à pignore, quia hy-
potheca eſt obligatio rei immobilis, pignus rei
mobilis, quaſi à pugno, §. *Inter pignus. Inſtitut. de
action.* Gloſ. *hic in verb. Hypothecæ,* Hoſt, *num. 2.*
& Cardinal. *num. 4.* Item differt ſecundum Abb.
Antiq. *hic num. 1.* & Butr. *num. 6. in gloſ. 3.* quia
pignus dicitur cum rei obligatæ traditur poſſeſ-
ſio creditori, hypotheca cum non traditur, l. *Si
rem, §. Proprie pignus dicimus ff. de pignorat. act.*
34 Quartò, nota ibi, *Alienationis,* ſub hoc ver. Alie-
nationis quinque contineri, quæ hic recenſentur.
Primò ſcilicet conditionem, de qua dicetur infra
*n. 37.* Secundò, donationem. Tertiò, vendi-
tionem. Quartò, permutationem. Quintò, em-
phyteuſis perpetuum contractum: & quando di-
catur perpetuus, vide hic per Innoc. *circa fin. in
ver. Perpetuum.* Et hæc quinque Prælato hic in-
terdicuntur, ut notat Bernar. *in gloſ. penult. in fine.*
His adde textum, id eſt infeudationem, & ſepti-
mum id eſt locationem ultra triennium, & gene-
raliter omne pactū, per quod bonorum domini-
um transfertur, ut legitur in præallegata Ex-
travagante *Ambitioſæ de reb: eccleſ: non alienan:* Et
dominium intelligas tam directum, quam utile;
nam per contractum emphyteuticum, non trans-
fertur directum dominium, ſed utile, l. 1. *ff: Si
ager vectigal: vel emphyteutic: petat:* ut hic per
Butr: *in ult: not:* & Abb. *n. 3.* Unde Bero ſic ſum-
mat hanc Decretal. (Non licet immobilia ec-
cleſiæ aliquo titulo alienare, vel ſpeciali hypo-
theca obligare, & contrafaciens punietur ſecun-
dum Leoninæ Conſtitutionis pœnas: & alienati-
onis appellatione continetur actus, per quem do-
minium etiam utile transfertur.) Et ita alienati-
onis verbum hic latiſſimè accipitur. Sic in l. *San-
cimus C: de reb: eccleſ. alienan: vel non,* & in *Authent:
de non alienan reb. eccleſ: §. Nos igitur. collat: 2.* &
hic notat gloſ. *in ver: Alienationis.* Innocen. poſt
35 *principium in eod: ver:* Hoſt. *num: 3.* & Joan. Andr.
*n. 7.* qui poſt Aegidium ſubdit alienationis verbū
largè ſumi in tribus caſibus, videlicet quādo lex,
teſtator, vel actio prohibet alienari, ut l. *Plebs, §.
Pignus, ff: de ver: ſignif:* ſequitur Cardinal. *hic n. 3.*
36 *verſ: Et dicit Aegidius.* Alibi tamen, ut gloſ. ſub-
dit, ſtrictius accipitur pro eo contractu, quo trans-
fertur



fertur dominium, ut l. 1. *C. de fund. dotal.* l. *Aliena-
tionis, ff. de verb. ſignificat.* cum aliis in gloſ. alle-
gat: & per Hoſt. *num. 3. verſ. Ubi ſtrictius.*
37 Sed quæres quid ſibi velit textus dum dicit alie-
nationis verbo contineri conditionem, Gloſ. *pe-
nult.* intelligit conceſſionem ſub conditione, ſed
nihil declarat. Innocentius verò *circa medium in
ver. Conditionem,* cui ſubſcribunt Hoſt. *n. 3. in eod.*
38 *ver.* Jo. Andr. *n. 2.* Butr. *n. 7.* & Anchar. *n. 3.* cla-
rius rem totam explicat dicens: Contractus con-
ditionis dicitur, ubi prædium conſtituitur tribu-
tarium, & vulgariter tale prædium dicitur
conditionale, quia cadit in commiſſum ſub con-
ditione, ſcilicet ſi non ſolvatur tributum. & pro
hoc dicto Innocentii facit text. in l. *penult. §. In-
ſtituto, ff. de legat. 2.* vel contractus conditionis di-
citur, ubi contractus celebratur ſub conditione,
ſecundum Innoc. *ubi ſupra.* Sed hoc impugnat
Cardinal. *n. 5.* & bene, quia in omnibus exem-
plis, de quibus hic procedit hæc litera, ſive con-
tractus fiat purè, ſive ſub conditione; nam quan-
do fit ſub conditione, ea adveniente, perinde eſt,
ac ſi ab initio factus fuiſſet purè, ut c. *Præterea,*
39 *il ſecondo, de appellat.* Quidam etiam, ut Innocen-
tius ſubdit; non intelligentes corrumpunt litte-
ram hic legentes conductionem, cum tamen con-
ducere nullo modo ſit alienare, ſed hoc verum
eſt ſecundum Hoſt. ſi conductio fiat ad tempus,
ut patet in cap. *Veſtra, infra de locat.* Perpetua ve-
rò conductio alienatio quædam eſt, ut patet in l.
*1. & per tot. ff. ſi ager vectigal. vel emphyt. pet.* & de
illa hoc poteſt intelligi ſine corruptione, ut patet
in c. *Ad audientiam, infra eodem,* ſecundum Hoſt.
*ubi ſupra,* & notat idem Innoc. in cap. *Ad aures,*
40 *circa fin. infra eodem.* Dicitur autem perpetua
quando eſt duratura uſque ad triginta annos, ut
*inſtitut. de perpet. & temporal. act. in princip.* vel
*quandiu emphyteuta vivit, l. 1. ff: Pro ſocio, cap. Pre-
cariæ, 1. quæſt. 2.* vel quandiu ſolvitur penſio, *ut §.
Adeò, inſtitut. de locat.* ita dicit gloſ. notabilis in c.
41 *Hoc jus, in ver. Perpetua, 10. q. 2.* Hoſt *hic n. 4.* &
Jo. Andr. *n. 5.* & Cardinal. *n. 6.* Sed Butr. *n. 8.*
dicit communem opinionem eſſe, quod condu-
ctio dicitur ad non modicum tempus, quādo ex-
cedit decennium, vel eſt ad decennium, ut no-
tat gloſ. *ult* in Clem. *1. de rebus eccleſ. non alienan.*
42 ad quam quotidie fit recurſus. Hodie verò prohi-
bita eſt locatio, & conductio ultra triennium, ut
ſæpius in citat. Extravag. *ambitioſæ, eod. tit.* &
43 hujuſmodi triennium computari debet ex tribus
fructuum collectionibus; unde ſi prædium ejus eſ-
ſet conditionis, ut quolibet triennio unus tantum
fructus perciperetur, tunc triennium pro uno an-
no eſſet computandum, & locatio fieri poſſet uſ-
que ad novennium, ſed non ultra, ut declarat
Andr. Barbat. *ſupra in hac rubrica, n. 52.* Covar.
*var. reſolut. lib. 2 cap. 16. n. 6.* Cardinal. Mantic.
*de tacit & ambig. convent. tom. 1. lib. 5. tit. 3. n. 22.*
Navar, *de alienat. rerum eccleſ. n. 22.*
44 Ultimò nota ex fine textus, alienantes bona
immobilia eccleſiarum incidere in pœnas Con-
ſtitutionis Leoninæ, quæ habetur in l. *Iubemus,
C. de ſacroſ. eccleſ.* ſecundum Innoc. *hic in fin.* Butr.
*n. 12,* & Cardin. *num. 6. in 4. quæſt.* & ejus pœna
eſt depoſitio alienationis, & ſatisfactio incom-
modi eccleſiæ de rebus propriis facienda, ad
quod obligantur hæredes ſui, & cum ea Conſti-
tutio Leonis eſſet localis, per Juſtinianum exten-
ſa eſt ad omnes eccleſias, & omnia pia loca, ut in
*Authent. de non alienan. §. Nos igitur, & infra §. Quia
verò Leonis, collat, 2.* Unde verba hujus cap. ſum-
pta eſſe videntur ſecundum Hoſt. *hic n. 4. in ver.
Pœnas.* & *in ver. Leonina,* & J. Andr. *num. 3. & 7. in
gloſ. ult.*
45 Sed dices: Ergo lex civilis auctoritatem habet
imponendi pœnam Sacerdotibus delinquentibus
in alienatione rerum eccleſiaſticarum. Abſit c.
*Imperator, 96. diſt.* c. *Eccleſia S. Mariæ, de Conſtitut,*
cum ſuis concordantiis. Sed ideo illi Sacerdotes
incidunt in pœnas prædictæ Conſtitutionis Leo-
ninæ, quia eadem Conſtitutio hic per Papam ca-
nonizatur, & ideo non eſt amplius lex civilis,
quæ ligat clericos, ſed lex canonica, ut aliàs de-
claravimus in c. *Quæ in eccleſiarum, n. 29. de Con-
ſtit.* poſt Felin in c. 1. *in 1. notab. de præſumpt.* & in-
nuit Hoſt. *hic in fin. verſ. Et de ipſa lege.* Poſſumus
etiam intelligere Conſtitutionem Leoninam pro
Conſtitutione, quam fecit Leo Papa in Conci-
lio, de qua in c. *Monemus, 12. q. 2.* ut hic per gloſ.
*final.* & Abb. Antiq. *in fin.* & quamvis hoc non
placeat Hoſtienſi *ubi ſupra*; tamen nec illud di-
cere eſt peccatum, ut inquit Jo. Andr. *hic in fine,*
& Butr. *itidem in fin.*
46 Verùm per prædictam Extravag. *Ambitioſæ, de
reb. eccleſ. non alienan.* pœnæ infraſcriptæ ſunt ſta-
tutæ. Primò eſt nullitas contractus, qui tamen ſi
alias ſit eccleſiæ utilis, cum nullitas proveniat ex
defectu ſolemnitatis, poteſt eccleſia illum appro-
bare, & ratificare, nec ab eo receditur, niſi vo-
lente eccleſia, ut notat Abb. in c. *Cauſam, quæ,
il ſecondo, col. final. de judic.* Jaſ. in l. *Non eo minus,
n. 5. C. de procurator.* Aretin. *conſ. 77. n. 6.* Put *de-
ciſ. 3. & 4. de except.* Seraphin *dec. 256. n. 2.* Se-
cunda pœna eſt excommunicatio latæ ſententiæ
in alienantes, & bona alienata recipientes. Ter-
tia interdictum ingreſſus eccleſiæ Epiſcopis, &
Abbatibus, qui ſi per ſex menſes in interdicto
perſeveraverint animo indurato, à regimine, &
adminiſtratione eccleſiæ, cui præſunt, eo ipſo
ſunt ſuſpenſi. Quarta inferiores Prælati eo ipſo
privati ſunt beneficiis, quorum bona alienarunt.
Quinta, bona alienata ad eccleſiam, ad quam
pertinebant liberè revertuntur.

## DE REBVS ECCLÆSIÆ non alienandis.

### *Cap. Ad noſtram.*

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia reſtituitur contra contractum per quem fuit enormiter læſa.*

2 *Prælatus an poſſit bona Monaſterii ſpecialiter hypothecare.*

1 AD NOSTRAM: Eccleſia reſtituitur
contra contractum, per quem enormiter
fuit læſa. Hoc dicit ſecundum Joan. Andr.
Butr. Anchar. Imol. & Jo. de Anan. vel contra
alienationem, ſecundum Cardinalem, & Abba-
tem. Primò ponitur Monachorum petitio. Se-
cundò, cauſæ commiſſio, ibi, *Quocirca.*
2 In textu ibi, *Pro quibus eadem extiterat obli-
gata*; nota Prælatum poſſe bona monaſterii ſpe-
cia-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cialiter hypothecare, ut per hunc textum notat
Aegidius relatus à Jo. And. in c. *Nulli*, *n.* 1. *in ver.*
*Specialis ſupra eodem*. Sed de hoc tu dicas, ut ibi
ſcripſi in 2. *not.*

# DE LOCATO, ET CONDUCTO.

## Cap. Potuit.

### SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta poteſt meliorationes ſuas vendere, & jus emphyteuticum in alium transferre, concurrentibus tamen ſeptem requiſitis, de quibus hic & n. 3.*
2 *Emphyteuta eccleſiæ ceſſans in ſolutione Canonis per biennium cadit à jure ſuo, niſi moram celeriter purgaverit, & n. 4.*
5 *In privato autem requiritur triennium.*
6 *Terminum alicui datus ad ſuam voluntatem declarandam non eſt expectandus, ſi ille prius voluntatem ſuam declaraverit.*
7 *Terminus ubi præſcribitur ad aliquid faciendum, non eſt opus denunciatione aliqua ad moram contrahendam.*
8 *Dies ſtatuta interpellat pro homine.*
*Mora purgari poteſt quando pœna non committitur ipſo jure, ibid. verſ.* Ultimo nota.
*Alias ſecus, n.* 12.
9 *Emphyteuſis ob canonem non ſolutum infra ſtatutum tempus non reſcinditur ipſo facto, ſed ita demum, ſi domino placuerit.*
10 *Caducitas cenſetur remiſſa, ſi dominus canonem accipiat.*
11 *Sive ſit canon temporis futuri, ſive præteriti.*
13 *Emphyteuticus contractus eſt medius inter venditionem, & locationem, & particeps utriuſque.*
14 *Propius tamen accedit ad naturam locationis.*
15 *Emphyteuſis, & locatio in quibus differant.*
16 *In Emphyteuſis contractu diſpoſita trahi non debent ad contractum locationis perpetuæ.*
17 *Emphyteuſis, & locationis perpetuæ contractus inter ſe magnam habent ſimilitudinem.*
18 *Et de utroque idem eſt judicandum.*
19 *In neutro transfertur dominium directum, ſed tantum utile.*
20 *Non tamen ſunt per omnia ſimiles, & æquiparati.*
21 *In emphyteuſi ſolvitur quid minimum pro recognitione.*
22 *In Locatione penſio debet eſſe magna, ideſt fructibus correſpondens.*
23 *Locatio judicatur ex magna penſione, ex modica verò emphyteuſis.*
24 *Etiamſi contrahentes in inſtrumento appellaverint locationem, vel emphyteuſim.*
25 *Contractus talis denominatur à contrahentibus: ergo talis eſt judicandus, non eſt bona conſequentia.*
26 *Emphyteuſis conceſſa ad tertiam, vel quartam generationem reputatur locatio, ſi penſio fructibus correſpondeat.*
27 *Locatio cum poſſit fieri in perpetuum, multo magis ad tempus, ideſt ad tertiam, vel quartam generationem.*
28 *Pactum ne bona emphyteutica alienentur in eccleſias; an ſint contra immunitatem eccleſiaſticam, & n. ſeqq. uſq. in fin.*
29 *Pacto privatorum conveniri poteſt ne res in eccleſia alienentur.*
30 *Idem caveri poteſt in ultima voluntate.*
31 *Alienatio emphyteuſis etiam in caſibus alias permiſſis fieri non poteſt in perſonam potentiorem.*
32 *Et talis dicitur etiam Hoſpitale.*
33 *Item eccleſia.*

1 POTUIT. Gregorianum eſt, ut inquit Joan.
Andr. & ideo legale, & ſe ſummat. Sed ſecundum
Abb. & ſequaces ſic ſummari poteſt.
Emphyteuta Eccleſiæ meliorationes ſuas
2 vendere non poteſt, niſi ſervatis his de quibus hic,
& ſi contrafecerit, vel Canonem per biennium
non ſolverit, niſi morã poſtea celeriter purgaverit,
juſtè poteſt expelli. Hoc dicit. Prima ponit
requiſita, ut jus emphyteuticum poſſit vendi,
Secundò contrafacientes punit, ibi, *Emphyteuta*,
Tertiò obſtaculum ſolvit, ibi, *Non obſtante.*
3 Nota primò ex priore parte textus, ſecundum
Hoſt. *n.* 4. Jo. Andr. *n.* 1. & Butr. *n.* 3. Imol. *n.* 1. &
Abb. *n.* 2. ſex requiſita ad hoc ut emphyteuta poſſit
meliorationes ſuas vendere, & jus emphyteuticum
in alium transferre. Primum eſt, ut requirat
Eccleſiam; Secundum ut denunciet pretium
ſibi ab aliis oblatũ, de qua quidem denunciatione
plura ponit hic Imola *num.* 50. Tertium, ut
illud ſit verum pretium, non autem fictum, & ſimulatum;
Quartum ut Eccleſia non reſpondente,
lapſi ſint duo menſes; Quintum ut non vendat
rem ipſam, ſed ſolum jus ſibi competens; Sextũ
4 ut non vendat perſonis prohibitis. Eadem requiſita
colliguntur ex l. *final. C. de Iur. emphyt.* Addunt
& ſeptimum ex 2. par. textus, nempe ut non ceſſaverit
per biennium in Canonis ſolutione, &
hoc in emphyteuta Eccleſiæ, ut hic, & in Auth.
*Qui rem*, *C. de Sacroſan. Eccleſ.* quæ eſt canonizata
5 in c. *Ea enim*, ſeu in c. *Hoc jus porrectum*, §. *Qui rem*,
10. *q.* 2. In privato autem requiritur triennium,
ut in l. 2. *C. de Iure emphyt.* gloſ. *hic in ver. Per biennium*,
Hoſt. *num.* 6. *in fin. in eodem ver. Et reliqui
omnes.*
6 Secundò nota ibi, *Si nolle ſe emere dixerit*, terminum
alicui præfixum ad ſuam voluntatem declarandam
non eſſe expectandum, ſi ille prius voluntatem
ſuam declaraverit, ex quo enim conſtat
de voluntate, non eſt locus deliberationi, concordat
tex. in c. *Ab eo in 2. reſp. de appellat. lib.* 6.
& *ibi* notat Jo. Andr. *n.* 2. Butr. *n.* 4. Anchar. *n.* 2.
Imol. *n.* 1. *verſ. Item quod ubi eſt tempus*, & Abb. *n.*
4. Ad idem tex. in Clem. *Quamvis*, *de appellat.* &
pluribus exemplis declarat Gemin. *conſ.* 121. *Attenta
forma ſtatuti*, ubi eſt caſus.
7 Tertiò nota ibi, *Non exiuit nunciatum*. Ubi terminus
8 præſcribitur ad aliquid faciendum non
eſſe opus denunciatione aliqua, ſeu interpellatione
ad moram contrahendam, quia dies ſtatuta
interpellat pro homine, & conſtituit eum in
mora, ut in littera, ad quod allegatur quotidie
hoc c. Secundum Abbatem *n.* 5. & concordat textus
in l. *Magnam*, *C. de contrahend. & commit. ſtipulat.*
Ultimò nota ibi, *Celeri ſatisfactione*, moram
9 purgari poſſe, ut *hic*, & in concordantibus, de
quibus in gloſ. *antepenult.* Quod intelligas verum
quãdo pœna non committitur ipſo jure, ut contingit
in terminis hujus Decretalis, quia ob canonẽ
non ſolutum infra ſtatutum tempus non reſcinditur
ipſo facto emphyteuſis, donec dominus
directus patitur emphyteutã tenere rem emphyteuticam,
ut patet in litera ibi, *Juſte potuiſſet expelli.*
Sed ita demum ſi declaraverit velle eſſe locum
caducitati, ut *hic* per Innoc. *n.* 2. Anchar. *n.*
9. *verſ. Videtur*, Imol. *n.* 54. & Abb. *in ult. not.* &
tenet Bart. in l. 2. *num.* 2. *C. in de Iure emphyt.*
quem ſequuntur communiter Doctores, ut ait
Pariſius *conſ.* 102. *de bono iure*, *n.* 33. *lib.* 1. & alii
apud Clarum, *in §. emphyteuſis quæſt.* 9. Ideoque ſi
10 poſtea Canonem accipiat, reſirmatur contractus,
& cenſetur remiſſa caducitas, ſecundum In-
11 noc. d. *n.* 2. Et Card. *n.* 20. Sive accipiat Canonem
temporis futuri, ſive præteriti, & eſt communis
opinio contra Bart. in d. l. 2. *n.* 8. ut atteſtatur
Gigas *de penſ. quæſt.* 73. *n.* 3. à qua non eſſet
in practica recedendum, ut ait Clarus in d. §.
*Emphyteuſis*, *quæſt.* 10. *verſ. Aut verò ſumus in dubio.*
12 Sed ubi pœna committitur ipſo facto, tunc mora
quamvis celeri ſatisfactione purgari non poteſt,
ſecundum Abb. *hic n.* 6. *verſ. Ubi autem*, qui
ad hoc allegat bonum textum, in c. *Licet*, *de ſupplen.
neglig. Prælat.* Et de materia purgationis moræ
vide quod notatur in *reg. Mora*, *de regul. Iur. lib.*
6. & per gloſ. *hic in verb. Cleric.*
13 In gloſſa prima nota, quod contractus emphyteuticus
neque eſt venditio, neque locatio, ſed eſt
medius proprium nomen emphyteuſis ſortitus,
& utriuſque particeps: accedit enim ad venditionem,
quia ab initio quando celebratur, aliquid
datur, ſicut in venditione datur pretium: ſed tamen
differunt, quia per hunc contractũ non trãſfertur
dominium directum, ſicut per venditionẽ.
14 Propius tamen accedit ad naturã locationis, quia
in ea retinetur dominium, & quolibet anno aliquid
percipitur, ſicut in locatione; & ideo magis
ſub hoc titulo collocatur, ut hic, & *Inſtitut. de*
15 *locatu*, §. *Adeo*, & cum hac gloſſa tranſeunt communiter
DD. In hoc tamen differunt emphyteuſis,
& locatio, quia emphyteuſis locum habet in
rebus ſoli dumtaxat, ſed locatio in omnibus. In
eo contractu exigitur ſcriptura, in aliis non, l. 1.
*C. de Iure emphyt.* Conductor ad modicum tempus
non habet jus in re, nec vendit, nec vendicat,
emphyteuta facit utrumque ut *hic* l. 2. *C. eod.* &
l. 1. *ff. Si ager vectigal.* Hoſt. *hic num.* 1. *& ſeqq.* Complures
alias differentias inter hos contractus poſt
Cynum proſequitur *hic* Petrus de Anchar *n.* 11.
16 Ideoque diſpoſita in contractu emphyteuſis trahi
non debent ad contractum locationis etiam
17 perpetuæ, quia hujuſmodi contractus licet inter
ſe magnam habeant ſimilitudinem, adeo ut de
utroque loquantur promiſcuè juris conditores, ut
in *Auth. Qui rem*, ibi, *Qui rem hujuſmodi conductam,
vel in emphyteuſim acceptam. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*
& ibi Decius *n.* 1. & in l. *Omnes*, *C. de fund. patrim.*
18 *lib.* 11. Et de utroque idem ſit judicandum, ut
notat Angel. *in §. Sitæ autem*, *in princ. in Auth.
de non alienand.* Bald in cap. *Querelam*, *in fin. de jurejur.*
Abb. in c. *Propter ſterilitatem*, *in ult. not. de*
19 *locat.* Et in ſpecie quod reſervatio directi dominii
æque conveniat locationi perpetuæ, in qua
non transfertur directum, ſed utile tantum dominium,
tradunt gloſ. Bart. & alii in l. *Codicillis*,
§. *Inſtituto*, *ff. de legat.* 2. Aret. *conſ.* 51. *n.* 110. *verſ.
In contrarium*, Belham *conſ.* 21. *num.* 11. *in fin.*
20 Non tamen in omnibus ſunt ſimiles, & æquiparati,
ut dixit Rota *deciſ.* 14. *n.* 26. *& ſeqq. par.* 6.
21 *recent.* Et præcipua differentia eſt, quod in contractu
emphyteutico ſolvitur quid minimum pro
recognitione, & hæc eſt propriè ejus forma, & in
hoc omnes conſentiunt, ut dicit Natta *conſ.* 49.
*poſt num.* 7. & Clar. poſt eum *in* § *Emphyteuſis*,
22 *quæſt.* 1. *n.* 5. *verſ. Et adverte.* In contractu autem
locationis ſolvitur magna penſio, ideſt quæ fru-
23 ctibus correſpondeat, vel quaſi; ideoque ex modica
penſione emphyteuſis, ex magna verò locatio
judicatur, Bald. in cap. *Litera*, *num.* 5. *verſ.
Modo ergo quæro*, *de dilat.* Jaſ. in l. 1. *n.* 35. *C. de
jure emphyt.* Barbat. *ſupra in Rubrica*, *num.* 8. Alex.
*conſ.* 112. *per tot. lib.* 1. Rolan. *à Valle alios citans
conſ.* 96. *n.* 24. *&* 26. *lib.* 1. Ruinus *conſ.* 161. *per
totum lib.* 3. Rota *dicta deciſ.* 14. *num.* 25. Et ita
concludunt communiter ſcribentes, ut ait Cagnolus
in l. 2. *n.* 202. *C. de reſcinden. vendit.*
24 Quod adeo verum eſt, ut etiamſi in inſtrumento
contrahentes appellaverint emphyteuſim, adhuc
tamen reputetur locatio, ſi penſio fructibus
25 correſpondeat; & è converſo reputetur emphyteuſis,
ſi penſio ſit modica, licet contrahentes
locationem nominaverint, ut latè deducit Neviz.
*Conſil.* 92. *per tot.* Surd. *deciſ.* 198. *n.* 1. *& ſeqq.* Rot.
*dicta deciſ.* 14. *n.* 11. *&* 12. *par.* 6. *recent.* Et meritò,
quia contractus non à nomine, ſed à pactis,
conventionibus, & circumſtantiis ſortitur naturam,
ut optimè per Corrad. *de Contract. quæſt.* 33,
*in* 2. *&* 3. *ſupplet.* ubi ſexcentis exemplis, & authoritatibus
probat non valere hanc conſequentiã;
Contractus talis denominatur à contrahenti-
26 bus: ergo talis eſt judicandus. Quo fit, ut idem ſit
dicendum ſi conceſſio in emphyteuſim pro magna
penſione fuerit cõceſſa ad tertiam, vel quartam
generationem, quia verba hujuſmodi con-
27 veniunt etiam locationi, quippe quæ cum fieri
poſſit in perpetuum, multò magis ad tempus,
nempe ad aliquot generationes, ut dixit Rota *in
Narnien. locationis*, 16. *Februarii* 1615. & in præalleg.
*dec.* 14. *n.* 6. *&* 7. *par.* 6. *recent.*
28 In gloſſa in ver. *Prohibentur.* QUÆRO, An pactum
ne bona emphyteutica alienentur in eccleſiam,
ſit contra immunitatem eccleſiaſticam.
29 Videtur negativè reſpondendum; nam pacto
privatorum inveniri poteſt, ne res in eccleſiam
alienentur, l. *final.* *C. de pact. inter emptor. & venditor.*
*& infeudat.* c. 1. *de prohib. feud. alien.* per
Frider. ubi quod nec pro anima relinqui, neque
adjudicari poſſunt eccleſiis, & in emphyteuticis,
gloſ. & DD. *hic*, & in l. *final. C. de jure emph.* &
videtur tex. *in* §. *Sanctiſſimas*, *Auth. de alienat. &*
30 *emphyt.* Idem etiam caveri poteſt in ultima voluntate,
valetque ſic caveatur, l. *Peto*, §. *Frater*, &
l. *Cum pater*, §. *Libertis*, *ff. de legat.* 2. Ratio eſt
quia cum Eccleſia ſit immortalis, c. *Si gratioſè*,
*de reſcript. lib.* 6. c. *Liberti*, 12. *q.* 2. dominus directus
ſpe conſolidationis perpetuò privaretur, ut
conſtat ex his quæ tradit Jo. Andr. in c. 1. *de Immunit.
Eccleſ. lib.* 6. & hic notant Card. *num.* 17.
*verſ. Sed alienatio in Eccleſiam*, & Imol. *n.* 25. *verſ.
Ideo alia ratio*, Dominus meus Joan. Franciſcus
Fagnanus *in tractat. de juſt. & validit. cenſur. Pauli*
31 *V. in Rempublicam Venetam*, *fol.* 60. Imo hæc prohibitio
eſt ex natura contractus emphyteutici,
qui etiam in caſibus, in quibus licita eſt alienatio
irrequiſito domino, ut in donatione, non
permittit illam fieri in perſonam potentiorem,
Bald. *in Auth. Quas actiones*, *num.* 13. *verſ. Primo
modo*, *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Gregor. XV. poſt
alios

alios *deciſ. 519. n.* & perſona potentior, ſeu privilegiata dicitur etiam Hoſpitale Sanctiſſimæ Trinitatis convaleſcentium de Urbe, pro quo emanavit ſupra ſcriptum dubium, Gregor. XV. *d. 529. n. 6. & deciſ. 520. n. 11.* Nam hujuſmodi Hoſpitale eſt locus pius, & Religioſus cap. *De Xenodochiis*, & cap. *Ad hæc de Relig. domib.* & ſic potentior, & Sylveſt. Aldobran. *conſ. 40. ſub n. 2.* Simon de Pratis, *conſ. 54. n. 4.* & relictum ei fa-
33 ctum dicitur factum eccleſiæ, quæ ad hunc effectum negari non poteſt, quin dicatur potentior, ut firmat gloſ. *hic in ver. Prohibentur*, & Imol. *n. 25.* Item gloſ. in l. *Si ita quis § In lege, in ver. Intereſſet, ff. de ver. oblig.* Bald. *in d. Auth. Quas actiones n. 12. in fin. verſ. Tertio modo, C. de Sacroſ. Eccleſ.* Salicet. in l. *final. n. 14.* & Jaſ. *n. 9. C. de jure emph.* Natta *conſ. 491. n. 13.* Clar. *in § Emphyteuſis, quæſt. 22. verſ. Perſona autem.* Sylveſter Aldobrand. qui communem dicit, & rationes allegat, *d. conſ. 40. n. 1.* Gregor. XV. *d. deciſ. 529. n. 8.* & ita hoc pactum non eſſe contra immunitatem eccleſiaſticam fuit reſolutum in Congregatione particulari de mandato Sanctiſſimi, habita die 26. Maji 1630.

# DE FEVDIS.

## *Cap. Inſinuatione.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia ſi à vaſallo ſuo recipit feudum in pignus abſtinendo ab ejus ſervitio, non tenetur fructus in ſortem computare.*
*Idem in feudo ſæculari, n. 4. & n. ſeq.*
2 *Uſura eſt lucrifacere fructus rei pignoratæ.*
3 *Res de facili redit ad primævam naturam.*
5 *Uſura reſpectu laicorum eſt execranda, ſed reſpectu clericorum execrabilior.*
6 *Lex poſitiva non poteſt ſuper uſuris quenquam privilegiare.*
7 *Dominus recipiendo rem emphyteuticam in pignus ab emphyteuta, cui pecuniam mutuavit, an teneatur computare fructus in ſortem.*
8 *Feudalis, & emphyteuticus contractus ſunt ejuſdem naturæ.*
9 *Et deciſiones loquentes de feudo locum habent in emphyteuſi, ſi ſit eadem ratio, & contrarium non reperiatur in jure expreſſum, & num. 13. & 14.*
10 *Jus accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi à duobus fratribus empta ex communi pecunia, & n. ſeqq. uſque ad fin.*
11 *Jus accreſcendi in feudo, vel emphyteuſi non habet locum cum plures pro ſe, & filiis à principio ſtipulantur.*
12 *Et quid ſi feudum, vel emphyteuſis fuerint acquiſita ex bonis communibus, & n. ſeq.*
13 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim an, & quando procedat, & n. ſeqq.*
14 *Feudalia jura an poſſint allegari in emphyteuſi ad deciſionem cauſarum, & n. ſeqq.*
15 *Jus accreſcendi cur habeat locum in feudo empto à fratribus ſimul habitantibus ex communi pecunia.*
16 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim non procedit quando obſtant regulæ, vel diſpoſitio juris communis, & n. ſeqq.*
17 *Jus accreſcendi non habet locum in contractibus.*
18 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim in materia juris accreſcendi non procedit affirmative, & n. ſeqq.*
19 *Jus accreſcendi an habeat locum in emphyteuſi pluribus conceſſa ex cauſa onerosa.*

INSINUATIONE. Si Eccleſia à vaſſallo ſuo recipit feudum in pignus, abſtinendo ab ejus ſervitio, non tenetur fructus in ſortem computare. Hoc dicit ſecundum Joan. Andr. Butr. Anchar. & Imol. Eſt caſus ſingularis, qui alibi non legitur ſecundum, Abb. ſed certè caſus habetur in c. *Conqueſtus in fin. verſ. Niſi forſitan, de uſuris*; & ideo licet ſit caſus notabilis, non tamen eſt ſingularis, ut inquit Imol. *hic num. 8. verſ. Concordat*, Dividitur in duas partes. In prima ponitur dictum. In ſecunda limitatio, ibi, *videlicet*.

1 Nota ex textu caſum valde notabilem, in quo creditor poteſt licitè retinere fructus rei ſibi pignoratæ eis non computatis in ſortem, videlicet cum eccleſia feudum proprium eccleſiæ recipit in pignus à vaſallo ſuo, cui pecuniam mutuavit, poteſt enim abſque vitio uſuræ fructus hujuſmodi lucrifacere quandiu tamen à vaſſallo ſervitium ſibi debitum non recipit. Concordat d. c. *Conqueſtus, in fin. de uſur.* cum ſua gloſ. *in verb. de feudo*, & *hic* notant Butr. & Anchar. *num: 3.* Imola *n: 2.* & Joan. de Anan. *num. 4.* Jo. Andr. & ſequaces & *in ſumm: text:* Sed cum alias fructus rei pignoratæ in ſortem ſint computandi, etſi creditor
2 illos lucrifaciat, uſuram committat, ut c. 1. & 2. *infra de uſur:* cap: *Ad noſtram*, il *primo*, *ſupra de jurejur:* cap: *Cum contra, infra de pignorib. l. 1. & 2. C. de pignor. actione.* Multum torquentur DD. in indaganda ratione hujus deciſionis, & in ſolutione contrarii, indeque emerſerunt plures, & varii intellectus ad hanc Decretalem, quos hic proſequuntur Jo. Andr. Cardin. Imol. Abb. & alii: vera tamen, & communis ſolutio eſt, quam ponit Cardin. *n. 2.* videlicet, quod dominus directus non dicitur recipere aliquid ultra ſortem, quia cū vaſallus abſtineat à ſervitiis domino debitis, perinde eſt ac ſi res pignorata non eſſet feudalis: Nam cum dominium directū uſque ab initio remanſerit penes dominum, ſi dominium utile revertitur ad eum voluntate vaſalli pignorantis, ſit conſolidatio ipſius dominii utilis cum proprieta-
3 te; unde dominus non dicitur percipere fructus ex aliena re, ſed ex propria: Cum enim vaſſallus interim liberetur ab obligatione, qua domino tenetur in ſervitiis exhibendis, conſequēter diſſolvitur, vel ſaltem ſuſpenditur obligatio inter eos contracta, & res feudalis redit ad primævam naturā, arg. l. *Sicuti* §. *Pactum ne peteret, & §. ſeq. ff. de pactis. c. Super quæſtionem, §. Porro de offic. delegat. c. Cum venerabilis*, ibi, *nec intelligatur de cenſibus*. Hoc ergo vult hæc littera, ut dominus quamdiu vaſallus non præſtat ſervitia, uti poſſit fructibus rei feudalis, ac ſi feudalis non eſſet. Et ita excuſatur ab uſuraria pravitate, & ceſſant contraria. Et hanc ſolutionem, & lecturam Cardinalis, aliis omnibus rejectis probarunt Imola *hic n. 7. ad fin. verſ. Unde alii dixerunt*, & quinto; Abb. *n. 5. verſ. Quinta lecturam dicens eam communiorem*, & Jo. de Anan. *n. 4. verſ. Ideo dicunt alii.*
4 Sed dubiū eſt an deciſio hujus textus vendicet ſibi



ſibi locum in feudo ſæculari. Quidam opinati ſunt non habere locum niſi in feudo eccleſiaſtico, quia textus ſpecificè loquitur de Eccleſia, ut patet ibi: *quam de feudo Eccleſiæ tuæ ab ea dignoſcitur recepiſſe*. Et eodem modo loquitur c. *Conqueſtum*, ibi: *niſi ipſa terra de feudo ſit monaſterii veſtri, de uſuris*. Et dicunt hoc eſſe ſpeciale privilegium Eccleſiæ, cum in aliis non reperiatur expreſſum; ideoque Jo. Andr. & ſequaces ſummant text. in Eccleſia recipiente feudum à ſuo vaſſallo. Sed hanc opinionem confutat Hoſt. *in ſumma de uſur.*
5 §. *An aliquo caſu, verſ. Quod dicunt.* Et quidem jure optimo, quia aut hoc licitum eſt, aut illicitum; ſi licitum: ergo etiam laico, quia eadem ratio, & ideò idem jus, c. *Translato, de conſtitution.* cap. *Tua, de conſanguinit. & affinitat.* Si illicitum, multò minus debet concedi clerico, quàm laico, quia cùm uſura reſpectu laicorum ſit execranda, reſpectu clericorum eſt execrabilior, ut c. 1. & 2. *infra de uſuris*: Nam & multa licent laicis, quæ clericis illicita ſunt. c. *Forus ari. 88. diſtinct.* cap. *Filius, de teſtam. c. 1. & per tot. ne cleric. vel monach.* cap. *fin. de vita & honeſt. clericorum*; quamobrem cùm Papa hic decidat hoc licitum eſſe in feudo Eccleſiaſtico, multò fortius debet cenſeri licitum in feudo ſæculari, arg. cap. *Per tuas, infra de donationib.* quia non debent viri Eccleſiaſtici eſſe exactores, nec lucris temporalibus inhiare, c. *Ex parte, in fine de cenſib.* Si enim venalitas reputatur reſpectu laicorum, multò fortius reſpectu clericorum, cap. *Nullus ita, 1. quæſt. 1.* Item ratio deciſionis, ut ſuprà Cardinali conſiderata, æquè viget in feudo ſæculari atque Eccleſiaſtico, ut ipſemet Cardinal. advertit *num 2. in fin. verſ. Hoc ergo vult hæc littera.* Imol. *n. 8. verſ. Et hæc ratio*, & Abb *n. 5. verſ.*
6 *Et ratio hæc facit.* Neque verò hæc Decretalis continet privilegium; quia cùm uſuram utriuſq; teſtamenti pagina deteſtetur, ut cap. *Quoniam*, & cap. *Super eo, de uſuris*, minimè poteſt lex poſitiva ſuper uſuris quemquam privilegiare, quia ſic privilegiaret ſuper peccato, ad hoc textus optimus in c. *Sunt quidam, 25. q. 1.* & quod notat Joan. Andr. *in regula peccatum, in 3. & 4. artic. principali de reg. juris, lib. 6.* & ex communi tradit Imol. *hic n. 7. verſ. Sed hoc non placet Hoſtienſi.* Sed continet jus commune, ut probat hæc littera in verb. *Declaramus.* Secundum Hoſt. hic in princip. & Jo. Andr. *num: 1.* & Cardin. *poſt princip. verſ. Alii dicunt*, quod hoc continet gratiam. Nam declaratio novum jus non inducit, ſed quod prius latebat, manifeſtat, l. *Heredes palam §. Si quid poſt factum, ff de teſtam.* & probavi latiſſimè in cap. *Quoniam, à n. 15. ſuprà de conſtitutionib.* Concludè igitur deciſionem hujus textûs obtinere tam in feudo Eccleſiaſtico, quàm ſæculari. Ideoque Card. & Abb. non ſummant Decretalem in Eccleſia, ſed in domino recipiente feudum in pignus à vaſſallo ſuo juxta communem intellectum, & Joan. de Anan. ſummat in Eccleſia, vel domino, & hoc teneas.

7 Sed majus dubium eſt, nunquid deciſio hujus textûs vendicet ſibi locum in domino recipiente rem emphyteuticam in pignus ab emphyteuta, cui pecuniam mutuavit. Hoſt. *hic n. 6. verſ. Quid de emphyteuta*, ſimpliciter dicit: Conſulas Principem. Et mox remittit ad ſummam *in tit. de uſuris*, §. *An aliquo caſu*, *verſ. Quid ergo de emphyteuta.* Ubi ait fortè idem eſſe in emphyteuta quod in vaſſallo, quia eadē ratio. Deinde refert contrariam opinionem, quia non gratuitò recipit emphyteuta ſicut vaſſallus. Nam emphyteuta in introitu ſolvit certam pecuniæ quantitatem. Et tandem concludit ſuper hoc Papam eſſe conſulendum, & eum ſimpliciter refert Jo. And. *hic num: 3.* Sed Anton. de Butr. *n. 4. circa fin. verſ. An autem diſpoſitio.* dicit rem eſſe extra dubiū, ſi contractus emphyteuticus non teneat, quia tunc dominus recipit fructus non ex pignore, ſed ex re propria, & ideo non tenetur eos in ſortem computare. Quod planum eſt. Sed ſi contractus teneat, Butr. dicit rem dubiam, quia tunc aliqualiter læduntur regulæ juris. Et ideo non audet trahere diſpoſitionem hujus textûs ad alium caſum, niſi extenſio fieret per habentem poteſtatem extendendi & jus condendi.

Tu conſidera, quia cùm hæc Decretalis non contineat privilegium, vel gratiam, ſed jus commune, ut oſtenſum eſt *ſuprà n. 6.* quod deciditur in feudo, poteſt etiam intelligi deciſum in emphyteuſi, quia in utroque militat eadem ratio. Nam ſicut dominus quamdiu remittit ſervitium vaſſallo, non cenſetur percipere fructus ex re pignorata, ſed ex re propria, quia interim res feudalis redit ad primævam naturam, & dominium utile cenſetur conſolidatum cum proprietate: eādem ratione quamdiu dominus remittit emphyteutæ mercedem, ſeu penſionem ſolvendam, res emphyteutica pignori tradita revertitur ad primævam naturam, & dominium utile cum directo conſolidatur, ita ut propterea dominus non ex re pignorata, ſed ex re propria fructus percipiat, ob quam rationem ita concludit Jo. de Imola *hic n. 8. poſt med. verſ. An autem diſpoſitio.* Subdens hoc ſatis poſſe de jure ſuſtineri, ex quo per omnia eſt eadem ratio, licet Doctores videantur velle contrarium, videlicet non eſſe faciendam extenſionem extra iſtum caſum, ut hic per Cardi-
8 nal. *in 5. quæſt.* Sed ut prædixi, hæc non eſt extenſio, ſed comprehenſio, quia contractus feudalis, & emphyteuticus ſunt ejuſdem naturæ, ut notat Speculat. *in tit. de feudo, §. Quoniam ſuper homagiis, n. 36. ad fin. verſ. Non inutile eſt etiam*, & ubi concurrit
9 ead. ratio, nec contrarium reperitur in jure expreſſum, deciſiones loquentes de feudo vendicāt etiam ſibi locum in emphyteuſi, ut notat Bald. in *c. 1. in fin. quibus modis feud. conſtitui pot. in uſib. feud.* Paulus de Caſtro *conſ. 260. Notandum, in fin. lib. 2*, Alex: *conſ. 7. In conſultatione, n. 5. lib. 5.* & eſt communis opinio, ut atteſtatur Socin. Sen. *in conſ. 167 Non inutilis quæſtio, n. 24. lib. 2.* Latiſſimè Everard. *in ſuo cenſur. legali in loco à feudo ad emphyteuſim*, & latiùs dicetur *infrà n. 13. & ſeqq.*

10 Extra QUÆRO, an ſicut in feudo, ita & in emphyteuſi à duobus fratribus empta ex communi pecunia habeat locum jus accreſcendi, necne?

Communis eſt regula pertinens tam ad feuda, quàm ad emphyteuſes, quòd cùm duo, pluresve pro ſe, & filiis à principio ſtipulantur feudum, vel emphyteuſin, licèt poſtea aliquis ex eis ſine prole decedat, ejus portio aliis ſuperſtitibus non accreſcat, ſed ad dominum directum revertatur, ut de feudo dicit eſſe communem opinionem Clar. §. *Feudum, q. 77.* & in emphyteuſin, *in §. Emphyteuſis quæſt. 59.* Corbul. *de jure emphyteutico. tit. de cauſ. privat. ob lin. finit. num. 83.* Quæ regula limitatur
11 quidem in feudo, quoties fuerit acquiſitum per

fratres ex bonis communibus per text. in c. 1. *de bon: fratr.* & gloſ. in c. 1. §. *Cum vero Conradus altius. Et quia vidimus*, in verb: *Nominatim, de his qui feud. dar. poſſ.* Alvarot. *ibi n. 9. verſ. Oppono.* Berous *conſ. 113. n. 43. in 2. vol.* Ludovicus Roman. in l. *fin. C. Quand: non pet. par. pet. accreſc. n. 41. verſ. Aut hoc non convenit.* Sed hujuſmodi limitatio nuſquam traditur à Doctoribus in emphyteuſi. Quamobrem dubitatur, an in ea quoque ſibi locum debeat vendicare.

23 Pro opinione affirmativa adducitur Bart. in l. *Si mihi, & Titio, n. 4. ff. de verb. oblig.* dum ad ſolvendas plures quæſtiones circa jus accreſcendi in emphyteuſi adducit textus loquentes de feudis, quaſi ſentiat quicquid in feudis de jure accreſcendi eſt diſpoſitum in uſibus feudorum, habere etiam locum in emphyteuſi in omnibus, & per omnia, & ita Bartol. ſentire interpretatur Caſtr. d. l. *Si mihi, & Titio, n. 3.* Corbul. poſt Salic. *in tit. de cauſ. privat. ob inob. fratr. n. 119.* Everard. *in loco à feudo ad emphyteuſ. n. 19.* ubi Cyn. & Alber. in hanc ſententiam citat: & in hac materia juris accreſcendi validum eſſe argumentum de feudo ad emphyteuſim tradit Jaſ. in ead. l. *Si mihi, & Titio, n. 12 verſ. primum fundamentum*, & Bald. *conſ. 250. incip.*
24 *Conſiderandum, n. 2. in 2. vol.* Quæ opinio quoad caſum noſtrum confirmari poteſt. Nam quamvis valdè ſit controverſa ea quæſtio, An jura feudalia poſſint allegari in alijs materijs, & præſertim in emphyteuſi ad deciſionem cauſarum, quam latiſſimè examinat Jaſ. in l. 1. *C. de jure emphyteutic. n. 55.* & Everard. *in loco ſupracit.* tamen non videtur dubitandum, quin allegari poſſint quotieſcunque ſunt fundata in juſta, & naturali ratione, ut per Jaſ. in d. l. 1. *num. 60.* Everard. *ibid. nu. 44.* Roman. *conſ. 112. n. 4.* ubi Apoſtilla, *in verb: Validum*, alios citat. At verò ratio, propter quam jus
25 feudorum diſponens, ut in feudo empto à fratribus ſimul habitantibus ex communi pecunia habeat locum jus accreſcendi, ea eſt, quam *ibi in princ.* reddit Bald. ſcilicet quia ſimul cohabitantes cenſentur ſibi invicem proſpicere, & auxiliari; & ideo quiſque illorum videtur velle, ut alter ſibi ſine prole decedenti in feudo ſuccedat. Quæ ratio eſt planè juſta, & naturalis; & ideo ab hoc jure in juſta, & naturali ratione fundato ex ſupradictis argui poteſt ad emphyteuſim. Contrarium tamen, videlicet hujuſmodi limitationem non procedere in emphyteuſi, probari videtur,
16 quia de feudo ad emphyteuſim ſecundùm communem ſententiam non licet arguere in caſibus, in quibus obſtant regulæ, vel diſpoſitio juris communis, ut conciliando opiniones declarat Alex. in l. *Divortio, § in feudum, n. 5. ff. de ſolut. matr.* Et hanc opinionem teſtatur eſſe communem Apoſtilla ad Roman. *in d. conſ. 112. in verb. Validum.*
17 Quin verò hoc caſu obſtet regula juris communis, non eſt quod dubitemus, cùm in contractibus, ut eſt emphyteuſis, non habeat locum jus ac-
18 creſcendi, d. l. *Si mihi, & Titio*, ubi DD. Qua ratione Ludov. Roman. in l. *fin. C. quando non pet. par. pet. accreſc. n. 53. verſ. Non obſtat tertium fundamentum*, ſcribit in materia jus accreſcendi non procedere argumentum de feudo ad emphyteuſim. Quod confirmatur ex Bald. *in auth. Quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* dum quærens de jure accreſcendi in emphyteuſi, utitur argumentis deductis ab ipſo jure accreſcendi, non autem à juribus feudorum, ut animadvertit Caſtren. d. l. *Si mihi, & Titio, prope fin. verſ. Bald. autem.* Idem ſentire videtur Alex. in d. l. *Si mihi, & Titio, n. 11. & 15. in fin.*, ubi expreſsè confirmat doctrinam Bartoli argumenti de feudo ad emphyteuſim. Quibus poſſunt etiam adjungi multi Doctores, & præſertim Raphael Cuman. & Imol. relati ibidem per Alex. *num. 15.* qui in illa quæſtione, An inter fratres deſcendentes à primo inveſtito habeat locum jus accreſcendi? aſſentiuntur Bartolo propter quartam rationem ab eo traditam, improbatis primis tribus, inter quas erat ratio illa, quòd ita erat deciſum in feudis per jura feudalia. Quam rationem cum impugnent, ſatis oſtendunt ſe non putare in hac materia juris accreſcendi rectè argui à feudo ad emphyteuſim. Idemque ſentire videtur Bald. in d. l. *unic. C. quand: non pet. par. pet. accreſc. n. 30.* ubi omnibus rationibus Bartoli in eadem quæſtione juris accreſcendi reprobatis, eidem opinioni, quam Bartol. tuetur adhærendo, rationem aliam deducit, quæ non ex jure feudorum, ſed ex communi jure civili depromitur. Accedit quòd cum Doctores exactè, & diſtinctè tam quoad feudum, quam quoad emphyteuſim caſus omnes proponant, eos decidant, in quibus jus accreſcendi locum habet, vel non, inter quos præ alijs diligenter, & prolixè materiam hanc proſequitur Roman. in d. l. *fin.* & cùm agunt de jure accreſcendi in feudis, hujuſmodi limitationem ſemper adducant; Cùm autem agitur de emphyteuſi, ejuſdem limitationis mentionem non faciant: ſatis inſinuare videntur non debere locum ſibi vendicare: quin etiam expreſ-
19 sè quodammodo ſentire videntur eam in emphyteuſi non habere locum, dum in ſpecie ſcribunt in emphyteuſi conceſſa duobus, ex cauſa onerosa, habere locum jus accreſcendi ſi concedentis intereſt, ut cum magna eſt penſio fructibus correſpondens: Cum autem non intereſt concedentis, ut cùm minima eſt penſio, non habere locum, ut per Alex. poſt alios d. l. *Si mihi, n. 12. & 13.* & ſic non diſtinguunt an emphyteuſis ſit empta ex pecunia communi, ſed tantùm an interſit concedentis. Et cum hic contractus duorum fratrum de communi pecunia ementium ſit frequentiſſimus, & DD. in ſpecie agant de duobus ex cauſa onerosa inveſtitis: ſanè expreſſiſſent, ſi in eo ſenſiſſent habere locum jus accreſcendi, & tamen contrarium potius affirmare videntur, cùm dicunt generaliter in emphyteuſi ex cauſa onerosa duobus conceſſa non habere locum jus accreſcendi, niſi interſit concedentis, ut dictum eſt.

Bartoli auctoritas in d. l. *Si mihi, & Titio*, ad rem facere non videtur, tametſi enim ad confirmationem eorum, quæ ſcribit de jure accreſcendi in emphyteuſi, adducat jura feudalia; non tamen inde ſequitur, ut ſentiat in materia juris accreſcendi emphyteuſim debere regulari in omnibus ſecundùm naturam feudi; quod probatur primò, quia ſi id Bartol. ſenſiſſet, non oportuiſſet ad confirmandas, quas ſequitur opiniones, adducere alias rationes, ſed ſatis fuiſſet citare textus de feudo loquentes, & tamen Bartol. quaſi eis non quieſcens, adducit alias rationes, quas putat fortiores, quàm adduxere textus loquentes de feudis, ut patet ibi *num. 5.*

Secundò quia cùm aliæ rationes, quas Bart. adducit deducantur à jure cõmuni, & à contractibus, & ultimis voluntatibus, quaſi velit in materia juris accreſcendi quod in illis diſponitur, etiam in his locum habere, neſcio cur velimus poſtea prævalere potius in emphyteuſi jus feudorum, ad inducendam hanc limitationem, quam contractum, in quibus hæc limitatio locum non habet ad eam excludendam. Neq; obſtat quòd Bartoli doctrina in d. l. *Si mihi, & Titio*, ſit communiter approbata teſte Alexan. ibi *nu. 11.* quia eſt approbata quoad opiniones, quas defendit, ſcilicet quando habeat locum jus accreſcendi in emphyteuſi, non autem quoad rationes, & præſertim eã, quæ arguit de jure feudorum, quam multi DD. impugnant, ut ſuprà eſt dictum. Paulus de Caſtro, qui ſolus ex his explicitè ſentit quicquid in materia juris accreſcendi in feudo diſponitur, habere locum in emphyteuſi, hanc opinionem tribuit Bartolo, cùm re verâ ita non ſentiat, ut eſt demonſtratũ n. Salicet. in l. *unic. C. quan. non pet. part. pet. accreſc.* etũ examinatis nonnullis quæſtionibus de jure accreſcendi in feudis, *nu. 20.* quærat de emphyteuſi, ut ſubjiciat quæſtionem eſſe deciſam ex his, quæ dixerat de feudo: tamen hoc ideò dixit, quia in illis quæſtionibus, quas circa feudum examinaverat, quæ ſcripſerat in materia juris accreſcendi, conveniebant cum emphyteuſi, & regulæ juris congruebant utriq; ut eum legenti patebit. Sed in caſu noſtro regulæ juris in emphyteuſi repugnant, ut eſt dictum Everard. tametſi apertè dicat diſpoſita in feudo quoad jus accreſcendi habere locum in emphyteuſi: tamen poſtea videtur dubitare, cùm lectorem rejicit ad loca vulgata. Quin etiam Angel. Cyn. & Alber. ab ipſo citati, ſicut & Bald. *in d. conſ. 250.* parum ad rem faciunt. Nam cùm dixiſſent in feudo duobus conceſſo non habere locum jus accreſcendi, poſtea ſubdunt idem in emphyteuſi. Quibus in locis ipſi rectè arguunt. Nam cùm in contractibus non habet locum jus accreſcendi per d. l. *Si mihi, & Titio*, & tam feuda, quàm emphyteuſes ſint cõtractus, & ſic regulæ juris quoad jus accreſcendi negandum utriqne congruant, rectè arguunt de feudo ad emphyteuſim. At non è converſo licet arguere ad jus accreſcendi inducendum, ut ſcilicet quoties habet locum in feudo, habeat etiam locum in emphyteuſi, quia in hoc caſu jus ſpeciale unius non trahitur ad aliud juris regulã repugnante, quæ jus accreſcendi non admittit in contractibus. Corbul. id perfunctoriè dicit, & citat Bart. & Salicet. ex quibus hoc non colligitur ut dictum eſt.

Itaque cum quæſtio ſit valdè dubia, nec à Doctoribus apertè explicata, nunquam auderem conſulere, ut ſtatueretur in hoc caſu habere locũ jus accreſcendi, cùm in caſu tam frequenti nullum Doctorem invenire potuerimus, cujus auctoritate in re tam gravi, & exemplari initi poſſemus.

## DE FEVDIS.

### *Cap. Ex parte.*

*SVMMARIVM.*

1 F*Eudum per obitum vaſſalli ad Eccleſiam revertitur.*
*Declaratur ut nu. & ſqq.*
2 *Feudum perſonale ad filium non extenditur.*
3 *Fœmina non ſuccedit in feudo, niſi expreſsè ſit cautum in inveſtitura.*
4 *Iuramentum de non infeudando Papâ inconſulto refertur tantùm ad bona, quæ nunquam fuerunt infeudata, non autem ad bona feudalia.*
*Bona infeudari, ſeu emphyteuticari ſolita non ſunt de menſa Eccleſiæ, ibid. & n. 9.*
5 *Iuramentum de non infeudando intelligitur ut terram non feudalem conſtituat feudalem.*
6 *Iuramentum de non alienando non extenditur ad bona in emphyteuſim dari ſolita.*
7 *Bona Eccleſiæ dicuntur ſolita dari in feudum, vel emphyteuſim, quando infra quadraginta annos bis fuerunt data.*
8 *Bona deſinunt eſſe feudalia quando Prælatus ea deſcripſit inter bona menſæ Eccleſiæ, vel quando ex illis fructus collegit, tanquam ex bonis menſæ incorporatis.*
10 *Feudalia bona per alienationem vaſſalli ad Eccleſiam devoluta Epiſcopus de novo infeudare poteſt filio, vel conſanguineo alienantis, non obſtante juramento de non infeudando.*
11 *Item poteſt illa infeudare etiam extraneo ſi ſit talis, ut mediante illius perſonã poſſit Eccleſia bona ſic alienata recuperare.*
12 *Vaſſallus alienans feudum ſine conſenſu domini directi cadit ipſo jure à feudo.*
13 *Papa an poſſit in præjudicium ſucceſſorum inveſtire aliquem de feudo nondum devoluto conſentiente vaſſallo, & nu. ſeqq.*
*Et quid poſt Bullam Pij V. n. 30. & ſeqq. uſq. in finem.*
14 *Et an poſſit ſine conſilio, & aſſenſu Cardinalium declarare ſuper evidenti utilitate, & n. 18. & ſeqq. uſq; ad n. 30.*
15 *Succeſſor non tenetur ratam habere inveſtituram non expletam prædeceſſoris de feudo, quod alius tenet, niſi eo conſentiente alius fuerit inveſtitus.*
16 *Inveſtitura de feudo nondum aperto de conſenſu vaſſalli non expirat morte infeudantis.*
17 *Et ligat ſucceſſorem.*
18 *Papa poteſt ardua explicare ſine Cardinalibus.*
*De poteſtate abſoluta, n. 24.*
19 *Nec valet contraria conſuetudo.*
*Et lex contraria non ligat ſucceſſorem, n. 23.*
*Præſcriptio contra ſupremam Papæ authoritatem non valet, d. n. 19.*
20 *Cathedralium poteſtas à ſolo Papa emanat.*
21 *Papa de honeſtate non poteſt ardua tractare ſine Cardinalibus.*
22 *Valet tamen conſuetudo in contrarium.*
25 *Cardinalium conſenſus in infeudatione magnæ civitatis de neceſſitate non requiritur, ſed de honeſtate tantùm.*
26 *Princeps poteſt infeudare nedum civitatem, ſed etiam provinciam, & Ducatum.*
27 *Cauſa evidentis utilitatis infeudationis an præſumatur in Papa, & an ſit ſtandum illius aſſertioni.*
28 *Bona infeudari ſolita poſſunt de novo in feudum concedi, & cauſa præſumitur ab initio interveniſſe.*
29 *Alienatio ritè, & rectè facta non poteſt per ſucceſſorem infringi.*
30 *Civitates, & loca Eccleſiæ Romanæ infeudari, ſeu alienari ſolita ad eam devoluta, & devolvenda, ipſo jure Cameræ Apoſtolicæ incorporata cenſentur ex Bulla Pij V.*

Etiam



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Etiam antequam devolvantur ex declaratoria Innocentij IX. n. 34. & ſeq.*

31 *Et de hujuſmodi infeudatione tractantes, eamque Papæ inſinuantes ſunt excommunicati, & alias pœnas incurrunt, ut in eadem Bulla Pij V.*

32 *Cardinales jurant loca Eccleſiæ Romanæ non infeudare.*

33 *Et idem jurat electus in Papam.*

36 *Papa poteſt durante generatione inveſtiti in feudo alijs inveſtituram concedere in caſum devolutionis.*

*Secus ſtante Declaratoriâ Innocentij IX. num. 34 & 35.*

37 *Bulla Pij V. de non infeudandis locis Romanæ Eccleſiæ comprehendit etiam gubernia ultra triennium.*

38 *Sed non comprehendit terras, & loca confiſcata.*

39 *Item nec loca, quæ Cameræ Apoſtolicæ emit à Baronibus.*

1 1 EX PARTE. Ponit tres caſus, in quibus non obſtante juramento de non infeudando poteſt Epiſcopus antiquum feudum ad Eccleſiam reverſum novo vaſſallo concedere. Hoc dicit, & eſt caſus valde notabilis interpretans juramentum de non alienando, ſecundum Abbatem. Communis diviſio. Secunda ibi, *In primo.*

Nota primò, ibi, *Vaſſallum decedere*, per obitum vaſſalli feudum ad Eccleſiam redire, quod intellige quando feudum eſt perſonale, quia ad filium non extenditur, ut *in tit: quib: mod: feud: acquir: circa princ.* alias eſt *in tit: de iis, qui feud: dar: poſ: §. 1.* Hoſt. *hic n. 1. in ver: Redire.*
2 Vel quando fuit conceſſum pro ſe, & filijs, & vaſſallus decedit non
3 ſuperſtitibus filijs maſculis: nam fœmina, niſi expreſſe ſit cautum in inveſtitura non ſuccedit in feudo, ut c. 1. § *Hoc autem de iis, qui feud: dar: poſ.* & c. 1. § *Filia, de ſucceſſ: feud.* Hoſt. *ubi ſupra*, Jo. Andr. *n. 1. in ver: Redire*, Anchar. *in 2. not.* & Abb. *nu: 2.* & eſt communis regula, ut Decius inquit *conſ: 137. incip: Et diligenter, n. 2. verſ: Sed tantum*, ubi allegat concord. & Clar. *in § Feudum, q. 73. in princ.*

4 Secundo nota ibi, *quamvis juramento teneatis adſtrictus.* Juramentum præſtitum à prælato de non infeudando Romano Pontifice inconſulto referri tantum ad bona, quæ ſunt de menſa Eccleſiæ, id eſt, quorum dominium directum, & utile eſt penes eccleſiam, & ſic ad illa, quæ nunquam fuerunt infeudata, non autem ad bona feudalia, ſeu ab antiquo in feudum dari ſolita. Hæc namque ſi ad eccleſiam revertantur, de novo ab epiſcopo infeudari poſſunt, juramento non obſtante, ut hic eſt caſus in primo reſponſo, & notat Bernardus hic poſt caſum Innoc: *in princ:* & *ad finem, in ver. Concedas*, Abb. Antiq. *in ver: De novo*, Hoſt. *num: 1. in ver: Infeudare*, & *in ver: De novo*, Jo. Andr. *num. 1. in eod: ver.* Butr. *in 1. not.* Anchar. *num: 1.* & Abb. Sicul. *in 2. not.*
5 Et eſt ratio ſecundum Innoc. quia juramentum de non infeudando intelligitur ut rem feudatariam conſtituat, id eſt, ut terram non feudalem conſtituat feudalem, ut explicat Jo. Andr. *ubi ſupra.*

6 Et quod dictum eſt de feudo, idem intelligas de emphyteuſi: nam juramentum de non alienando non extenditur ad bona emphyteuticalia, ut hic per Abbatem *in 2. not.* Ad hoc Extravag. Pauli II. *Ambitioſæ, de reb: Eccleſ: non alienan*, ibi, Ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis.

7 Dicitur autem res Eccleſiæ conſueta dari in emphyteuſim, vel in feudum quoad hoc, ut poſſit alienari ſine ſolemnitate, c. 1. *de reb: Eccleſ: non alienan: lib: 6.* & c. *Sine exceptione, 12. q. 2.* Quando ita fuit conceſſa, ſaltem per duas vices, & lapſi fuerunt quadraginta anni, ut in emphyteuſi tenet Dec. *conſ: 142 Pro tenui facultate, num: 4. verſ: Et ſolum ſupereſt reſpondere*, ubi allegat Bald. in l. *De quibus, num: 85. ff. de legib.* qui tamen nihil dicit de duabus inveſtituris, ſed tantum de tempore annorum quadraginta. Et in feudo originaliter voluit Jacob. de Belvis, in c. 1. *tit: 1. In uſibus feud: & in tit: Epiſcopum, vel Abbatem*, cap: 1. ubi concludit rem dici conſuetam infeudari, quando intra quadraginta annos bis fuit data ſuadente utilitate, & eum ſequitur Imola *hic num: 37.* Et conſulendo Jaſ. *in conſ. 155. Ut veritas, col: 3. paulò poſt princ: verſ: Dicitur autem res Eccleſiæ conſueta dari in feudum, vol: 2.* ubi alios citat, & dicit, ab hac ſententia neminem diſcrepare. Afflict. *dec: 305. nu: 10.* Clar. *de communi in §. Feudum. quaſt. 13. num: 4: verſ: Nunc pro intelligentia quæro.* Et quamvis referat Curt. jun. *de feud: in 1. par: 2. partis principalis, quaſt. 4.* & Rum. *in conſil: 35. num: 30. lib: 1.* dicentes ſufficere, ut præceſſerit una tantum infeudatio ſolemniter facta ſine aliquo temporis curſu, vel pluralitate actuum, & hanc eſſe communem opinionem: tamen, ut ait Clarus, hæc opinio non tranſit ſine difficultate: & ideo prima eſſet tenenda tanquam tutior, & quæ minus favet alienationi rerum eccleſiaſticarum. Sed tamen Domini de Rota *deciſ. 160. num: 5. part: 2. diverſ:* pluribus citatis dicunt iſtud ſolitum probari, aut per duas locationes cum curſu quadraginta annorum, aut per unam ſolemniter factam: & hanc eſſe communem concluſionem, quam tenuit Rota *in Zamoren. Locationis* coram Seraphino, *24. Decembris 1579.*

8 E converſo autem res dicitur non amplius ſolita infeudari, quando prælatus eam deſcripſit inter bona menſæ Eccleſiæ, vel quando per multum tempus collegit fructus ipſius rei ſolitæ infeudari, prout facere conſuevit ex aliis rebus, & bonis menſæ incorporatis. Et hanc opinionem dicunt eſſe communem Moderni, quos refert Curtius jun. *in d. 1. par: 2. partis principalis, q. 5.* & ſequitur Clar. *ubi ſuprà.*

9 Et hinc collige, bona conſueta infeudari, vel dari in emphyteuſin, non eſſe de menſa, quia in illis Eccleſia non habet dominium utile, ſed ſolùm directum, ut hic declarat Imol. *in fine*, & ſentit Innoc. *in ver: Concedas*, cum quo Hoſt. & Jo. Andr. *num: 4. in eodem ver:* & alii tranſeunt.

10 Tertiò nota ibi, *filium, vel conſanguineum.* Bona feudalia per alienationem vaſſalli ad Eccleſiam devoluta, juxta text. *in §. 2. & 3. quib: modis feud. amitt.* poſſe de novo ab Epiſcopo infeudari filio, vel conſanguineo ipſius vaſſalli alienantis non obſtante juramento de non infeudando, ut ſimiliter hic eſt caſus in ſecundo reſponſo.

11 Quartò nota ex ultimo reſponſo Epiſcopū non obſtante hujuſmodi juramento de non infeudando poſſe infeudare bona propter alienationem vaſſalli ad Eccleſiam devoluta, non tamen filio, & conſanguineo vaſſalli, ut *in præcedenti notab.* ſed etiam extraneo, ſi ſit talis, ut mediante illius perſonâ poſſit Eccleſia bona alienata recuperare, ut in littera, ſcilicet de facto, quia de jure vaſſallus
12 alienans abſque conſenſu domini directi ipſo jure cadit à feudo, ſeu à jure feudi, ſecundum Innocent. *hic circa medium, in ver: Recuperare*, Abb. Antiq. *n. 1. in eod. ver.* Hoſt. *nu. 4.* & Jo. Andr. *nu. 5.*

13 Extra QUÆRO. An Papa poſſit in præjudicium ſucceſſorum inveſtire aliquem de feudo nondum devoluto, conſentiente vaſſallo. Et cùm debeat conſtare de vera & evidenti utilitate eccleſiæ ſtante declaratione Gregorii XIV. in Conſiſtorio ſecreto, de qua *infra ſub n. 33.* An Papa poſſit ſine conſilio, & aſſenſu Cardinalium declarare hanc evidentem utilitatem.

15 Quoad primum dubium videtur affirmativè reſpondendum per tex. apertum in c. 1. *qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* ubi diſponitur expreſsè, & ita ſummat Bald. ut quamvis ſucceſſor Prælati non cogatur inveſtituram à Prædeceſſore factam, & non completam de feudo, quod alius tenet ratam habere, tamen id locum non habet, ſi eo conſentiente, qui feudum tenet, ſit alius inveſtitus. Nam conſenſus hujuſmodi operatur, ut ſucceſſor Prælatus teneatur complere, cùm aliter non teneretur, quaſi infeudatio rei, quam non tenebat infeudans, cùm non remanſerit in finibus promiſſionis, ſeu promiſſio in finibus inveſtituræ verbalis, ut conſiderat Iſern. in d. c. 1. *nu. 5.* & operatur, ut factum Prædeceſſoris dicatur tunc de jure
16 conſummatum. Ex quo ſequitur, ut cùm jam gratia ſit facta cum effectu, non expiret per obitum concedentis, ut ponderat ibi Bald. *nu. 4.* Alvarot. *nu. 3.* Præpoſ. *nu 2.* & Jacobin. *nu 1.* Et ratio eſt patens: nam cùm talis inveſtitura ſit valida, quia jure feudorum fulcitur, nec male factum dicatur, quod fit legis authoritate, ut advertit Iſern. *ubi ſuprà n. 13. verſ: Unde dic:*
17 Prælatus dicitur ritè conceſſiſſe: unde perinde judicandum eſt, ac ſi ipſa Eccleſia contraxiſſet, quæ nunquam moritur, ita Bald: *ibi ante nu: 5.* qui inferius *nu: 12.* innuit ſine conſenſu vaſſalli tenentis obligationem Prælati dici perſonalem, quæ ſucceſſorem non obligat, quia nihil in eum tranſmittit: At cum conſenſu dicetur realis, & perpetua obligatio Eccleſiæ, quæ obligat ſucceſſorem.

18 Secundum dubium ſimiliter videtur affirmativè reſolvendum, cùm vera & communis ſit ſcribentium concluſio, Papam ſolum poſſe ſine Cardinalibus ardua explicare, ut teſtatur Gemin: qui adductis in contrarium reſpondet, in c. *Super eo, num: 4. verſ. Communis concluſio, de hæret: lib: 6.* Et hanc eſſe veriorem ſententiam oſtendit Hier. Zanettinus *in tract: de differ: jur: civil:* & *can. in 24. differ: num: 33.* quam etiam veram & communem dicit, & latiſſimè comprobat Cardinal: Jacob: *de Concil: lib: 7. art: 5. de Cap: concluſ: in verſ: Octavò facit, num: 117. cum pluribus ſeqq:* & *in reſponſione ad contraria in verſ: Ad illud 259.*
19 Et in tantum poteſt Pontifex ardua per ſe expedire, ut ſi in contrarium adeſſet conſuetudo, illa non valeret; tum quia eſſet præſcribere contra ſupremam poteſtatem Papæ, contra quam non valet aliqua præſcriptio, ut notat Abb. in c. 2. *num: 4. de Cleric: non reſid:* ſequitur Jaſ. in l. *Placet, num: 11. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Tum quia Cardinalium poteſtas à ſolo Papa
20 emanat, ut tradit Archid. in c. *Ubi periculum col: 4. circ. fin.* ibi, (Dominorum autem Cardinalium potentia eſt ab homine: nam quicquid poſſunt, habent à Papa) *De elect: lib: 6.* & poſt eum Andreas Barbat. *in tract: de præſtant: Cardinal: q. 1. n. 12.* & Petr. de Raven. *in tract: de conſuetud: ſect:*
21 *1. num: 33.* quem ſequutus fuit Rocch. de Curte in ſimili ſuo tractatu, *num: 114.* ubi ait de honeſtate Papam non poſſe ardua tractare ſine Cardi-
22 nalibus; & tamen valere conſuetudinem in contrarium. Et rationem reddit, quia talis conſuetudo habet concurſum juris communis, cùm de jure communi Papa poſſit ardua tractare ſine Cardinalibus, ſecundum communem opinio-
23 nem. Imò etiamſi de hoc eſſet lex expreſſa, illa non eſſet attendenda, quia par in parem non habet imperium, cap. *Innotuit, de elect:* de quo latiſſimè Barbat. *conſ: 1. lib: 1. per tot.* & per tacitam contraventionem Papa videretur eam tollere, ut ait Zanettinus *ubi ſupra n. 36.* quæ omnia ve-
24 riſſima eſſe de poteſtate Summi Pontificis abſoluta, ſeu, ut ajunt, de plenitudine poteſtatis, pluribus rationibus confirmat Cardin. Paleot. *de Sacr: Conſiſt: conſult: par: 1. q. 3.*

25 Et quamvis de infeudatione magnæ civitatis loquens Bald: in l. *Cum multa, n. 2. C. de bon: quæ liber.* dixerit debere intervenire communem conſenſum Cardinalium: tamen ejus dictum communiter intelligunt Doctores de honeſtate tantùm, non de neceſſitate, ut reſpondet Zanettinus *ubi ſupra num: 36. verſ. Et ad allegata in contrarium*, qui prius citaverat ipſum Baldum *ſub num: 33.* & in propriis terminis declarat Cardin. Alex: in cap. 1. *Epiſcopum, vel Abbatem, in volum: feud: poſt princip.* concluditque valere hujuſmodi actum Papæ ſine Cardinalibus, quem ſequitur alios referens Claud. *in ſuo ſpeculo feud: fol: 131. verſ: Nam quantum*, & Redoanus per eadem met verba *in tract: de reb. Eccleſ: non alienan: caſ: 5. nu. 21.* ubi itidem teſtantur hanc eſſe crebriorem opinionem.

Et verè ita debere intelligi dictam doctrinam Baldi de honeſtate tantùm, non de neceſſitate, ſuadetur: nam ipſe in d. l. *Cum multa*, ſe remittit ad dicta per eum in l. *Humanum, C. de legibus*, ubi præciſè *num: 2.* dicit formam illius legis eſſe de honeſtate, non de neceſſitate, cùm ibi dicatur
26 *humanum*, non autem *neceſſarium*, & ſubdit retentis illis terminis, ſine dubio Principem poſſe infeudare nedum civitatem, ſed & provinciam, & Ducatum, & ut ait Caſtren. *ibi in fine, num. 6.* licèt dicatur, Papam omnia facere cum conſilio Cardinalium; ſi tamen facit ſine eis, valet; & ſequitur in l. *Lex eſt, num: 5. ff. eod. tit.*

Et ex his non videtur dubitandum, quin Papa ſolus totaliter explicare poſſit talem inveſtituram de feudo nondum devoluto, & cauſas evidentis utilitatis declarare.

27 Quibus addi poteſt, quòd etiamſi verſaremur in dubio an cauſa ſubeſſet, vel non ſubeſſet, adhuc Summo Pontifice aſſerente, præſumeretur, ut benè per Claud: *in Specul: feud: in ver: Cauſa legitima, fol: 128* præſertim ſi verſaremur in materia non ſuſpecta, quòd infeudatio fiat in conſanguineos, ut conſiderat Præpoſ. in c. *Non liceat, 12. q. 2. n. 7.* Et in hac materia ſunt videndę diſtinctiones per d. Claudium factæ, quãdo cauſa poteſt ſubeſſe, & non ſubeſſe; & quando exprimitur, & quando non. Concluſio enim eſt, ſi cauſa exprimitur, quæ tẽpore conceſſionis potuit intervenire, præ-

ſumi-

ſumitur etiam ſine interventu Cardinalium, vel Proterum, ut dicit ipſe *num.* 132. per ead. met. verba Redoan. *d. caſu.* 1. *n.* 22.

Et ſecundum diſtinctiones ejuſdem Claudij ſunt intelligenda, quæ ſuo longo involucro verborum dicit Bellam. in c. *Per principalem. nu.* 106. *verſ. Quare quaſito.* ubi rel ſiquit cogitandum, & in c. *Non liceat papæ.* 12. *q.* 2. *ante n.* 16. ubi præciſè aſſerit: Si non laborat mala ſuſpicio contra Papam, quia in mitis propinquis non fit alienatio, ſtandum eſſe litteris, & expreſſioni Papæ.

Et pariter Navar. in ſuis Commentarijs ſuper d. c. *Non liceat Papæ.* § 12. *n.* 7. & *ſeq. ſub n.* 9. ſentit ſtandum eſſe aſſertioni Papæ de cauſa juſta, ſi ipſe exprimat ſe ad id ex juſta cauſa moveri.

Ecco magis ſi tractaretur de feudo antiquo, quo caſu cum præſumatur ab initio intervenisse hujuſmodi cauſa, & ob id Innoc. III. hic concedat, ut ſolita infeudari de novo infeudari poſſint. Rectè dicit Bald. *in c.* 1. *num.* 1. *Qui feud. dar. poſſ.* cauſa militatis præſumi quando feudū eſt apertum.

29 Quando autem alienatio fit rite & recte, manifeſti juris eſt, nec alienantem, nec ſucceſſorem poſſe illam infringere, ut tradunt Hem. & cæteri Scribentes in d. cap. *Qui feudum dare tenecantur,* & Claud. *in d. Specul. fol.* 151.

30 Cæterùm ad certe, quia præmiſſa non videntur procedere poſt Conſtitutiones à Romanis Pontificibus hac de re editas. Nam Pius V. *in Conſtit.* 35. *Admonet*, edita quarto Kalend. Aprilis 1567. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 225. ſtatuit, ut civitates, & loca S. R. E. etiam in feudum, aut quemcumque alium alienationis titulum dari ſolita ad Sedem Apoſtolicam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda eo ipſo Cameræ Apoſtolicæ abſq; alia declaratione incorporata cenſeantur perinde ac ſi nunquam in feudum, vel alium titulum conceſſa fuiſſent, ut *in* § 2. Ac præ-

31 terea ſtatuit *in* § 3. ut de hujuſmodi alienationibus, & infeudationibus tractantes, conſulentes, aut alias verba facientes, eaſq; Summo Pontifici per ſe, vel per alium inſinuantes, vel ſuadentes excommunicationis pœnam, ac læſæ Majeſtatis etiam in primo capite, & confiſcationis bonorū, privationiſque dignitatum, ac beneficiorum eo

32 ipſo incurrant. Et *in* § 9. addit, ut Cardinales in aſſumptione pilei, & ſede vacante in conclavi jurare debeant prædictam Conſtitutionem obſervare, eique non contravenire, nec Pontificibus contrafacientibus conſentire, aut abſolutionem à juramento petere, nec oblatam, aut conceſſam

33 acceptare. Et aſſumptus in Summum Pontificem id ipſum promittat, ac juret, & poſt coronationem ſuis litteris confirmet, ut latius in ipſa Conſtitutione, quam poſtea confirmarunt Pontifices ſucceſſores Gregor. XIII. *Conſtitut.* 3. *Inter cætera, in Bullar. to.* 2. *pag.* 363. Sixtus V. *Conſtit.* 26. *Quanta, eod. tom. pag.* 520. Gregor. XIV. *Conſtit.* 1. *Romanus Pontifex, pag.* 286. Et ad hæc uſque tempora multum dubitari poterat de intellectu illorum verborum Bullæ Pij V. Et pro tempore devolvenda. An ſcilicet comprehenderent loca nondum devoluta tempore infeudationis. Et eò magis quia idem Gregorius XIV. in Conſiſtorio ſecreto Romæ apud S. Marcum die ven. 13. Septembris 1591. habito, ſententijs tamen S. R. E. Cardinalium, qui tunc aderant, minimè requiſitis, quinimò multis eorum expreſſe contradicentibus, declaravit, & decrevit Pius V. Conſtitutione prædicta non prohiberi feudum nondum devolutum, quando neceſſitas, aut evidens & vera Eccleſiæ utilitas poſtulaverit iterum infeudari. Nec juramentum ita præſtitum ſimilem caſum comprehendere, ac neminem licitè jurare poſſe, quod contra neceſſitatem, aut evidentem utilitatem Eccleſiæ utcumque prædictam Conſtitutionem

34 intelligendam judicavit, ac diffinivit. Sed hanc dubitationem ſuſtulit Innoc. IX. *Conſtitutione* 1. incip. *Quæ ab hac ſancta Sede*, *edita pridie non. Novembris* 1591. *eod. tom.* 2. *pag.* 713 nam in § 4. declaravit Conſtitutione Pij V. prohiberi quamcumque infeudationem, & alienationem civitatum, & locorum eidem Sedi tam immediatè, quam mediatè ſubjectorum, non ſolum poſt eorum devolutionem, ſed etiam antequam devolvantur, & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem & extenſionem infeudationum, & conceſſionum hujuſmodi nondum finitarum; ipſorumque incorporationem quoad effectum impediendæ alienationis, prorogationis, & extenſionis hujuſmodi non à die eorum devolutionis, ſed à die ipſius Conſtitutionis, & etiam antequam devolvantur factam cenſeri, & *in* § 5. præcepit Pij V. Conſtitutionem jurari debere juxta prædictam Conſtitutionem.

35 Itaque ſtante hac declaratione Innocentij IX, planum eſt hodie Papæ non licere quemquam inveſtire de feudo nondum aperto, & ſic diſpoſitio d. c. 1. *Qui ſucceſſ. feud. dar. tenean.* & textus noſtri, quatenus permittit, ut infeudari poſſint bona feudalia ad Eccleſiam devoluta juramento non obſtante, locum non habet in Summo Pontifice, ſed tantummodo in inferioribus Prælatis. Forma enim juramenti, qua ſe obſtringit Papa, eſt longè diverſa à juramento de non infeudando, quo ſe adſtringunt Prælati inferiores in terminis hujus cap.

36 Quo fit ut hodie locum non habeat concluſio, quam pluribus relatis firmat Rota *deciſ.* 664. *nu.* 11. *par.* 2. *recen.* videlicet Papam poſſe durante generatione inveſtiti in feudo alijs inveſtituram concedere in caſum devolutionis, cum tunc non dicatur agi de præjudicio inveſtiti. Obſtat enim Declaratoria Innocentii, ideoque nec opus eſt diſcutere, an diſpoſitio cap. 1. *Qui ſucceſſ. feud. dar. ten.* locum habeat in Summo Pontifice, de quo ibi plenè per Rotam, *num.* 13.

Porro Bulla Pij V. ut præfertur declarata ab Innocentio IX. confirmavit, & innovavit, ſeque ſervaturā promiſit, ac juravit Clem. VIII. *in Conſtitutione prima, Ad Romani Pontificis, in Bullar. tom.* 3. *pag.* 1. ubi etiam *in* § 7. declarationem Gregorij XIV. tanquam deſtruentem prædict. Pij Conſtitutionem, alienandique occaſionem præbentem ac minimè neceſſariam revocavit, & annullavit perinde ac ſi nunquam emanaſſet. Declarans eadem Pij V. Conſtitutione prohiberi civitatum, & locorum in ea contentorum tam quæ nunquam antea in feudum conceſſa, quàm quæ alias ſæpius infeudata, ac poſtmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt, infeudationes, & prorogationes inveſtiturarum etiam ex cauſa neceſſitatis, aut evidentis & veræ utilitatis factas & faciendas, ut latius in eadem Bulla § 8. Et concordat Regula Cancellariæ 64.

37 Præter hæc Gregor. XIII. *die* 3. *Aprilis* 1581. in Conſiſtorio declaravit ſub dicta Bulla Pij V. comprehendi etiam conceſſiones guberniorum, quas ultra triennium de locis S. R. E. fieri non contingeret, quam declarationem & Sixtus V. approbavit itidem in Conſiſtorio *die* 16. *Januarij* 1589.



38 Prohibitio tamen Pij V. ut ſuprà declarata, non comprehendit terras, & loca confiſcata ob delicta, de quibus *in Conſtitutione* 65. Gregor. XIII. incip. *Tanta*, ut ibi declaratur *in* § 13. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 446. Idemque declaravit Sixtus V. *in Conſtitutione* 6. *Hoc noſtri*, § 8. *pag.* 491.

39 Ac ſimiliter non comprehendit ea loca, quæ Camera Apoſtolica emit à Baronibus juxta *Conſtitutionem* 41. Clementis VIII. *Juſtitiæ*, § 14. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 55.

# DE SOLVTIONIBVS.

## *Cap. Ad hoc.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere debita prædeceſſoris pro neceſſitate Eccleſiæ contracta: & n.* 6.

2 *Filius non tenetur ad debita patris, niſi creditores probent eum ſe immiſcuiſſe hæreditati paternæ.*

3 *Et tunc tenetur etiam ultra vires hæreditatis ſi eam adierit ſine inventario.*

4 *Et quid de æquitate canonica, & in foro animæ.*

5 *Succeſſor in beneficio, & hæres in quibus æquiparentur, vel non.*

6 *Hæres tenetur ſolvere omnia debita defuncti qualitercumque contracta.*

7 *Succeſſor in beneficio tenetur ad debitum prædeceſſoris, quod conſtat fuiſſe contractum pro neceſſitate Eccleſiæ, licet non probetur verſum, & num.* 9.

8 *Fallit in mutuo, in depoſito, & cum res Eccleſiæ pro debito venditur.*

10 *Succeſſor in beneficio tenetur ad debita, quæ prædeceſſor pro ſui ſuſtentatione, vel infirmitate contraxit.*

11 *Succeſſor in Epiſcopatu tenetur ad expenſas Advocati pro defenſione, & neceſſitate prædeceſſoris carceribus mancipati.*

12 *Succeſſor in beneficio an teneatur ad penſiones tempore prædeceſſoris decurſas, & non ſolutas, & n. ſeqq. uſque ad n.* 22.

13 *Penſio cum clauſula*, Ut melius, & commodius ſuſtentari valeas, &c. *cenſetur reſervata ex cauſa alimentorum, & n.* 15.

14 *Hypotheca non oritur ex aſſignatione redituum ſuper certo fundo, niſi aſſignatio fiat pro alimentis.*

*Contrarium, n.* 16. *in fin.*

16 *Penſio, cenſus, collecta, & decima ſunt debitum reale, & obligat poſſeſſorem etiam pro terminis præteritis, & n.* 19.

17 *Et an ſit in optione creditoris vel agere contra ſucceſſorem, vel contra antiquum poſſeſſorem, ſeu ejus hæredem, & n. ſeq.*

18 *Succeſſor in beneficio ex ſtylo Rotæ non tenetur ad penſiones decurſas tempore prædeceſſoris, niſi facta à penſionario diligentijs contra prædeceſſorem, vel illius hæredes.*

20 *Succeſſor pro penſionibus ſolutis pro antiquo poſſeſſore habet actionem contra eum, vel illius hæredes.*

21 *Succeſſor in Epiſcopatu, vel Parochiali etiam factis per penſionarium diligentijs contra prædeceſſorem non tenetur ad penſiones ante ſuam proviſionem decurſas, niſi detracta congrua.*

22 *Succeſſor an teneatur ad penſiones antiquas pro terminis decurrendis, licet ſibi non remaneat congrua. Diſtinguitur, ut n. ſeqq. uſq. in fin.*

23 *Quid ſi penſio ſit reſervata cum clauſula*, Dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, vel centum pro Rectore.

*Et quid ſi cum clauſula*, Etiamſi non remaneant mille, vel centum, *num.* 30.

*Et quid ſi cum eadem clauſula non expreſſa, ſed tacitè ſubintellecta, n.* 31.

*Et quid ſi reſervatio ſit pura, n.* 32.

24 *Clauſula*, Dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, *facit penſionem conditionalem.*

25 *Et in petitorio onus probandi, quòd mille remaneant, incumbit penſionario.*

*Etiamſi Epiſcopus reſervationi conſenſerit, n.* 26.

*Et probatio debet eſſe plena, n.* 27.

26 *Conſenſus titularis intelligitur præſtitus ſub eadem conditione, ſub qua penſio fuit reſervata.*

28 *Penſio reſervata cum clauſula*, Dummodo remaneant tot pro Titulari, *ſi ſit exceſſiva, non eſt nulla in totum, ſed reducibilis.*

29 *Fallit ſi ſit reſervata cum prædicta clauſula, & cum expreſſione certi valoris.*

30 *Tridentino Concilio Papa cenſetur derogare reſervando penſionem cum clauſula*: Etiamſi non remaneant mille pro Epiſcopo.

31 *Idem ſi ſciat valorem fructuum, juxta quem non remanent mille.*

32 *Penſio purè reſervata eſt reducibilis ſi non remaneant mille pro Epiſcopo, & Papa fuerit deceptus in expreſſione valoris facta in cedula Conſiſtoriali.*

1 AD HOC. Jo. Andr. non ſummat, quia breve eſt. Sed ſecundùm Abbatem ſummatur ſic: Succeſſor in beneficio tenetur ſolvere debita prædeceſſoris pro neceſſitate Eccleſiæ contracta. Hoc dicit.

2 Nota primò ex principio textus, filium teneri ſolvere debita patris. An autem ſit fundata intentio creditoris agentis contra filium poſt obitum patris ex debito paterno, adeo ut etiam alio non probato cogendus ſit filius ad ſolvendum? Primo intuitu videtur affirmativè reſpondendū per iſtum textum, qui hoc dicit ad litteram, & per illud Apoſtoli 8. ad Rom. 17. *Si autem filij & hæredes*, & 4. ad Galat. 7. *Quòd ſi filius, & hæres.* Sed contrarium eſt verum, quia requiritur ut creditor probet ſe immiſcuiſſe hæreditati paternæ, aliàs enim ſi filius ab illa ſe abſtineat, non tenetur creditoribus hæreditarijs reſpondere, nec poteſt cogi ad ſolvendum niſi conſtito de aditione hæreditatis, ut legitur, & notatur in l. *Neceſſarijs ff. de acquirend. hæred.* & ibi per gloſ. *in ver. Teneantur*, & Bart. *nu.* 1. & tenet gloſſa reputata ſingularis in l. *Si cum dotem*, § *Tranſgrediamur, in ver. Hæres, ff. ſolut. matrim.* quæ dicit ab actore probandum eſſe, quòd filius ſit hæres patris, per textum in leg. 1. *Cod. Si minor ab hæredit. abſtin.* & in leg. 1. *Cod. de jure deliberat.* & hic firmant Anchar. *nu.* 1.



& Imol.

& Imol. nu: 2. Et dictum Apoſtoli: Si filius, ergo hæres, intellige quantum ad hoc, ut filius poſſit ſe immiſcere hæreditati paternæ, & illam agnoſcere: non autem quoad hoc, ut poſſit à creditoribus conveniri, ſi non appareat quod hæreditatem agnoverit: ſecundum Imol. *ubi ſuprà*. Vel dictum Apoſtoli intelligas quantum ad nomen, non autem quantum ad commodum, vel incommodum, niſi ſe immiſceat, ut declarat præcitata gloſ. in l. *Neceſſarij, in ver: Teneantur, ff. de acquir: hæred.* & litteram textûs notat, ibi, *filius*, ſupple, *& hæres*. ſecundum Bernardum hic poſt caſum, Abb. Antiq. & Hoſtienſ. *in princip.* itaque filius,
3 qui ſe conſtat hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe, tenetur ad debita patris, & quidem in ſolidum, & ultra vires hæreditatis, ſi eam adivit ſine beneficio legis, & inventarij. Sed ſi inventarium confecit, tenetur ſolùm quatenus vires hæreditatis patiuntur, l. *fin. C. de jur: delib.* ſecundum Alan. hic relatum in gloſ: 2. Sed ſunt. *num:* 5. & Imol. *nu:* 7. dicunt hoc verum de rigore juris ci-
4 vilis, & in foro contentioſo, ſed de æquitate canonica, & in foro conſcientiæ, qui adivit ſine beneficio inventarij non tenetur niſi in quantum ſe extendunt vires hæreditatis. Allegant gloſ. in c. *Quamquam, in ver: Mandaverint, de uſuris*, & ibi Jo. Andr. in gloſ: *in ver: Dicitur*, Bart. & Bald. in *Rubrica, ff. de acquirenda hæredit:* Tu verò in hoc paſſu recurre ad Feder. de Senis in ſuo ſolemni *conſ:* 21. incip: *Numquid hæres per tot.* ubi hanc materiam luculenter examinat.

Secundò nota ex textu æquiparationem, ſeu
5 ſimilitudinem inter hæredem & ſucceſſorem in beneficio, ſecundum Anchar. *hic num:* 2. Imol. *nu:* 3. & Abb. *nu:* 1. nam quemadmodum hæres ſuccedit in univerſum jus defuncti, l. *Hæreditas, ff. de reg: jur.* ita & ſucceſſor ſuccedit Prælato in univerſum jus eccleſiæ, c. *Relatum, il ſecondo, § Nemine, de teſtamen.* ſecundum Hoſt. *hic num:* 3. Joan. Andr. *num:* 5. & alios ſupracitatos. Item æquiparantur quoad ſolvenda debita per prædeceſſores contracta, ut in textu. Sed nihilominus in multis differunt; nam hæres jus cauſat à defuncto, ſed ſucceſſor in beneficio jus conſequitur non à defuncto, ſed à ſuperiore, à quo inſtitutionem obtinuit, ut hic per Abbatem *num:* 1. *verſ: Sed in multis*, & dixi in c. *Gravis, n.* 136. *& ſeqq. ſuprà de reſti-*
6 *tut: ſpoliat.* Item differunt, quia hæres tenetur ſolvere omnia debita defuncti qualitercumque contracta, ut notatur in cap: 1. *infrà de teſtam.* & dictum eſt *ſuprà num:* 3. ſed ſucceſſor in beneficio non tenetur niſi ad illa, quæ ſunt contracta pro neceſſitate eccleſiæ, ut hic probatur à contrario ſenſu. Concordat textus in cap. *Hoc jus, §. Et hic creditor*, 10. *quæſt:* 2. in c. *Quod quibuſdam, ſuprà de fidejuſſor.* & in cap. *Gravis, de depoſito.* Et hic notat gloſ. *ultim:* cum qua tranſeunt communiter Scribentes, Gemin. *conſ:* 1. *num:* 2. *&* 3.

7 Ultimò nota ibi, Pro eccleſiæ neceſſitate ad hoc ut ex debito per Prælatum contracto obligetur ſucceſſor, ſufficere, ut probetur debitum pro neceſſitate eccleſiæ contractum fuiſſe. Et quamvis Innocentius hic in fine requirat, ut probetur etiam verſio in eccleſiæ utilitatem, & Abb. Antiq. dicat hoc benè notandum: Tu tamen pondera, quia textus exigit hanc probationem verſionis, ſed tamen exigit, ut debitum fuerit contractum pro eccleſiæ neceſſitate. Sufficit ergo probare caſum neceſſitatis, ut hic per Hoſt. *nu:* 3. qui dicit eſſe hic argumentum expreſſum, quod eccleſia obligetur etſi non ſit verſa pecunia, dum tamen probetur, quod eccleſia indigebat, & pro illa neceſſitate, quæ imminebat, fuit debitò contractum. Ad hoc bonus textus in l. 1. § *quod ſi mutuam*, & in l. *Lucius, ff. de exercitor: actione*, & cum Hoſt. videtur hic tranſire Jo. Andr. *n.* 1. *in ver. Neceſſitate*. Card. dicens hoc verum *nu:* 1. Anchar. *nu:* 4. & Abb. *nu:* 2. qui hunc tex. ita intellectum reputat multum notabilem. Sed Ant. de But. *nu:* 1. *verſ: Ulterius*, dicit opiniones poſſe ad concordiam
8 reduci, ut opinio Innocentij procedat in mutuo; opinio verò Hoſt. in alijs contractibus quam mutui, & cum hoc tranſeunt Jo. de Imola, *n.* 2. *in fine verſ: Dominus Antonius*, & Jo. de Anan. *n.* 3. *verſ: Nota quod ad hoc.* Tu verò his adde Innocentium in d. cap. *Gravis, num:* 1. *de Depoſito*, ubi ait contrahentem cum Eccleſia, vel hoſpitali debere eſſe ſolicitum de converſione rei in utilitatem Eccleſiæ tribus caſibus in jure expreſſis. Primus eſt in mutuo, ut l. *Certi, ff. Si certum petatur*; & c. *Quod quibuſdam, ſuprà de fidejuſſor.* Secundus in depoſito, d. c. *Gravis.* Tertius, cùm res eccleſiæ pro debito venditur, ut in Auth. *Hoc jus porrectum, Cod. de Sa-*
9 *croſan. Eccleſ.* & in cap. *Hoc jus*, 10 *quæſt:* 2. In alijs autem caſibus, licèt verſum non probetur in in utilitatem eccleſiæ, ſeu hoſpitalis, ſi ad hoc datum fuerit, ipſa eccleſia, ſeu hoſpitale tenetur. Et hoc dictum Innocentij, quicquid dixerit gloſ. *ult:* in l. 1. *C. de venden: reb: civitatis, lib:* 12. communiter ſequuntur Canoniſtæ, & Legiſtæ in d. l. *Civitas*, ut atteſtatur Ludovicus Romanus *in conſ:* 440. *Non eſt dubium, num:* 4. *&* 5. Ubi propterea conſuluit extra caſus prædictos ſucceſſorem in hoſpitalatu obligari ad debita, quæ præcedens hoſpitalarius in utilitatem hoſpitalis contraxit, licèt verſio probata non fuerit, per hoc c. Et ita voluit *in conſ:* 517. *in caſu poſt n.* 2. & in l. *Si cum dotem, §. Si maritus, n.* 15. & in l. *in inſulam, §. Uſuras, ante n.* 15. *ff. ſolut: matrim.* Abbas *conſ:* 85. *Videtur primò, n.* 3. *lib:* 2.

10 Sed quid ſi Prælatus contraxerit debita pro ſui ſuſtentatione? Reſpondeo teneri ſucceſſorem, quia pro neceſſitate Eccleſiæ videntur contracta, cùm Eccleſia teneatur Prælatum alimentare, c. *Cum ſecundum Apoſtolum, de præb.* & ita hic firmat Abbas *n.* 2. *verſ: Nam ſi Prælatus*, & in c. *Per tuas, n.* 2. *infrà de donat.* & in c. *Ex præſentium, n.* 5. *ſuprà de pignor.* ubi extendit textum noſtrum, qui obligat ſucceſſorem in beneficio ad ſolvenda debita pro neceſſitate eccleſiæ contracta, ut idem ſit, ſi contracta fuerint pro neceſſitate perſonæ, & hic ſubdit ſe ita in facto pluries conſuluiſſe, præſertim in Rectoribus eccleſiarum, qui contrahunt multa debita in infirmitate, ex qua decedunt; nam ſucceſſor tenetur illa ſolvere, ut per eum ſequitur Quintilianus Mandoſ. *in repetitione c.* 1. *n.* 11. *verſ: In pluribus, de probation. vol.* 6. *Repetentium, in*
11 *Appendic. fol.* 62. Et propterea cum quidam Doctor patrocinium præſtitiſſet Epiſcopo Caurienſi carceribus mancipato, & pro ejuſdem neceſſitatibus pecunias expendiſſet, Domini de Rota *in Caurienſi pecuniaria* 11. *Februarij* 1547. coram Puteo concluſerunt ſucceſſorem teneri, ut apud Peregrinum *deciſ:* 14. *ſub ſit titul. de ſolut.* & referunt Mandoſ. *ubi ſuprà*, & Flaminius Pariſius *de reſignat. beneficior. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 51.

QUÆ-



12 QUÆRO, An ſucceſſor in beneficio teneatur ad penſiones tempore prædeceſſoris decurſas, & non ſolutas.

Rota apud Caſſadorum *deciſ:* 4. *n.* 3. de locato dixit hunc paſſum: An ſucceſſor teneatur ad decurſas penſiones pro prædeceſſore, eſſe dubium, & nondum in palatio deciſum: & Creſcentius *deciſ:* 3. *n.* 7. *de ſolut.* teſtatur Rotam nunquam voluiſſe judicare ſucceſſorem teneri ad penſiones per prædeceſſorem non ſolutas, & Achil. *deciſ:* 3. *n.* 1. *de penſionib.* ſimiliter ait Dominos nunquam voluiſſe reſolvere, ut penſio debeatur à ſucceſſore, ne indies peterentur.

13 Opinio tamen affirmativa videtur de jure verior, ſaltem in penſionibus, quæ communiter reſervari ſolent cum clauſula, (Ut meliùs, & commodiùs ſuſtentari valeas de alicujus ſubventionis auxilio providere, & ſpecialem gratiam facere volentes.) Quæ clauſula id operatur, ut penſio alimentorum cauſâ cenſeatur aſſignata, ut declarat Quintilianus Mandoſ. *in Regula de infirmis, quæſt:* 11. *n.* 6. *& ſuper ſignat: ſub tit: de penſioni-*
14 *bus, quæſt:* 51. *& ſeq.* Quamvis autem circumſcripta cauſa alimentorum ſi reditus ſuper certo fundo aſſignentur, ex tali aſſignatione fortè hypotheca naſci non videatur, ſed ſolùm perſonalis actio contra aſſignantem, ut l. *fin. in fine, ff. de contrahen: emp:* l. *Si liberto, in princ:* juncta gloſſa ejuſdem principij, *in ver: Vendita ſunt, ff. de ann: legat.* Tamen ſecus eſt ſi reditus ſuper tali fundo aſſignentur pro alimentis, quia tunc procedit conciſio juris, dicens rem illam, ex qua jubentur alimenta præſtari, eſſe pro ſolvendis alimentis tacitè hypothecatam: hic eſt tex. in l. 2. *in fin: ff. de alimen: & cibar: leg.* & tenet Gloſſator in l. *Lucius, in gloſ:* 2. *ff. eodem*, & in l. *Cajus, in ver: Neque in rem, ff. de Annuis legatis*, & in l. *Cum hi, in ver: Idem eſt etſi ageretur, ff. de tranſact.* Cujus ſententiam omnes ſequuntur, ut inquit Ludov. Rom. *in conſ:* 388. *In caſu propoſiti thematis, n.* 3. ubi hoc præcipuo fundamento firmat hanc concluſionem, ut Epiſcopus ſucceſſor teneatur ad penſiones decurſas, & non
15 ſolutas tempore prædeceſſoris. Eandem concluſionē ſuppoſitâ reſervatione penſionis cum prædicta clauſula, *ut commodiùs*, &c. videtur ſequi Felinus in c. *Ad audientiam, il* 2. *n.* 6. *de reſcr.* & eam probant ſimpliciter Philippus Francus in c. *ultim.* 3. *&* 4. *de off: Ordin: lib:* 6. & Gigas *de penſ: q.* 39. *n.*
16 10. Et ratione, quia penſio & cenſus ſunt collecta, & decima ſunt debitum reale, & obligant poſſeſſorem, ut c. *Si quis laicus*, 16. *q.* 1. Unde novus poſſeſſor beneficij erit conveniendus, ut debita ſolvat etiam pro cenſu & penſionibus præteritis, ut in hoc cap. *Et facit tex.* in l. *Imperator, ff. de Publicanis*, ubi hoc eſt expreſſum in tributis. Idque procedere etiam extra caſum alimentorum pluribus
17 probat Gigas *de penſionibus, q.* 51. *à n.* 17. Eſt tamen in opinione penſionarij creditoris, vel agere contra ſucceſſorem in beneficio, vel contra antiquum poſſeſſorem, ſeu ejus hæredem, ut per Gigantem *dictâ quæſt.* 39. *n.* 11. Et in decimis quæ eodem jure cum penſionibus cenſentur, reſpondit Federic. de Senis *conſ:* 81. incip. *Laicus de prædio ſuo*, & in charitativo ſubſidio, quod ſimiliter eſt onus reale, & tranſit in ſucceſſorem beneficij, voluit Bartholomæus Bellencinus *de Charitativo ſubſidio q.* 51. *verſ: Fateor tamen.*

18 Cæterùm adverte, quia etſi Rota non fuerit ſequuta opinionem Federici de Senis *in prææ*legata *conſ:* 81. Nec olim voluerit judicare ſucceſſorem teneri ad penſiones non ſolutas per prædeceſſorem, ut dixi *ſuprà num.* 12. Nihilominus ubi conſtat de diligentijs factis à penſionario pro exactione penſionis contra prædeceſſorem, vel illius hæredes, paſſim Rota condemnat ſucceſſorem ad ſolvendos terminos decurſos in vita prædeceſſoris, & non ſolutos, ut in *cauſa Camaracen. penſionis*, 15. *Ianuarij* 1592. coram Gipſio, & *in Hiſpalen. penſionis* 16. *Decembris* 1577. coram Cardinali Blanchetto, & *in Cæſaraugustana penſionis*, 13. *Aprilis* 1592. coram Card. Pamphilio, & in concordantibus relatis à Greg. XV. *deciſ:* 507. *num.* 3.
19 Penſio enim, ut prædixi, eſt onus reale, & cohærens beneficio, ut tetigi *ſuprà n.* 16. Et fuit dictum in præcitatis deciſionibus, & propterea obligatur ſucceſſor ad illius ſolutionem, non ſolùm in futurum, ſed etiam in præteritum pro terminis decurſis ante ſuam proviſionem, ut l. *Quæſitum, ff. de Uſufruct.* & tradunt Philippus Francus ind. c. *ult: n.* 4. *de offic: Ordinar: lib:* 6. Card. in Clem: 1. *q.* 11. *n.* 5. *in fin: verſ: Ad aliud verò, de cenſib.* Gemin. *conſ:* 3. *Super dubio, n.* 2. *& per tot.* dicens de hoc eſſe caſum in hoc c. Card: Alban. *conſ:* 2. *n.* 12. Navarr. *conſ:* 1. *n.* 3. *&* 4. *& conſ:* 2. *n.* 3. *&* 5. *de ſolut.* & alij apud Gregor. *in prææallegata deciſ:* 507. *n.* 2.
20 Licet novus poſſeſſor, & ſic ſucceſſor in beneficio poſſit procedere contra antiquum poſſeſſorem, ſeu illius hæredem, ut probatur in d. cap. *ult: de offic: Ordinar: lib:* 6. & ibi notat Francus *n.* 3. *verſ: Ipſe tamen novus poſſeſſor.*

21 Cave tamen ne decipiaris, quia etſi novus poſſeſſor beneficij factis ut ſuprà diligentijs teneatur ad penſiones decurſas tempore prædeceſſoris, ut dictum eſt; hoc tamen eſt moderandum cum temperamento, videlicet dummodò ei remaneat congrua, quæ in primis, & ante omnia deducenda eſt, ut fuit deciſum in *Campanien. penſionis*, 22. *Ianuarij* 1609. coram Juſto, impreſſa apud Marcheſanum *de Commiſſ: par:* 1. *fol.* 547. Quam ita intellexit, & ſequuta eſt Rota coram Greg. XV. in ſæpius citata *deciſ:* 507. *n.* 5.

22 Sed hic incidit quæſtio, Numquid ſucceſſor in beneficio teneatur ad ſolutionem antiquarum penſionum pro terminis ſuo tempore decurrendis, licèt non remaneat congrua ſibi debita ex præſcripto Concilij Trid. *c.* 13. *§. Ad hæc, ſeſſ.* 24.

23 Pro ſolutione obſervandum eſt, quod ad præſentem quæſtionem attinet, Papam quatuor modis reſervare penſiones ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis, vel Parochialis: primò ſcilicet cum clauſula, (Dummodo remaneant mille pro Epiſcopo, vel centum pro Rectore.) Et hoc primo caſu planum eſt Epiſcopum, vel Rectorem non teneri ad penſiones pro terminis decurrendis, niſi prius detracta congrua; quia penſio hoc caſu eſt conditionalis propter clauſulam, *dummodò*, Rota
24 *deciſ:* 160. *n.* 2. *par.* 3. *diverſor.* & ſæpius reſolutum fuit in pluribus cauſis, teſte Cardinale Seraphino *deciſ:* 112. *n.* 2. & clara eſt intentio Papæ, ut ita demum penſio debeatur, ſi remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore, ad præſcriptum Concilij Trid. *in d. c.* 13. ut dixit Rota *deciſ:* 679. *in*
25 *fin: verſ: Quia clara eſt intentio Papæ: par:* 4. *diverſor.* Ideoq; ſi Epiſcopus, vel Rector agat petitorio judicio contra penſionarium, negans ſe penſionem debere, aut dicens penſionem eſſe nullam, tene-

tur penſionarius aſſumere onus probandi, quod titulari remaneat congrua, quia ipſius penſionarij intentio fundatur in diſpoſitione conditionali, quæ niſi juſtificetur, illum non relevat, ut l. *Si quis pro conditione, ff. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam.* cum concordant. & ita fuit reſolutum *in cauſa Salamantina penſionis, 26. Maij* 1593. coram Gipſio, apud Gatz. *de benef. p. 1. c. 5. n. 424. verſ. Tertius caſus,*
26 & *in præallegat. deciſ. 679. par. 4. diverſ.* Quinimò hoc vendicat ſibi locum etiamſi titularis reſervationi penſionis conſenſerit; quia conſenſus hujuſmodi intelligitur præſtitus ſub eademmet conditione, ſub qua penſio reſervata exiſtit, ut *in d. Salamantina penſionis, verſ. Non obſtat, quod titularis*
27 *conſenſerit*. Et hoc caſu non ſufficit ſemiplena probatio, ſed debet eſſe plena, ut per Mohed. *deciſ.* 148. & Seraph. *d. deciſ.* 1122. *n.* 2. Ubi allegantur
28 duæ deciſiones concordantes. Cæterum iſto caſu, id eſt, cùm penſio reſervatur cum prædicta clauſula, *dummodo*, &c. ſi ſit exceſſiva, agi poteſt de ſola reductione, non autem de nullitate penſionis in totum, quia non deficit intentio papæ eam reſervantis in majori ſumma, cui minor ineſt; nam ſi voluit reſervare penſionem in majori quantitate fortius in minori, leg. 1. §. *Si ſtipulanti, ff. de ver. oblig.* cum ſimilib. Creſcent. *deciſ.* 17. *n.* 4. *de reſcriptis, put. deciſ.* 34. *n.* 2. *lib.* 1. Mantica *deciſ.* 153. *n.* 2. *&* 4. Nec papa appoſuit conditionem illam, *dummodo*, &c. ad effectum, ut ea non juſtificata penſio in totum reddatur nulla, ſed ſolùm ut ad minorem ſummam reduci poſſit, ut fuit ponderatum *in præalleg. Salamantina Penſionis, verſ. Nam Pa-*
29 *pa non appoſuit.* Verùm hoc intelligas in eo tantùm caſu, in quo penſio fuit quidem reſervata conditionaliter cum prædicta clauſula, *Dummodo remaneant tot pro titulari, ſed ſine expreſſione certi valoris*; tunc enim, ut prædixi, penſio exceſſiva non eſt nulla in totum, ſed reducibilis, & ita procedunt deciſiones præallegatæ: ſecus verò ſi penſio reſervata fuerit ſimul cum prædicta clauſula, dummodo, & cum expreſſione certi valoris per aſcenſum; quia tunc ſi penſio reperiatur exceſſiva, non poteſt reduci, ſed propter ſubreptionem debet declarari nulla in totum, ut fuit deciſum *in Peruſina parochialis, ſeu penſionis 1. Iulij* 1641. coram Dunozetto Decano.

30 Secundo modo papa reſervat penſiones ſuper fructibus menſæ epiſcopalis, vel parochialis, cùm clauſula primæ oppoſita, videlicet etiamſi non remaneant mille pro epiſcopo, vel centum pro rectore, quod tamen fit admodum raró. Et hoc caſu reſolutum eſt epiſcopum, vel rectorem teneri ad ſolutionem penſionis cum integritate, etiamſi non remaneant mille, vel centum pro ſua congrua. Ratio eſt evidens, quia de poteſtate Papæ ambigi non poteſt, c. *Propoſuit, de conceſſ. præb.* c. 2. *de præb. lib.* 6. & de voluntate conſtat, quia id verbis expreſſit, l. *Labeo* §. *Id Tubero, ff. de ſuppellect. legat.* Gemin. *conſ.* 61. *Super præmiſſo dubio, in princ,* Bald. *conſ.* 505. *Verba Principis in princ. verſ. Aut eſt dubium, lib.* 1. & cenſetur Trident. Concilio derogaſſe, cùm ſtatuerit contrarium ejus quod Concilium diſponit *in d. c.* 13. §. *Ad hæc, ſeſſ.* 24. ut dixi in c. *Ex parte n.* 26. *de privileg.* Et extat motus proprius Pij V. quem retuli in c. *Nulla, n.* 86. *de conceſſ. præb.*

31 Tertiò modo Papa reſervat penſiones cum prædicta clauſula, *etiamſi non remaneant mille*, &c. non quidem expreſſa, ſed tacitè ſubintellecta, puta quia in cedula Conſiſtoriali fuit expreſſus valor fructuum menſæ epiſcopalis per aſcenſum in ducatis, v. g. mille: & nihilominus penſio fuit reſervata in ducatis quingentis. Et hoc tertio caſu pariter epiſcopus tenetur ad ſolutionem integræ penſionis, licet non remaneant mille pro ſua congrua, nec poteſt petere reductionem, quia Papa etiam iſto caſu cenſetur voluiſſe derogare decreto Concilij Trid. *in d. c.* 13. Quia cum ſciverit valorem fructuum, juxta quem non remanent mille pro epiſcopo, talis ſcientia habet vim clauſulæ *non obſtante*. Felin. in c. *Nonnulli, n.* 13. *verſ. Fallit quarto, de reſcript.* & in proprijs terminis reſolvit Rota *in cauſa S. Angeli Penſionis, 16. Decembris* 1594. coram Card. Pamphilio. & *in Ferreten. Penſionis, 23. Ianuarij* 1602. coram Ortembergo. quæ referuntur *in Campanien. Penſionis 22. Ianuarij* 1509. coram Juſto, impreſſa apud Marcheſanum *de commiſ. p.* 1. *fol.* 547.

32 Quartò demum modo Papa reſervat penſionem purè, & ſine prædicta clauſula nec expreſſa, nec tacitè ſubintellecta, puta quia fructus menſæ epiſcopalis per aſcenſum expreſſi fuerunt in ducatis mille, & quingentis, & penſio reſervata fuit ſolum in ducatis quingentis, & in hoc ultimo caſu ſi facta fructuum liquidatione appareat penſionem eſſe exceſſivam, & non remanere epiſcopo ducatos mille pro ſua congrua, & Papam fuiſſe deceptum in expreſſione valoris narrati in cedula Conſiſtoriali; tunc penſio erit reducenda, ita ut epiſcopo remaneant mille pro ſua ſuſtentatione, ut fuit deciſum in dicta Campanien. penſionis, hoc enim caſu Papa non cenſetur voluiſſe derogare, quin potius ſe conformare decreto Concilij Trid. & ad excludendam ſcientiam Papæ de vero valore, ſecundùm Rotam ubi ſupra, ſatis eſt in informatione valoris pro propoſitione Eccleſiæ in Conſiſtorio teſtes depoſuerint fructus Eccleſiæ aſcendere ad dictos ducatos mille, & quingentos; quia hæc probatio licèt non fuiſſet ſufficiens ad probandum verum valorem, informavit ſaltem animum Papæ, quod reſervata penſione quingentorum ducatorum, nihilominus remanebant mille pro ſuſtentatione Epiſcopi. Unde non poteſt concludi, Papam voluiſſe derogare Concilio, ſed potius præſumendum eſt ſe voluiſſe cum Concilio conformare, ut ibi per Rotam. Sed ante factam liquidationem fructuum Epiſcopus non poteſt detrectare ſolutionem penſionis hoc prætextu, quòd non remaneant mille pro ſua congrua, ut colligitur ex eadem deciſione.

# DE SOLVTIONIBVS.

## *Cap. Odoardus.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Debitor, qui non eſt ſolvendo, excommunicatus quia non ſolvit, abſolvitur cum cautione de ſolvendo, ſi ad pinguiorē fortunā devenerit.*

2 *Clericus qui non eſt ſolvendo, non debet excommunicari, nec aliter moleſtari, præſtabit tamen cautionem ſaltem juratoriam de ſolvendo, cum pervenerit ad pinguiorem fortunam.*

3 *Clericus pro debito civili excommunicari poteſt, ſi contumaciter reſiſtat præcepto judicis de ſatisfaciendo, ſed non debet carceribus mancipari.*

*Sed*



4 *Sed ex Concilio Tridentino excommunicari non debet niſi in ſubſidium.*

5 *Ab excommunicatione injuſta non fit abſolutio, ſed relaxatio.*

6 *Contrarium.*

*Declaratur, ſi injuſtitia ſit notoria, n.* 9. 10. *&* 11.

7 *Relaxare, & abſolvere an, & in quo differant, & n.* 9.

8 *Abſolutio ab excommunicatione injuſta datur ſine juramento, & cautione de parendo mandatis Eccleſiæ, & ſolutionis expenſarum.*

9 *Abſolutio competit in dubio, relaxatio quando de injuſtitia evidenter conſtat, & n.* 11.

11 *Excommunicatio notoriè injuſta, ut quia ſit lata contra debitorem, qui notoriè non eſt ſolvendo, an ſit ipſo jure nulla, & n. ſeqq.*

12 *Error expreſſus in ſententia an eam reddat nullā ipſo jure.*

13 *Debitor ad hoc ut gaudeat beneficio hujus c.* Odoardus, *quæ requiſita debeant concurrere, & n. ſeqq. uſque ad n.* 70.

14 *Debitor laicus, niſi cedat bonis, pro debito civili in ſolidum conveniri, & in carcerem detrudi poteſt.*

15 *Ceſſio bonorum fieri debet uſque ad ultimum quadrantem.*

*Non tamen auferuntur panni de dorſo, n.* 16.

16 *Damnatis ad ultimum ſupplicium veſtes non auferuntur.*

17 *Debitor laicus ſi quid acquirat poſt ceſſionem bonorum, non convenitur niſi in quantum facere poteſt.*

18 *Miles, maritus, donator, & alij privilegiati de jure civili ſine ulla bonorum ceſſione conveniuntur quatenus facere poſſunt.*

19 *Milites armatæ, legalis, & cœleſtis militiæ æquiparantur quoad beneficium, ut non conveniantur niſi in quantum facere poſſunt, habitâ ratione ne egeant.*

20 *Clerici etiam primæ tonſuræ gaudent beneficio hujus cap.*

21 *Quamvis non ſint beneficiati, nec habitum, & tonſuram deferant, nec alicui Eccleſiæ inſerviant.*

22 *Tridentinum Concilium c.* 6. *ſeſſ.* 23. *non admit clericis non habentibus requiſita niſi privilegium fori. Privilegium verò hujus cap. & reliqua remanſerunt in diſpoſitione juris communis.*

23 *Clericus conjugatus gaudet privilegio fori, & Canonis, ſed non privilegio hujus cap.*

24 *Clericus, qui abjecto habitu clericali geſſit ſe publicè pro laico, non gaudet beneficio hujus cap. Secus ſi gerat ſe pro clerico, licet non habeat requiſita Concilij Tridentini.*

25 *Clericus non habens requiſita Concilij Tridentini, quamvis non gaudeat privilegio fori, tamen ſi gerat ſe pro clerico, poteſt puniri etiam ab Epiſcopo, & eſt locus præventioni.*

26 *Actio inanis eſt, quam inopia debitoris excludit.*

27 *Periculo ejus qui nihil habet, nihil eſſe poteſt.*

28 *Paupertas in quibus proſit.*

29 *Solutio partis debiti regulariter non admittitur creditore invito, ſed fallit in clerico, qui pro parte non eſt ſolvendo.*

30 *Clericus non gaudet privilegio hujus cap.* Odoardus. *Si creditor ſit ipſo pauperior.*

31 *Clericus ut gaudeat beneficio hujus cap. paupertatem probare debet.*

32 *Paupertas qualiter probetur.*

33 *Mendicans præſumitur pauper, niſi creditores probent contrarium.*

34 *Paupertas probatur eo ipſo, quòd aliquis cedit bonis, nec ejus corpus debet ipſis addicere.*

35 *Clericus, qui in ludis prohibitis, vel luxurioſè vivendo bona ſua diſſipavit, non gaudet beneficio hujus cap. & n.* 39. *& n.* 40.

*Contrarium, n.* 41.

36 *Clericus cenſetur tacitè renunciare beneficio hujus cap.* Si dolo, vel fraude factus eſt inops, *& n.* 44. *& n.* 46.

*Vel ſi prioribus creditoribus prepoſuit poſteriores, n.* 38.

37 *Alienans omnia bona ſua, vel majorem partem, etiam interpellatis vicibus præſumitur hoc feciſſe in fraudem creditorum.*

40 *Meretrices devorant animas perditorum.*

42 *Ludus Azardi, & alearum multos depauperare conſueverunt.*

43 *Nomina debent eſſe conſequentia rebus.*

44 *Doloſus non eſt admittendus ad beneficium ceſſionis, vel ad beneficium hujus cap.* Odoardus, *vel cap.* Pervenit, *de fidejuſſor.*

45 *Spoliator, qui fraudem adhibuit, non admittitur ad beneficium hujus cap.*

46 *Alienans bona ſua in fraudem creditorum non gaudet beneficio hujus cap.*

47 *Clericus non gaudet beneficio hujus cap. Niſi conveniatur civiliter, vel pro maleficio ad intereſſe præſtandum.*

48 *Secus ſi agatur criminaliter ad pœnam, vel pœnitentiam imponendam, quia non fit commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem, niſi actore volente.*

*Et hoc ſi pœna applicetur parti, ſecus ſi applicetur fiſco, n.* 50.

49 *Injuriarū actio proponitur tantùm ad vindictam.*

51 *Debitor, qui luit in corpore, liberatur ab obligatione ſolvendi pœnam pecuniariam.*

52 *Clericus ita demum gaudet privilegio hujus cap. Si conveniatur actione perſonali, ſecus ſi actione reali, ut depoſiti, &c. & n.* 54.

53 *Maritus non tenetur ultra, quàm facere poteſt ſi conveniatur actione perſonali, ſecus ſi actione in rem.*

55 *Clericus non gaudet privilegio hujus cap. Niſi debitum confiteatur.*

*Et multò minus ſi debitum pertinaciter neget, n.* 57. *&* 58.

56 *Si cedat bonis antequam condemnetur, vel debitum in jure confiteatur, non eſt audiendus.*

58 *Clericus gaudet privilegio hujus cap. Abſque ulla bonorum ceſſione, ſecus in perſonis non privilegiatis, & nn. ſeqq. uſque ad n.* 64.

59 *Ceſſio bonorum quamvis infamiam juris non irroget, tamen ſigillat ſtatum cedentis ſaltem quoad infamiam facti.*

60 *Ceſſio bonorum alicubi fit cum infamia, & vituperio.*

61 *Romæ fit ſuper leonem marmoreum penes ſcalam Capitolij.*

62 *Beneficium cap.* Odoardus, *& cap.* Pervenit, *ex Conſtitutione Pij IV. non datur debitoribus in Vrbe, niſi geſtent birretum viride.*

63 *Ceſſio bonorum de jure fit nudo verbo coram judice.*

64 *Inopia, & impotentia ſolvendi non extinguit obligationem, ſed ſuſpendit illius effectum in tempus proſperioris fortunæ.*

65 *Clericus inopi cum ad pinguiorem fortunam pervenerit, non tenetur in totum ſed in quantum facere poteſt habitâ ratione ne egeat.*

66 *Clericus ſemel admiſſus ad beneficium hujus cap. non prohibetur iterum admitti.*
67 *Ceſſio bonorum poteſt reiterari.*
68 *Clericus non admittitur ad beneficium hujus cap. niſi præſtet juratoriam cautionem de ſolvendo cum ad pinguiorem fortunam devenerit, & n. ſeq.*
69 *Cautionis nomine nuda promiſſio intelligitur; ſed cum additur idonea, vel ſufficiens, debet eſſe pignoratitia, vel fidejuſſoria.*
70 *Beneficio ne quis conveniatur ultra quam facere poteſt, ſi competat ratione perſonæ privilegiatæ, non poteſt renunciari, ſecus ſi ratione contractus.*
71 *Fallit in renunciatione tacita, quæ fit per actum contrarium.*
72 *Privilegio fori expreſsè renunciare non poteſt Clericus etiam cum juramento: Poteſt tamen tacitè habitum vel tonſuram non deferendo, aut Eccleſiæ non inſerviendo, & n. 78.*
73 *Clericus an poſſit cum juramento renunciare beneficio hujus cap.*
74 *Beneficium hujus cap.* Odoardus, *habet duos effectus.*
75 *Privilegio ne quis detrudatur in carcerem renunciare non poteſt etiam cum juramento.*
76 *Carceris ſqualor eſt contra naturalem æquitatem.*
77 *Carcer eſt ſpecies ſervitutis.*
78 *Privilegio ne quis conveniatur ultra quam facere poteſt, ſi competat ob reverentiam perſonæ, renunciare non poteſt etiam cum juramento.*
79 *Beneficiatus non fruitur beneficio hujus cap. contra penſionarium, ſi per ſeipſum conſenſerit reſervationi penſionis, & n. ſeqq.*
80 *Secus ſi ſucceſſerit in beneficio gravato, & non conſenſerit per ſeipſum.*
81 *Penſioni conſentiens ſub ſolitis cenſuris ſi non ſolvit in tempore, ex ſtylo Rotæ illos incurrit ſine alia litterarum intimatione.*

1 ODOARDUS. Debitor, qui non eſt ſolvendo, excommunicatur quia non ſolvit, abſolvitur cum cautione de ſolvendo ſi ad pinguiorem fortunam devenerit. Hoc dicit
2 Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & Imol. Vel notabilius ſecundum Abbatem: Si Clericus non habeat unde ſatisfaciat ſuis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter moleſtari; præſtabit tamen cautionem, ſaltem juratoriam, de ſolvendo cum pervenerit ad pinguiorem fortunam. Hoc dicit, & ſecundum eum eſt caſus valdè ſingularis, cum nullam faciat mentionem de ceſſione bonorum, licèt gloſſa, & Doctores aliter ſentiant, de quo latiùs dicam *infra in 8. requiſito, num. 59.* Dividitur in duas partes: nam primò ponit querelam impetrantis. Secundò dat judices, ibi, *Mandamus*. Et eſt celebre cap. Et uſu forenſi admodum frequens.

3 Nota primò, ibi, *excommunicationis ſententiam promulgavit*. Pro debito civili poſſe clericum excommunicari, ſi contumaciter reſiſtat præcepto judicis de ſatisfaciendo, ſed non debet carceribus mancipari, ut hic per Abbatem *in 1. & 2. not.* & ita ordo canonum eſt, ut contra debitores contumaces primò adhibeantur cenſuræ, quod eſt remedium ordinarium cap. *Dilecto, de ſentent. excomm. lib. 6.* ac deinde in ſubſidium cùm ſcilicet cenſura eccleſiaſtica non proficit, deveniendum ſit ad diſtrictionem perſonalem, quæ eſt remedium extraordinarium, juxta notata in c. 1. *de off.*
4 *ſic. Ordinar.* Sed hodie ordine inverſo eſt procedendum: nam primò debitores debent in carceres conjici, & in ſubſidium excommunicari, propter jus noviſſimum Concilij Trid. *c. 3. ſeſſ. 25.* quo mandatur judicibus eccleſiaſticis, ut in cauſis judicialibus quandocumque executio realis, vel perſonalis in qualibet parte judicii propriâ auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quàm definiendo à cenſuris eccleſiaſticis, ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis civilibus ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus contra quoſcumque etiam laicos per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem procedere. Ponderanda enim ſunt illa verba, *contra quoſcumque etiam laicos*; quæ apertè oſtendunt etiam contra Clericos in cauſis civilibus utendum eſſe remedio executionis, ſeu diſtrictionis perſonalis; nec recurrendum eſſe ad remedium hodie extraordinarium cenſurarum, niſi in ſubſidium, videlicet ubi executio realis, vel perſonalis fieri non poteſt. De quo dic, ut plenè ſcripſi in c. *Pervenit, num. 30. infrà de adulter.* quod bene nota.

5 Secundò nota ibi, *ſine difficultate aliqua relaxetis*, ſecundum Abbatem *in 4. not.* à ſententia excommunicationis injuſta non fieri abſolutio-
6 nem, ſed relaxationem ſine alia difficultate. Sed hoc non videtur verum, quia cùm ſententia quoad Eccleſiam liget, neceſſaria eſt abſolutio, tex. eſt in c. *Per tuas*, & ibi omnes, *infrà de ſent. excommun.* verbum enim, *relaxetis*, hic poſitum, idem importat, quod abſolvatis. cap. *Solet, eod. tit. lib. 6.* cap. *Capitulum, in fin. ſuprà de reſcript.* cum multis ſimil. & ita exponunt Joan. Andr. & ſequaces in ſummario tex. dum dicunt debitorem excommunicatum, quia non ſolvit, abſolvi, &c. Sed & Petrus de Anchar. *in 4. not.* & Jo. de Anan. *nu. 10.* notant, quòd Papa mandat hunc Clericum abſolvi
8 ſi conſtiterit de inopia. Nec refragantur verba illa textûs *ſine difficultate aliqua*. Quia exponuntur, id eſt, ſine juramento, & cautione de parendo mandatis eccleſiæ, & ſolutionis expenſarum. Hujuſmodi enim formalitates in abſolutione hoc caſu non ſunt neceſſariò ſervandæ; quia ſententia quoad Deum non ligat, ſecundum Hoſt. *hic n. 7.* Jo. Andr. *n. 3. in ver. Difficultate, & in ver. Relaxetis*, Anchar. *in 6. not.* & Cardin. *num. 5. in 2.*
9 *oppoſitione*. Pro dicto tamen Abbatis facit quod notant Hoſt. in cap. 1. *num. 36.* & Jo. Andr. *num. 8. verſ. Superior autem de ſent. excommu. lib. 6.* ubi dicunt: aliud ſonat, & ſignificat abſolvere, & aliud revocare, ſeu relaxare: nam abſolutio competit in dubio, revocatio autem, vel relaxatio quando de injuſtitia evidenter conſtat, & concordat ibi Archid. *ſub num. 13. verſ. Sed hoc non videtur bene*
10 *dictum*. At reſponderi poteſt dictum Hoſtienſ. & ſequacium procedere quando ſententia eſt notoriè injuſta, quia tunc non ligat etiam quoad Eccleſiam, & ideò non requiritur abſolutio, ut dicam in ſequenti notabili.

11 Tertiò nota in eod. ver. *relaxetis*, ſententiam excommunicationis latam contra clericum, qui non eſt ſolvendo, non eſſe nullam, ſed revocandam, & relaxandam, ut dixi in præcedenti not. Sed hoc intelligit gl. 3. quando clericus nõ ceſſit bonis, nec evidenter nota erat illius paupertas, nec judici conſtabat de veritate, prout erat in caſu hujus c. ut patet ibi, *quatenus ſi conſtiterit quod prædictus Odoardus in totum, vel pro parte non poſſit ſolvere*: Tunc enim propter dubium ſententia tenet, ſed veritate comperta, mandatur relaxari, ut in tex. Et eſt ſimile in c. *Significantibus, infra de purgat. vulgar.* alioquin ſi certum eſſet eum non eſſe ſolvendo, idque conſtaret judici, ſententia, ſeu præceptum non teneret, nec eum obligaret, l. *Paulus, ff. Quæ ſententia ſine appellat. reſcind.* quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, l. *Impoſſibilium. ff. de regul. jur.* Subdit tamen gloſ. quod ſi teneret, tamen injuſta eſſet; & ideo ſine difficultate eſſet ſolvendus, & judex teneretur ei ad intereſſe, c. *Sacro, de ſent. excomm.* & hoc dicit eſſe tutius.

Et ex hoc generaliter poteſt inferri ad quæſtionem, Numquid excommunicatio lata contra debitorem notorie non valentem ſolvere, teneat, vel ſit nulla, intellige in foro externo: nam quoad Deum attenditur veritas; & ideo talis debitor non eſt illaqueatus, c. *A nobis, il ſecondo, de ſent. excom.* gloſ. *penult.* in c. *Romana, §. Si univerſitatem, eod. tit. lib. 6.* Hoſt. *hic num. 7. in ver. Relaxetis*, Jo. Andr. *n. 3. in eod. ver.* Butr. *n. 6.* Anchar. *in 6. not.* & alii communiter. Eſt igitur quæſtio Numquid in foro externo, & quoad eccleſiam notoria injuſtitia reddat excõmunicationem ipſo jure nullam. Gloſ. prææallegata arguit pro, & contra, & tandem videtur ſentire hujuſmodi ſententiam ligare, dum dicit hoc eſſe tutius. Sed Hoſt. *hic n. 4.* dicit ſententiam excommunicationis latam contra eum, cujus nota erat paupertas, non ligare, & in hoc c. ideo ſententiam tenuiſſe, quia iſte clericus non ceſſerat bonis, nec evidenter nota erat paupertas, nec judici conſtabat de veritate; & ſi quamvis ſententia ſit lata malè quoad veritatem, non tamen quoad opinionem; & ideo eſt tenenda. Ant. de Butr. *hic n. 12.* concordando opiniones diſtinguit ſic. Aut inopia eſt notoria, & ſententia eſt nulla, velut lata contra notorium, ſecundum ea quæ idem Butr. dixit in c. *Excommunicato, de reſcript.* Facit c. *Per tuas, de ſent. excom.* & c. *Inter cæteras, de re judic.* & quod notat Paul. de Eleazar in Clem. *Paſtoralis, eod. tit.* Aut inopia non eſt notoria: & procedit opinio gloſſæ, arg. c. 1. 11. *q. 3.* ubi dicitur ſententiam Paſtoris, ſive juſtam, ſive injuſtam timendam eſſe. Eamdem concordiam ante ipſum poſuit Collectar. *hic n. 10* dicens eum, qui ceſſit bonis, vel notoriè non eſt ſolvendo, non ligari excommunicatione, quia impoſſibile præceptum judicis non obligat, & ita intelligit gloſ. Bernar. *hic.* Sed Cardin. *n. 5. in prima oppoſitione* tenet opinionem gloſſæ, videlicet etiamſi certum ſit debitorem non eſſe ſolvendo, excommunicationem eſſe validam, licet ſit injuſta. Facit quod notatur in c. 2. *in fine* gloſ. *de teſtib. cogend.* Similiter Joan. de Imol. *hic num. 17.* recitatis opinionibus Cardinalis, & Butrii, tandem reſidet cum gloſ. quia aliquem eſſe inopem, & ſic non ſolvendo, cum videatur eſſe negativa, non bene poteſt in notorium tranſire: nam poſſibile eſt ut habeat pecunias occultatas; quod etiam dicit Ludovicus Romanus *conſ. 163. Conſtitutio enim quinta, verſ. Quintimo.* Facit ſecundum Imol. quod legitur, & notatur
12 per Legiſtas in Authent. *qui ſemel, C. Quomodo, & quando judic.* Subdit tamen quod ſi error eſſet



expreſſus in ſententia, ut quia judex dixiſſet, Excommunico talem Clericum, licet bonis ceſſerit, vel non ſit ſolvendo, ſententia eſſet nulla per id, quod habetur in d. c. *Per tuas, de ſent. excom.* De quo articulo vide latiſſimè per Felin. in c. *Inter cæteras, n. 5. de re judic.* ubi ponit concluſionem, quod ſententia lata ex cauſa notoriè falſa eſt nulla. Et reſpondet objectis, & ampliat dupliciter, videlicet in notorio tranſeuntis, & in ſententia excommunicationis. Et *n. 6.* ponit quatuor declarationes, quas per te videas. Demum Abbas *hic n. 9.* relata diſtinctione Antonii de Butrio dicit in aliis ſententiis, quam excommunicationis poſſe admitti, ut notoria injuſtitia reddat ſententiam nullam, ut eſt notabile dictum Innocentii in c. *Fraternitatis, n. 5. poſt princ. verſ. Et idem eſt etiamſi notoriè, de frig. & malefic.* & facit tex. in d. c. *Inter cæteras, de re judic.* & tenent plurimi, quos ibi cumulat, & ſequitur Felin. *num. 11.* ubi latè firmat notoriam injuſtitiam ſententiæ, etiam in ea non expreſſam reddere eam invalidam, & *n. 11.* ampliat, etiamſi notorietas poſt ſententiam ſuperveniat. Sed in ſentẽtia excommunicationis, ut Abbas dicit, Archidiaconus in c. *Venerabilibus, n. 6. circa finem, de ſent. excomm. lib. 6.* ſentire videtur excommunicationem ſemper tenere, quando error non fuit expreſſus in ſententia, vel quãdo ſententia fuit lata poſt appellationem, per id, quod legitur, & notatur in c. *Romana, §. In univerſitatem, de ſent. excom. lib. 6.* ubi gloſ. *in verb. Penitus*, dicit tutius eſſe tenere, ut ſententia excommunicationis liget, quamvis ſit injuſta. Sed nihilominus Abbas concludit opinionem contra gloſ. de rigore, & ſubtilitate juris eſſe veriorem: nam ubi eſt notorietas, eſt præſumptio contra ſententiam: unde non apparet ratio quare Eccleſia velit aliquem injuſtè ligare, cùm apud Deum ligatus non ſit, ut in c. 1. *de re judic. lib. 6.* Hoc ipſum notat idem Abb. in c. *Per tuas, n. 11. verſ. Aut continet errorem juris, de ſent. excom.* Butr. in c. *Cum M. Ferrarienſis, n. 59. in fin. verſ. Nota hoc dictum, de Conſtitut.* Cardin. poſt Paulum de Eleazar. in Clem. *Paſtoralis, n. 6. in 7. notab. de re judic.* quos refert, & ſequitur Felin. in d. c. *Inter cæteras, n. 5. poſt. princ. verſ. Et licet tex. eod. tit.* Ego hanc ſententiam puto veriſſimam, & fortificando rationem Abbatis pondero tex. in c. *A nobis, il 2. de ſent. excom.* Nam ibi dicitur interdum contingere, ut qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus; & è converſo, qui liber eſt apud Deum, eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus. Et aſſignatur ratio hujus differentiæ, quia judicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper innititur: Judicium autem Eccleſiæ nonnumquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpè contingit, & falli. In tantum igitur ſententia excommunicationis injuſta non ligat quoad Deum; ſed ligat quoad Eccleſiam, quia judicium Dei non fallitur, cum veritati innititur; ſed bene fallitur judicium Eccleſiæ, quod opinionem ſequitur. Ergo ſi judicium Eccleſiæ non fallatur, ſententia injuſta etiam quoad Eccleſiam non ligabit; ſed ſtante notorio, & evidentia injuſtitiæ, Eccleſia non fallitur, quia tunc innititur veritati, c. *Veritate manifeſta, 8. diſt.* c. *Evidentia, infra de accuſat.* Ergo ſententia notoriè injuſta non ligat, etiam quoad Eccleſiam, hoc enim caſu non eſt differentia inter judicium Dei, & Eccleſiæ, quia utrũque

que innititur veritati, ac proinde ſententia ex-
communicationis in utroque foro eſt nulla, ſi ſit
evidenter injuſta.
13 Ultimò nota ex tex. decem requiſita, quæ
ſimul debent concurrere adhoc ut debitor gaude-
at beneficio hujus c.
14 Primò enim requiritur, ut ſit clericus, prout
erat ille Odoardus, ut patet ibi, *Odoardus clericus*,
nam debitor laicus non fruitur hoc privilegio, &
niſi ceſſerit bonis, poteſt pro debito civili in ſoli-
dum conveniri, & in carcerem detrudi, l. C. *qui
bon. ced. poſſ.* & tormentis ſubjici, c. *Gravis*, *ſupra
de depoſ.* & qui non habet in ære, luat in corpore,
l. *fin. ff. de in jus voc.* Anchar. *hic n. 7. in prima, &
ſecunda oppoſ.* Imo cedere debet omnibus bonis
15 uſque ad ultimum quadrantem, ut *hic* per collect.
16 *n. 6.* & per Cyn. in l. 1. *num. 4. C. qui bon. ced. poſſ.*
& ſecundum aliquos in actu ceſſionis ſpoliari po-
teſt etiam interula, id eſt veſte intima, & corpo-
ri proxima. Sed alii humanius dicunt non auferri
pannos de dorſo, quia nec auferuntur damnatis
ad ultimum ſupplicium, l. *Divus, ff. de bon. dam-
nat.* & tenent in l. *fin. C. qui bon. ceder. poſſ. in 4. quæſt.*
Bart. in l. *Qui cedit, n. 5 ff. de ceſſion. bonorum*: &
firmant hic Collect. *dicto n. 6.* Butr. *n. 9.* Anchar.
*num. 7. poſt princ. verſ. Si vero ceſſionis beneficio* Jo. de
Anan. *num. 2.* & Abb. *num. 8.* dicens ita commu-
niter teneri. Si quid verò acquiſiverit poſt ceſſi-
17 onem, non convenitur, niſi in quantum facere po-
teſt, & ſic deducto ne egeat, ut l. *Is qui, la ſeconda,
ff. de ceſſ. bonorum*, Butr. *hic, d. num. 9.* & Anchar.
18 *num. 7. 2. oppoſ.* Speciale enim eſt in milite, ma-
rito, donatore, patrono, & quibuſdam aliis, ut
de jure civili ſine ulla bonorum ceſſione conve-
niantur quatenus facere poſſunt, ut patet in l.
*Miles, in princ.* & in l. *Sunt qui, cum ſeq. ff. de re judi-
cat.* Ergo contrarium eſt generale in aliis laicis,
c. *Præſenti, §. Loca*, cum gloſ. *in ver. Specialiter, de
præben. lib. 6.* Et quia clerici ſunt milites cæleſtis
19 militiæ, cap. *Chriſtianis*, 11. *quæſt.* 1. Clem. *Gravi*,
juncta gloſ. *in verb. Militia*, *de celebrat. Miſſarum*,
ideo multò magis gaudent privilegio hujus cap.
ut arguit gloſ. in d. l. *Miles, in ver. Facere, ff. de re
judicata*, dicens milites cæleſtis militiæ multo
magis gaudere privilegio illius textus, ut non
cogantur niſi in quantum facere poſſunt, dedu-
cto ne egeant, arg. l. *Sacroſanctæ*, C. *de Epiſcop. &
Cleric.* cum per eos ſummi Numinis veniam ſpe-
remus, ut epiſtola, *Inter claras, C. de Summa Tri-
nit. & fid. Cathol.* & eam gloſſam commendat Bart.
in d. l. *Miles, n. 3.* & ſignat milites armatos mili-
tiæ legalis & militiæ cæleſtis habere beneficium
ne conveniantur, niſi in quantum facere poſſunt.
& ſequitur ibidem Ripa *n. 7.* dicens opinionem
gloſ. & Bart. communiter teneri à Legiſtis, &
à Panorm. & Canoniſtis communiter in hoc cap.
Quo argumento à milite armatæ militiæ utitur
etiam Anchar. *hic in 2. notab.* Abb. *n: 8. verſ: Sed
in clerico*, Roman. *conſ. 369. circa primum, n. 3.* Et
ex hoc notabiliter infero, ut hoc beneficium
20 competat non tantum Clericis in ſacris Ordinibus
conſtitutis, ſed etiam in minoribus, quinimo, &
prima tonſura initiatis: nam & ipſi dicuntur mi-
lites cæleſtis militiæ, ut ſunt jura clara in d. c.
*Chriſtianis*, in c. *Degradatio, de pœnis lib. 6.* & in c.
*Nullus Epiſcoporum*. 3. *diſt.* veniunt appellatione
clericorũ gloſ. in Clem. 2. *in ver. Clericus, de vita,
& honeſt. cleric.* & gaudet omnibus privilegiis cle-
ricalibus, ut in Pontificali Romano in *tit. de Cler.
facien.* ibi, *hodie de foro Eccleſiæ factus es, & privile-
gia clericalia ſortitus es*, Covar. *pract. quæſt. c. 31.
ſub n. 9.* & plenè probavimus in c. *Cum contingat,
n. 112. & n. 128. & 129. ſupra de ætat. & qualitat.*
Unde gaudere debent etiam hoc beneficio, ut
non conveniantur niſi in quantum facere poſſint,
quod tenet expreſsè Nevizanus *cõſil. 59. n. 3.* Rol.
*à Valle conſ. 16. n. 11. lib. 4.* & alii, quos noviſſimè
cumulat Carol. de Graſſ. *in tract. de effect. cleric.
effect. 7. in 1. ampliat. n. 4.* & fatetur eſſe commu-
21 nem opinionem, Covar. *var. reſolut. lib. 2. c. 1. n. 9.* &
quamvis ipſe videatur ſentire hoc beneficium
non competere niſi clericis in ſacris ordinibus,
vel beneficiatis, & Eccleſiæ inſervientibus, non
autem aliis clericis minorum ordinum, quod et-
iam cenſuit Ripa in dicta l. *Miles, n. 7. in fin. verſ.
Quid tenendum, ff. de re judicat.* & Farinacc. *in praxi
crim: quæſt: 77. n. 69.* Item quamvis Carolus de
Graſſis *ubi ſupra*, opinetur diſpoſitionem hujus
c. procedere etiam in clericis minorum ordinum,
& primæ tonſuræ, dummodo obſervent diſpoſi-
ta per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. c. 6.* vi-
delicet ut incedant in habitu, & tonſura, & alicui
Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſerviant, ſint be-
neficiarii; tamen hoc non credo verum, quia ni-
mis reſtringit generalitatem hujus tex. Non enim
apparet illum Odoardum fuiſſe in ſacris ordinibus
conſtitutum, & textus ſimpliciter eum appellat
Clericum, cujus appellatione venit etiam prima
tonſura initiatus, ut oſtenſum eſt ſupra; nec appa-
ret eum fuiſſe beneficiatum, ut hic per Abbatem
*in fin.* imò potius conſtat de oppoſito, ſecundum
Cardin. *n. 6. in fin. verſ. Secundo*, quia ſi fuiſſet be-
neficiatus, potuiſſet ſolvere de redditibus benefi-
22 cii, ut cap. *Pervenit*, *ſupra de fidejuſſ.* Nec appli-
catur Concilium d. *cap. 6.* quia non ademit cle-
ricis non habentibus requiſita ibi præſcripta, niſi
privilegium fori; cætera verò privilegia, ut cano-
nis, exemptionis à vectigalibus, & conſimilia re-
manſerunt in diſpoſitione juris cõmunis, ut mul-
toties declaravit Sacra Congregatio ejuſdem Cõ-
23 cilii interpres. Privilegium autem hujus cap. eſt
omnino diverſum à privilegio fori; quod ex eo
convincitur manifeſte, quia clericus conjugatus
gaudet privilegio fori, & canonis, ut in c. *unico
de Cleric. conjugat: lib: 6.* & in *dicto cap: 6. in fin.
ſeſſ: 23.* & tamen non gaudet privilegio hujus c.
ut in puncto tradit Anchar in d. c. *unic. num. 4.
ad fin: verſ: Sed nunquid habebit*, Natta *conſ: 319.
Regulariter, n: 5. & 6.* & *conſ: 356. Non eſt opus,
num. 1.* ergo clerici etiam primæ tonſuræ non ha-
bentes requiſita dicti *cap. 6.* retinent beneficium
hujus cap. cum eis ademptum non fuerit: nam
quod non mutatur, & c. l. *Sancimus, C. de teſtam.*
l. *Præcipimus, in fin: C. de appel:* gloſ: in c: *Conſti-
tutionem, in ver: Prorogamus de regular. lib. 6.* Pro
concordia tamen poſſet ſic diſtingui. Nam aut
clericus minorum Ordinum abjecto clericali ha-
bitu gerit ſe publicè pro laico, juxta tex. in c.
*Si judex laicus, de ſentent: excomm lib: 6.* quod po-
24 teſt facere, ut in c. 1. & 3. *de Apoſtat.* c. 1. & cap.
*Cum olim*, & c. *final. de cleric. conjugat.* & tunc non
gaudet beneficio hujus c. Quia etſi characterem
indelebilem non amiſerit, tamen in omnibus re-
putatur ut laicus, & omni privilegio clericali
nudatus remanet, ut in præallegatis juribus.
Aut



Aut non gerit ſe publicè pro laico, ſed adhuc re-
tinet veſtigia clericatus, & clericalem habitum
geſtat. Et hoc caſu gaudet hoc beneficio, licet Ec-
cleſiæ non inſerviat, nec beneficium Eccleſiaſti-
cum habeat, quia per hoc non perdit niſi privile-
25 gium fori, ut dictũ eſt, & eſt ſimile: Nam clericus
non habens requiſita Concilii non gaudet privi-
legio fori, & poteſt à judice laico perſonaliter di-
ſtringi, ac puniri: & tamen non prohibetur Epi-
ſcopus in eũ animadvertere, & eſt locus præven-
tioni, dummodo talis adhuc remaneat clericus,
id eſt dummodo pro clerico publicè ſe gerat; ſe-
cus verò ſi dimiſſo habitu clericali, gerat ſe pu-
blicè pro laico, quia tunc Epiſcopus non alia ju-
riſdictione in eũ uti poteſt, niſi qua utitur in merè
laicos, ſcilicet in cauſis eccleſiaſticis, & mixti fo-
ri, ut ex ſententia Sacræ Congregationis Concilii
dixi in c. *Si quis, n. 7. ſupra de foro compet.* Idem ergo
dicendum in terminis hujus Decretalis.
26 Secundò requiritur ut debitor non ſit ſolven-
do, ut patet in tex. ibi, *propter rerum inopiam ſol-
vere non valentem*: nec non ibi, *non poſſit ſolvere*;
nam tali non poteſt dici, Redde quod accepiſti,
cap. *Si res. 22. q. 5.* c. *Cum tu, de uſur.* quia inanis
eſt actio, quam inopia debitoris excludit, l. *Nam
27 is, ff. de dol.* c. *Olim, il 2. ſupra de reſtitut. ſpoliator*, &
periculo ejus, qui nihil habet, nihil eſſe poteſt, l.
28 *Itaque fullo, ff. de furt.* c. *Dabertum*, 1. *q. 7.* Itaque
paupertas actionem reddit inanem, liberat à pe-
riculo, ſecuritatem à latronibus præſtat. Unde
Juvenalis quarto:

*Cantabit vacuus coram latrone viator.*

Goffred. *hic*, Hoſt. *n. 4.* Jo. Andr. *n. 7. verſ. In gloſ.
3.* & ſic paupertas quandoque prodeſt, ſed à tali
prodeſſe liberet nos Deus, ut dicit gloſ. *marginal.
in §. Valde enim, in ver. Egentis. Inſtitut. Quibus ex
cauſ. manumit. non licet*, poſt Cynum in l. *Si quis ad
29 declinandam, in fin. C. de Epiſc. & Cler.* Adverte ta-
men, quia hic tex. non loquitur de Clerico, qui
nihil penitus habet in bonis; ſed de eo, qui in to-
tum, vel pro parte non poteſt ſolvere, ut dicitur
in litera. Unde hoc caſu admittitur non idonei
debitoris particularis ſolutio, & partem illam,
quam poteſt ſolvere, coguntur creditores reci-
pere, ut *hic* per Anchar. *in 5. not.* & Imol. *n. 11.* li-
cet regulariter cum delictum eſt liquidum, non
admittatur particularis ſolutio creditore invito,
ut legitur, & notatur in l. *Quidam exiſtimaverunt*,
& ibi gloſ. *penult. ff. Si certum petatur*, & in l. *Tutor*,
30 §. *Lucius, ff. de uſur.* Verumtamen ſi creditor eſſet
pauperior clerico debitore, hoc caſu ipſe clericus
non poſſet ſe tueri beneficio hujus c. Quia privi-
legiatus non utitur privilegio contra privilegia-
tum, l. *Verum §. fin. ff. de minor.* & tradunt Andreas
Barbat. *hic n. 2.* & Nevizan. *conſ. 59.*
31 Tertiò requiritur, ut de hujuſmodi paupertate
conſtet, ut patet in littera ibi, *Quatenus ſi conſtite-
rit, quod prædictus Odoardus in totum, vel pro parte non
poſſit ſolvere.* Rota *deciſ. 998. part. 3. diverſ.* ubi
propterea deciſum fuit quendam Abbatem, qui
habebat beneficium valoris quinquaginta, non
eſſe admittendum ad beneficium hujus c. *Odoar-
dus*; quia conſtabat eum non eſſe pauperem. &
ideo Rota aſſignavit Abbati ſcuta triginta pro vi-
ctu & ſcuta viginti aſſignavit creditoribus. Con-
fert Seraph. *deciſ. 175. n. 7.* Conſtabit autem de pau-
pertate per famam, nuditatem, & inediam noto-
riam, quia ſcilicet oſtiatim mendicat verè, & ſine
fraude: aliàs enim puniretur; ut l. *unica, C. de
33 Mendicantibus valid. lib. 11.* præſumitur tamen
inops ex quo mendicat, niſi creditores probent
contrarium, id eſt quod occultos loculos habeat; &
ſecundum hoc intelligitur l. *Si creditores, ff. de pri-
vileg. credit.* l. *Si verò §. Qui pro rei qualitate, ff. qui
34 ſatiſdare cogantur*, & l. *Ex perſona, C. de prob.* & c.
1. *Supra de depoſ.* Vel probatur paupertas eo ipſo
quod bonis ceſſit, nec corpus debet poſtea deti-
neri, ut l. 1. C. *qui bon. cedere poſſ.* & c. 2. *de pignor.*
& ita hic firmat Hoſtien. *num. 4. verſ. Sed qualiter
conſtabit de hoc*, Jo. Andr. *num. 3. in ver. Conſtiterit*,
Henric. Boich. *n. 16.* Butr. *n. 5.* Cardin. *n. 7.* Imol.
*n. 19. & 20.* & Anchar. *in 4. not.* qui tamen remit-
tit ad Authen. *Præterea, C. Unde vir. & uxor* & l. *Si
conſtante, ff. ſolut. matrim.* & cap. *final. ſupra de præ-
ſumpt.*
35 Quartò requiritur ſecundum aliquos, ut clericus
debitor ad hanc paupertatem, vel inopiam reda-
ctus ſit, non ex propria culpa: nam ſi in ludis pro-
hibitis, vel luxurioſe vivendo ſubſtantiam ſuam
diſſipaverit, non gaudebit beneficio hujus cap. ut
reſpondit Ferret. *conſ. 144. Quæritur in effectu
36 utrum clericus, n. 3.* allegat Bald. in l. 1. *col. fin.
num. 14. verſ. Sed renunciatio tacita, C. qui bonis ce-
dere poſſunt*, ubi tenet clericum cenſeri tacitè re-
nunciare beneficio hujus c. Primò ſi pertinaciter
37 neget debitum. Secundò, ſi dolo, vel fraude fa-
ctus eſt inops; quod præſumitur ſi alienavit om-
nia ſua bona vel majorem partem, ut l. *Omnes,
§. Lucius, ff. Quæ in fraudem creditorum.* Sive ſimul
& ſemel, ſive interpellatis vicibus, l. *Nomen, §. Fi-
38 lia, ff. de legat. 3.* Tertiò, ſi prioribus creditoribus
præpoſuit poſteriores ad l. *fin. § Et ſi præfatum, C.
de jur. deliber.* & l. *Legis Iuliæ, C. Qui bon. ced. poſ.*
Quartò ſi bona ſua conſumpſit in ludo perditio-
39 nis, ut l. *Si quis cum juret, ff. de Uſucap. pro empt.*
40 Quintò ſi ea diſſipavit cum meretricibus quæ de-
vorant animas perditorum, ut l. 1. C. *de Natural.
liber.* & ſequuntur ex recentior. Marc. Ant. Ge-
nuen. *in prax. Archiepiſ. curia Neapol. c. 3. n. 8.* Ca-
rol. de Graſ. *de effectu cleric. effect. 7. n. 51.* & mo-
41 dern. Collect. *hic n. 21.* Sed contrarium tenet Col-
lectarius *hic in princ.* ubi quærit, Quid ſi clericus
culpa ſua in paupertatem inciderit? Et reſpondet
nihilominus gaudere hoc beneficio, allegat Jo.
Andr. in c. *Imputari, de regul. jur. lib. 6.* & eſt ex
42 mente Hoſtien. *hic n. 3.* ubi exponens ver. *Debitis*,
dicit forſan, occaſione azardi contractis, vel me-
retricii, in quo caſu adoleſcens non obligaretur, ut
l. *Si verò non remunerandi, §. Si Adoleſcens ff. man-
dat.* & propterea, ut dicunt idem Hoſtien. *hic in
princ.* & Joan. Andr. *n. 1.* huic Clerico Odoardo
magis conveniebat nomen Azardus, quia hic lu-
dus, & ludus etiam aleæ multos depauperare cõ-
ſuevit, ut in littera Græca alearum ludus. Et no-
43 mina debent eſſe conſequentia rebus, ut §. *Eſt &
aliud, inſtit. de donat.* & not. in c. *Cum ſecundum
Apoſtolum, in gloſ. in ver. Nominis, ſupra de præben.*
& ita ſentiunt clericum gaudere hoc beneficio,
licet bona ſua dilapidaverit in meretricibus, &
ludis prohibitis. Et eſt ſimile in clerico, qui ex pro-
pria culpa in morbum incidit, cui non ideo ſub-
trahuntur emolumenta inſervientibus debita, ut
dixi in cap. *Ut Abbates, num. 36. de ætat. & qualit.*
44 & in cap. *Licet, n. 147. de præben.* Verumtamen
ſi clericus debitor eſſet in dolo, hoc beneficio non
gauderet, Caputaq. *deciſ. 278. par. 1.* ubi quod do-
lo-

loſus non eſt admittendus ad beneficium ceſſio-
nis bonorum, vel ad beneficium, c. *Odoardus*, vel
c. *Pervenit, de fidejuſſor.* Rot. *deciſ. 41. p. 3. diverſ.*
Put. *deciſ. 251. & deciſ. 344. lib. 1.* Mohed. *deciſ. 1.*
*n. 9. de ſolut.* Butr. *hic n. 9.* & Imol. *nu. 18.* & de
45 ſpoliatore, qui fraudem adhibuit, eſt deciſio Ro-
tæ in Antiquis *de reſtit. ſpoliat. deciſ. 22. alias 83.* Et
46 idem ſi bona ſua dilapidaſſe, in fraudem credi-
torum Dyn. *in §. Item ſi quis in fraudem inſtit. de a-*
*ction.* Bald. in l. 1. C. *Qui bon. ced. poſſ. n. 4. & n. 14.*
*verſ. Renunciatio tacita*, Ferret. *conſ. 144. n. 4.*
47 Quintò requiritur, ut clericus debitor conve-
niatur civiliter, prout conventus fuit ille cleri-
cus Odoardus, ut patet in litera ibi *Super quibuſ-*
*dam debitis conveniſſet.* Unde, ut dicebat notabi-
liter Innoc. *hic in princ.* ſive inops conveniatur ex
contractu, ſive ex maleficio ad intereſſe præſtan-
dum, ſatis eſt ut cedat bonis, ut hic patet ſecun-
48 dum unum intellectum. Si verò agatur non tan-
tùm ad intereſſe, ſed ad pœnam, ſive pœniten-
tiam imponendam, ut patet in furto, c. *Tua, infra*
*de Pœn.* tunc ſi placet actori, pœna, ſive pænitentia
in pœnam corporalem poterit commutari, arg.
c. *Fraternitas, 12. q. 2.* ſicut & quando judex ex
officio procedit ad pœnitentiam imponendam,
ut patet in c. 2. *verſ. Et ſi nec ad hoc, inſ. de maledic.*
49 Propterea autem intereſſe clericus pœnæ corpo-
rali non ſubjicitur, ſed reſervatur in tempus pro-
ſperioris fortunæ, ut hic patet; ubi verò conve-
nitur quis actione injuriarum, quæ ad vindictam
tantùm proponitur, ut etiam aliàs criminaliter
convenitur de crimine, pro quo eſt pœna pecu-
niaria imponenda: tunc poteſt fieri commutatio
pœnæ pecuniariæ in corporalem, etiam invito
actore, ut l. 1. *ff. Pœn.* cap. *Ut fama, infrà de ſentent.*
50 *excom.* Alij tamen dicunt hanc commutationem
habere locum tantummodò ubi pœnæ applican-
tur fiſco, quod eſt ſemper, niſi in caſibus exce-
ptis: ſed ubi applicantur certis perſonis non fit
commutatio eis invitis. Et in hac ultima opinio-
ne videtur reſidere Innocent. quem totidem ferè
verbis ſequuntur hic Hoſtienſ. *num. 5.* Jo. Andr.
*num. 8.* Butr. *eod. n.* Collect. *num. 5.* qui ad idem
allegat Archid. in cap. *Si res, n. 4. 14. q. 6.* Anchar.
*num. 7. verſ. Oppono*, & videtur Abb. *num. 5. verſ.*
51 *Nota ſolutionem*, & Imol. *num. 29* dicens ultimam
opinionem Innocentij eſſe veriorem, quia debi-
tor tractu temporis devenire poſſet ad pinguio-
rem fortunam, ut l. *Si defunctus, C. Arbitr. tutel.*
Unde intereſt actoris, ut non fiat commutatio
pœnæ pecuniariæ in corporalem, ne debitor li-
beretur ab obligatione ſolvendi, prout liberare-
tur, ſi nolente creditore id fieret, ut notatur in c.
*Sicut dignum, infrà de homicid.* ubi gloſ. *in verb. Si*
*habent, circa finem* dicit, eum, qui luit in corpore,
liberari ab obligatione ſolvendi pœnam pecu-
niariam, per c. *Si res, 14. q. 6.* & arg. cap. *Frater-*
*nitat. 12. q. 2.*
52 Sextò requiritur, ut Clericus conveniatur a-
ctione perſonali: nam ſi actione reali convenire-
tur, ex quo cùm nihil contra perſonam prætendi-
tur, non poſſet excipere de hoc privilegio, quod
perſonale eſt, ut notat Aret. *in §. Si de dote, col. 1.*
*verſ. In ea gloſſa, in fin. inſtit. de Action.* Brun. *in tract.*
53 *de ceſſ. bonor. quæſt. 3. num. 14.* Et eſt ſimile in ma-
rito, qui licèt non teneatur niſi in quantum face-
re poteſt, ut l. *Maritum ff. ſolut. matrim.* tamen ſi
conveniatur actione in rem, hoc beneficio non
gaudet, ut l. *Neſennius, §. Fundum, ff. de re judic.* &
notat Butr. in d. l. *Maritum, ante num. 1. in 2. oppoſ.*
54 Quò fit, ut ſi clericus ſit debitor, ratione depoſiti
excipere non poſſit de privilegio hujus cap. *Mat-*
*theſi. ſingul. 66. n. 1.* Foller. *ſuper Conſtit. Regni*
*in tit. de Epiſcop. & Cler.* cap. *Si quis clericum, num.*
*3. verſ. Limita prædicta.*
55 Septimò requiritur, ut debitum recognoſcat,
ut patet in tex. ibi, *recognoſcentem hujuſmodi debi-*
*ta*, ſcilicet per confeſſionem, ut *hic in gloſ. 2.* Put.
56 *deciſ. 321. lib. 2.* Ergo ſi clericus cederet bonis an-
tequam recognoſceret debitum, vel antequam
condemnaretur, vel debitum in jure confitere-
tur, non eſſet audiendus, ut l. *penult. ff. de ceſſ. bonor.*
& notat d. gloſ. 2. Hoſtienſ. *num. 3. in ver. Reco-*
*gnoſcentem*, & communiter tenetur, ut dicunt
Butr. *nu. 11.* & Abb. Sicul. *nu. 7.* Aſſlict. *deciſ. 379.*
*nu. 2.* Rationem reddit Abb. Antiq. *nu. 2.* quia ſi
cederet bonis, cùm ex hoc non extinguatur ob-
ligatio, ſed remaneat obligatus, ſi ad fortunam
pervenerit pinguiorem, niſi ante ceſſionem con-
ſtare deberet, interim poſſet probationis copia
deperire, & cùm factus eſſet ſolvendo, debitum
probari non poſſet. Eandem rationem reddide-
runt hic Vincent. & Philip. & fuit originaliter
dictum Placentini ſecundùm Jo. Andr. *hic nu. 7.*
Et de forma agnoſcendi debitum vide Butr. *hic*
*16.* multò autem magis hæc præcederent ſi cleri-
57 cus debitum pertinaciter negaret: nam ſi poſtea
legitimè convinceretur ipſum eſſe debitorem,
utique ad beneficium hujus cap. non admittere-
tur, ut notabiliter decidit Bald. in l. 1. *col. fin. nu.*
*14. verſ. Sed renunciatio debita*, C. *Qui bon. ced. poſſ.*
Ferret. *conſ. 144. n. 2.* Mohed *deciſ. 1. de ſolut.* ubi
deciſum fuit contra executoriales, Clericum
non admitti ad beneficium hujus cap. *Odoardus*
*ex Scaph. ... de litteris gratiæ, fol. 170.* quia benefi-
cium hujuſmodi eſt denegandum illi, qui tot vijs
& ſubterfugijs negavit debitum, ad notata per
Bart. & Bald in d. l. 1. C. *Qui bon. ced. poſſ.* Angel. &
Jaſ. *in § fin. col. penult. inſtitut. de action.* Adde Ro-
tam *deciſ. 841. p. 3. diverſ.*
58 Octavò requiritur ſecundùm unam opinionem,
ut cedat bonis antequam recognoſcat debitum,
vel in jure confiteatur, aut condemnetur, aliàs e-
nim audiri non debet, ut l. *penult. ff. de ceſſ. bon.* le-
gendo literam cum illa dictione, *Non*, prout com-
muniter legitur, & habetur in pandectis Floren-
tin. & tenet gloſ. 2. *hic* Abb. Antiq. *nu. 1.* & DD.
Cæterùm adverte, quia hoc poteſt admitti in
perſonis non privilegiatis, juxta tex. in d. l. *penul.*
Sed in clerico id nullo jure probatur; imò potius
probatur oppoſitum: nam ſi iſte Odoardus ceſſiſ-
ſet bonis, non fuiſſet excommunicatus, & Papa de
hoc mentionem feciſſet, ut magis gravaret pro-
ceſſum judicis. Item ſi Papa intendiſſet, ut iſte de-
beret cedere, quemadmodum mandavit, ut prius
reciperetur cautio, ita mandaſſet, ut prius reci-
peretur ceſſio bonorum. Ad idem tex. in c. *Perve-*
*nit, ſuprà de fidejuſſ.* nam ibi clericus non ceſſit bo-
nis, ſed tantùm fuerunt aſſignati creditoribus re-
ditus beneficij detinendi uſque ad ſatisfactionem
debiti, ſicut in c. *Olim, el ſecundo de reſtit. ſpoliat.* ex-
pectatus fuit ille Epiſcopus quouſque poſſet ſol-
vere, nec ibi, nec alibi reperitur jure cautum, ut
clericus neceſſitatem habeat cedendi bonis; imò
jura prçallegata oppoſitū probare videantur. Sa-
tis eſt igitur ut clericus in totū, vel pro parte non
poſ-



ſit ſolvere abſque eo quod bonis cedat. Et ita
per hæc motiva firmat Abb. *hic n. 8. & 9. poſt med.*
*verſ. in gloſ. final.* poſt Anchar. & Imol. & hoc dicit
eſſe tutius, & frequentius Covar. *var. reſolut. lib.*
*2. c. 1. n. 9.* Menoch. alios citans *de arbitr. caſ. 183.*
*n. 29.* & de magis communi teſtatur Farinac.
*quæſt. 77. num. 66.* & eſt ex mente Hoſtien. *hic n.*
59 *3. in ver. Recognoſcentem.* Adde quod etſi ceſſio
bonorum infamiam non irroget, ſigillat tamen
ſtatum cedentis, ſaltem quantum ad infamiam fa-
cti, ut notat Hoſtien. in c. *Quidam, num. 6. verſ.*
*Nam ſi ceſſio de renunc.* dicens cedentem videri in-
famem, ſaltem de facto, licet non de jure, l. 1. &
*fin. C. Qui bonis ced. poſſ.* & l. *Debitores, C. quibus ex*
*cauſ. inf. irrog.* quia dicunt homines, quod diſſi-
pator eſt, nec inveniret de facili mutuantem: &
60 cum Hoſtien. concordat collect. *hic n. 2.* & eò ma-
gis, quia alicubi fit ceſſio mirabiliter non ſine in-
famia, & vituperio percutiendo lapidem fortiter
cum natibus denudatis, ut refert idem collect. *n. 7.*
Item ut dicit Imola, *n. 29. in fin. verſ. Adde* quod
de jure in aliquibus locis de conſuetudine, vel ex
forma ſtatuti fit ceſſio ſatis vituperoſa, quia cū ſo-
61 no tubæ in loco publico cum intervallo, & abſque
ſarabulis cedens percutit quemdam lapidem cum
poſterioribus dicendo, *cedo bonis*, & ita refert Cy-
nus, in l. 1. *n. 5. in fin. C. qui bon. ced. poſſ.* ſubdens,
quod Romæ fit ſuper quemdam Leonem marmo-
reum, qui eſt penes ſcalam Capitolii. Et Pius IV.
62 *in ſua conſtitutione 59. Cupientes, edita die 1. Novem-*
*bris 1561. in Bullar. tom. 2. pag. 54.* ut debitores
à fraudibus, & ſubterfugiis ſi non Dei, ſaltem
ignominiæ timore abſtineant, ſtatuit ut quam-
cumque alternativam ſignificationem, vel aliam
quamcumque dilationem etiam ſecundum cap.
*Pervenit*, vel *Odoardus*, ſeu inhibitionem aliquam
ab Auditore Cameræ, vel aliis Urbis judicibus
petere non poſſint, niſi ſe coram illis birretum
viride geſtando præſentaverint, & medio jura-
mento promiſerint per ſe, vel ipſis abſentibus,
per ſuos procuratores deferre ipſum birretū pu-
blicè, & ſecretè ſub pœna fuſtigationis per urbem
pro prima vice, & triremium pro ſecunda, qua
ſine ipſo reperti fuerint: alioquin alternativæ, &
dilationes quæcumque etiam ſecundum juris for-
mam nullæ ſint, & ipſis debitoribus etiamſi cle-
rici ſint, nullatenus ſuffragentur. Id ipſum fermè
ſtatuerat Paulus IV. ut refertur in prædicta Con-
ſtitutione Pii IV. Sed neutra ſervatur in praxi,
63 ſaltem quoad clericos. Et de jure communi abſ-
que gravamine famæ, & alia injuria corporali ſi-
ne alia ſolemnitate ſufficit ſimpliciter, ac nudo
verbo coram Judice bonis cedere, l. *In omni*, & l.
*fin. C. Qui bon. ced. poſſ.* ſecundum Hoſtienſ. Collect.
& Imol. *locis citatis* & Cyn. in l. *Si debitores, Cod. Ex*
*quibus cauſis infam. irrog.* Et durum eſſet clericum,
qui fortè nulla ſua culpa ſed fortunæ injuria ad
inopiam redactus eſt, arctare ad ceſſionem bono-
rum cum infamia ſaltem facti, & in dedecus Ordi-
nis clericalis. Præterquam quod ſi clerici ad hoc
tenerentur, non eſſent melioris cōditionis, quàm
merè laici nec procederet æquiparatio inter eos,
& milites armatæ militiæ, qui ut initio diximus,
n. 19. hoc privilegio potiuntur.
64 Nonò requiritur, ut ad pinguiorem fortunam
non devenerit, ut patet in fin. tex. Nam debitoris
inopia, & impotentia ſolvēdi non extinguit ſub-
ſtātiā obligationis, ſed ſuſpendit illius effectū
in tempus proſperioris fortunæ: & ita civilis, &
naturalis obligatio remanet, ſed eſt inefficax du-
rante inopia, l. 1. C. *Qui bon. ced. poſſ.* Quare inopia
65 ceſſante ſolvere debet l. *Is qui, §. ſecundo, ff. de ceſſ.*
*bonor.* non tamen in totum, ſed in quantum face-
re poteſt, ut dicitur in d. l. *Is qui habita* ſcilicet
ratione ne egeat: non enim eſt fraudandus ali-
mentis quotidianis, l. *Qui bonis ff. eod.* l. *In con-*
*demnatione, ff. de reg. jur.* ubi dicitur in condem-
natione perſonarum, quæ in id, quod facere poſ-
ſunt damnantur, non totum, quod habent extor-
quendum eſt, ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne
egeant: Eſſet enim inhumanum, fortunis ſuis ſpo-
liatum in ſolidum damnari: quæ ſunt verba text.
in §. *ult. inſtit. de action.* Et ita hic tenet gloſ. *ult.* Ho-
ſtien. *n. 8.* Jo. Andr. *n. 6.* Butr. *in 1. not. & n. 3. &*
*n. 14.* Cardin. *in 2. quæſt. circa fin. verſ. in gloſ. 3.*
Anchar. *in 8. not.* Imol. *n. 1.* & Abb. *in 3. notab.*
Nec aliquis diſcrepat, Rota *deciſ. 31. n. 5. de re*
*judic. in antiq.* Caſſador. *deciſ. 11. num. 1. de re-*
66 *ſcript.* Verumtamen ſemel admiſſus ad beneficiū
hujus c. & poſtea factus locupletior, ſi rurſus in
paupertatem incidat, non prohibetur iterum ad-
67 mitti; nam & bonorum ceſſio poteſt reiterari, ut
notat Paul. de Caſtr. in l. *Ex contractu in fine C. de*
*bon. auth. judic. poſſid.* & ibi etiam Salicet. *n. 2. ad*
68 *fin. verſ. Quaro creditores.*
Decimò, & ultimò requiritur, ut præſtet ido-
neam cautionem de ſolvendo cum ad pinguiorē
fortunam pervenerit, ut patet in fine text. ibi: *re-*
*cepta prius ab ea idonea cautione*: id eſt fidejuſſoria,
69 vel pignoratitia. Nam etſi nomine cautionis nu-
da promiſſio intelligatur, l. *Sancimus, C. de verb.*
*ſignif.* tamen cum additur idonea, vel ſufficiens, pi-
gnoratitia, vel fidejuſſoria intelligitur, l. *Si man-*
*dato Titii, §. ult. ff. de mandat.* l. 4. § *Adjici, ff. de fidei-*
*com. liber.* §. *Venditæ inſtit. de rer. diviſ.* gloſ. in c.
*fin. in ver. Cautionem idoneam, ſuprà de pignor.* Quod
ſi nec fidejuſſoriam dare poſſit, ſatis erit, ut det
juratoriam, arg. l. 2. §. *Sed ſi dubitetur, ff. de judic.*
cap. *Per veſtras infra de donat. inter vir. & uxor.* auth.
*generaliter, C. de Epiſcop. & cler.* & firmat gloſ. *hic*
*in ver. Idonea*, Goffred. Vincen. & Philipp. rela-
ti à Jo. Andr. *n. 7. circa fin. verſ. In gloſ. 4.* Butr. *n.*
*13.* Anchar. *in ult. not.* Pro hoc facit ſecundum
Cardin. *n. 6.* & Imol. *n. 17. verſ. In gloſ. penult.*
quia poteſt dari caſus, ut quamvis debitor non
ſit ſolvendo, tamen cum ſit probatæ fidei, & bo-
næ opinionis, & ſine culpa fortuitò factus ſit non
ſolvendo, veriſimile ſit ut inveniat qui pro ipſo
velint fidejubere. Verum Hoſtien. *n. 7. circa fin.*
indiſtinctè intelligit cautionem idoneam, id eſt
juratoriam, quia ex quo cedit bonis, ſatis notum
eſt, ipſum non poſſe aliam exhibere. Faciat igitur
quod poteſt; id eſt juret ſe ſoluturum cùm ad pin-
guiorem fortunam pervenerit, c. *Faciat, 22. quæſt.*
*2.* & cum Hoſtien. tranſeunt *hic* Jo. Andr. *n. 7. in*
*fin. verſ. Hoſtienſis dicit.* Henrich. Boich. *n. 10. verſ.*
*Sed Goffredus, & n. 14.* Abbas, & ſequaces in ſumm.
tex. Covar. *variar. reſolut. lib. 2. c. 1. n. 9.* & ſe-
70 quuntur moderniores.
QUÆRO, An poſſit renunciare beneficio ne
quis conveniatur ultra quam facere poteſt.
Hoſtienſis *hic n. 8. verſ. Quid ſi fiat pactum;* con-
cludit non poſſe renunciari ſi competat ratione
perſonæ privilegiatæ, per l. *Alia cauſa, §. Elegan-*
*ter*, & l. *ſeq. ff. ſolut. matrim.* Efficit quod nota-
tur in cap. *in gloſ. 2. infra de donat.* Si verò ra-
tione

tione contractus conceditur debitori tale privi-
legium, ut conventus non condemnetur ultra
quam facere poſſit, ſicut contingit in actione pro
ſocio, vel tutelæ: bene poterit renunciari, ut l.
*Verum*, §. 1. & *ſeq. ff. Pro ſocio*, & l. *Si convenerit*, &
ibi notat gloſ. *unic.* & l. *præceden. ff. de re judic.* ſe-
cundum Hoſt. cum quo concordant hic Jo. Andr.
*n. 9, verſ. Quid ſi habent.* Butr. *n.* 15. Cardin. *n.* 9.
Anchar. *n.* 8. Imol. *n.* 22. & Jo. de Anan. *n.* 20.
Unde ſequitur, ut clericus minimè poſſit huic be-
neficio renunciare, cum ei competat ratione per-
ſonæ privilegiatæ, & tamquam militi cæleſtis mi-
litiæ, ut dictum eſt ſupra *num.* 19. & ne cogatur
mendicare in opprobrium Ordinis clericalis, arg.
c. *Diacon, circa medium, verſ. Mendicat infelix cleri-
cus*, 93. *diſt.* & in clerico tradunt in ſpecie Bar-
boſa in d. l. *Alia*, §. *Eleganter*, *ff. ſolut. matr.* Cor
var. *var. reſolut. lib. 2. c. 1 n.* 38. & alii Recentiores.
Confert quod notat Bald. poſt Jacob. de Butri-
gar. in l. 1. *n.* 12. *circa medium, verſ. Item tres ſunt
caſus*, C. *Qui bon. ced. poſ.* ubi dicit beneficio ceſſi-
onis poſſe renunciari quando conceditur jure
contractus, ſecus verò quando conceditur pro-
pter reverentiam perſonæ, per d. l. *Si convenerit*,
71 *ff. de re judic.* Et hæc vera in renunciatione expreſ-
ſa; ſecus verò in renunciatione tacita, quæ fit per
actum contrarium, ut cum clericus pertinaciter
negat debitum, vel non vult præſtare cautionem
de ſolvendo, cùm ad pinguiorem fortunam per-
venerit, vel quid ſimile, quia tunc ex tacita re-
nunciatione, & juris miniſterio privatur benefi-
72 cio hujus cap. ut idem Bald. notat in d. l. 1. *n.* 14,
& fuſiùs dictum eſt ſupra *n.* 36. Et eſt ſimile in
privilegio fori, cui expreſsè clericus renunciare
non poteſt, c. *Si diligenti*, *de for. compet.* & tamen
poteſt renunciare tacitè per actum contrarium,
ut ſi habitum, vel tonſuram non deferat, vel Ec-
cleſiæ non inſerviat, ad præſcriptum Concilii
Tridentini, *c. 6. ſeſſ.* 23.

73 Sed major eſt difficultas, quid ſi beneficio hu-
jus c. clericus renunciaverit cum juramento, nun-
quid renunciatio teneat?

47 Pro faciliori ſolutione obſervandum eſt bene-
ficium hujus c. habere duos effectus. Primus eſt ut
clericus, qui non eſt ſolvendo, pro debito civili
non detrudatur in carcerem, juxta notata in l. 1.
C. *Qui bon. ceder. poſſ.* Secundus eſt, ut non con-
demnetur niſi in quantum facere poteſt habita
ratione ne egeat, ut hic, & in l. *Is qui*, la 2. *ff. de*
75 *ceſſ. bon.* cum aliis ſupra citatis *n.* 65. Quantum ad
primum effectum carceris abſolutum eſt renun-
ciationem non tenere, licet juramento firmatam;
quia hujuſmodi renunciatio, ſeu pactum eſt con-
tra bonos mores, ut notat Cyn. in l. *Qui bonis*, *n.*
11. C. *Qui bonis ced. poſſ.* Ergo juramentum illi ad-
jectum non ligat, c. *Non eſt obligatorium*, *de reg.*
76 *jur. lib. 6.* quia contra naturalem æquitatem eſt
carceris ſqualor, ut notatur in gloſ. ordin. in d.
l. 1. C. *eod.* Et ex hoc ſequitur inhumanitas, &
crudelitas ſine ipſius commodo, ut l. *Servus eod. ff.
de ſerv. export.* Nihil enim intereſt creditoris de-
bitorem inhumaniter vexari, & in carcere mori,
l. *Res criminis ff. de ſolut.* & liberi hominis caro, &
corum non poſſunt eſſe in obligatione, l. *Inter
ſtipulantem*, §. *ſacram*, *ff. de ver. obligat.* Unde
cum renunciatio debitori noceat, & creditori
non proſit, non debet valere, cum ex hoc credi-
tor ſit caninus, & veniat contra præceptum cha-
ritatis, arg. l. *fin ff. de evict.* l. *Non tantum*, *ff. de
appellat.* quia deducit ad illicitum, vel ſaltem po-
teſt deducere, arg. eorum, quæ notantur per Ar-
chid. in c. *Quamvis*, *ſuper ver. Aeternæ ſalutis*, *de pa-
77 ctis*, *lib.* 6. Rurſus carcer eſt ſpecies ſervitutis,
cum deroget libertati, l. 2. *ff. de liber. hominib. ex-
hiben.* l. *Titio centum*, §. *Titio ſi l.* 2. *ff. de condit. &
demonſtrat.* Renunciatio autem, per quam perve-
nitur ad infringendam hominis libertatem, non
valet, l. *Nec ſi volens*, *ff. de liberal. cauſ.* Item hinc
ſequeretur, ut debitor ſic detruſus non poſſet
audire divina officia, nec eccleſiaſtica recipere
Sacramenta pro libito voluntatis, nec audire præ-
dicationem verbi Dei; unde forſan ad infidelita-
tem reduci poſſet; quare talis renunciatio, quæ
poſſet in peiorē ſtatum deducere, non poteſt vin-
culari juramento ex iis, quæ notat Archid. *loco
citato.* Et ita hunc primum effectum carceris re-
nunciationem juratam non valere, cōcludit Bald.
in l. 1. *n:* 13. *verſ: Tu concorda iſtas opiniones*, C. *Qui
bon. ced. poſſ.* & Rota *deciſ.* 31: *num.* 1. *cum ſeqq.
& n:* 5. *col.* 3. *poſt princip: verſ: Quantum verò ad
effectum primum ne detrudatur in carcerem*, *de ſent:
78 & re judic. in antiq:* Similiter quoad ſecundum ef-
fectum, ut debitor non condemnetur ultra quam
facere poteſt, licet in perſonis non privilegiatis
articulus ſit valdè dubius, per ea, quæ notant
Cynus, & Bald. *loc. cit:* & Rota *in d. deciſ.* 31. *n.* 4.
& 5. nihilominus in Clerico tenendum eſt hu-
juſmodi renunciationem non validari juramen-
to, quia privilegium hujus cap. *Ne clerici conveni-
antur, niſi in quantum facere poſſunt*, indultum eſt
eis ne cogantur mendicare in opprobrium ordi-
nis clericalis, & ſic in reverentiam tam perſonæ
ipſius clerici, quam totius ordinis, ut dictum eſt
ſupra; & conſequenter ei renunciari non poteſt
etiam cum juramento, ſicut nec privilegio fori,
ut eſt text. in c. *Si diligenti*, & ibi notant omnes ſu-
pra *de foro compet.*

Præterea quando privilegium ne quis conve-
niatur niſi in quantum facere poteſt, competit
perſonæ, cui debetur reverentia, ut ſunt clerici,
tunc pactum ut quis conveniatur ultra quam face-
re poteſt, eſt contra bonos mores, ut ad literam
dicit tex. in d. l. *Alia cauſa*, §. *Eleganter*, *ff. ſolut.
matrim.* Ergo non firmatur juramento, ut 22. q. 4.
*per tot.* & d. c. *Non eſt obligatorium*, & ita in termi-
nis cenſuit Rota *in praeli. deciſ.* 31. *n.* 5. *col:* 3. *cir-
ca princ. verſ: Nec obſtat ad hoc, & eadem col. circa fin.
verſ. Nec hoc eſt contra bonos mores*, *de ſent. & re ju-
dic:* & *deciſ:* 2. *num:* 2. *de Arbitr. in antiq.* & ad
litteram hanc opinionem tanquam humaniorem
ſequuntur Canoniſtæ hic, ut inquit Bald. in d. l. 1.
*n.* 13. *verſ: Et hanc opinionem*, C. *Qui bon. ced. poſſ.*
& fuit opinio Dyni in d. §. *Eleganter*, cum quo
tandem reſidet Cyn. in d. l. *Qui bonis*, *num.* 10.
*circa fin. verſ. Et ideo ſine dubio ſententia Dyni videtur
humanior.* & Jacob. de Beluis, *in Auth. de fidejuſ.* §.
*Quod autem*, Collect. *hic num.* 9. Brun. *in tract. de
ceſſ. bon. quæſt.* 3. *princip. num.* 17. quicquid con-
tra ſcripſerit Molin. in *tract. de contrav. diſput.*
571. *n.* 16. Jo. Guttier *in tract. de Contract. jurat.
par.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 34. *in 6. tom. tract. diverſ. part.* 2.
*fol.* 66 & Carol de Graſſ. *de effect. clerical. effect.*
7. *n.* 21.

79 Veruntamen ſi clericus beneficiatus conſen-
ſerit reſervationi penſionis, non gaudebit benefi-
cio hujus c. contra penſionariū, quia ex quo ejus
con-



ſenſui ineſt juramentum, & obligatur in for-
ma Cameræ, non eſt honeſtum, ut poſtquam habet
beneficium, ad cujus regreſſum ſe obligavit ob
non ſolutionem, juvetur exceptione hujus cap.
*Odoardus*, quia potius debet dimittere, & reſtitue-
re beneficium, quod accepit: non enim convenit,
ut beneficium retineat, & penſionem non ſolvat;
alias illi facilè daretur occaſio, & anſa peierandi.
Nec iſto caſu ſi denegatur illi auxilium hujus ca.
fit ei injuria, Vulgat. c. *Scienti de regul. jur. lib. 6.* &
quia juramentum eſt perſonale, debet per ipſum
juramentum impleri in forma ſpecifica, c. *Debito-
80 res*, & c. *Ad noſtram*, *de jurejur.* Secus verò ſi benefi-
ciatus ſucceſſerit in beneficio gravato, nec per
ſeipſum conſenſerit reſervationi penſionis, quia
tunc prædictæ rationes non militant; & ideo ju-
81 vabitur beneficio hujus cap. Sicut in ſimili de ſty-
lo Rotæ, & Curiæ quando quis conſentit perſo-
naliter reſervationi penſionis ſub ſolitis cenſu-
ris, & pœnis, illas cenſuras, & pœnas incurrit, ſi in
tempore non ſolvit etiam ſine aliqua alia littera-
rum intimatione; ſecus verò ſi non conſenſiſſet,
aut per alium præſtitiſſet conſenſum, tunc requi-
ritur intimatio, prout judicavit Rota teſte Caſ-
ſad. *deciſ.* 12. *de reſcript.* Et ita in terminis benefi-
cii hujus cap. declarando ſtylum Signaturæ di-
ſtinguit Sarnen. *ſuper regul. Cancellar. in compend.
utriuſque Signaturæ*, *quæſt.* 16. *num.* 88. & 89. *fol.*
87. *à tergo*, & *in reg. de Annali*, *quæſt.* 53. *ad fin.* &
ſequuntur Covar. *var. reſolut. lib. 2. cap. 1. num.* 9.
*ſub verſ. Quoties*, ibi, *Vnde ſi quis conſentiat*, Gigas,
*conſil.* 111. *num.* 3. & 5. & *in tractat. de penſ. quæſt.*
10. *num.* 3.

## DE DONATIONIBVS.

### *Cap. Prudentes.*

*SVMMARIVM.*

1 *Liberalis in donando exiſtimat ſe debere quod donat.*
2 *Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur.*
3 *Donare eſt proprium animi nobilis.*
4 *Nobilitas intelligitur non ſolùm generis, ſed & animi, & morum.*
5 *Donatio propriè dicitur cum aliquis dat non aliam ob cauſam, quàm ut liberalitatem exerceat.*
6 *Legem poteſt aliquis ſibi imponere, à qua non liceat recedere.*
7 *Donatio perfecta revocari non poteſt niſi in caſibus hic expreſſis.*
8 *Donans uni Eccleſiæ bona, quæ ſuperfuerint, tempore ſui obitus, an poſſit in prædictis bonis aliam Eccleſiam ſibi hæredem inſtituere, & n. ſeqq. uſque in finem.*
9 *Donans bona, quæ acquiſita reperirentur tempore ſui obitus, cenſetur reſervaſſe ſibi facultatem diſponendi de bonis donatis.*
10 *Hæres rogatus reſtituere quicquid ſuperfuerit tempore ſui obitus, poteſt alienare bona fideicommiſſa ſubjecta, reſervata tamen quarta parte fideicommiſſariis, & n. 26.*
11 *Donatio bonorum, quæ acquiſita reperientur tempore obitus, incidit duplicem conditionem.*
12 *Legatum rei, quæ morerit cum moriat. extingui-*



*tur per ſubſequutam ejuſdem rei alienationem.*
13 *Verba, quæ reperientur, ſive quæ reperirentur tempore obitus, faciunt legatum conditionale.*
14 *Diſpoſitio facta ſub duplici conditione evaneſcit, niſi utraque conditio adimpleatur.*
15 *Donatio perfecta per teſtamentum reſcindi non poteſt.*
16 *Secus ſi donatio ſit conditionalis.*
17 *Donans bona, quæ reperientur tempore ſui obitus, an poſſit de illis diſponere in ultima voluntate, & n. 26.*
18 *Vltima voluntas effectum non ſortitur niſi poſt mortem, & n. 20.*
19 Alienationis *verbum comprehendit etiam hæredis inſtitutionem.*
20 *Teſtamentum in vita teſtatoris ordinatur, & perficitur.*
21 *Donatio inter vivos dicitur perfecta, licet effectus ſuſpendatur in tempus mortis.*
22 *Idem in donatione cauſa mortis.*
23 *Donator, qui reſervavit ſibi facultatem diſponendi in vita de bonis donatis, poteſt illa teſtamento relinquere.*
24 *Alienatio in ultima voluntate dicitur favorabilior, quam inter vivos.*
25 *Mitius agitur cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quàm qui ex debito.*

1 PRUDENTES. Duos recipit intellectus ſe-
cundum Abb. Juxta primum hoc intendit:
Liberalis in donando exiſtimat ſe debere
2 quod donat. Juxta ſecundum, Promittentes
aliquid donare, illud tamquam debitum adim-
plere tenentur. Hoc dicit, Hoſt. Intelligebat De-
cretalem in facientibus eleemoſynam, maximè
de bonis Eccleſiæ ſuperabundantibus: item in
donatione, quam Imperator facit Eccleſiis, ubi
ſola immenſitas eſt menſura, ut in Auth. *de non
alienandis*, §. *Sin autem*, *collat.* 2.

3 Nota primò ibi, *Nobilitas*. Donationem pro-
cedere à nobilitate animi: nam proprium animi
nobilis eſt donare. Facit tex. in l. *Qui ſaxum*, §. *fi-
nal. ff. de donat.* & quod donatur in c. *Grandi*, *de ſup-
4 plen. neglig. Prælator. lib. 6.* & nobilitas intelligitur
non tantum generis, ſed & animi, & morum, ſe-
cundum Hoſt. *hic in princ. in ver. Nobilitas.* Jo. Andr.
*num.* 1. & *in eodem ver.* & *Abbatem n.* 2.

5 Secundò nota ibi, *Sponte*, quod ſponte datur,
donationem appellari, ſecundùm Anchar. *hic n.*
3. quia donari dicitur id, quod nullo jure cogen-
te conceditur, l. *Donari*, *ff. de donat.* Et propriè do-
natio dicitur cum aliquis dat non aliam ob cau-
ſam, quàm ut liberalitatem, & munificentiam
exerceat, l. 1. *ff. eodem*, Hoſtien. *in ſumma tit. de
donat.* §. 1. In neceſſitate autem nemo liberalis
exiſtit, l. *Rem legatam*, *ff. de annuis legatis.*

6 Ultimò nota ibi, *legem imponit*. Poſſe aliquem
ſibi legem imponere, a qua non liceat recedere,
7 Unde non poteſt quis promiſſionem donationis
revocare, ut hic eſt expreſſum, ſicut nec dona-
tionem perfectam, niſi ex cauſa ingratitudinis,
ut c. *final. infra eodem*, vel ex cauſa non imple-
menti, ut l. *Generaliter*, C. *de revocandis donat.* vel
per ſupervenientiam liberorum, ut l. *Si unquam* C.
*eodem.*

8 QUÆRO, An donans bona, quæ acquiſita re-
perientur tempore ſui obitus uni Eccleſiæ, poſſit
in dictis bonis aliam Eccleſiam ſibi hæredem in-
ſtituere.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tione contractus conceditur debitori tale privilegium, ut conventus non condemnetur ultra quam facere poſſit, ſicut contingit in actione pro ſocio, vel tutelæ: bene poterit renunciari, ut l. *Verum*, §. 1. *& ſeq. ff. Pro ſocio*, & l. *Si convenerit*, & ibi notat gloſ. *unic.* & l. *præceden. ff. de re judic.* ſecundum Hoſt. cum quo concordant hic Jo. Andr. *n. 9, verſ. Quid ſi habent.* Butr. *n.* 15. Cardin. *n. 9.* Anchar. *n. 8.* Imol. *n.* 22. & Jo. de Anan. *n.* 20. Unde ſequitur, ut clericus minimè poſſit huic beneficio renunciare, cum ei competat ratione perſonæ privilegiatæ, & tamquam militi cæleſtis militiæ, ut dictum eſt ſupra *num.* 19. & ne cogatur mendicare in opprobrium Ordinis clericalis, arg. c. *Diacon, circa medium, verſ. Mendicat infelix clericus*, 93. *diſt.* & in clerico tradunt in ſpecie Barboſa in d. l. *Alia*, §. *Eleganter*, *ff. ſolut. matr.* Covar. *var. reſolut. lib. 2. c. 1 n. 38.* & alii Recentiores. Confert quod notat Bald. poſt Jacob. de Butrigar. in l. 1. *n.* 12. *circa medium, verſ. Item tres ſunt caſus, C. Qui bon. ced. poſſ.* ubi dicit beneficio ceſſionis poſſe renunciari quando conceditur jure contractus, ſecus verò quando conceditur propter reverentiam perſonæ, per d. l. *Si convenerit*,
71 *ff. de re judic.* Et hæc vera in renunciatione expreſſa; ſecus verò in renunciatione tacita, quæ fit per actum contrarium, ut cum clericus pertinaciter negat debitum, vel non vult præſtare cautionem de ſolvendo, cùm ad pinguiorem fortunam pervenerit, vel quid ſimile, quia tunc ex tacita renunciatione, & juris miniſterio privatur benefi-
72 cio hujus cap. ut idem Bald. notat in d. l. 1. *n.* 14, & fuſiùs dictum eſt ſupra *n.* 36. Et eſt ſimile in privilegio fori, cui expreſſè clericus renunciare non poteſt, c. *Si diligenti, de for. compet.* & tamen poteſt renunciare tacitè per actum contrarium, ut ſi habitum, vel tonſuram non deferat, vel Eccleſiæ non inſerviat, ad præſcriptum Concilii Tridentini, *c. 6. ſeſſ.* 23.
73 Sed major eſt difficultas, quid ſi beneficio hujus c. clericus renunciaverit cum juramento, nunquid renunciatio teneat?
47 Pro faciliori ſolutione obſervandum eſt beneficium hujus c. habere duos effectus. Primus eſt ut clericus, qui non eſt ſolvendo, pro debito civili non detrudatur in carcerem, juxta notata in l. 1. C. *Qui bon. ceder. poſſ.* Secundus eſt, ut non condemnetur niſi in quantum facere poteſt habita ratione ne egeat, ut hic, & in l. *Is qui, la 2. ff. de*
75 *ceſſ. bon.* cum aliis ſupracitatis *n.* 65. Quantum ad primum effectum carceris abſolutum eſt renunciationem non tenere, licet juramento firmatam; quia hujuſmodi renunciatio, ſeu pactum eſt contra bonos mores, ut notat Cyn. in l. *Qui bonis*, *n.* 11. *C. Qui bonis ced. poſſ.* Ergo juramentum illi adjectum non ligat, c. *Non eſt obligatorium*, *de reg.*
76 *jur. lib. 6.* quia contra naturalem æquitatem eſt carceris ſqualor, ut notatur in gloſ. ordin. in d. l. 1. *C. eod.* Et ex hoc ſequitur inhumanitas, & crudelitas ſine ipſius commodo, ut l. *Servus ead. ff. de ſerv. export.* Nihil enim intereſt creditoris debitorem inhumaniter vexari, & in carcere mori, l. *Re e criminis ff. de ſolut.* & liberi hominis caro, & corpus non poſſunt eſſe in obligatione, l. *Inter ſtipulantem*, §. *Sacram*, *ff. de verb. obligat.* Unde cum renunciatio debitori noceat, & creditori non proſit, non debet valere, cum ex hoc creditor ſit caninus, & veniat contra præceptum charitatis, arg. l. *fin. ff. de exib.* l. *Non tantum*, *ff. de appellat.* quia deducit ad illicitum, vel ſaltem poteſt deducere, arg. eorum, quæ notantur per Archid. in c. *Quamvis, ſuper ver. Aeternæ ſalutis, de pactis, lib.* 6.
77 Ruſus carcer eſt ſpecies ſervitutis, cum deroget libertati, l. 2. *ff. de liber. hominib. exhiben.* l. *Titio centum*, §. *Titio ſi l. 2. ff. de condit. & demonſtrat.* Renunciatio autem, per quam pervenitur ad infringendam hominis libertatem, non valet, l. *Nec ſi volens, ff. de liberal. cauſ.* Item hinc ſequeretur, ut debitor ſic detruſus non poſſet audire divina officia, nec eccleſiaſtica recipere Sacramenta pro libito voluntatis, nec audire prædicationem verbi Dei; unde forſan ad infidelitatem reduci poſſet; quare talis renunciatio, quæ poſſet in peiorè ſtatum deducere, non poteſt vinculari juramento ex iis, quæ notat Archid. *loco citato.* Et ita hunc primum effectum carceris renunciationem juratam non valere, cōcludit Bald. in l. 1. *n.* 13. *verſ. Tu concorda iſtas opiniones, C. Qui bon. ced. poſſ.* & Rota *deciſ. 31. num. 1. cum ſeqq. & n. 5. col. 3. poſt princip. verſ. Quantum verò ad effectum primum ne detrudatur in carcerem, de ſent.*
78 *& re judic. in antiq.* Similiter quoad ſecundum effectum, ut debitor non condemnetur ultra quam facere poteſt, licet in perſonis non privilegiatis articulus ſit valdè dubius, per ea, quæ notant Cynus, & Bald. *loc. cit.* & Rota *in d. deciſ. 31. n. 4. & 5.* nihilominus in Clerico tenendum eſt hujuſmodi renunciationem non validari juramento, quia privilegium hujus cap. *Ne clerici conveniantur, niſi in quantum facere poſſunt*, indultum eſt eis ne cogantur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, & ſic in reverentiam tam perſonæ ipſius clerici, quam totius ordinis, ut dictum eſt ſupra; & conſequenter ei renunciari non poteſt etiam cum juramento, ſicut nec privilegio fori, ut eſt text. in c. *Si diligenti*, & ibi notant omnes ſupra *de foro compet.*

Præterea quando privilegium ne quis conveniatur niſi in quantum facere poteſt, competit perſonæ, cui debetur reverentia, ut ſunt clerici, tunc pactum ut quis conveniatur ultra quam facere poteſt, eſt contra bonos mores, ut ad literam dicit tex. in d. l. *Alia cauſa*, §. *Eleganter*, *ff. ſolut. matrim.* Ergo non firmatur juramento, ut *22. q. 4. per tot.* & d. c. *Non eſt obligatorium*, & ita in terminis cenſuit Rota *in præall. deciſ. 31, n. 5. col. 3. circa princ. verſ. Nec obſtat ad hoc, & eadem col. circa fin. verſ. Nec hoc eſt contra bonos mores, de ſent. & re judic.* & *deciſ. 2. num. 2. de Arbitr. in antiq.* & ad litteram hanc opinionem tanquam humaniorem ſequuntur Canoniſtæ hic, ut inquit Bald. in d. l. 1. *n. 13. verſ. Et hanc opinionem, C. Qui bon. ced. poſſ.* & fuit opinio Dyni in d. §. *Eleganter*, cum quo tandem reſidet Cyn. in d. l. *Qui bonis*, *num. 10. circa fin. verſ. Et ideo ſine dubio ſententia Dyni videtur humanior.* & Jacob. de Beluis, *in Auth. de fidejuſ.* §. *Quod autem*, Collect. *hic num. 9.* Brun. *in tract. de ceſſ. bon. quæſt. 3. princip. num. 17.* quicquid contra ſcripſerit Molin. in *tract. de contrac. diſput. 571. n. 16.* Jo. Guttier *in tract. de Contract. jurat. par. 1. quæſt. 17. n. 34. in 6. tom. tract. diverſ. part. 2. fol. 66.* & Carol de Graſſ. *de effect. clerical. effect. 7. n. 21.*
79 Veruntamen ſi clericus beneficiatus conſenſerit reſervationi penſionis, non gaudebit beneficio hujus c. contra penſionariū, quia ex quo ejus con-



ſenſui ineſt juramentum, & obligatur in forma Cameræ, non eſt honeſtum, ut poſtquam habet beneficium, ad cujus regreſſum ſe obligavit ob non ſolutionem, juvetur exceptione hujus cap. *Odoardus*, quia potius debet dimittere, & reſtituere beneficium, quod accepit: non enim convenit, ut beneficium retineat, & penſionem non ſolvat; alias illi facilè daretur occaſio, & anſa peierandi. Nec iſto caſu ſi denegatur illi auxilium hujus ca. fit ei injuria, Vulgat. c. *Scienti de regul. jur. lib. 6.* & quia juramentum eſt perſonale, debet per ipſum juramentum impleri in forma ſpecifica, c. *Debito-*
80 *res*, & c. *Ad noſtram, de jurejur.* Secus verò ſi beneficiatus ſucceſſerit in beneficio gravato, nec per ſeipſum conſenſerit reſervationi penſionis, quia tunc prædictæ rationes non militant; & ideo ju-
81 vabitur beneficio hujus cap. Sicut in ſimili de ſtylo Rotæ, & Curiæ quando quis conſentit perſonaliter reſervationi penſionis ſub ſolitis cenſuris, & pœnis, illas cenſuras, & pœnas incurrit, ſi in tempore non ſolvit etiam ſine aliqua alia litterarum intimatione; ſecus verò ſi non conſenſiſſet, aut per alium præſtitiſſet conſenſum, tunc requiritur intimatio, prout judicavit Rota teſte Caſſad. *deciſ. 12. de reſcript.* Et ita in terminis beneficii hujus cap. declarando ſtylum Signaturæ diſtinguit Sarnen. *ſuper regul. Cancellar. in compend. utriuſque Signaturæ, quæſt. 16. num. 88. & 89. fol. 87. à tergo*, & in *reg. de Annali, quæſt. 53. ad fin.* & ſequuntur Covar. *var. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 9. ſub verſ. Quotter*, ibi, *Unde ſi quis conſentiat*, Gigas, *conſil. 111. num. 3. & 5.* & *in tractat. de penſ. quæſt. 10. num. 3.*

# DE DONATIONIBVS.

## *Cap. Prudentes.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Liberalis in donando exiſtimat ſe debere quod donat.*
2 *Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur.*
3 *Donare eſt proprium animi nobilis.*
4 *Nobilitas intelligitur non ſolùm generis, ſed & animi, & morum.*
5 *Donatio propriè dicitur cum aliquis dat non aliam ob cauſam, quàm ut liberalitatem exerceat.*
6 *Legem poteſt aliquis ſibi imponere, à qua non liceat recedere.*
7 *Donatio perfecta revocari non poteſt niſi in caſibus hic expreſſis.*
8 *Donans uni Eccleſiæ bona, quæ ſuperfuerint, tempore ſui obitus, an poſſit in prædictis bonis aliam Eccleſiam ſibi hæredem inſtituere, & n. ſeqq. uſque in finem.*
9 *Donans bona, quæ acquiſita reperirentur tempore ſui obitus, cenſetur reſervaſſe ſibi facultatem diſponendi de bonis donatis.*
10 *Hæres rogatus reſtituere quicquid ſuperfuerit tempore ſui obitus, poteſt alienare bona fideicommiſſa ſubjecta, reſervata tamen quarta parte fideicommiſſariis, & n. 26.*
11 *Donatio bonorum, quæ acquiſita reperientur tempore obitus, incidit duplicem conditionem.*
12 *Legatum rei, quæ mea erit cum moriar, extinguitur per ſubſequutam ejuſdem rei alienationem.*
13 *Verba, quæ reperientur, ſive quæ reperirentur tempore obitus, faciunt legatum conditionale.*
14 *Diſpoſitio facta ſub duplici conditione evaneſcit, niſi utraque conditio adimpleatur.*
15 *Donatio perfecta per teſtamentum reſcindi non poteſt.*
16 *Secus ſi donatio ſit conditionalis.*
17 *Donans bona, quæ reperientur tempore ſui obitus, an poſſit de illis diſponere in ultima voluntate, & n. 26.*
18 *Ultima voluntas effectum non ſortitur niſi poſt mortem, & n. 20.*
19 Alienationis *verbum comprehendit etiam hæredis inſtitutionem.*
20 *Teſtamentum in vita teſtatoris ordinatur, & perficitur.*
21 *Donatio inter vivos dicitur perfecta, licet effectus ſuſpendatur in tempus mortis.*
22 *Idem in donatione cauſa mortis.*
23 *Donator, qui reſervavit ſibi facultatem diſponendi in vita de bonis donatis, poteſt illa teſtamento relinquere.*
24 *Alienatio in ultima voluntate dicitur favorabilior, quam inter vivos.*
25 *Mitius agitur cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quàm qui ex debito.*

1 PRUDENTES. Duos recipit intellectus ſecundum Abb. Juxta primum hoc intendit: Liberalis in donando exiſtimat ſe debere
2 quod donat. Juxta ſecundum, Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur. Hoc dicit, Hoſt. Intelligebat Decretalem in facientibus eleemoſynam, maximè de bonis Eccleſiæ ſuperabundantibus: item in donatione, quam Imperator facit Eccleſiis, ubi ſola immenſitas eſt menſura, ut in Auth. *de non alienandis*, §. *Sin minus, collat.* 2.
3 Nota primò ibi, *Nobilitas.* Donationem procedere à nobilitate animi: nam proprium animi nobilis eſt donare. Facit tex. in l. *Qui ſaxum*, §. *final. ff. de donat.* & quod donatur in c. *Grandi, de ſup-*
4 *plen. neglig. Prælator. lib. 6.* & nobilitas intelligitur non tantum generis, ſed & animi, & morum, ſecundum Hoſt. *hic in princ. in ver. Nobilitas* Jo. Andr. *num. 1.* & *in eodem ver. & Abbatem n. 2.*
5 Secundò nota ibi, *Sponte*, quod ſponte datur, donationem appellari, ſecundùm Anchar. *hic n. 3.* quia donari dicitur id, quod nullo jure cogente conceditur, l. *Donari, ff. de donat.* Et propriè donatio dicitur cum aliquis dat non aliam ob cauſam, quàm ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, l. 1. *ff. eodem*, Hoſtien. *in ſumma tit. de donat.* §. 1. In neceſſitate autem nemo liberalis exiſtit, l. *Rem legatam, ff. de annuis legatis.*
6 Ultimò nota ibi, *legem imponit.* Poſſe aliquem ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere,
7 Unde non poteſt quis promiſſionem donationis revocare, ut hic eſt expreſſum, ſicut nec donationem perfectam, niſi ex cauſa ingratitudinis, ut c. *final. infra eodem*, vel ex cauſa non implementi, ut l. *Generaliter, C. de revocandis donat.* vel per ſupervenientiam liberorum, ut l. *Si unquam C. eodem.*
8 QUÆRO, An donans bona, quæ acquiſita reperientur tempore ſui obitus uni Eccleſiæ, poſſit in dictis bonis aliam Eccleſiam ſibi hæredem inſtituere.

9 Videtur reſpondendum poſſe, quia per hujuſmodi verba non cenſetur voluiſſe donare niſi bona illa de quibus ante mortem non diſpoſuiſſet, ita expreſſe declarat Bart. in l. *Titius, in fin. ff. Ad Trebellian.* ubi ait hæc verba: *quicquid ſuperfuerit tempore mortis*, eſſe intelligenda ſi quid ſuperfuerit non deperditum, vel alienatum; & ſequitur illic Alb. *in fin.* & Corn. *conſ. 243. à n. 4. uſq. ad*
10 *10. vol. 2.* Ideoque hæres rogatus reſtituere quidquid ſuperfuerit tempore ſui obitus, poteſt bona fide alienare, & minuere bona fideicõmiſſo ſubjecta, nec tenetur reſtituere niſi quod ſupererit non alienatum, vel diminutum, ut eſt textus ad literam in dicta l. *Titius*, & in Auth. *Contra rogatum, C. eodem titulo*, in l. *Fideicommiſſi, §. Nonnunquam, ff. de Uſuris*, & in l. *Sed & ſi lege, §. Quod autem quis, verſ. Nam & ipſum Marcius ff. de petit. hæred.* Unde per hujuſmodi verba: *Reſtituas quidquid ſupererit* cenſentur omnia eſſe attributam hæredi alienandi facultatem, & idem tradit Gloſſ. Bart. & DD. in l. *Imperator, § fin. ff. de legat. 2.* Rum. *conſil. 109. nu. 10. lib. 2.* & *conſ. 163. nu. 1. vol. 3.* Corn. *d. conſ. 243. vol. 4.* & Mant. *de conjectur. ult. volunt. lib. 10. tit. 4. ſub num. 10. verſ. Illud autem.* Eodem igitur modo is, qui donavit quidquid ſupererit, vel reperietur ſuæ mortis tempore, cenſetur ſibi reſervaſſe omnimodam facultatem diſponendi de bonis donatis, & id demum voluiſſe donare, de quo ante obi-
11 tum aliter non diſpoſuerit. Et confirmatur; nam cum fuerit facta donatio bonorum, quæ acquiſita reperirentur tempore obitus donatoris; hæc verba habent in ventre duplicem conditionem. Prima eſt, ſi & quatenus acquirantur ad exemplum donationis vini, quod noſcetur ex tali vinea: habet enim tacitam conditionem ſi naſcatur, l. *Cum certum, ff. de vin. trit. & oleo legat.* Cagnol. in l. *In ... n. 25. ff. de regul. jur.* Altera conditio eſt, ſi & quatenus bona acquiſita poſt donationem reperiantur tempore mortis ipſius donatoris; id eſt quatenus de illis ante obitum donator non diſpo-
12 ſuerit, ita prob. tex. expreſſus in l. *Stichum qui meus erit cum moriar, de legat. 1.* ubi deciditur legatum rei, quæ mea erit cum moriar, vel (quod idem eſt) quæ reperietur acquiſita tempore mortis meæ eſſe conditionale, & habere hanc conditionem quatenus illa reperiatur non alienata; ideoque ejuſdem modi legatum extingui per alienationem ſubſequutam, & concordat tex. in l. *Nuper, §. final. de legat. 3.* & cenſuit Rota apud Seraph. *dec. 559. n. 21. verſ. Nec placuit.*

13 Nec vis facienda eſt, quod quis dixerit, dono, ſeu lego rem quæ reperietur, vel rem, quæ reperiretur; utroque enim modo diſpoſitio eſt conditionalis, & per alienationem extinguitur, ut declarat Jaſon in d. l. *Stichum, nu. 7.* poſt Bart. in l. *Cum quidam, ff. de Aur. & arg. legat.* Quamobrem quamvis donator hoc caſu multa bona poſt donationem acquiſierit, & ſic purificata fuerit prima conditio, nempe acquiſitionis; non fuit tamen purificata ſecunda, quod bona reperirentur non alienata tempore mortis, ideoque extincta fuit;
14 nam diſpoſitio facta ſub duplici conditione evaneſcit, niſi utraque conditio adimpleatur, l. *Si hæredi plures, ff. de condit. inſtit.* l. *Si quis ita ſtipulatus fuerit decem ff. de verb. obligat.* & in donationibus reſpondit Roland. *conſ. 58 n. 49. vol. 3.*

15 Atque hinc patet nihil obſtare, quæ in contrarium afferantur, quod contractus donationis ſit irrevocabilis, ut hic, & in l. *perfecta, C. de Donat. quæ ſub mod.* & quod ſpecie per teſtamentum reſcindi non poſſit, l. *Verba C. de teſtamen.* l. *Si ante C. de donat. ante nupt.* Bald. *conſ. 54. nu. 2. lib. 1. p. 5.* Siquidem hoc caſu per alienationem non revocatur donatio ratione mutatæ voluntatis, id enim legibus interdictum eſt; ſed extinguitur, quia alienando deficit conditio, ſub qua donatio ab initio facta fuit: neque enim donator voluit donationem valere, aut effectum ſortiri, niſi eveniret caſus, ut bona illa reperirentur non alienata tempore obitus, ita ad literam declarat Jaſ. in d. l.
16 *Stichum, n. 16.* Vulgati autem juris eſt, donationem conditionalem evaneſcere, niſi conditio purificetur, l. 1. §. *Plauſius*, & ibi Bart. & DD. *ff. de cond. & demonſt.* tradit Socin. Jun. *conſ. 165. n. 6 vol. 2.*

17 Neque obſtat ſi dicatur: quamvis donator poſſit bona non acquirere, aut acquiſita alienare per diſpoſitionem inter vivos, & hoc modo efficere, ut bona donata non extent tempore mortis, tamē ſi illa acquirat, vel acquiſita non alienet & patiatur ut reperiantur tempore ſui obitus, diſpoſitio, quam facit de prædictis bonis in ultima voluntate in favorem ſecundæ Eccleſiæ, non impedit, quominus conditio illa remaneat purificata, quia ul-
18 tima voluntas effectum non habet, niſi poſt mortem, l. *Illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit.*

19 Id inquam non obſtat, quia donans bona, quæ reperirentur tempore mortis, poteſt diſponere de bonis donatis, non ſolum per alienationem inter vivos, ſed etiam in ultima voluntate. Ita in terminis hæredis rogati reſtituere quidquid ſupereſſet tempore ſui obitus, concludit Bald. in d. Auth. *contra rogatum, num. 9. C. Ad Trebell.*

Et quidem ſententia Bald. videtur ſolidis rationibus fulcita; nam cum rogatus reſtituere quicquid mortis tempore ſupereſſet, poſſet alienare bona reſtitutioni ſubjecta, idque indubitati juris ſit, per tex. in d. l. *Titius, ff. Ad Trebell.* cum aliis ſupra allegatis. Certè etiam poterit in dictis bonis alium hæredem inſtituere, quia hoc modo alienaſſe videtur, ut probat tex. quem Bald. allegat. in l. *Si quis prioris, §. Certum, C. de ſec. nup.* cujus hæc ſunt verba. (Certum eſſe ſancimus, quod etiam illa de cætero videbitur eorundem fuiſſe rerum alienatio, quæ in teſtamento, vel ſpecialiter relinquendo, vel generaliter hæredem inſtituendo facta ſit.) Et tradit Bart. in Auth. *Res quæ, ſub num. 5. C. Communia de legat.* & Rum. poſt alios, quos citat *conſ. 163. num. 1. vol. 3.* Aut ergo inquit Baldus, hæres deceſſit teſtatus, & videtur alienaſſe, *d. §. Certum*, & l. *Unum ex familia, ff. de legat. 2.* Aut deceſſit inteſtatus; & tunc non videtur alienaſſe, & ideo reſtituendum eſt fideicommiſſariis quod alienatum non reperitur, l. *Sed etſi §. Quod autem quis, ff. de peten. hæred.* & d. l. *Titius.* Atque ita ceſſat objectum illud, quod cum inſtitutio poſt obitum teſtatoris effectum habeat, videatur purificata illa conditio, quod bona reperiantur non
20 alienata tempore mortis donatoris. Conſiderandum eſt enim teſtamentum in vita ipſius teſtatoris ordinari, ac perfici, ut declarat Mantica *de tacit. & ambig. conven. lib. 13. tit. 31. num. 7.* In puncto, de quo agitur, Jaſ. *d. conſ. 130. ſub n. 3. verſ.*
21 *Nec obſtat fundamentum*, & quamvis effectum non habet niſi ſequuta morte, tamen hoc parum refert, quia non ſolùm ultimæ voluntates, ſed etiam actus viventium in tempus mortis ſuſpendi poſſunt,



poſſunt, nec ideo minus dicuntur actus perfecti, & inter vivos celebrati, l. *ult. §. fin. ff. Commun. Prædior.* l. 2. *ff. de donat. quæ ſub modo.* & l. *Verna Donatio, ... ſub donat. cauſ. mort.* Corn. *conſ. 289. n. 11. vol. 4.* Mant. *de tacit. lib. 13. tit. 12. num. 1. & ſeq.* Traditio enim hæreditatis licet poſt obitum ſortiatur effectum, tamen ad tempus mortis retrotrahitur l.
22 *Hæres quandoque per ff. de acquir. hæred.*

Idemque juris eſt in donatione causâ mortis, quæ non dicitur perfecta, licet dominii tranſlatio poſt mortem ſuſpendatur, ut tradit gloſ. in d. l. 2. *in ver. Tunc demum.* Sed & legatum à tempore mortis teſtatoris acquiritur, ita ut propterea quod legatur, non dicatur ſupereſſe poſt mortem eius, qui legavit, ut in his terminis advertit Socin.
23 *d. conſ. 59. n. 16. vol. 1.* & Jaſ. *d. conſ. 130. ſub num. 5. Nec obſtat, vol. 4.* Et in tantum hæc ſunt vera, ut quamvis donator reſervaſſet ſibi facultatem diſponendi in vita de bonis donatis, non tamen per hæc verba cenſetur prohibitus de dictis bonis in teſtamento diſponere, ut tradit, *loco cit.* Mant. *num. 7.* poſt Alex. *in d. ult. num. 4. C. de pact.* & Covar. *Var. reſol. lib. 3. cap. 12. num. 3.*

Quemadmodum ergo prima Eccleſia potuiſſet excludi a bonis donatis, ſi donator de illis diſpoſuiſſet per contractum venditionis, aut donationis, vel alium ſimilem; ita debet cenſeri excluſa cum de illis donator diſpoſuerit per ultimam vo-
24 luntatem, ut argu. Bald. in Auth. *Niſi rogati, num. 11. C. ad Trebell.* Quinimo cum excludi poſſet per alienationem inter vivos; ergo multò magis ex teſtamento, cum ea, quæ fit in ultima voluntate, ſit favorabilior alienatio, ſecundum Bart. in l. ... *filia n. 5. ad Trebell.* ubi propterea decidit rogatum reſtituere quicquid reperietur tempore mortis, qui poteſt alienare ex cauſa dotis inter vivos, multo magis poſſe alienare in ultima voluntate, cum hæc alienatio ſit favorabilior, & ſequitur ibi Alex. *ſub n. 12.* & idem Bertrol. & Angel. in Auth. *Res quæ, C. Commun. de legat.* & in ſpecie, de qua agitur, Jaſ. *d. conſ. 130. ſub n. 4. verſ. Item d. Claretta, vol. 4.* ubi etiam pluribus oſtendit abſurdum eſſe, ut cui licet alienare inter vivos, quod plus eſt, non liceat in ultima voluntate, quod eſt minus. Conſidero ex abundanti doctrinas ſuperius adductas loqui in hærede gravato reſtituere quicquid ſupererit tempore mortis; ſed certè longè clarius, & facilius procedunt in donante duplici conſideratione. Prima, quia hæres dum reſtituit bona fideicommiſſo ſubjecta, nullam exercet liberalitatem, ſed implet onus reſtitutionis ſibi injunctum à teſtatore, cujus bona non ſponte, ſed ex debito fideicommiſſariis reſtituit: At verò donator nulla movetur obligatione, ſed ſua liberalitate, ac munificentia utitur. Unde ſi hæres gravatus reſtituere quidquid ſupererit, poteſt in dictis bonis alium
25 hæredem inſtituere; multò magis id poterit donator. Pinguius enim eſt ſuccurrendum donanti, quàm ei, qui verum debitum ſolvere cogitur, l. *Exhæredatum, §. fin.* & l. *ſeq. ff. de re judic.* & mitius agitur cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quàm qui ex debito, ut pluribus exemplis probat Rolan. *conſ. 57. n. 20. vol. 2.* Altera conſideratio eſt, quia hæres rogatus reſtituere quicquid ſupererit, quamvis poſſit alienare; tamen velit
26 nolit tenetur reſervare fideicommiſſariis quartā partem hæreditatis, juxta tex. in d. Auth. *Contra rogatum.* Donator verò bonorum, quæ tempore ſui obitus reperientur, nihil prorſus tenetur donatario reſervare, cum id non reperiatur jure cautum, ſed omnia poteſt in alium transferre, & facere, ut tempore mortis nihil ſupereſſet, ut reſpondit Natta *conſ. 518. n. 3. verſ. Si ergo* & Mant. *de tac. & lib. 13. tit. 47. n. 4.* Hinc igitur patet clarè, qui donavit quidquid ſupereſſet, habere majorem facultatem diſponendi de bonis donatis, quàm hæredem de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis. Unde ſi licet hæredi de illis diſponere in ultima voluntate, longe magis licebit donatori, *c. 1. ... parte il tertio, infra de decimo, c. Cum licet, de regul. jur. lib. 6. cum ſimilib.*



## DE PECVLIO CLERICORVM.

### *Cap. Si quis ſanè.*

*S V M M A R I V M.*

1 *Beneficiati an, & quando teneantur præcepto charitatis, vel juſtitia reditus beneficiorum ſuorum pauperibus erogare, & nu. ſeqq. uſque in fin.*
*Beneficiati reditus ſuperfluos beneficiorum ſuorum pauperibus non erogantes, an teneantur ad reſtitutionem, ibid. & nu. ſeqq. uſque ad n. 6. & 23.*
*Conſuetudo diſponendi in vita, & in morte de reditibus Eccleſiaſticis valida eſt, ibid. verſ.* Cui ſententiæ.
*Declaratur, n. 26.*
2 *Divi Thomæ ſententia adverſus Navarri interpretationem explicatur, & nu. ſeqq.*
3 *Beneficiatus facit fructus ſuos, & comparatur uſufructuario in vita, & uſurario in morte.*
*Declaratur n. 5. & à n. 9. uſque ad n. 17.*
4 *Reditus Eccleſiarum quomodo intelligantur eſſe pauperum ſecundum auctoritatem, Hieronymi, Ambroſii & Bernardi, & n. ſeq. & n. 13. 50. & 51.*
6 *Beneficiati poſt deductas ſufficiens patrimonium an poſſint vivere de fructibus beneficii, & patrimonia in alium uſum collocare, & nu. ſeq. uſque ad n. 17.*
7 *Clericis deſervientibus debita ſunt Eccleſiæ ſtipendia ex ſacrorum litterarum teſtimoniis, & quomodo Eccleſiæ deſervire intelligantur, n. 12.*
8 *Beneficiati habentes patrimonium, ... teſſari de bonis patrimonialibus, & vivere de reditibus beneficii.*
*Declaratur à num. 11. uſque ad n. 17.*
*Canones Apoſtolorum quos ab Eccleſia recipiantur ut canonici n. 8.*
9 *Authoritas Hieronymi, Auguſtini, & ... aſſerentium clericos, qui bonis parentum, aut ſuis ſuſtentari poſſunt, peccare ſi reditus Eccleſiæ percipiant, in quo ſenſu à Doctoribus accipiantur & nu. ſeqq. uſque ad n. 17.*
10 *Litteræ impetrationis beneficii an valeant non facta mentione de bonis patrimonialibus.*
14 *Redituum Eccleſiaſticorum diſpenſatio, ſeu applicatio conſiderari debet juxta tria tempora, uſque ad num. 17.*
15 *Clerici in primitiva Eccleſia nihil poſſidebant proprii, ſed omnia erant communia, & erat aliquis modus vivendi ab Eccleſia approbatus.*
16 *Reditus Eccleſiarum poſt inſtitutionem titulorum beneficialium principaliter ſunt deputati in uſus miniſtrorum, ſecundario autem in ſubſidium pauperum. Reditus hoſpitalium contra n. & 22.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

17 *Beneficiatus poteſt excedere de fructibus beneficii non ſolùm neceſſaria, ſed etiam in ea, quæ decent, ſervata ratione conditionis, ſtatus, & perſonæ.*

18 *Beneficiatus poteſt licitè diſtribuere proventus beneficii inter eos, qui quamvis habeant neceſſaria ad victum, non tamen habent ſufficientia pro qualitate conditionis, & decentia ſtatus.*

19 *Item poteſt uſque ad ſtatum decentem donare conſanguineis, & familiaribus ſuis, & dotare ſorores, vel alias conſanguineas nubiles.*

20 *Conſanguineos de redditibus Eccleſiaſticis ditare quàm grave ſit ſcelus.*

21 *Beneficiatus de redditibus Eccleſiaſticis poteſt remunerare accepta ſervitia.*

22 *Pauperum appellatione quoad ſinodum Eccleſiaſticorum diſtributionem intelliguntur omnia pia opera.*

23 *Clericus poteſt pro libito diſponere de portione, quam per ſuos labores ab Eccleſia meretur, aut quam ſibi ſubtrahit de iis, quæ ad decentem ſtatum ſunt neceſſaria, nec ſi profundat, tenetur ad reſtitutionem.*

24 *Clerici in Urbe, & ejus diſtrictu intra decem milliaria decedentes, ex Bulla Pauli V. liberè poſſunt de bonis iis conſiſtentibus, etiam provenientibus ex redditibus Eccleſiaſticis tam inter vivos, quàm in ultima voluntate diſponere; eiſque teſtato ſuccedunt hæredes ab inteſtato.*

25 *Papa poteſt tribuere facultatem teſtandi de redditibus Eccleſiaſticis tam clericis, ſæcularibus, quàm Regularibus.*

26 *Declaratur.*

27 *Beneficiatus, ſi detracto decenti victu ex fructibus beneficii nihil ſupereſt, an nihilominus tenetur unam portionem fabricæ Eccleſiæ, & alteram pauperibus applicare uſque in fin.*

28 *Commendatarii monaſteriorum ſi menſa ſit ſeparata à conventuali, quartam; ſi verò ſit communis, tertiam fructuum partem tenentur erogare in fabricam, ſeu ornamenta Eccleſiæ, vel alimentum pauperum.*

*Declaratur, n. 33. & ſeq.*

29 *Commendatarii, ſeu Beneficiati alimenta ſecundum decentiam ſtatus anteponenda ſunt ſuſtentationi pauperum.*

30 *Charitatis ordo exigit, ut quis primum ſubveniat ſibi ipſi, deinde proximo, & n. 33.*

31 *Alimenta debentur beneficiato ex juſtitia, pauperibus ex charitate.*

32 *Beneficiatus non tenetur ad reparationem Eccleſiæ, niſi ex fructibus, qui ſuperſunt detractis neceſſariis.*

33 *Cardinales de fructibus commendatarum beneficiorum inter ſe diſponere poſſunt uſque ad decentem perſonæ, atque familiæ ſuſtentationem & remunerationem familiarium.*

SIQUIS SANE. Legitur variè ſecundùm primum intellectum Innocentii in ver. *Eccleſiæ*, hoc intuitu: Poſſeſſiones emptas ex redditibus Eccleſiæ tenebit Prælatus quoad vixerit; de his tamen teſtari non poterit. Sed Antonius de Butr. juxta ſecundum intellectum gloſ. & Innocen. ſic ſummat hanc decretalem. Res Eccleſiæ ad culturam redactæ non efficiuntur propriæ culturantis, ſed eas uſque ad vitam tenere poteſt. Demum juxta tertium intellectum, quem Card. dicit eſſe communiorem, hoc dicit: Meliorationes factas per Prælatum in rebus eccleſiæ ſunt ſuæ in vita, etiam ſi dimittat beneficium, ſed de iis teſtari nequit. Primò ponit unum dictum. Secundò aliud ibi, *rerum*, aliquid excipit, ibi *ſi agellos*, id eſt parvos agros, ſicut prædiolum eſt diminutivum prædii, terrula terræ, & vineola vineæ, cap. *Terrulas, ut commun.* 12. q. 1. ſecundum Joan. Andr. & Card. *hic in princip.*

Nota primò ex illis verbis, *niſi forſan eis Eccleſiæ pro ſervitio, aut profectione eccleſiæ largiri voluerint*, Prælatum poſſe bona eccleſiæ quæſita benemeritis elargiri, quando merita reſpiciunt eccleſiam, & non ſolummodo perſonam Prælati. Et ita declara quod habetur in c. 2. *inſ. de donat.* ſecundum Ant. de Butr. *hic n.* 2. & Abb. *n.* 3.

Secundò nota ibi, *uſque ad decimam*, argumentum quod beneficiati uſufructuariis comparantur, ut arguit hic gloſ. *in ver. Dotem*; nam jure finitur uſusfructus, §. *Finitur*, *inſt. de uſufr.* ſicut & jus beneficiati, ut hic, & cap. *fin. ſupr. de pignor.* hæc tamen æquiparatio non fit per omnia, quia Prælatus in ſolo eccleſiæ poteſt plantare vineam, ut hic ſecundum unum intellectum; & tenent gloſ. præalleg. Butr. *nu.* 4. Cardin. *num.* 1. *in* 3. *qu.* Anchar. *num.* 1. & Abb. *eodem num. in primo not.* quod non poteſt uſufructuarius, l. *Quemum*, & l. *Uſufructuarium*, ff. *de uſufr.* Item uſufructuarius tenetur ſatiſdare ad præſcript. d. cap. *fin.* & ibi gloſ. *in ver. Cautionem idoneam*, *de pignor.* & l. 1 *Uſufructus conſtituto*, C. *de uſufr.* Prælatus non; quia non reperitur in jure cautum. Item uſufructuarius facit abſolutè ſ. fructus ſuos; & de his teſtari poteſt ſi ſint ſeparati à ſolo, & reconditi, l. *Arboribus*, §. *Iulianus*, ff. *de uſufr.* & l. *Si fructuarius*, ff. *quib. mod. uſusfr. amitt.* At clericus de redditibus beneficii, & meliorationibus teſtari non poteſt, ut hic, & c. *Quia nos*, *inf. tit. prox.* & cap. *Quia Ioannes*, 12. *qu.* 5. Nam etſi de quæſitis ex induſtria poſſit Prælatus teſtari, & ab inteſtato relinquere; hoc tamen non poteſt ſi illam induſtriam impendit in rebus eccleſiæ: cedit enim eccleſiæ augmentum, & utilitas rebus ſuis annexa, ſed ſeparata cedit ejus lucro, & poterit teſtari, ut inf. *Quia nos*. Ita formaliter dicit hic Petr. de Anchar. *num.* 2. & conſentit Butr. *nu.* 4. Card. *eadem par.* 3. & Abb. *nu.* 2. Et ex his gloſ. videtur tandem concludere clericum beneficiatum non eſſe dominum fructuum, & potius comparat uſuario, cui tantum uti licet ad uſum quotidianum, §. 1. *inſtitut. de uſu, & habit.* De hoc dicam plenè in 4. *ſeq.* præſertim *nu.* 4.

QUÆRO. An, & quando Epiſcopi, & Clerici teneantur præcepto charitatis, vel juſtitiæ redditus beneficiorum ſuorum pauperibus erogare.

Præſens quæſtio pro clariori explicatione hujus graviſſimæ & periculoſæ materiæ diſtinguenda eſt in tres articulos.

Primus eſt, an beneficiati redditus ſuperfluos beneficiorum ſuorum, pauperibus non erogantes ad reſtitutionem teneantur. Secundus, An beneficiati poſſidentes ſufficiens patrimonium poſſint vivere de fructibus beneficii, patrimonio in alios uſus collato. Tertius, An ſtante tenuitate beneficii & detracto convenienti victu beneficiati, ſi nihil ſit reliquum pro pauperibus, fructus beneficii nihilominus ſint dividendi juxta c. *De redditibus*, 12. q. 2.

Quoad primum tanta eſt opinionum varietas, atque argumentorum conflictus, quæ hinc inde adducuntur, ut omnia explicari vix poſſint abſque ingenti volumine. Quare omiſſa ſubtiliori diſputatione, quid pro certo tenendum videatur, referemus. Sed ante omnia prætereundum non eſt, laudandos non eſſe DD. qui ut piis cauſis faveant, falſam opinionem pro vera, vel dubiam pro certa obtrudunt, vel probabilem pro damnata excludunt. Ut enim docuit Ariſt. *lib.* 10. *Ethic. c.* 1. (Veri ſermones non ſolùm ad cognitionem, ſed etiam ad vitam benè degendam ſunt utiles, & ſermo tunc fidem facit, cùm congruit factis, aliàs contemnitur.) Qui verò hanc juſtitiæ normam erga pauperes cuſtodiunt, ut ſuperflua illis largiantur, vix reperiuntur etiam inter beneficiatos Religioſos, nec expedit inducere clericis conſcientiam, contra quã facturi ſint, & gratis damnentur.

Quod verò ad rei ſummam ſpectat, tametſi opinio Archidiaconi *in Summ.* 44. *diſt. n.* 5. in c. *Si Epiſcopus*, 12. *q.* 1. & in c. *Statutum*, §. *Aſſeſſorem*, *n.* 13. *de reſcript. lib.* 6. & ante eum S. Raymund. *in Summ. rubr. de Apoſtatis, in fin.* §. *Sed numquid*; quæ Epiſcopos, Clericoſve ſuperflua non erogantes pauperibus obligat ad reſtitutionem, fortè ſit communior, magis tendat ad charitatem, & tutior omninò exiſtat, quàm quæ hac eos obligatione ſolvit, eamque acerrimè tueatur Alvarus Pelagius *de planctu Eccleſiæ, in* 2. *parte, cap.* 28. contraria tamen verior, quam ſequitur D. Thom. 2. 2. *qu.* 185. *art.* 7. & *quodlib.* 6. *art.* 12. Præpoſ. *in Summ.* 44. *diſt.* ubi à *num.* 2. *uſque ad* 7. *quæſt.* luculenter examinat, & quatuor diſtinctis temporibus jura omnia ad concordiam reducit. Covar. in c. *Cum in officiis, de teſtam. n.* 3. ubi multos adducit ejuſdem opinionis, & Sarnen. *de redditibus Eccleſiaſticis, par.* 2. *cap.* 2. ubi ſimiliter plures allegat pro hac ſententia, & *par.* 4. *c.* 1. ubi multis argumentis eandem confirmat, & *cap.* 2. ubi argumenta in contrarium diſſolvit. Cui ſententiæ in primis favet conſuetudo, de qua teſtatur D. Thom. *in quodlib.* 6. *a.* 12. Hoſt. *hic n.* 4. *verſ. Secundo verò*, relatus à Card. *in* 4. *q. n.* 3. *verſ. Et dicit Hoſtienſ.* Butr. in c. *fin. in* 3. *cauſa, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* relatus hic à Jo. de Imol. *col.* 4. *ſub n.* 11. *verſ. Dicit tamen Dominus Antonius*, Præpoſ. *ubi ſuprà n.* 5. *verſ. Quartum tempus*, & Covar. *eodem loco cit.* ubi ait hanc ſententiam eſſe benigniorem, & noſtris hiſce temporibus admittendam ex totius Chriſtiani orbis conſuetudine, cui ſi corruptela exiſteret, iretur obviam per Summos Pontifices; tenetur enim Princeps prohibere quæ ſunt contra juſtitiam, & ne pauperes, Chriſti membra, tam grave detrimentum in rebus ſuis accipiant, providere. Et tamen Concilium Antioch. *c.* 25. præcipit quidem, ut puniatur Epiſcopus, ſi neceſſariis non contentus, in ſuos uſus domeſticos, & ejus commoda res Eccleſiæ cõvertat, & fructus agrorum domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filiiſque concedat; ſed tamen eum non arctat ad reſtitutionem, ut refertur in cap. *Epiſcopus Eccleſiaſticarum*, 12. *q.* 1. Quod utique Concilium non omiſiſſet, ſi Epiſcopus eſſet reſtitutioni obnoxius, ut advertit Præpoſ. præalleg. *in Summ.* 44. *diſtinct. n.* 5. *verſ. Et ideò tex.* Cùm igitur Apoſtolicus eam conſuetudinem hactenus non damnaverit, apparet Clericos in hac materia peccare tantùm contra charitatem, non contra juſtitiam: ideoque hujuſmodi conſuetudinem validam eſſe, tenet Jo. Andr. *in reg. Nemo poteſt, de reg. jur. lib.* 6. & dicit eſſe communem Doctorum concluſionem Præpoſ. *loc. cit.*

2 *verſ. Patet inſuper.* Sed quoniam D. Thomæ opinionem ita Navarrus corrumpit, ut eum in contrarium vi deducat, *in tract. de reddit. Eccleſiaſt. q.* 1. *monit.* 49. ideo quòd S. Doctor ſenſerit accuratius inquirendum; in Summa loco præalleg. ſic definit: (Si Epiſcopo portio ſeparatim ab aliis eſt aſſignata, poteſt de illa diſponere ut de patrimonio, & peccat malè diſpenſando contra charitatem, non contra juſtitiam, nec tenetur ad reſtitutionem. Sin autem portio illius non eſt ſeparata, ejus fidei diviſio committitur, qui ſi ſuam portionem faciat paulò majorem, non eſt in mala fide, aliàs ſi eſſet magnus exceſſus, non eſſet fidelis diſpenſator, & eſt reſtitutioni obnoxius.) Hæc D. Thom. Unde colligitur in utroque caſu Epiſcopum eſſe dominum ſuæ portionis, ut eſt patrimonii. Navarrus autem ait D. Thomam ſupponere portionem Epiſcopo aſſignatam non debere eſſe majorem, quam illi ſufficiat ad victum, quòd ſi fuerit major, ſurſus eſſe dividendam, ut Epiſcopo relinquantur ſolùm neceſſaria ad victum. Verùm hæc explicatio eſt omninò contraria menti D. Thomæ; nam loquens de portione aſſignata Epiſcopo, de qua vult illum poſſe diſponere, ut de patrimonio, ſubdit: (In ejus portionis diſpoſitione poteſt ab Epiſcopo peccari contra charitatem, ſi immoderata ſibi retineat, ſeu malè diſpenſet, perinde ac in bonis propriis. Ergo partem illam ſupponit poſſe eſſe majorem, quam ſufficiat ad victum Epiſcopi: aliter enim ſi eſſet ſufficiens tantùm, non poſſet inde ſibi immoderata ſumere, ſeu eam malè diſpenſare, quod tamen D. Thomas affirmat. Diviſio verò reddituum eccleſiaſticorum, quæ juxta c. *De redditibus*, 12. *q.* 2. videtur in pleriſque Eccleſiis fuiſſe facta, innuitur hic à D. Thoma, cùm ait (Si fuerint diſtincta bona, quæ debent in uſum Epiſcopi cedere, ab his, quæ ſunt pauperibus, & miniſtris eccleſiæ eroganda.) Idẽ tradunt Sot. *lib.* 10. *de juſt. & jur. q.* 4. *art.* 3. & Covar. in d. c. *Cum in offic. n.* 3. *in fin. de teſtam.* ſubeſtque ejus rei non levis conjectura: conſtat enim redditus epiſcopi, cleri, & fabricæ eſſe diſtinctos, & ſeparatos. Cur igitur non fuerit ſua portio pauperibus aſſignata? Unde probabile eſt hoſpitalia pleraque erecta, & dotationes factas in opera charitatis. Addo D. Thomam etiam fuiſſe in hac ſententia, ut Clerici obtinentes præbendas & redditus quoſcunque eccleſiaſticos in uſum miniſtrorum principaliter applicatos, quamvis hujuſmodi redditus omnes per luxum diſpenſent, non tamen peccent contra juſtitiam, nec teneantur ad reſtitutionem. Ita *in d. quodl.* 6. *art.* 12. *ad* 3. ubi diſtinguit inter redditus hoſpitalium, & redditus beneficiorum, dicens: (Aliter dicendum eſt de illis eccleſiaſticis bonis, quæ principaliter ſunt attribuenda neceſſitatibus pauperum, & ex conſequenti neceſſitatibus miniſtrorum, ſicut ſunt bona hoſpitalium, & aliorum hujuſmodi; & aliter de illis bonis, quæ ſunt principaliter attributa uſibus miniſtrorum, ſicut ſunt præbendæ Clericorum, & alia hujuſmodi: nam in primis bonis peccatum committitur non ſolùm ex abuſu, ſed etiam ex ipſa rerum conditione, dum aliquis in ſuos uſus aſſumit quod eſt alterius, & ideo tenetur ad reſtitutionem tanquam defraudator rei alienæ. In ſecundis verò

verò bonis non committitur peccatum, niſi per abuſum, ſicut & de bonis patrimonialibus dictum eſt. Unde non tenetur quis ad reſtitutionem, ſed ſolum ad pœnitentiam peragendam.) Hactenus
3 verba D. Thomæ, cui videntur aſſentiri hic Hoſtien. *nu.* 4, *verſ. Mihi videtur diſtinguendum*, Card. *in* 4. *quæſt. nu.* 3. *verſic. Et dicit Hoſtien.* & Imol. *col.* 4. *ſub num.* 11. *verſ. Dicit tamen Dominus Antonius*, dum ſcripſerunt clericum non habentem adminiſtrationem poſſe in vita, & in morte diſponere de reditibus beneficii: habentem verò adminiſtrationem poſſe tantum dum vivit donare, moderatè tamen. Idem dicit glo. *in c. Præſenti in verb. Reſervari, de offic. Ordin. lib.* 6. ubi reddit rationem, quia beneficiatus in vita comparatur uſufructuario, & facit fructus ſuos, quam gloſſam à toto mundo allegari dicit Barbat. *hic*, quem refert, & ſequitur Bellon. *conſ.* 3. *Curatæ eccleſiæ, nu.* 6. *verſ. Quinimo, lib.* 3 Et idem dixit gloſ. in cap. *Duo ſunt genera, in ver. Proprietatem*, 12. *q.* 1. Gemin. *conſ.* 3. *ſuper dubio num.* 7. *verſ. Nam Prælatus*, Anchar. *conſ.* 233. *Factum tale, num.* 5. Paul. de Caſtr. *conſ.* 438. *in quæſt. in princip. lib.* 1. Et de communi opinione teſtantur Calder. *conſ.* 264. *aliàs* 2. *de reb. eccleſ. non alien.* Corn. *conſ.* 314. *num.* 2. *verſ. Quinimò, lib.* 3. & Bellon. *d. conſ.* 3. *num.* 2. ubi aſſerit communem eſſe diſtinctionem, ut beneficiatus æquiparetur uſufructuario in vita, & uſuario in morte; cui ſententiæ apertè ſuffragatur Concilium Tridentinum in *c.* 12. *ſeſſ.* 24. ibi: (Privetur dimidia parte fructuum quos ratione etiam præbendæ, & reſidentiæ fecit ſuos;) & in *c.* 1. *ſeſſ.* 23. ibi: (pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere;) quod clarè innuit à contrario ſenſu Epiſcopos, & Parochos facere fructus ſuos, dum reſident. Quod etiam apertè colligitur ex Conſtitutione Julii III. quæ incipit, *Cum ſicut nobis*, publicata 26. Junii 1550. ibi. (Fructus occaſione eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum pro tempore provenientes, licet poſtquam ad manus beneficiatorum pervenerunt, & cum aliis ipſorum beneficiatorum fructibus commixti ſunt, non ulterius in eccleſiaſticis, ſed potiùs ipſorum beneficiatorum propriis, & ab eis acquiſitis bonis judicari, & propterea quodammodo pro ſæcularibus, & prophanis haberi conſueverint; nihilominus, quandiu beneficiati illos non exegerint, verè eccleſiaſticos eſſe, & cenſeri debere.) Unde fit, ut Archid. in cap. *Statutum*, §. *Aſſeſſorem, num.* 13. *verſ. Quidam voluerunt dicere, de reſcr. lib.* 6. relatus hic à Card. *in* 4. *q. num.* 3. fortè liberius, quam par eſt ſcripſerit, hæreticum eſſe de jure canonico, dicere clericum facere fructus ſuos; nam contra eum ſtat littera Concilii Tridentini locis citatis, & conſtitutionis Julii III.

4 Authoritas autem Hieronymi dicentis, aliena capere convincitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur, c. 1. §. *Ordinandus*, 42. *diſt.* Et Ambroſii in c. *Sicut hi*, 47. *diſt.* (Quis enim tam injuſtus, tam avidus, tam avarus eſt, quam qui multorum alimenta non ſuum uſum, ſed abundantiam, & delicias facit? neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quam cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt quem tu detines; nudorum indumentum eſt quod recludis; & miſerorum redemptio eſt, & abſolutio pecunia, quam tu in terram defodis.) Et Bernard. *Epiſt.* 2. (Denique quicquid præter neceſſarium victum, & ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt; rapina eſt, ſacrilegium eſt. (Et *Epiſt.* 42.) Clamant pauperes, noſtrum eſt quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur quod inaniter expenditur. Item textus in c. *Quæ oblationes*, 13. *q.* 2. & alia jura, quæ in hanc rem adducit Archid. *in ſum. num.* 5. 44. *diſt.* & in c. *Epiſcopus, el ſecondo*, 12. *q.* 1. (Hæ (inquam) authoritates, & aliæ conſimiles eò tantùm tendunt, ut ſit illicita hæc eccleſiaſticorum bonorum diſtributio, non autem ut ſit reſtitutio neceſſariò facienda; Et reditus qui ſuperſunt ultra neceſſaria dicuntur alieni, non propriè, ſed ex quadam metaphora, eò quod pauperibus eſſent erogandi.) Unde idem Hieronymus ſcribit, bona eccleſiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem, ut refert Turrecrem. in c. *Videntes, n.* 2. 12. *qu.* 1. & Covar. in d. c. *Cum in officiis, num.* 3. *verſ. Sed hæc, at-*
5 *que alia, de teſtam.* Et hoc eſt quod voluit Præpoſ. *in Summ.* 44. *diſt. num.* 4. *verſ. Exinde uſus*, & alii Doctores, dum dixerunt beneficia obtinentes non eſſe ex toto uſufructuarios; quia non habent liberam facultatem teſtandi, ſicut uſufructuarii meri, ſed ſunt uſufructuarii qualificati. Unde monentur, ut ex fructibus capiant neceſſaria, & pro ſe, & pro ſuis, & reſiduum dent pauperibus. Et propterea ad id tenentur ex debito charitatis, non autem juſtitiæ, & contrafacientes peccant quidem mortaliter, ſed non tenentur ad fructus malè conſumptos reſtituendos.) Hæc Præpoſitus. Præterea jura prædicta, atque aliæ conſimiles authoritates, quæ dicunt reditus eccleſiaſticos eſſe pauperum, procedunt ſecundum illud tempus, in quo reditus eccleſiarum principaliter erant deputati pro ſubſidio indigentium; at ſecus eſt poſtquam facta fuit formalis, & ſolemnis inſtitutio titulorum beneficialium, eorumque fructus principaliter ſunt deputati pro ſubſidio miniſtrorum, ut habetur in c. *Nulli Epiſcoporum*, §. *His ita reſpondetur*, 12. *q.* 1. & declarat D. Thomas, *in d. quodlib.* 6. *art.* 12 *ad tertium*, Præpoſ. *ubi ſupra. verſ. Quartum poſtea ſucceſſit tempus*, & Covarr. in d. c. *Cum in officiis, nu.* 5. *in fin. verſ. Nam poſt factam, de teſtam.* Demum procedunt hujuſmodi authoritates in caſu extremæ neceſſitatis, ut patebit *infra n.* 10. *verſ. Septima ſolutio.* Hæc de opinione Divi Thomæ, & de negotio principali.

Sed quoniam timoratæ conſcientiæ magis accedunt ad oppoſitam ſententiam Archidiaconi, & bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere, ubi culpa non eſt, c. *Ad ejus, in fin.* 5. *diſt. c.* 2. *de obſer. jejun.* Ideo ſuppoſita dicta opinione, ſuccedit ſecundus articulus, videlicet,

6 An beneficiati poſſidentes ſufficiens patrimonium poſſint vivere de fructibus beneficii, patrimonio in alios uſus collato.

Qua de re ſtatuenda eſt pro indubitata præſens concluſio. Epiſcopi, & Clerici habentes patrimonium poſſunt vivere de proventibus Eccleſiæ juxta conditionem, & dignitatem, & patrimoniū cum fructibus ſervare quibus volunt. De decentia conditionis, & dignitatis agemus infra *nu.* 17. *& ſeq.* In reliquis pro concluſione ſtat authoritas Innocentii in c. *Epiſcopus, nu.* 1. *de præbend.* ibi, Non credimus, inquit, quod qui habet beneficium vivere



debeat de patrimonio, ſed de altari. Et Hugonis in c. *Illi autem*, 12. *q.* 1. ubi ait, clericos licitè poſſe habere propria, & percipere eccleſiaſtica beneficia, dummodo propter hoc non deſeratur juſtitia, c. *Habebat*, 12. *q.* 1. nec peccare accipiendo beneficia ſibi debita, quia jure ſuo utuntur, ex quo ſerviunt eccleſiæ, & beneficia eis canonicè aſſignata ſunt. Et ſequuntur Hoſtien. in c. *Poſtulaſti*, *num.* 6. *de reſcr.* Archid. poſt Ioannem de Fano in c. *Clericos, in princ.* 1. *qu.* 2. Abb. *in ſua quæſt.* 4. quæ incipit, *Titius Clericus, in* 4. *dub. nu.* 12. *uſque in fin.* ubi ad partes hanc quæſtionem diligenter examinat, & ſolvit contraria per temporum diſtinctionem, & *num.* 14. *verſ. Et licet hoc dictum*, affirmat opinionem Innocentii, & Hoſtienſis communiter teneri per omnes Doctores; quam etiam communem eſſe teſtatur Felin. in d. c. *Poſtulaſti, numer.* 6. ubi in hanc ſententiam citat D. Thomam in 2. 2. *q.* 185. *art.* 7. Covar. in c. 1. *nu.* 2. *de teſtam.* & Navarr. *de reditibus eccleſiaſticis, nu.* 78. *aliàs eſt, qu.* 1. *monit.* 32. addens idem eſſe judicium de bonis induſtria quæſitis.

7 Idem ratio ſuadet divinis oraculis innixa, decet enim, ut qui altari ſervit, de altari vivat, cum nemo militet ſtipendiis ſuis, 1. *ad Corinthios* 9. c. *Ex his*, 12. *q.* 1. & c. *Cum ex officii, de præſcript. & dignus eſt operarius mercede ſua*, 1. ad Timotheum 5. c. *Quicumque*, 12. *quæſt.* 2. *nec denario fraudari debeat in vinea Domini operantes*, cap. *fin. de magiſ.* Item os bovis ligari non debet triturantis. *Deuteron.* 25. c. *Eccleſiis, verſ. Item non alligabis*, 13. *q.* 1. c. *Extirpanda, de præben.* & qui ad onus eligitur repelli non debet à mercede, c. *Cum ſecundum, de præben.* & cap. *Charitatem*, 12. *quæſt.* 2. ibi, (Juſtum namque eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.) & cap. *Eccleſiaſticis, ead. cauſ. & quæſt.* (Eccleſiaſticis, inquit, utilitatibus deſudantes eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gaudere.) Unde in c. *Clerici*, 1. *quæſt.* 2. decernitur, ut clerici omnes, qui eccleſiæ fideliter vigilant, & deſerviunt, ſtipendia ſuis laboribus ſecundum ſervitii ſui meritum per ordinationem canonum a Sacerdotibus conſequantur; Ubi ſecundū Abb. *loco præalleg.* ponderandum eſt verbum illud, *omnes*, quod includit tam pauperes, quam divites, ut ibi etiam notant DD. alias ad quid dixiſſet omnes? Item ponderanda ſunt illa verba, *ſtipendia ſuis laboribus debita*, quæ innuunt danda eſſe ſtipendia clericis non propter indigentiam, ſed propter labores, quos ſuſtinent, quæ quidem ratio verificatur tam in divitibus, quam in pauperibus. Item ponderandum quod dicitur ſecundum ſervitii meritum, non autem ſecundum indigentiæ qualitatem.

8 Hinc emanarunt jura hodierna, quibus diſponitur, ut clerici habentes beneficium, & patrimonium poſſint liberè teſtari de bonis patrimonialibus, & vivere de reditibus beneficii 12. *quæſt.* 5. *per tot.* & *infra de teſtam. quaſi per tot.* ſecundum Abb. in d. cap. *Poſtulaſti n.* 5. *de reſcr.* Quod clarè ſtatutum legitur in Concilio Agathenſi *c.* 18. relato in cap. *Epiſcopi* 12. *q.* 1. his verbis: Epiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis, vel quicquid de proprio habent, hæredibus ſuis ſi voluerint, derelinquant. Quicquid verò de proviſione ſuæ eccleſiæ fuerit, ſive de agris, ſive de fructibus, ſive de oblationibus, omnia in jure eccleſiæ reſervare cenſuimus. Idem probatur in cap. *Manifeſta, ead. cauſ. & q.* ibi; neque res propriæ Epiſcopi importunitatem patiantur pro rebus eccleſiæ, ut nec Eccleſia incurrat damnum, nec etiam Epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur. Concordat text in c. *Sint manifeſtæ*, quod immediatè ſubſequitur; Sint manifeſtæ res propriæ Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, ut poteſtatem habeat de propriis moriens Epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere; nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ Epiſcopi eſſe probantur, intercidant. Qui deſumptus eſt à Gratiano ex Canonibus Apoſtolorum, *cap.* 40. atque ita eſt ex numero canonum quinquaginta, qui ſoli ab Eccleſia Latina recipiuntur ut Canonici, juxta text. in c. *Clementis* 16. *diſt.* & declarat Card. Bellarmin. *de Script. eccleſ.* ubi agit de S. Clemente Romano. Sed & Alexander Tertius in c. *Quia nos, de teſtam.* (Licèt, inquit clerici de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, & amicorum, non habito reſpectu ad eccleſiam, pervenerunt ad ipſos, liberè diſponere valeant: De his tamen quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de jure facere poſſunt teſtamentum.) Hæc ibi. Pone igitur clericum donaſſe patrimonii fructus, vel ſervare velle ad obitus ſui diem; certè inde ſequitur, ut de fructibus beneficii ſit alendus, quod non eſt inconveniens, ſicut nec id ex quo ſequitur. Poſito enim poſſibili, & convenienti, nihil ſequitur inconveniens, vel impoſſibile.

Sed concluſioni ut ſupra firmatæ fortiter obſtat text. in c. *Clericos* 1. *qu.* 2. Qui eſt pars c. *Quoniam* 16. *quæſt.* 1. ubi Hieronymus *ad Damaſum Papam.* Clericos autem illos convenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona: Qui autem bonis parentum, aut ſuis ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profectò committunt, & per abuſionem talium judicium ſibi manducant, & bibunt. Concordat text. in cap. *Si quis*, & in cap. *Paſtor.* 1. *q.* 2. ubi Proſper; (Nec illi, qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, unde pauper victurus erat, accipiunt: ita poſſeſſores, non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.) Et in idem recidit quod ait Auguſtinus *ad Bonifacium Comitem epiſt.* 50. (Si privatum poſſidemus, quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus;) refertur in c. *fin.* 12. *q.* 1. Quod conſtat etiam ex cap. *Sacerdos* 1. *q.* 2. ubi deciditur clericos pauperes ſive ex nativitate, ſive ex propria voluntate juſtè vivere de bonis eccleſiæ, quia ad ea accipienda non cupiditas ducit, ſed vivendi neceſſitas cogit. Et mox notabiliter ſubjungitur: De talibus dicere videtur Apoſtolus, qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt, & qui in altario deſerviunt, cum altario participant. Ergo clerici divites, quos non neceſſitas, ſed cupiditas ducit, non poſſunt juſtè vivere de bonis eccleſiæ, quamvis eidem inſerviant, cùm de talibus non intelligatur Apoſtoli authoritas, ſed de clericis pauperibus. Ad idem eſt textus fortis in c. *Illi*, 12. *quæſt.* 1. ubi clerici, qui tam infirmi ſunt animo, ut poſſeſſionibus ſuis renunciare non poſſint, cum peccato illa retinent. Ergo tunc demum debet clericus de



bonis

bonis Eccleſiæ vivere, quando non habet patrimonium unde vivat. Et eodem reſpiciunt canones, qui dicunt Epiſcopum poſſe accipere de rebus eccleſiæ, quibus indiget, ſi tamen indiget, & eas diſpenſare pro ſuis, & indigentium neceſſitatibus, ut 12. *q.* 1. c. *Epiſcopus* & cap. *Ex his*, ubi gloſ. *in ver. Indiget*, reddit rationem, quia de rebus eccleſiæ non debet quis paſci, ſi habet propria: ponderanda enim ſunt illa verba (ſi tamen indiget;) nam qui habet patrimonium, non dicitur indigere ſecundum Abb. *d. q.* 4. *nu.* 12. *in* 2. *arg. verſ. Ad idem.*

10 Hinc Vincentius, & Philippus in c. *Poſtulaſti de reſcript.* relati ab Archid. in d. c. *Clericos*, *nu.* 2. 1. *q.* 2. dicebant non valere litteras beneficii, niſi facta mentione de paterna hæreditate, quia talis indignè petit beneficium eccleſiaſticum, allegant c. *Quoniam*, 16. *q.* 1. & c. *Illi*, 12. *q.* 1. Cæterum opinio Vincentii, & Philippi communiter reprobatur à Doctoribus, & contrarium tenet in eadem decretali Innocen. & Compoſtell. quos refert, & ſequitur Archid. in d. c. *Clericos*, 1. *q.* 2. *num.* 1. *in verb. Diſpenſat*, ubi concludit eum, qui habet bonum patrimonium, poſſe impetrare beneficium à Papa, & valere litteras, etiamſi in eis non fiat mentio de patrimonio, quod habet, niſi eſſet ad patrimonium intitulatus, juxta textum in d. c. *Poſtulaſti*. Idque ſecundum Innocen. & Archid. ſatis innuitur ex eo, quod ibi Apoſtolicus non reſpondet conſultationi ſibi factæ ſuper hoc argum. cap. *Nonne, de præſump.* Et ita ſentiunt communiter DD. ibi, & in c. *Epiſcopus de præb.* ut teſtatur Præpoſ. in d. c. *Clericos*, *n.* 1. *in* 1. *concl. verſ. Tum item humana lege*, & ita etiam uſu receptum eſt.

Ad prædictos autem Canones ex Hieronymo, Auguſtino, & Proſpero dantur à gloſ. & DD. per plures ſolutiones, quæ ſunt veluti declarationes, ſeu limitationes ad regulam ſuperiùs firmatam.

Prima ſolutio eſt gloſ. in d. c. *Clericos*, *in ver. Sacrilegium* 1. *qu.* 2. quod illud, quod ibi dicitur, ſit exhortatio, & conſilium, non autem præceptum, quod etiam ſenſit gloſ. in c. *Illi autem*, *in ver. Sine peccato*, 12. *qu.* 1. dum dicit c. illud de conſilio loqui, & fuit opinio Laurentii ſecundum Archid. ibi *nu.* 1. *in gl. in ver. De conſilio*; Cui etiam videtur adhærere Covarr. *in c.* 1. *nu.* 2. *verſ. Prima etenim authoritas, de teſtam.* Et pro hac ſolutione facit littera d. c. *Clericos*, ibi, *Convenit*, &c. repugnant tamen ſubſequentia verba: Sacrilegium committunt, & judicium ſibi manducant, & bibunt, nec non verba d. cap. *Paſtor*, ibi: *Sine grandi peccato.* Et propterea Hugo in d. c. *Illi autem*, dicit ſe credere quod dicitur in prædictis juribus eſſe de præcepto, ut refert ibi Archid. *n.* 1. ſed & Hoſt. in d. c. *Poſtulaſti, de reſcript.* Ego crederem, inquit, eis, qui dicunt dicta jura loqui de conſilio, ſi jura inducerent, quæ non habent, ut refert Præpoſ. in d. c. *Clericos verſ. Nam hunc textum.* Unde hæc ſolutio non placet Abb. *d. q.* 4. *incip. Titius*, *nu.* 12. *verſ. Prima ſolutio.*

11 Secunda ſolutio eſt, quam ponit Præpoſ. in eodem c. *Clericos*, *verſ. Quartò reſpondent*, quod prædicti Canones intelliguntur eo caſu, in quo eccleſia non ſufficit omnibus, verum hæc reſponſio quamvis ſit in ſe vera, quia clerici, quibus propria ſufficiunt, debent tunc ceſſare à ſumptibus Eccleſiæ, cùm ſit caſus, in quo deberent potiùs de ſuo ſubvenire, arg. c. *Paſce*, 86. *diſt.* & c. *Licèt. de cenſ.* tamen nimis reſtringit illos canones, qui generaliter loquuntur. Et videtur etiam divinare, cum hic intellectus ex verbis illorum non colligatur.

Tertia ſolutio eſt gloſ. præalleg. in c. *Clericos*, *in ver. Sacrilegium*, quod textus de his loquantur, qui occaſione patrimonii ampliandi, quod habent, ſe à divinis ſubtrahunt obſequiis, quibus ſe abſentantibus danda non ſunt ſtipendia eccleſiaſtica, arg. c. *Generaliter*, 16. 1. concordat gloſ. in d. c. *Illi autem*, *in ver. Sine peccato*, dum ait, textum ibi intelligi de clericis vagabundis, & ſequitur Præpoſ. in d. c. *Clericos*, *nu.* 1. *in* 1. *concl.* dum firmat ſecundum Archid. & alios iſta capitula eſſe intelligenda de his, qui non ſerviunt. Quæ tamen ſolutio videtur contra textum in d. c. *Sacerdos*, 1. *q.* 2. ubi clericis etiam deſervientibus non ſunt danda ſtipendia eccleſiaſtica, niſi ſint pauperes, ut conſiderat Abb. *d. q.* 4. *n.* 12. *verſ. Secunda ſolutio*; Ac propterea divinat, ut ipſemet Præpoſit. fatetur *ubi ſupra*, *verſ. Alii dicunt*, Solutio tamen in ſe bona eſt & ſecundum eum optimè probatur in c. *Cle-*

12 *ricos* 1. *q.* 2. Porro ſervitium eccleſiæ non ita eſt accipiendum, ut indiſtinctè clerici teneantur intereſſe divinis in eccleſia, ſed ad hoc, ut vivere poſſint de proventibus eccleſiaſticis, & patrimonium ſervare, quibus volunt, ſatis eſt, ut extrà eccleſias recitent horas canonicas, ſi beneficia ex fundatione, vel ex conſuetudine perſonalem reſidentiam non requirant, & in hunc ſenſum accipienda ſunt oracula ex ſacris litteris deſumpta, de quibus *ſupra n.* 7. ut declarat Præpoſ. *in ſumm. nu.* 3. *verſ. Inter has varietates*, 44. *diſt.* dicens, de hoc eſſe gloſſam communiter receptam in c. *Gratia, de reſcript. lib.* 6.

Quarta ſolutio ponitur per gl. ubi ſupra quod prædicti textus loquantur de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus; panis enim egentium, &c. c. 2. 14. *q.* 1. Nam ſi abundantes de bonis eccleſiæ ſuſcipiunt, licet non debeat eis denegari portio, quia nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare, mortaliter peccant. Quæ fuit etiam opinio Laur. & Jo. de Fan. ſecundum Archid. *ibi in fin. in ver. Mortaliter peccant.* Et idem innuit gloſ. præall. in d. cap. *Illi autem*, dicens textum loqui de oblationibus, quæ abundantibus non ſunt communicandæ. Et hæc ſolutio quamvis non placeat Præpoſ. 12. *d. c. Clericos verſ. Tertii dicunt*; tamen ſatis congruit cum littera textus ibi: *Si quod pauperum eſt*, &c. Quæ verba clarè indicant bona propria poſſidentibus illam tantum portionem denegari quæ pauperibus debetur. Et concordat littera d. c. *Paſtor*, ibi, Nec ſua poſſidentes ſine grandi peccato, unde pauper victurus erat, accipiunt.

Quinta ſolutio eſt Innocentii in c. *Epiſcopus. de præb. nu.* 1. quod in d. c. *Paſtor*, 1. *q.* 2. Author Canonis tantum intendat prohibere, ne quis de patrimonio avarè theſaurizet, & bona eccleſiæ expendat; aliàs autem benè licet ſua bona conſervare hæredibus, & bona Eccleſiæ expendere, ſequitur Archidiac. in d. c. *Clericos n.* 1. *ver. Unde Innoc.* Et hæc ſolutio eſt etiam de mente gl. ibidem dum ait, tunc potiſſimum mortaliter peccare clericos, qui abundantes de bonis eccleſiæ ſuſcipiunt quando ſua reſervant ex cupiditate. Et opinionem Innocentii communiter à Doctoribus approbari teſtatur Sylveſt. *in verſ. Clericus*, 4. *nu.* 12. De cujus veritate clariùs etiam patebit ex his, quæ mox dicentur in ſeq.

Sexta



Sexta ſolutio eſt gloſ. in d. c. *Clericos*, *in ver. Accipiunt*, 1. *q.* 2. dum dicit textum loqui de illis clericis, qui cum habeant bona propria, accipiunt bona eccleſiæ, & in malos uſus convertunt: & ſic eſſe intelligenda ſequentia capitula, ſcilicet cum malè diſpenſant. Idem tradit Innoc. in c. *Poſtulaſti*, *in princ. de reſcr.* dicens, Clericus habens patrimonium, non indiget accipere beneficium dummodò bene diſpenſent; & cum hac ſolutione tranſit etiam Archid. in ſæd. c. *Clericos in ver. Diſpenſant*, & in d. c. *Illi autem n.* 1. 12. *q.* 1. ubi ait quod dicitur in c. *Quoniam*, 16. *q.* 1. quod ſacrilegium committunt, verum eſſe quando ex cauſa quis recipit ſtipendium eccleſiæ, ut in uſus illicitos convertat, & ne ſuum quotidianis expenſis imminuat, c. *Si quis proprium*, 1. *q.* 2. & ut patrimonium ſuum augmentet, illud conſanguineis ſuis relicturus; Aliàs autem qui habet propria, benè de altari vivit, cui ſervit. Ita Archid. quem ſequitur Præpoſ. in d. c. *Clericos*, *num.* 1. *verſ. Iſti & alia concilia*, ubi ait graviter peccare illos, qui divites ſunt, & ex propriis bonis, aut parentum, ſive propinquorum ſufficientiam vitæ habent, ſi cauſa cupiditatis, ſcilicet augendi divitias, propinquos ditandi, vel ſi vitio prodigalitatis faciunt, ut ſuperfluè, & luxurioſè vivant, ſtipendia eccleſiæ accipiunt; quia quod pauperum eſt, cum non indigeant, per avaritiam rapere videntur, c. 1. 42. *diſt.* c. *Sicut*, 47. *diſt.* Alias autem ex quo ſunt dicati ordini clericali, poſſunt capere ſtipendia, ſeu beneficia ab eccleſia, cui deſerviunt, ſeu militant. Et fuit opinio Innoc. in c. *Poſtulaſti in princ. de reſcr.* & in c. *Epiſcopus de præb.* & Hugonis in c. *Illi autem*, 12. *q.* 1. dicentis: ſi intentio clericorum poteſt eſſe mala ſi accipiunt bona eccleſiæ ea intentione, ut poſſeſſiones magnas ſibi, & conſanguineis ſuis emant, divitias cumulent, & ſimilia; tunc cum peſſima ſit eorum intentio, mortaliter peccant ſic accipiendo, & ſuis, & Eccleſiaſticis ſic utendo, imò abutendo, in quo caſu intelligitur quod hic dicitur, & in prædictis c. c. & ſimilibus: ſi verò accipiant, ut ſuis honeſtis uſibus provideant, & pauperibus tempore neceſſitatis provideant, optima eſt eorum intentio, & tunc ſine peccato poſſident ſua, & percipiunt eccleſiaſtica ſibi aſſignata. Ita Hugo, quem totidem verbis refert, & ſequitur ibi Archid. *nu.* 2. & conſentit Hoſtien. in d. c. *Poſtulaſti*, *de reſcr.* dicens, Clericum ſi deſerviat beneficio, & benè vivat, nec habeat pravam intentionem theſaurizandi, poſſe cum bona conſcientia vivere de reditibus beneficii, ſecus ſi non deſervit, vel luxurioſè vivit, vel pravam intentionem theſaurizandi habet. Quo etiam ſpectant verba Riccardi *quodlib.* 3. *q.* 20. quod habens patrimonium ſufficiens ad neceſſitatem naturæ ſolùm poteſt recipere beneficium ſecundùm exigentiam ſtatus, & perſonæ, habens verò patrimonium ſufficiens etiam ad hæc, & ad eleemoſynas multas faciendas, ſi recipiat beneficium, ut benè diſpenſet, non peccat, modò ſit idoneus, ſi verò recipit illud non intendens Eccleſiæ deſervire, ſed amicos ditare, & magis honorari, & vivere delicatiùs, mortaliter peccat. Ita Riccard. quem pertranſit Sylv. *in ver. Clericus* 4. *n.* 12. aſſerens opinionem Innocentii à Doctoribus communiter teneri. Et hæc ſolutio aperte confragatur litteræ d. c. *Clericos*, 1. *q.* 2. ibi, Et per abundantem tantum manducant ibi, & manducant, & bibunt; quæ videtur innuere clericos abundantes non prohiberi ſtipendia accipere ab eccleſia, niſi abutantur.

13 Septima ſolutio eſt Ulrici *in ſumma ſua*, relati à Præpoſ. in d. c. *Clericos* 1. *q.* 2. *verſ. Quinto*, quod dicta jura ſint intelligenda, cum extrema neceſſitas pauperum hoc requirit, ut etiam ſua ea quiſque pro ſua facultate communicet. Et eſt ex mente S. Thomæ *in* 2. 2. *q.* 185. *art.* 6. ubi dicit ad prædictam authoritatem Hieronymi, non omnia bona clericorum pauperibus eſſe eroganda, niſi forſan in articulo neceſſitatis, in qua etiam pro Redemptione captivorum, & aliis neceſſitatibus pauperum vaſa cultui divino dicata diſtrahuntur, ut Ambroſ. dicit in c. *Aurum* 12. *q.* 2. Et in tali neceſſitate peccaret clericus, ſi vellet de rebus eccleſiæ vivere, dummodo haberet patrimonialia bona, de quibus vivere poſſet. Et *q.* 18. *art.* 4. *in reſp. ad primum* ſimiliter dicit eaſdem authoritates Hieronymi, &c. eſſe intelligendas tempore neceſſitatis, quando ſcilicet non poſſet aliter pauperibus ſubveniri; tunc enim clerici tenentur non ſolùm ab eleemoſynis recipiendis deſiſtere, ſed etiam ſua, ſi quæ haberent, largiri ad pauperum ſuſtentationem. Et hic intellectus ſecundum Præpoſ. *ubi ſupra* probatur ex illis verbis textus *quod pauperum eſt*. Nam certè ſunt pauperum in extrema neceſſitate, non aliter, ut idem adnotavit in c. *Sicut* 47. *diſt.* alias enim ſunt prius ipſius miniſtri pro ſervitio, ut in c. *Paſtor* 1. *q.* 2. Cui ſolutioni ſecundùm eum, multum etiam congruit littera d. c. *Paſtor*, 1. *qu.* 2. ibi, Unde pauper victurus erat.

14 Octava demum ſolutio eſt Archidiaconi poſt Hugon. in d. c. *Clericos in princ.* quod illud c. & c. *Illi*, 12. *q.* 1. & ſimilia loquantur ſecundum ſtatum primitivæ Eccleſiæ, quando ex decimis, ac reditibus, diſtribuebantur ex facultatibus eccleſiæ, prout cuique opus erat, juxta c. 2. & c. *Tua, eadem cau. & qu.* Et hunc intellectum ſequuntur Felin. in c. *Poſtulaſti*, *nu.* 6. *de reſcr.* Covar. in c. 1. *n.* 2. *de teſtam.* & ſimiliter eſt ex mente S. Thomæ *in* 4. *diſt.* 38. *art.* 2. *q.* 2. *ad* 5. Quod tamen ut dicit Præpoſ. in præalleg. c. *Clericos ad fin. verſ. Septimo* non eſt intelligendum de tempore Apoſtolorum, ſed antequam eſſet illa formalis, & ſolemnis inſtitutio beneficiorum, & tituli beneficiales; Quod latiùs per quatuor temporum diſtinctionem proſequitur *in ſumm. n.* 4. *verſ. Nam certum eſt, quia, in fin.* 44. *diſt.* Primum

15 tamen tempus Apoſtolorum quando Chriſtiani omnes, ſeu clerici, ſive laici unitis animis eccleſiis pretia rerum ponebant ad pedes Apoſtolorum, *Act.* 4. quod pertinet ad præſentem quæſtionem, coincidit cum ſecundo tempore, in quo bona omnia clericorum erant communia, ut mox patebit. Quare ſecundum Abb. *in ſua q.* 4. *incip. Nam primitiva n.* 10. *verſ. Ad tertium contrarium* & d. *q.* 4. *Titius clericus, n.* 12. *reſpondeo*, in hac materia pro conciliatione omnium [illegible] ſpectanda ſunt tria tempora.

Primum tempus eſt, quando in primitiva Eccleſia clerici communiter habitabant, & nihil proprii habebant, ſed omnia erant communia, & de illis bonis communibus clerici vivebant primò juxta diſpenſationem Apoſtolorum, deinde juxta diſpenſationem Epiſcoporum, qui Apoſtolis ſucceſſerunt, c. *Duo ſunt*, 12. *qu.* 1. ubi Hieronymus: In clericis, inquit, ratio capitis eſt temporalium rerum depoſitio; illi enim victu, & veſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem habentes, debent habere omnia communia, & c. ſeq. ubi Gre-

gorius

gorius ſcribit Auguſtino Angelorum Epiſcopo ut clericos illius Eccleſiæ inſtituat ad eum modum, qui in initio naſcentis Eccleſiæ fuit patribus noſtris, in quibus nullus eorum ex iis quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, c. [illegible] & c. Certe 12. q. 1. de quo per gloſ. ibi in ſumm. Quo tempore ſecundum S. Thomam in 4. diſt. 38. art. 1. quæſt. 2. ad 3. erat aliquis modus vivendi in Eccleſia approbatus, quo aliqui ad vivendum in communi ſe obligabant; & tunc illa obligatio ad talem modum vivendi idem operabatur, quod nunc obligatio ad certam regulam. Et ſecundum hoc tempus non eſt, [illegible], & Clerici habentes propria poſſunt vivere de bonis Eccleſiæ, cum ſibi propria poſſiderent.

Secundum tempus ſucceſſit in quo Apoſtoli videntes utilius fore, ut prædia oblata conſervarentur eccleſiis cathedralibus, ut ex eorum fructibus poſſet omnibus indigentibus uberius ſubveniri, ſtatuerunt, ut bona hujuſmodi non venderentur, ſed conſervarentur ut ſupra, & Epiſcopus habere poteſt [illegible] diſpenſandi, prout cuique opus eſſet, ut eſt text. in c. Videntes, 12. q. 1. ſecundum Abb. in d. c. 4. num. 1. [illegible] verſ. Secundum præſuppoſitum. Et de reditibus Eccleſiæ fierent quatuor partes, quarum una deberetur Epiſcopis, alia clericis, tertia fabricæ, quarta pauperibus c. Quatuor, c. De reditibus, c. Concesſum, & c. ſeq. 12. q. 2. Ex hoc tempore emanaverunt jura ſupra in contrarium adducta [illegible] quæ diſponunt, ut clerici habentes proprium, nullatenus participent de reditibus Eccleſiæ. Ratio ejus diſpoſitionis fuit, quia eis adhuc illicitum videretur, ut clerici proprium poſſiderent contra veſtigia Apoſtolorum, & nonnulli id facerent clam, ut oſtenderent ſe ſanctiores, quam eſſent, ut in c. Certe, 12. q. 1. multo deteſtabilius videbatur, ut proprium haberent, & nihilominus viverent de reditibus Eccleſiaſticis, qui reſervati erant principaliter pro ſubſidio indigentium; unde ſatis erat, ut permitteretur eis bona patrimonialia poſſidere, ut in c. Illi autem, c. Epiſcopi, c. Sunt manifeſta, c. Præceptum, & c. Futuram, § Hu ita, & c. Ex his, ibi: Ita quod nihil eis deſit, 12. q. 1. & probatur in c. Nulli, [illegible] can. & q. & in c. Sacerdote, 12. q. 2. Ideoque conſtitutum fuit, ut clerici etiam ſervientes, ſtipendia Eccleſiaſtica non acciperent, niſi eſſent pauperes, prout diſponitur in d. c. Sacerdos, 1. q. 2.

18 Tertium, & ultimum tempus fuit, quando clerici cum non eſſent ita ferventes in fide, cœperunt licite omni ſcandalo ceſſante poſſidere propria, & Eccleſiæ conſtrui, & dotari principaliter pro earum miniſtris, c. Nemo de conſecr. diſt. 1. [illegible] qu. 2. c. Cum ſi, de conſecr. eccleſ. vel altar, c. Paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælat. S. Th. quodlib. 6. art. 12. ad 3. & erecti etiam fuerunt tituli beneficiales, c. 1. & per tot. 24. diſt. c. fin. de conſuet. lib. 6. c. [illegible] De multa de præben. cum mult. ſimil. Ex hoc tempore ſtatutum fuit, ut clerici poſſent licitè vivere de reditibus eccleſiæ, & bona patrimonialia ſuis hæredibus derelinquere, ut in c. Epiſcopi. in c. Manifeſta, & in c. Sunt manifeſta, 12. q. 1. & in c. Quia nos, de teſtam.

Stat igitur firma concluſio ſuperius probata quod clerici etiam habentes proprium patrimonium poſſint ſuſtentari de reditibus beneficii, cui ſuffragatur etiam univerſalis conſuetudo ſecundū Præpoſ. in c. Clericus, 1. q. 2. ibi. In oppoſitum arguitur ex conſuetudine eccleſiæ, in qua non ſolum pauperes, ſed etiam divites ad eccleſiaſtica beneficia promoventur, & de ſtipendiis deputatis prædictis officiis ſuſtentantur.

17 Nunc ex hac concluſione ſubinferuntur quædam corollaria. Primo, clericus poteſt excedere de fructibus beneficii non ſolum in neceſſariis, ſed etiam in iis, quæ decent, ſervata ratione conditionis, ſtatus, & perſonæ. S. Thom. quodlib. 6. art. 12. ibi: Si quis bona fide diſpenſet eccleſiaſtica bona, inde accipiens quod ſibi convenit ſecundum conditionem ſtatus, & perſonæ, non peccat mortaliter, etiam ſi forte aliquid plus in uſus ſuos convertat, quam oporteret; & in 2. 2. art. 6. & tradunt Navar. de redit. eccleſ. q. 1. num. 92. Rebuan. de ſpol. q. 3. § Verum quia num. 16. cum ſeq. Covar. in c. Cum in officiis, num. 2. verſ. 3. ex eadem ratione deceptum Et quamvis gloſ. in cap. Epiſcopus, in ver. Uſibus, 12. qu. 1. ex eo textu deducat clericos ex neceſſitate debere eſſe contentos, ut habeant victum, & veſtitum, & in textu neceſſitatem eſſe referendam ad neceſſitatem naturæ, & eſſe argumentum contra illos, qui propter neceſſitatem dicunt ſe habere plures eccleſias: tamen illa gloſſa poteſt tantum ſalvari ſecundum illud tempus, in quo reditus eccleſiarum erant principaliter deputati pro uſu indigentium. At ſecus eſt poſteaquam erecti ſunt tituli beneficiales, & illorum fructus deputati principaliter pro ſubſidio miniſtrorum, ut declarat Abb. in d. qu. 4. num. 14. [illegible] verſic. Secundum præſuppoſitum, & eſt ex mente S. Thomæ d. quodlib. 6. art. 12. ad 3. Ideoque Hugo relatus à Præpoſ. in d. c. Clericus, propè fin. verſ. Sed his ſurgit quæſtio, 1. qu. 2. dicit clericos habentes proprium patrimonium poſſe accipere de bonis eccleſiæ quantum ſibi aſſignatum eſt canonicè, vel hoc pro honeſtate perſonæ, & qualitate moderandum eſſe. Et fuit opinio Innoc. in c. Epiſcopi, de præb. in princ. ubi verbum, ſuſtentiſtret, interpretatur pro qualitate eccleſiæ, & dignitate clerici, per text in l. penult. ff. de alim. & cib. leg. & in l. Quæro, ff. de jur. dot. Et idem voluit Hoſt. in Summ. de reſcr. § Quæ poſſint obtin. nu. 25. verſ. Sed quid appellat. dicens beneficium ſufficiens appellari quod ſibi, & ſuis ſufficiat, cap. Studeat, aſſin. 50. diſt. cap. 1. de cohab. cleric. & mulier. conſiderata nobilitate, dignitate, & majoritate illius, de cujus proviſione quæritur, arg. c. Non negamus, 41. diſt. Ita Hoſtien.

Ideoque in Extravag. Execrabilis Joannis. 22. Cardinalibus, & Filiis Regum conceditur retentio plurium incompatibilium, & in c. De multa, in fin. de præb. dicitur poſſe diſpenſari cum nobilibus, & litteratis perſonis circa pluralitatem beneficiorum, licet poſſint aliunde vivere, ut conſiderat Abbas in ſua q. 3. Sempronius clericus, n. n. 12. verſ. Unde nobilis, de quidem decentia ſtatus dicetur, & infra n. ſeq. & latius n. 33.

18 Secundò, ſi clericus diſtribuat ſuperflua in eos, qui quamvis habeant neceſſaria ad victum, non tamen habent ſic ſufficientia pro qualitate conditionis, & decentia ſtatus, bene diſtribuiſſe videtur. Ita D. Thom. prælleg. 2. 2. quæſt. 32. art. 6. Na-
19 var. de redit. eccleſ. q. 2. n. 65. Quare clericus poteſt uſque ad ſtatus decentiam dotare etiam conſanguineos, & familiaribus ſuis, c. Studeat, in fin. 50. diſt. ibi: præcipimus, ut tale beneficium ſibi Eccle-



ſiæ ſuæ concedatur, quo & ipſe, & ſui ſufficienter poſſint habere ſuæ ſuſtentationis ſolatium, c. Omnes, & ibi gloſ. in ver. Ut de mercede, & Gemin. 3. diſt. cap. Pervenit, & ibi Abb. in 2. not. de Arbitr. Felin. in c. Poſtulaſti nu. 6. verſ. Et hoc, quod liceat, de reſcript. Item poteſt de reditibus Eccleſiæ dotare ſorores, vel alias conſanguineas, c. 1. de cohab. cler. & mulier, Abb. in d. cap. Pervenit, & Sylv. in verb. Clericus, 4. num. 11. verſ. Decimoquinto. Quod tamen ſecundum eum limitatur, & intelligitur ſi indigeant, non autem ad pompam, vel altum ſtatum; magnopere enim cavendum eſt, ne hujuſmodi decentia ſtatus, & conditionis conſanguineorum longius, latiuſque protendatur, quam ferat neceſſitas. Unde Bernardus in declaratione ſuper illis verbis Evangelii, Ecce nos reliquimus omnia, ſic ait. (Vivat de altario, ut juxta eumdem Apoſtolum alimenta, & quibus tegatur habens his contentus ſit. De altario, inquit, vivat, non ſuperbiat, non luxurietur, denique non ditetur, non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis, nec loculos inde congreget, aut ſuperfluitione diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos aut nepotes, aut neptes nuptui tradat.) & Ambroſ. lib. 1. de off. cap. 30. relatus à D. Thoma in 2. 2. quæſt. 185. art. 7. ad 2. Hæc eſt approbanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen, ut illos ditiores fieri velis, ex eo quod tu potes conferre inopibus, refertur in c.
20 Eſt probanda, 86. diſt. & in 7. Synodo, c. 12. ſtatutum eſt ſecundum canonem SS. Apoſtolorum, ut non liceat Epiſcopo fraudare quidpiam ex rebus Eccleſiæ, vel cognatis propriis donare quæ Dei ſunt; quod ſi pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur; & in Trid. Synodo, c. 1. ſeſſ. 25. totidem ferè verbis omninò Epiſcopis interdicitur, ne ex reditibus Eccleſiæ conſanguineos familiareſve ſuos augere ſtudeant, cum & Apoſtolorum canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent, ſed ſi pauperes ſint, iis ut pauperibus diſtribuant; eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa; Immò ſeriò monentur, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquoſque carnis affectum, unde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Nam, ut inquit gloſ. in c. Pervenit, in ver. Graviter, 1. q. 3. cæci ſunt Epiſcopi circa nepotes, unde tantus impetus in eos omnia fundendi fuit reſtringendus. Ceſſante autem hujuſmodi neceſſitate, quam grave ſit ſcelus de reditibus Eccleſiaſticis conſanguineos ditare conſtat ex verbis Gregorii VII. in c. Pervenit, 16. q. 7. ibi: (Si quis fuerit hujus divini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & Antichriſtos non minimus habeatur,) qui canon procedit etiam in fructibus ſecundum intellectum Hugonis, & Archid. & ex aliis innumeris ſacrarum litterarum, & SS. Patrum teſtimoniis.

21 Tertiò, clericus poteſt de reditibus Eccleſiaſticis remunerare accepta ſervitia. Videtur autem hoc eſſe rei debitæ perſolutio, aliàs incurrit vitium ingratitudinis, ſi nullatenus remuneret, Navarr. d. q. 1. monit. 36. n. 1. verſ. Cæterùm nos in ea ſententia ſumus, ubi ait recompenſationem iſtam debere eſſe majorem accepto ſervitio, vel beneficio per ea, quæ Ariſtoteles in lib. Ethic. tradit de referenda gratia menſura cumulativè; Nam ut ſcribit Seneca lib. 2. de benef. cap. 18. Diligentius quærendus eſt beneficii, quàm pecuniæ creditor; huic enim reddendum eſt quantum accepi, & ſi reddidi, ſolutus ſum, ac liber; at illi plus ſolvendum eſt, & nihilominus relata gratia cohæremus; qua de re plura apud Covarr. in cap. In ſilentiu, num. 10. de teſtam.

22 Quartò, nomine pauperum in hac materia intelliguntur omnia pia opera, ſcilicet in Dei cultum tendentia, ut intelligit S. Thom. in 2. 2. q. 185. art. 7. Adrian. in 4. in materia de reſtit. quæſt. 12. vol. 2. Navarr. d. q. 1. monit. 20. num. 1. Quod ſi verum eſt, apparet pauperes parum juris habere in reditus Eccleſiaſticos, præterquam in bona hoſpitalium, quæ eorum uſibus principaliter ſunt deſtinata, & conſequenter in uſus miniſtrorum, Clem. Quia contingit, ubi notatur de relig. dom. quod magis firmat opinionem D. Thom.

23 Quintò, clericus poteſt pro libito diſponere de portione, quam per ſuos labores ab Eccleſia meretur ultra mediocre ſervitium debitum illi, & exhibitum; Idemque judicium de iis, quæ ad decentem ſtatum neceſſaria ſibi ſubtrahit; nec ſi profundat, tenetur ad reſtitutionem. Jo. Major. in 4. diſt. 24. col. 4. ſequitur Navar. ubi ſupra num. 70. Idem dicendum de iis, quæ clericus lucratur pro Miſſarum celebratione, officio cantando, &c. teſtatur de communi Navar. n. 75.

24 Sextò, quod dictum eſt clericos poſſe excedere de fructibus beneficii uſque ad decentiam ſtatus, multò ſecuriùs procedit in Urbe, & ejus diſtrictu ad decem milliaria, quia Paulus V. in Conſtitutione edita 8. Aprilis 1606. quæ incipit In Eminenti; non ſolum tribuit omnimodam facultatem incolis, & civibus urbis, qui in ea, vel ejus diſtrictu infra decem milliaria, non tamen extra debitam reſidentiam deceſſerint liberè, & licitè, pro libito voluntatis diſponendi de omnibus ſuis bonis etiam provenientibus ex quibuſcumque fructibus, reditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis Eccleſiaſticis etiam decimalibus Eccleſiarum, & beneficiorum quomodolibet qualificatorum, quæ in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, vel aliàs quomodolibet, etiam ex diſpenſationibus Apoſtolicis obtinent, ſeu antea obtinuerint, vel in poſterum obtinebunt, cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris exiſtant per eos acquiſitis, vel acquirendis in eadem urbe, & illius diſtrictu infra decem milliaria ut ſupra conſiſtentibus, tam inter vivos, quā in ultima voluntate in favorem conſanguineorū, & affinium ſuorū, & quarumvis aliarum perſonarum, etiam penitus extranearum: Verum etiam decrevit, ut iiſdem decedentibus ab inteſtato eorum bona ex bonis, & reditibus Eccleſiaſticis ſupradictis provenientia per eos, ut ſupra acquiſita in d. urbe, & ejus diſtrictu, intra decem milliaria, ut præfertur, conſiſtentia ad eorum hæredes ab inteſtato venientes liberè deveniant; Idemque pro toto urbis diſtrictu etiam ultra decem milliaria prius ſtatuerat Julius III. in Conſtitutione, quæ incipit, Cupientes, ut alma Urbs noſtra, edita ſexto idus Martii 1549. circa quam plura adnotavit Navarr. in Commentario de ſpoliis clericorum ſuper
25 cap. Non liceat Papæ, 12. quæſt. 2. § 6. Neque enim eſt ambigendum quin ſummus Pontifex impertiri poſſit clericis facultatem diſponendi in vita, & in morte de fructibus beneficiorum, ut per

per Angel. & Imol. in l. *Si ſervm communem. in princip. ff. de ſtipul. ſerv.* Præpoſ. *in ſumm. 44. diſt. n. 5. verſ. Crederem tamen.* Nec mirum, cum Papa poſſit hanc facultatem teſtandi concedere etiam Regularibus, arg. l. *Si quando in princ.* ubi id notat Bald. *C. de inoff. teſtam.* Franc. *in rubr. de teſtam. lib. 6. col. penul.* & aliis relatis, defendit Covarr. *in cap. 2. n. 10. eodem tit. de teſtam.* (dummodo tamen, ut in-

26 quit Præpoſ. *loc. cit. verſ. Crederem hoc caſu*, clerici habentes indultum à Sede Apoſtolica diſponendi de reditibus eccleſiaſticis ſatisfaciant cultui divino beneficii, quod habent in titulum, vel in commendam oneribus illi incumbentibus, & reparationi eccleſiæ. Quod ſi fructibus abutantur, non tenentur ad reſtitutionem de male conſumptis fructibus, licet peccent mortaliter, neque eos excuſat in his conſuetudo, neque amplitudo commendæ facta per bullas Papæ, neque diſpenſatio tacita, vel expreſſa; quia licet Papa poſſet dare etiam facultatem diſpenſandi in vita, vel teſtandi de fructibus beneficiorum; tamen non debent trahi neque diſpenſatio, neque conſuetudo ad damnum Eccleſiarum ut nutriant peccatum, vel ut diminuant cultum divinum; quia in his peccaret Papa mortaliter, neque eſſet excuſatus diſpenſans neque diſpenſatus, facit Archid. in c. *Non licet Papæ 12. q. 2.*) Hactenus verba Præpoſiti.

27 Tertius articulus eſt, poſita eadem Archidiaconi opinione,

An ſtante tenuitate beneficii, & detracto condecenti victu beneficiati, ſi nihil ſit reliquum pro pauperibus, fructus beneficii nihilominus ſint dividendi juxta c. *De reditibus 12. q. 2.*

28 Dubium hoc movetur, quia Summus Pontifex dum Cardinalium fidei Abbatias commendat, in diplomatibus præcipit, ut tertiam partem redditum conferant in fabricam Eccleſiæ, vel alimoniam pauperum quod ſi facerent, victus illorum familiæ, & ipſismet fortè deeſſet; Clauſula litterarum Apoſtolicarum eſt tenoris infraſcripti, videlicet: (Tibi ut ſtatum tuum juxta Cardinalatus ſublimitatem decentius tenere, & expenſarum onera, quæ te jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas, de alicujus ſubventionis auxilio providere volentes, motu proprio, &c. Ita quod liceat tibi debitis, & conſuetis dicti monaſterii ſupportatis oneribus, ac tertia parte omnium fructuum, redituum, & proventuum Monaſterii hujuſmodi in reſtaurationem illius fabricæ, ſeu ornamentorum emptionem, vel fulcimentū, pauperum alimoniam, prout major exegerit & ſuaſerit neceſſitas, omnibus aliis deductis oneribus, annis ſingulis impartita de reſiduis illius fructibus, reditibus, & proventibus diſponere, & ordinare, ſicut ipſius monaſterii Abbates, qui pro tempore fuerint, de illis diſponere, & ordinare potuerunt, ſeu debuerunt, alienatione, &c. interdicta, commendamus Quod generaliter ſtatutum eſt in conſtitutione Leonis X. edita in Cōcilio Lateranēſi 3. nonas Maii, 1514. quæ incipit *Supernæ*, his verbis: (Commendatarii, etiamſi Cardinalatus honore, & dignitate fungantur, ſi menſam habuerint ſeparatam, ac ſeorſim à menſa Conventuali, quartā ſuæ menſæ partem, pro inſtauratione fabricæ, ſeu pro ornamentis, veſtibus, & paramentis emendis faciendiſque, aut pauperum alimonia, aut ſuſtentatione, ut major exiget, ac ſuadebit neceſſitas: Si verò menſa fuerit communis, tertiam omnium fructuum d. Monaſterii ſibi commendati partem pro ſupradictis oneribus ſupportandis, & ſuſtentatione Monachorum, omnibus deductis oneribus, impartiri teneantur: Ac litteræ, quæ ſuper monaſteriorum hujuſmodi cōmendis expediuntur cum clauſula hoc ipſum ſpecificè exprimente debeant expediri: Alioquin, ſi aliter expediantur nullius ſint roboris, vel momenti.)

29 Omninò autem cenſeo alimenta clerici anteponenda eſſe ſuſtentationi pauperum.

Primo per id, quod habetur in c. *Nulli Epiſcoporum, §. His ita reſpondetur 12. qu. 1.* ibi (Sicut perfectione charitatis manente, licèt res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes; primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſervientibus ſubminiſtret; reliqua quæ ſuperſunt fidelium uſibus miniſtraturus; ita & præbendæ eccleſiarum eadem charitate manente, piè, & religiosè poſſunt diſtribui; nec tunc rebus eccleſiæ, ut propriis, ſed ut communibus utilitatibus deſervituris, ut ex his, quæ ſibi aſſignata ſunt primum ſibi neceſſaria percipiat: ſi quæ verò ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes uſus eccleſiæ expendat.) Hæc ibi: Quippe ordo exigit charitatis ut primum quis

30 ſubveniat ſibi ipſi, deinde proximo, c. *Qui vult, de pænit. diſt. 3.* ubi Auguſt. Qui vult eleemoſynam ordinatè dare, a ſe ipſo debet incipere, & eam ſibi primum dare; Eſt enim eleemoſyna opus miſericordiæ, veriſſimèque dictum eſt; Miſerere animæ tuæ placens Deo. Et cap. *Si non licet 23. q. 5.* ubi idem Auguſt. regulam diligendi proximum à ſemetipſo dilector accepit, quandoquidem ſcriptum eſt, Diliges proximum tuum ſicut teipſum; Unde S. Thomas *2. 2. q. 26. art. 4.* Dilectio, inquit, hominis ad ſe ipſum eſt, ſicut exemplar dilectionis, quæ habetur ad alterum; exemplar autem potius eſt, quam exemplatum. Itaque tenetur quiſque magis diligere ſe ac ſua, quam aliena, ſecundum gloſ. in extrav. *Si Fratrum Io. 22. in ver. Multo fortius, ne ſede vacan.* & gloſ. *fin.* in c. *Niſi ſpecialis de auth. & uſu pall.* Et poſſum mihi conſulere etiam cum damno alterius l. *Si quis fumo, ff. ad l. Aquil.* gloſ. in d. c. *Si non licet. in verb. Semetipſo 23 quæſt. 1.* Quare Jo. Andr. in cap. *Ex his in ver. Superſunt, de eccleſ. ædif.* (Non enim, inquit, Rectores beneficiorum tenentur ſubtrahere ſuis neceſſitatibus, ut erogent in pias cauſas, & ſic intelligit Hoſt. *16. q. 1. c. ult. in princ.* Unde quantum poſſibile eſt debet pauperibus erogare *87. diſt. c. 1.* Sicut & libertus patronum alere debet cum ſibi ſupereſt, & Patrono deeſt. *ff. de alen. liber.* l. *Si quis a liberis §. de alimētis, C. de oper. libert. l. 1.*) Hæc Jo. And. quem totidem verbis ſequuntur ibi Butr. & Ancharan. Adjicit Abb. quod dicitur, quicquid habēt Clerici eſt pauperum, c. *fin. 16. q. 1.* debere intelligi

31 de his, quæ ſibi ſuperſunt, quia ordinata eleemoſyna, ſeu charitas incipit a ſe. Præterea alimenta ex reditibus beneficii debētur clerico ex juſtitia, pauperibus autem ex charitate; ideoque quamvis pauperibus ſint debita; ab ipſis tamen nullo jure peti poſſunt, ſed tantum judicis officium implorari gloſ. 1. in cap. *Exigunt 1. q. 7.* Abb. in cap. *Si quis. de furt.* idque non aliter, quam ſi pauperes ſint in tali neceſſitate, & divites in tali abundantia, ut eis opem ferre teneantur divino præcepto, ut declarat Sylv. *in verb. Eleemoſyna in fin.* Atqui opera juſtitiæ ſunt anteponenda operibus charitatis August. *in lib. de verb. Domini, S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7.*





Ad hæc beneficiati alimenta regulariter repa-

32 rationi templi anteponuntur, ita ut ſi quid defuturum ſit, deficere potius debeat Eccleſiæ, quam beneficiato, c. *De his, de eccleſ. ædif.* quem textum Abbas dicit eſſe perpetuò notandum, quia neſcit eſſe alibi, quod Sacerdos non teneatur ad reparationem Eccleſiæ ſuæ, niſi quatenus ei ſupereſt detractis neceſſariis. Reparatio verò Templi cum ſpectet ad cultum Dei, anteponenda eſt ſuſtentationi pauperum, Sylv. *in ver. Clericus, 4. n. 14. verſ. Quantum verò ad quartam pauperum.*

Et confirmatur, quia pauperibus debentur ſolum ſuperflua, ut colligitur ex c. *Cùm ſecundum, de præben.* & tradit Abbas in d. cap. *De his, de Eccleſ. ædific.*

33 Navarrus tamen de reditibus Eccleſ. *q.... n. 92.* dicit hoc eſſe intelligendum de portione, quæ beneficiato contingit in alimenta ſecundùm qualitatem & dignitatem Eccleſiæ debita, non juxta perſonæ qualitatem: Nam ſi filius Regis vellet ex reditibus Hoſpitalis ſibi commendati vivere pro dignitate ſtatus Regii, vel Cardinalitii, abuteretur iis, quæ pauperum ſunt.

Ego verò dicerem limitationem Navarri fortè admitti poſſe quoad Eccleſiam, ubi egeret neceſſariis ad Dei cultum. Quoad pauperes autem in iis tantùm bonis, quæ illorum ſuſtentationi ſunt principaliter aſſignata, ut hoſpitalium. Cardinales verò de fructibus commendatorum beneficiorum integrè diſponere poſſe opinor, uſque ad decentem perſonæ ſuæ, atque familiæ ſuſtentationem, & remunerationem familiarium, quos quēadmodum honoratos apud ſe habere volunt, ita debent honoratè tractare. Idque facit ad dignitatem Cardinalatus; eſſet enim indignum eos apud ſe homines ſordidos, vel obſcuros habere. Moveor ad hoc aſſerendum ex mente præſumpta ſummorum Pontificum, quos veriſimile eſt contuliſſe, aut commendaſſe beneficia illa Cardinalibus, ut tueantur dignitatem, ut advertit Præpoſ. *in ſumm. 44. diſt. num. 5.* quam facta illa diviſione in litteris Apoſtolicis injuncta, ſuſtinere vix poſſunt, niſi pauci ditiores, idque præſumitur etiam ex diſpoſitione extrav. *Execrabilis, de præb.* ubi etſi obtinentes ex diſpenſatione plures dignitates, perſonatus, vel beneficia curam animarum non poſſint retinere, niſi unum, & reliqua verbaliter, & realiter reſignare teneantur; excipiuntur tamen Cardinales, qui circa ſummum Pontificem univerſali Eccleſiæ ſerviendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, & Regum filii, qui propter ſublimitatem ſuam, ac generis claritatem ſunt potioris prærogativa gratiæ attollendi. Imò de hac mente apparet expreſsè ex proœmio litterarum commendæ, ibi: ut tuum ſtatum juxta Cardinalatus ſublimitatem decentiùs tenere, & expenſarum onera, quæ te jugiter de neceſſitate ſubire oportet, facilius perferre valeas.

Limitatio autem Navarri vix ad praxim deduci poteſt in non abundantibus. Finge enim Cardinalem alios reditus non habere, quàm ſex millium ſcutorum ex monaſterio ſibi commendato; certum eſt qualitate, ac dignitate Eccleſiæ perſpecta, ſummam ſcutorum quatuor millium ſatis ſuperque eſſe ad vitam commendatarii inferioris ordinis ſuſtentandam, ac proindè teneri eum tertiam partem, quæ ſupereſt, fabricæ, vel pauperibus erogare: At manifeſtum eſt Cardinalem ex eo reditu quatuor millium ſcutorum decenter vivere non poſſe, etiamſi obſervet ea, quæ de modeſta ſuppellectile, frugalitate ac ſimplicitate Cardinalibus præſcribuntur à Concilio Tridentino in *ca. 1 ſeſſ. 25.* Ergo nemo dixerit eum teneri familiares ordinarios, & reliqua ad ſuum ſtatum neceſſaria ſubtrahere, ut duo millia ſcutorum diſtribuat in pauperes, quia agris ſuis ſitientibus, alii irrigandi non ſunt, l. *Præſes, C. de ſervit.* c. *Quia per ambitiones, 64. diſt.* l. 2. *C. Ut nemo privatus,* l. *Pupillus,* & ibi, Bart. *ff. de excuſ. tutor.* Et non tenetur aliqua actione, qui propter ſuas conſervandas alienas merces projicit, l. *Qui ſervandarum in princ. ff. de præſcr. verb.* Gloſſ. in c. *Qui vult, in ver. Se ipſo de pænit. diſt. 3.* Unde S. Thom. *2. 2. q. 32. art. 6.* quærens, utrum quis debeat dare eleemoſynam de neceſſariis, ſic ait: (Inordinatum eſſet ſi aliquis tantum ſibi de bonis propriis ſubtraheret, ut aliis largiretur, quod de reſiduo non poſſet vitam tranſigere convenienter ſecundùm proprium ſtatum, & negotia occurrentia: nullus enim inconvenienter vivere debet.) Hæc D. Thom. Quam quidem decentiam, & honeſtatem contemplata etiam fuit Tridentina Synodus, dum in decreto *cap. 17. ſeſſ. 24.* quod in quibuſcumque perſonis etiam S. R. E. Cardinalibus mandat obſervari, ſtatuit, ut in poſterum unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod quidem ſi ad vitam ejus cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens eidem conferri.

Neque obſtat præceptum illud in litteris appoſitum de eroganda tertia parte redituum in fabricam Eccleſiæ, vel alimoniam pauperum: Siquidem intelligi debet habere locum in eo tantum caſu, in quo reditus abundant, deductis neceſſariis ad decentem ſtatus ſuſtentationem, ut ex prædictis patet, & tradit Sylv. *in ver. Clericus, 4. n. 14. verſ. Et intellige.* ubi quod ſtatuitur per Sacros Canones de quarta parte redituum applicanda fabricæ Eccleſiæ, affirmat eſſe intelligendum quando reditus ſuperſunt, detractis omnibus neceſſariis. Præſertim verò, quia in eadem clauſula, dum præcipitur Cardinalibus, ut tertiam partem in fabricam, vel pauperes diſtribuant, annectuntur illa verba, (omnibus aliis deductis oneribus, inter quę primum locum obtinet onus alimentorum ipſius commendatarii) ut habetur in d. c. *Nulli Epiſcoporum, §. His ita reſpondetur, 12. q. 1.* Et ſanè ſi commendatario monaſterii non habentis menſam ſeparatam incumberet onus alendi duodecim Monachos, & reditus monaſterii vix ſufficerent ad ejuſmodi onus ſubeundum; nemo aſſereret commendatarium teneri tertiam partem erogare in fabricam Eccleſiæ, vel pauperum alimenta, eamque ſubtrahere neceſſariæ ſuſtentationi Monachorum debitæ ex juſtitia. Ergo idem & multò fortius dicendum eſt de alimentis commendatarii, quæ ante omnia ſunt deducenda, ut in d. *§. His ita*, & oſtenſum eſt ſupra *n. 19. & ſeqq.*

Admonendi tamen eſſent commendatarii ut ubi ditiores de bonis Eccleſiæ evaſerint, quod ſupererit conferant in pios uſus; præcipuè verò, quia veriſimile eſt multas Abbatias habuiſſe onus annexum alendi pauperes, quæ etſi fortè mutaverint ſtatum, ita diſponente Summo Pontifice, cui Patrimonii Eccleſiaſtici cura comiſſa eſt. Covar. in d. c. *Cum in officiis, num. 2. de teſtam.* tamen docet à

poſſidentibus pauperum aliquam curam geri. Sed ne audaces videamur, cenſemus eumdem Summum Pontificem conſulendum, ut ambiguitas omnis è medio tollatur.

# DE TESTAMENTIS, ET ultimis voluntatibus.

## Cap. Quia ingredientibus.

### SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſa teſtari non poteſt etiamſi numquam induiſſet habitum Monachalem.*
2 *Habitus religionis non requiritur neceſſariò ad validitatem profeſſionis.*
*Et quid poſt Concilium Tridentinum, n. 7.*
3 *Habitus non facit Monachum, ſed profeſſio regularis.*
4 *Habitus clericorum ſæcularium debet eſſe diſtinctus ab habitu Monachorum, & Monialium, nec valet contraria conſuetudo.*
5 *Moniales portare poſſunt pannum ſecundum conſuetudinem loci.*
6 *Ad Epiſcopum ſpectat compellere Monachos, & Moniales ad deferendum habitum Religioni congruentem.*
7 *Annus probationis ex Concilio Tridentino non incipit niſi poſt ſuſceptum habitum.*
8 *Medium aggredi non poſſumus, nec ad finem pervenire niſi principio mediante.*
9 *Nihil poteſt operari antequam incipiat eſſe.*
10 *Imperator dicitur oriri in die coronationis, nec antea poteſt ſe immiſcere adminiſtrationi imperii.*
11 *Monialis tacitè profeſſa teſtari non poteſt, contraria conſuetudine non obſtante.*
12 *Præſcriptionem non inducit factum uſurpatum.*
13 *Teſtamenti factionem impedit profeſſio tacita, ſicut expreſſa.*
14 *Teſtandi facultas conceſſa Moniali per officium Pœnitentiariæ ſublata eſt à Concilio Tridentino.*
15 *Renunciatio Monialis tacitè profeſſæ non valet.*
16 *Monialis nondum profeſſa teſtari non prohibetur.*
17 *Teſtamenta, & aliæ ultimæ voluntates non comprehenduntur in decreto Concilii Tridentini de renunciationibus non faciendis, niſi cum licentia Ordinarii, & intra duos mēſes ante profeſſionem.*
18 *Bona ingredientis monaſterium acquiruntur eidem loco in ſpecie, in qua eſt profeſſus tacitè, vel expreſſè.*
19 *Profeſſi in genere generaliſſimo qui dicantur, cui acquirant, & cui ſubjiciantur, & n. 22.*
20 *Profeſſi in genere ſubalterno qui ſint, & cui acquirant.*
21 *Et quid de profeſſu in individuo.*
22 *Profeſſio in genere generaliſſimo ſublata eſt à Concilio Trident. adeo ut nec in foro conſcientiæ inducatur aliqua obligatio.*
23 *Profeſſio tacita an inducatur ex eo, quod quis ſuſcipiat munus Abbatis, vel Abbatiſſæ, & num. ſeqq. uſque in fin.*
24 *Intellectus, c.* Cùm cauſam, de elect. *& n. 32.*
25 *Votum ſolemnizatur per profeſſionem tacitam, ſicut per expreſſam.*
26 *Profeſſio nulla nullum producit juris effectum. Declaratur, n. 35.*
27 *Novitius præfici poteſt Abbatiæ per viam poſtulationis, vel collationis.*
*Contrarium, n. 36.*
28 *Intellectus hujus cap.*
29 *Monachus promotus ad prælationem alterius monaſterii facto ipſo cenſetur ibi tacitam profeſſionem emittere.*
30 *Abbatiſſatus eſt actus, qui non convenit niſi profeſſis.*
*Profeſſus tacitè cenſetur, qui cum delictis præſuppoſitis ingerit ſe actibus profeſſorum, ibidem.*
31 *Abbatiſſa negans ſe profeſſam reddit ſe indignam Abbatiſſatu, & juſtè privari poteſt.*
32 *Profeſſus tacitè ſicut habet actionem ut recipiatur à conventu ad profeſſionem expreſſam; ita à conventu poteſt cogi ut expreſſè profiteatur.*
33 *Abbas tacitè profeſſus quamvis amoveri poſſit ab Abbatia, tamen cogendus eſt expreſſam profeſſionem emittere.*
34 *Votum ultra intentionem voventis non extenditur.*
35 *Voluntatis declaratio elicitur etiam ex actu nulliter geſto.*
37 *Monialis nondum profeſſa ſi conſentiat ſe eligi in Abbatiſſam ante ætatem 40. annorum, an ex hoc cenſeatur tacitam profeſſionem emittere.*
38 *Non profeſſus Abbatiam ſuſcipiens, quibus caſibus intelligi poſſit tacitè profiteri, & num. ſeqq. uſq; in finem.*
39 *Abbatiam recipiens ante ſuſceptum habitum, vel ante annum probationis elapſum non fit tacitè profeſſus, & in hac corrigitur hæc decretalis.*
40 *Profeſſus tacitè iterum fieri non poteſt, qui ſemel tacitè fuit profeſſus.*
41 *Novitius per annum deferens habitum indiſtinctiſſimum ad ſæculum redire non poteſt.*
*Niſi hujuſmodi habitum ſuſceperit ante annos diſcretionis, n. 46.*
42 *Et quid ſi deferat habitum novitiorum diſtinctum ab habitu profeſſorum, & n. 51.*
43 *Et quid ſi habitum profeſſionis aſſumpſerit, & numer. 49.*
44 *Novitius qui ante ætatem profeſſionis ſuſcepit habitum indiſtinctum non fit profeſſus niſi illum deferat per annum poſt legitimam ætatem.*
45 *Aut ingerat ſe actibus profeſſorum, vel habitum profeſſionis ſuſcipiat.*
47 *Proteſtatio precedens impedit ne inducatur profeſſio tacita per geſtationem annalem habitus indiſtincti, vel per receptionem habitus profeſſorum, num. 49.*
48 *Sed non impedit quin inducatur ex ſuſceptione Abbatiæ, & n. 50.*
51 *Novitius quamvis deferat habitum patenter diſtinctum ab habitu profeſſorum, tamen fit tacitè profeſſus, ſi tranſacto anno ſe actibus profeſſorum immiſceat.*

1 QUIA INGREDIENTIBUS. Abbatiſſa teſtari non poteſt etiamſi nunquam induiſſet habitum monachalem. Hoc dicit. Et ſunt duæ partes. In prima ponitur conqueſtio. In ſecunda proviſio, ibi, *neceſſarium*, & eſt pars cap *Quia ingredientibus, 19. q. ult.*
2 Nota primò ibi, *Sed in veſtibus. Delationem habitus religionis neceſſariò non requiri ad validitatem*
3 *profeſſionis*: nam habitus non facit Monachum, ſed profeſſio regularis, cap. *Porrectum*, & ibi gloſſ. *in ver. Non faciat habitus, infra de Regular.* concordat cap. *Ex parte*, & cap. *Ut clerici, eod. tit.* & cap. *Conſuluit, infra qui cler. vel voven.* & hic notat Innoc. *in ver. Sed in veſtibus*, Abbas Antiq. *in eod. ver.* Hoſtien. *num. 2.* Abbas Siculus *in 2. not.* & alii communi-
4 ter. Secus tamen eſt de honeſtate; quia diſtinctus debet eſſe habitus ſæcularium clericorum à Monachis, & Monialibus: immo ut Moniales non deferant habitum congruentem religioni, conſuetudine induci non poteſt, quando habitus eſt in totum diſcretus à religione, ſeu improportionabilis religioni, ut formaliter ait *hic* Butr. *num. 3* & de tali habitu loquitur hæc Decretalis. Nam incedebat hæc mulier, ſicut incedebant Presbyteri illius loci reſpectu coloris, & formæ; ſecus autem eſſet ſi habitus non eſſet omninò conformis ſæcularibus veſtibus, prout de qualitate veſtium
5 eſt text. cum gloſſ. in Clem. *Ne in agro, de ſtat. Regular. in ver. Conſuetudo*; ubi cavetur ut poſſint portare pannum ſecundum conſuetudinem loci, & ut plurimum Moniales deferunt veſtes nigras, & velum conſecrationis, ſeu profeſſionis, nec mos hujuſmodi per hoc cap. eſt ſublatus; ſecundùm Abbatem in primo notab. & de veſtibus Monialium vide etiam textum notabilem in Clem. *At-*
6 *tendentes, §. Viſitatores, de ſtat. Monachor.* Ad Epiſcopum autem ſpectat compellere Monachos, & Moniales ad deferendum habitum religioni congruentem, ut hic probatur, & notat Butr. *num. 4.* Circumſcriptis tamen exemptionibus Apoſtolicis, de quibus ſcripſi latiſſimè in cap *Tuarum, à n.*
7 *10. infra de privileg.* Sed jure noviſſimo Concilii Trid. habitus probationis eſt de ſubſtantia noviciatus: nam ex decreto *cap. 25. ſeſſ. 25. de Regular.* in quacunque religione tam virorum, quàm mulierum ad hoc ut profeſſio ſit valida neceſſariò exigitur annus probationis; qui quidem annus non incipit niſi ab actu ſuſceptionis habitus, ut patet ibi. *Nec qui minore tempore quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur*; profeſſio autem antea facta ſit nulla,
8 nullamque inducat obligationem. Ergo ante habitum ſuſceptum impoſſibile eſt annum probationis peragere: quia deeſt principium, quod eſt potiſſima pars cujuſcumque rei. l. 1. *ff. de orig. jur.* cap. *Principatus, 1. quæſt. 1. cap. 1.* & ibi gloſſa magna poſt princ. de lit. conteſt. neque enim medium poſſumus aggredi, nec ad finem ullatenus pervenire niſi principio mediante, *§. Hu igitur inſt. de juſt.*
9 *& jur.* & cùm tempus probationis in ipſo actu ſuſceptionis habitus incipiat eſſe; ergo antea non poteſt efficere ut profeſſio ſit valida; quia nihil poteſt operari antequam incipiat eſſe, l. 1. §. *Ex hoc reſcripto ff. de ventr. inſpiciend.* l. *quoties, ff. de noval.*
10 pulchrè Oldrad. *conſ. 180. Quæſtio eſt utrum Imperator. num. 7.* ubi hoc argumento probat Imperatorem non habere poteſtatem ſe immiſcendi adminiſtrationi Imperii ante coronationem; quia Imperator in die coronationis dicitur oriri, & ſic incipere eſſe, & nihil operatur antequam ſit.
11 Secundò nota, Monialem tacitè profeſſam teſtari non poſſe, contraria conſuetudine non obſtante, ut hic eſt caſus: nam, ut inquiunt Hoſt. & Jo. Andr. ambo *num. 2. in ver. Plene*, non poteſt eſſe conſuetudo, cùm ſit irrationabilis, & contra honeſtatem Eccleſiæ, c. *Cùm decorem, ſupra de vit. &*
12 *honeſtat. cleric.* neque enim quod fiat, ſed quod fieri debeat conſiderandum eſt, cap. *Cum cauſam, ſupra de elect.* l. *Sed licet, ff. de offic. Præſid.* nec factum uſurpatum præſcriptionem inducit, c. *Illud, 93. diſt.* c. *Licet, 16. quæſt. 3.* etenim in talibus nullus annorum numerus excuſat, c. *Quod Deo, 33. q. 5.* ſed potius accuſat. c. *Cùm haberet, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulter.* cap. *fin. de conſuet.* unde verſus Bertrandi Epiſcopi Greſſenſis:

*Tempus longævum te non excuſat in ævum,*
*Cùm male ſis uſus: quia non præſcribit abuſus.*

13 Refert, & ſequitur Hoſt. *hic num. 5.* In hoc igitur tacita, & expreſſa profeſſio æquiparantur; quia tacita impedit teſtamenti factionem, ſicut impedit expreſſa. Auth. *ingreſſi, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ.* quæ eſt canonizata in c. *Quia ingredientibus, 19. q.*
14 *ult.* & notat *hic* Butr, *in 6. notab.* Præſertim poſt Concilium Trident. in c. *2. ſeſſ. 25. de Regul.* ubi arctius quam jus commune providit circa regularium proprietatem, ut ſcripſi latiſſimè in c. *Monachi, infra de ſtat. Monach.* adeo ut ſuſtulerit etiam facultates teſtandi ex ſententia S. Congregationis Cardinalium ejuſdem Concilii Interpretum. Ideoque cum anno 1588. fuiſſet conceſſa facultas teſtandi per officium ſacræ Pœnitentiariæ Sorori Victoriæ Fuſſolanæ monaſterii S. Claræ, ejuſque facultatis vigore donaſſet, & donatarius contra monaſterium ageret: dubitatum fuit an hujuſmodi facultas eſſet revocata per Concilium: S. Congregatio cenſuit facultatem teſtandi à Concilio
15 ſublatam fuiſſe. Et circa tacitam profeſſionē conſulta an ſit nulla renunciatio ejus qui tacitè pro-
16 feſſus eſt. Reſpondit eſſe nullam. Verum ſi Monialis nondum eſſet profeſſa, non prohiberetur teſtari, c. *ult. 12. qu. 5*, c. *Indemnitatem, in fin. de elect. lib. 6* & Clem. *Attendentes, de ſtat. Monachor.* & *hic* notat Innoc. *in fin.* Abb. Antiq. *in ver. In veſtibus*, Hoſt. *num. 2.* Jo. Andr. *n. 1. in ver. Induiſſe*, Butr. *n. 6.* & Anchar. *in 1. notab.*
17 Nec refert quod ex decreto Concilii Tridentini *c. 16. in princ. ſeſſ. 25. de Regular.* Nulla ſit renunciatio, aut obligatio, etiam cum juramento, vel in favorem cujuſcumq; cauſæ piæ, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii, fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem. Etenim S. Congregatio conſulta An decretum d. c. 16. loquens de renunciatione, locū habeat in teſtamentis & aliis ultimis voluntatibus: cenſuit non habere locum.
18 Ultimò nota ibi, *Eidem loco*: bona ingredientis monaſterium acquiri eidem loco in ſpecie, in quo eſt profeſſus tacitè, vel expreſsè, prout hanc litteram obſervat *hic* Butr. *n. 5.*
19 Verum in hoc articulo plenius diſtinxit Gaſpar de Calderinis *conſ. 23. incipien. Quidam fecit profeſſionem, in tit. de Regular.* ut referunt in cap. *In præſentia, de probat.* Butr. & Abb. ambo *numer. 64.* & noviſſime Rota *in Cauſa Tullen. Reformationis, 10. Ianuarii 1631.* coram Dunozetto: nam ſecundùm eum quidam ſunt profeſſi in genere generaliſſimo, aliqui in ſpecie, aliqui in individuo, ſeu certi monaſterii. Profeſſi in genere generaliſſimo ſunt ii, qui per ſeipſos votum ſolemne emiſerunt, vel qui in manibus Epiſcopi, vel alterius ſe Deo devoverunt religionem ſervaturos, quoad tria ſubſtantialia regulæ, & de talibus intelligi poſ-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

poſſime, cap. *Quod interrogaſti*, 27. *diſt.* ca. *Quem progenitores*, 20. *quæſt.* 1. cap. *Viduas* 27. *quæſt.* 1. cap. *Super eo*, & cap. *Conſulti, de Regular.* nam ſecundùm Innoc. dicitur quis profiteri Ordinem approbatum qui dicit, Profiteor Ordinem Monachatus, licetnon dicat Ord. S. Benedicti, ut notatur in c. *Porrectum, de Reg.* Item eſt profeſſus in genere generaliſſimo is, cui legata eſt libertas ſub conditione, Si Monachus efficiatur, & ipſe legatum acceptavit, ut in cap. *fin. de condit. appoſ.* Item is, qui intra annum probationis profeſſus eſt regulam Mendicantium, ut in cap. *Non ſolum, de Regular. lib. 6.* vel tacitam profeſſionem fecit infra annum, per ſuſceptionem habitus profeſſorum in quocumque ordine, ut in cap. *Conſtitutionem*, & ibi gloſſ. *in ver. obligat. eod. tit. & lib.* & horum bona ſunt Religionis in genere; ſed per Epiſcopum Diœceſanum diſpenſari debent, quia tales ſunt Epiſcopo ſubjecti, cap. *Si quis Monachus* 90. *diſt.* cap. *Qui verè*, 16. *qu.* 1. ac proinde illius arbitrio hæc diſtributio commiſſa l. *Nulli*, C. *de Epiſc. & cler.* cap. *Nos quidem, in ſexto eod.*
20 cap. *Cum tu, de uſur.* Profeſſi autem in ſpecie, ſeu in genere ſubalterno ſunt qui generaliter profitentur certam regulam, vel ordinem in genere tacitè, vel expreſsè, puta Prædicatorum, Minorum, Ciſtercienſium, & ſimilium, qui non ſunt expreſsè profeſſi in certo monaſterio vel clauſtro, & habent unum ſuperiorem, in cujus manibus fit profeſſio, vel ejus nomine recipitur, & horum bona non recipienti, ſed toti ordini acquiruntur; quia ex quo totus Ordo ſenſit onus iſtius ingreſſi; cui tenetur ad alimenta, ut forma profeſſionis demonſtrat, ſecundùm naturam eſt, ut etiam ſentiat commodum. Allegat Speculat. *in tit. de ſtat. Monachor. verſ.* 19. & gloſſ. ſecundam, in cap. *de Viduis, il primo*, 27. *quæſt.* 1. quæ ſingulariter ait bona eſſe in poteſtate, & diſpoſitione illius, qui eſt ſuperior in ordine, ut ſic dividat, & diſtribuat, prout ſibi videtur, cùm certum monaſterium non ſit expreſſum, & conſentit Butr. in d. cap. *In præſentia*, n. 64. *verſ. Profeſſus autem in genere ſubalterno*, quia hæc communitas datur in profeſſione totius regulæ, non reſpectu certi loci. & quemadmodum profeſſio incorporat, & acquirit monaſterio, quando ad certum locum determinatur, ut patebit infra in 3. membro diſtinctionis: Ita in hoc 2. cùm cauſa, ex qua fit incorporatio non determinetur ad locum, ſed ad religionem in univerſum, conſequens eſt ut acquiratur non loco, ſed religioni in genere, ut ſic effectus ſequatur naturam cauſæ ſuæ, & ad illius limites amplietur & reſtringatur. Fatetur tamen Butr. ſuperiorem teneri æqualiter diſtribuere, & ſubdit, quod ſi eſſent plura monaſteria ſub uno capite, & profeſſio determinaretur ad loca particularia, eo quod Monachi de particulari loco nunquam removeantur, bona applicarentur ſpeciali loco, ubi eſt ingreſſus. Quod etiam placet Abbati in d. c. *In præſentia*, nu. 65. quia naturalis ratio oneris, & commodi viget hoc caſu reſpectu certi monaſterii in ſpecie, & non totius Ordinis in genere, cap. *De lapſis*, 16. *quæſt.* 6. & ſequitur Ferret-
21 tus *conſ.* 150. *In præmiſſa cauſa num.* 4. Profeſſi demum, in individuo ſunt qui profitentur certam regulam, & in certo monaſterio, puta in monaſterio S. Proculi regulam S. Benedicti. Probatur hæc diverſitas in cap. *In ſingulis*, & cap. *Ea quæ, de ſtat. Regular.* in cap. *Cum deputati, de judiciis*, in cap. *Cum & plantare, de privileg.* & in Clem. *Attendentes, de ſtat. Monach.* & hoc tertio modo profeſſorum bona devolvuntur ad illud monaſterium, in quo ſunt profeſſi, ut in d. Auth. *Ingreſſi*, C. *de Sacroſanct. Eccl.* & d. cap. *In præſentia, de probat.* ſive quæ habebant tempore ingreſſus, ſive quæ poſtea obvenerunt, vel de novo acquiſiverunt, ut in prædictis juribus in cap. *Abbates, cum ibi notat.* 18. *quæſt.* 2. & in Auth. *Nunc autem*, C. *de Epiſc. & cler.* & de talibus loquitur hæc Decretalis in illis verbis, *Res ipſius eidem loco, ex quo illic ingreſſa, & Abbatiſſa conſtituta eſt, de jure competere.* Et in hoc tertio membro conſentiunt. Innoc. in d. cap. *In præſentia*, nu. 4. & reliqui poſt eum, Lap. *alleg.* 130. *num.* 18. *verſ. Ad ſecundum.* Angel. *conſ.* 133. *Super primo, in princip.* & alibi paſſim Doctores.

22 Sed tu adverte ad primum membrum diſtinctionis: nam quod ibi dicitur de profeſſis in genere generaliſſimo, hodie non videtur amplius vim obtinere; quia ex decreto Concilii Tridentini *cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* profeſſio facta ab eo, qui non ſtetit per annum in monaſterio poſt ſuſceptum habitum probationis, eſt nulla, nullamque inducit obligationem ad alicujus regulæ, vel Ordinis obſervationem, aut ad alios quoſcunque effectus. Et propter hujuſmodi verba cùm dubitatum fuerit, an is, qui emiſit profeſſionem intra annum probationis, teneatur ad religionem aliquam in ſpecie, vel in genere: S. Congregatio cenſuit non teneri, & in hoc jura antiqua, cap. *Non ſolum*, & cap. *Conſtitutionem, de Regular. in* 6. correcta eſſe; idque abſolutè eſſe intelligendum adeo, ut nec etiam in foro conſcientiæ inducta ſit aliqua obligatio. Quamobrem hodie ex profeſſione facta in genere generaliſſimo in caſibus, quos enumerat Calder. *loco citato*, aut aliis, ſi qui ſint, nulla oritur obligatio in genere ad quoſcunque effectus; & ſic neque ad effectum ſucceſſionis, ſeu acquiſitionis bonorum; & conſequenter eſt in facultate ſic profeſſi de bonis ſuis libere diſponere, & teſtari; quemadmodum de non profeſſis cenſent Innoc. Hoſt. & alii ſupra citati *n.* 16. In ſpecie autem an obligatio illa ad religionem in genere, quæ de jure oritur ex profeſſione emiſſa in religione non approbata, itidem ſublata fuerit à Concilio Tridentino dixi in c. *Conſulti, n.* 57. *& ſeq. infra de Regul.*

23 QUÆRO. An ſuſcipiens munus Abbatis, vel Abbatiſſæ ex hoc cenſeatur tacitam profeſſionem emittere?

24 Pro parte negativa videtur tex. apertus in cap. *Cùm cauſam, ſupra de elect.* ubi Presbyter ſæcularis fuit electus in Priorem à majori parte Conventus, & electionem acceptavit. quod patet ex eo, quia litem proſequebatur, & tamen Pontifex mandat eum compelli, ut vel regulam profiteatur,
25 vel Eccleſiam dimittat. Ergo per conſenſum præſtitum electioni non fuit tacitè profeſſus: alioquin non cogeretur iterum profiteri, vel certè non poſſet è monaſterio expelli; quia votum religionis ſolemnizatur per profeſſionem tacitam in aliqua ex Religionibus approbatis, non ſecus ac per expreſſam, c. *unico, de Voto, lib.* 6.

26 Præterea electio in Abbatem de non profeſſo eſt ipſo jure nulla, ut apertè deciditur in cap. *Nullus, de elect. lib.* 6. Ergo non poteſt tacitam profeſſionem inducere; quia quod nullum eſt, nullum producit juris effectum, l. *Libellorum*, §. *Quod ſi libelli*, *ff. de accuſat.* l. 4. §. *condemnatum*, *ff. de re*
27 *judic.* Et hanc partem non obſcurè amplectitur hic Jo. Andr. *num.* 3. nam ſecundùm eum ſi novitia non profeſſa permittat ſe præfici in Abbatiſſam, non per hoc intelligitur tacitè profeſſa, ut in dict. cap. *Nullus*, licet ſecus ſentiat ſi procedatur per viam poſtulationis vel collationis: exiſtimat enim decretalem illam uti pœnalem habere locum tantummodo in electione, nec debere extendi ad poſtulationem vel collationem; ac proindè novitiam, quæ hujuſmodi poſtulationi vel proviſioni aſſenſum præbet, ex hoc cenſeri tacitam profeſſionem emittere, ut per eum: & ſequuntur Cardin. *n.* 7. *in fin.* Anchar. *n.* 1. & Abbas *n.* 4. Et tenendo hanc partem non videtur obſtare hoc capitulum; quia iſta mulier in ipſo ingreſſu ſe & ſua dedicavit Deo, ut notatur in ultima gloſ. & ideo non allegabat ſe non profeſſam, ſed non portaſſe habitum monachalem, qui non facit Monachum, ut obſervat Innoc. *in princ.* & Hoſt. *num.* 1. *in fin. in ver. Sed ne in veſtibus.*

28 Sed his non obſtantibus exiſtimo contrariam opinionem eſſe veriorem pro qua efficaciter inducitur hoc cap. ubi mulier uſque in diem obitus ſui nunquam induit habitum regularem; & tamen quia paſſa fuit ſe præfici in Abbatiſſam, & regendi ſuſcepit officium, textus decidit bona illius tanquam profeſſæ ad monaſterium pertinere, & pondera, quia non facit vim in eo, quod jam eſſet profeſſa, ſecundùm intellectum Innocentii & Hoſtienſis, ſed fundat ſe in hoc, quia Abbatiſſa ordinata eſt, & in monaſterio per annos plurimos uſque ad obitum præfuit, & interius reperit eamdem rationem, ibi, *ex quo illic ingreſſa, & Abbatiſſa conſtituta eſt*; ergo per ſuſceptionem regiminis poſt ingreſſum in monaſterio inducitur tacita profeſſio, & ita ex hoc text. clarè deducit Jo. Andr. *nu.* 3. ait enim (Novitia non profeſſa, quæ permiſit ſe præfici in Abbatiſſam hoc ipſo intelligitur tacitè profeſſa per c. *Viduæ, de Regular.*) & eum ſequitur totidem verbis Card. *n.* 7. *in fin.* Imola, & Butr. ambo *n.* 2. dicentes, (Nota quod aſſumptione dignitatis Abbatiæ etiam profeſſorum habitu non aſſumpto quis profiteri videtur tacitè, & ſic habes unum modum inducendi tacitam profeſſionem.) & ſequitur Petr. de Anchar. *n.* 1. ubi ait, eo ipſo quod Novitia patitur, & conſentit electioni de ſe factæ, videri tacitè profiteri, quia qui vult conſequens, videtur velle antecedens, ſine quo ad illud conſequens perveniri non poteſt: fingitur enim ſemper primò fieri quod primò faciendum eſt, ut
29 notatur l. *Illud, ff. de acquirend. hæredit.* Idem firmat Federic. de Sen. *conſ.* 5. *incipien. Quidam Monachus*, ubi reſpondit Monachum promotum ad prælationem alterius monaſterii non teneri iterū profiteri, quia ipſo facto ſe ad obſervantias regulares adſtrinxit ſuſcipiendo Prælaturam: nam cùm ipſe ſit unum corpus cum ſuis monachis, cujus corporis ipſe eſt caput, ſatis ipſo facto intelligitur tacitè promiſiſſe ſe obſervaturum quæ obſervari debent in ipſo monaſterio per Abbatem. Ita Federicus, cum quo tranſit Petrus de Peruſio *in tract. de mutat. ſtat. perſon. n.* 7. & 18. & noviſſimè Navar. *conſ.* 64. *An regularis tranſlatus, de Regul.* & *conſ.* 60. *An monachus, n.* 2. *eod. tit.* ubi ait monachos, qui transferuntur ut ſint Prælati, tacitè profiteri illas obſervantias cum confirmantur, vel aliàs promoventur in Prælatos, & hoc caſu teneri poſſe, *conſ.* 5. Federici.

30 Demum hanc ſententiam aliàs probavit S. Con-





gregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. etenim in monaſterio Tertiariarum Monialium Ordinis Minorum Obſervantium duæ moniales exiſtebant, quarum altera nec erat profeſſa, nec profeſſionem emittere volebat; quæ cùm eſſet Abbatiſſa, Prælatus eam ab officio removit, & declaravit non fuiſſe legitimam Abbatiſſam. Altera verò annorum octuaginta non erat profeſſa; ſed profiteri volebat. Superior regularis his narratis conſuluit Sacram Congregationem, quid eſſet agendum? Sacra Congregatio cenſuit octogenariam illam admittendam eſſe ad profeſſionē. Alteram, quæ negat profeſſionem, habendam eſſe pro tacitè profeſſa, præſuppoſito quod in illo monaſterio habitus non ſit diſtinctus, prout Commiſſarius Curiæ affirmavit non eſſe, & quod illa ſponte acceptaverit Abbatiſſatum: cùm enim Abbatiſſatus ſit actus, qui non poteſt fieri niſi à profeſſis; in gerendo ſe cum debitis præſuppoſitis, dicetur tacitè profeſſa, ſecundùm c. *Viduam*, ubi Abbas *de Regular.* cùm præſuppoſitis requiſitis ibi per Abbatem.

31 Item cùm negaverit profeſſionem, ſe reddidit indignam Abbatiſſatu; ideo juſtè privata eſt à Superiore ſuo, non illa ratione, quia non profeſſa, prout credidit Superior, cum pro tacitè profeſſa habenda ſit; ſed quia inficiatione profeſſionis reddita eſt indigna; niſi tamen quoad profeſſionem poſſet ſe tueri ex defectu aliquorum requiſitorum per Abb. d. c. *Viduam.*

32 Non obſtat textus in d. c. *Cùm cauſam, de elect.* Nam reſpondeo primò verbum illud, *profiteantur*, eſſe intelligendum de profeſſione expreſſa, quæ non excludit tacitam, ita ut ſit ſenſus, ut presbyter ille quamvis eſſet tacitè profeſſus per ſuſceptionem regiminis, nihilominus cogendus eſſet expreſsè profiteri: nam ſicut profeſſus tacitè, puta per delationem annalem habitus indiſtincti juxta terminos Clem. *Eos, de Regular.* vel aliàs habet actionem ut recipiatur ad profeſſionem expreſſam ut poſt Hoſt. & Jo. Andr. notat Butrius in d. c. *Cùm cauſam, n.* 22. *verſ. Quæro an Monachus*, ita è converſo conventus poteſt compellere ſic profeſſum ut expreſſam profeſſionem emittat, c. *Ex parte*, & ibi notat gloſſ. *final. de Regular.* & in his terminis Ab-
33 batem tacitè profeſſum quamvis amoveri poſſit ab Abbatia, nihilominus cogendum eſſe ad profeſſionem expreſſam tenet Goffred. in c. *Cùm in magiſtrum, ſupra de elect.* quem ibi ſequuntur Joan. Andr. *n.* 5. *in ver. Amotionem*, Cardinal. *in* 5. *not.* & alii communiter.

Neque verò huic intellectui adverſatur quod d. presbyter, & alii clerici renuentes profiteri compellantur Eccleſiā dimittere, quod fieri non poſſet ſi eſſent tacitè profeſſi, ut d. c. *Ex parte*, & c. *unica, de Voto, lib.* 6. cum multis ſimilibus, quandoquidem presbyter, qui renuit regulam profiteri expreſsè, & ſervare, expellitur non tanquam non profeſſus ſed tamquam inobediens, & incorrigibilis, ut ibi videtur ſentire Hoſt. *n.* 10. *verſ. Plus dico.*

Deinde reſpondeo, & fortè melius, presbyterum illum idcirco per ſuſceptionē prioratus non fuiſſe profeſſum tacitè, quia cùm per multa, & lō-
34 ga tempora in illo monaſterio ad Prioratum fuiſſent aſſumpti etiam non profeſſi, allegabat ad ſuſceptionem regiminis profeſſionem non fuiſſe neceſſariam: unde non mirum ſi non fuit tacitè profeſſus, quia defuit voluntas, quæ eſt de intrinſeca

ratione voti cap. 1. & cap. *Sicut tenor, infra de Regular.* & cap. *Liter. de voto*: vovere enim eſt voluntatis, ut Auguſt. inquit, & ideo in tantum fertur obligatio voti, in quantum ſe extendit voluntas, & intentio voventis, quæ ſunt verba D. Thom. *in 2.2. quæſt. ultima, art. 3. in corpor.* ad hoc, cap. *Quod ſuper, de voto*, cap. *Conſulti, de Regular.* & l. *Verè omnis ff. ſi certum petatur.* Et hunc intellectum ad d. c. *Cum cauſam, de elect.* licet valde ſuccinctè, videtur hic probare Jo. de Anania, *n. 2. in fin. verſ. Et ideo poteſt dici.*

35 Demum non obſtat, quod electio de non profeſſo tanquam nulla non poſſit tacitam profeſſionem inducere. Nam reſpondetur non eſſe electionem quæ hunc effectum operatur, ſed conſenſum electioni præſtitum; quiquidem conſenſus, & declaratio voluntatis elicitur etiam ex actu nulliter geſto, l. *final.* & ibi Bart. *ff. de rebus eorum*, Roman. *conſ. 179.* Angel. *ſtatut. Decbar, n. 11.* Bellon. *conſ. 5. in puncto, n. 12. verſ. Nec dicat aliquis.* Et eſt ſimile in Novicio qui interfuit electioni in capitulo una cum aliis profeſſis: nam etſi eligere non poſſit, ca. *Ex eo, in fin.* & cap. *Indemnitatibus in princip. de elect. in lib. 6.* tamen ex hujuſmodi actu nulliter geſto fit tacitè profeſſus, ut tenet Joan. Andr. in cap. *Vidua, n. 7. de Regul.* quem ibi ſequuntur Henric. Boich *in fin.* Abb. *n. 6. & 7.* & alii communiter. Quod autem dicunt Joan. Andr. & alii *hic*, videlicet non induci tacitam profeſſionem ex eo quod Novitia permittat ſe præfici in Abbatiſſam ſi procedatur per viam electionis eo quod electio ſit nulla, non autem ſi procedatur per viam poſtulationis, vel collationis, non videtur admittendum; quoniam quatenus ſuſtineri poſſit Decretalem *Nullus, de electione lib. 6.* uti pœnalem non habere locum niſi in electione; tamen poſtea ſupervenit Clement. *Ne in agro, §. Sane Prioratum, de ſtat. Monach.* per quam extenditur d. c. *Nullus*, etiam ad collationem, vel aliam proviſionem, ut patet in littera ibi, *admitti, vel conferri*, & irrita pronunciatur collatio de non profeſſo, ponderando verbum *non poſſit*, quod tollit potentiam, & inficit actum ipſo jure, ut notat gloſſ. Ordinaria in c. *Beneficium, de reg. jur. lib. 6.* Bald. in l. 1. *numer. 62. C. qui admitti.* Jaſon. poſt alios in l. *Non dubium, n. 60. C. de leg.* Unde cùm in hoc pari paſſu ambulent electio, & collatio, dicendum eſt tacitam profeſſionem induci per ſuſceptionem Abbatiſſatus, ſive procedatur per viam collationis, vel poſtulationis, ſive per viam electionis; & hoc cap. non eſſe correctum per d. cap. *Nullus*, prout fateri videtur idem met Jo. Andr. in c. *Cùm in magiſtrum, numer. 3. de elect.* & expreſſius ibi Abbas *in 2. not.* ubi ponderando verbum, *profitendus* quod æquè convenit proviſo, atque electo, dicit non profeſſum aſſumi non poſſe ad Abbatiam non ſolùm per viam electionis, ſed nec per viam alterius proviſionis.

37 Et ex hoc infero, ut idem ſit dicendum ſi non profeſſa, quæ conſentit ſe eligi in Abbatiſſam, ſit minor annis quadraginta: nam quemadmodum nullitas electionis, quæ provenit ex defectu profeſſionis expreſſæ juxta d. cap. *Nullus*, non impedit quin tacita profeſſio inducatur, ut ſuperius concluſum eſt: ita nec videtur impedire ſi proveniat ex defectu ætatis à Tridentino Concilio requiſitæ in *c. 7. ſeſſ. 25. de reg.* arg. c. *Inter corporalia, ſupra de tranſlat. Epiſc.*

38 Nunc diſquirendum quo pacto hæc ad praxim deduci poſſint. Videbatur enim nullo caſu poſſe contingere ut non profeſſus ſuſcipiens præfecturam intelligeretur tacitè profiteri. Nam aut Abbatiam acceptavit ante ſuſceptum habitum probationis, aut poſt: Si ante non potuit induci tacita profeſſio; quia non præceſſit annus probationis, qui incipit poſt ſuſceptum habitum, & ſine quo nec expreſſè, nec tacitè poteſt fieri profeſſio, ut ſtatuitur in *d. cap. 15. ſeſſ. 25. de reg.* In hoc enim hæc Decretalis corrigitur à Concilio, ut fuſius explicatum eſt ſupra *num.* 7. Si verò Abbatiam acceptavit poſt ſuſceptum habitum, aut id fecit ante annum probationis elapſum, & profeſſio induci non potuit repugnante *d. cap. 15* ut proximè dictum eſt. Aut id fecit tranſacto anno probationis; & tunc aut per annum detulit habitum indiſtinctum, aut indiſtinctiſſimum, aut diſtinctum ab habitu profeſſorum. Primo caſu per delationem annalem habitus indiſtincti, id eſt, à novitiis, & profeſſis geſtari ſoliti, eo ipſo fuit tacitè profeſſus, ut ſunt jura clara in cap. *Ex parte, infra de regul.* ubi eſt caſus ſecundùm Joan. Andr. Butr. Cardinal. & omnes, & in cap. 1. *verſ. Quod ſi per totum ſequentem annum*, & *verſ. Qui verò eod. tit. lib. 6.* & in Clemen. *Eos, eod. tit.* & conſequenter per ſuſceptionem Abbatiæ non potuit iterum tacitè profiteri; quia ſemel profeſſus tacitè, amplius tacitè profeſſus fieri non poteſt, arg. cap. *Vt quis dicit, de elect. lib. 6.* cùm matrimonium tam ſpirituale, quàm carnale non poſſit conſiſtere ex conſenſibus iteratis, ut declarat Lapus *allegat. 8. per totam, maxime n. 4.* & ſcripſi plenius in c. *Quoniam, n. 41. & ſeqq. inſr. de jurepatr.*

39

40

41 In ſecundo caſu, id eſt, cùm novitius per annum geſtavit habitum indiſtinctiſſimum, quo ſcilicet promiſcuè utuntur profeſſi, & novitii, ac etiam alii communem vitam cum eis ducentes, ſimiliter ex tunc inducta fuit tacita profeſſio, ut deciditur in eod. c. 1. *verſ. Qui verò poſt quartum decimum annum*, & ſic iterum induci non potuit per ſuſceptionem Abbatiæ.

42 In tertio autem caſu, id eſt, cùm novitius per annum geſtavit habitum novitiorum diſtinctum ab habitu profeſſorum, nunquam fieri potuit tacitè profeſſus quantumcunque temporis in religione perſeveraverit, ut docent in d. c. *Ex parte, de reg.* Innoc. *in princ.* Jo. Andr. *n. 3.* & Cardin. *eod. n. in 2. oppoſ.* unde Abb. Antiq. in c. *Conſulti, n. 5. eod. tit.* teſtatur ſe vidiſſe litteras abſolutorias datas ſuper hoc cuidam Monacho, qui ferè per decem annos ſteterat in habitu probationis: quod vendicat ſibi locum ſi habitus ſit diſtinctus patenter, id eſt, in colore, ſciſſura, vel forma ab habitu novitiorum, ut hodie eſt expeditum in dict. Clem. *Eoſ.* & ibi notat gloſſ. *in verb. Deinceps, in fin. de reg.* At verò ſi ſit latenter diſtinctus, puta per benedictionem veſtiri, perſonam, dantem, locum, vel formidationem: tunc deferens illum per annum eo ipſo profeſſus eſt, & in hoc corrigitur jus vetus per d. Clem. *Eoſ.* ut notat gloſſ. præalleg. & ſic ſuſcipiendo Abbatiam non poteſt iterum profiteri.

43 Quod ſi habitus profeſſorum aſſumpſerit, ex hoc ipſo intelligitur tacitè profeſſus, ut eſt text. apertus in d. cap. 1. in cap. *reſponſio*, ibi, *vel habitum religionis ſuſcipiat, qui dari profitentibus conſuevit*, concordat cap. *Super eo*, & cap. *Statuimus*, & ibi, dixi in 3. *not. infra de regul.* in cap. *Conſtitutionem*, & in cap. *Beneficium, eod. titul. lib. 6.* Quod procedit etiamſi diſtinctio ſit latens: adhuc enim per illius aſſumptionem fit tacitè profeſſus ſi triduò perſeveret, ut in d. c. *Conſtitutionem, in fin.* In hoc enim caſu jura antiqua non ſunt correcta, ut notat prædicta gloſſa *in ver. Deinceps circa medium verſ. Unde adhuc hodie*: & per conſequens ex ſuſceptione Abbatiæ nova profeſſio induci non potuit, ut oſtenſum eſt ſupra in primo caſu.



44 Pro ſolutione obſervandum eſt in quinque caſibus poſſe verificari ut non profeſſus per acceptationem Abbatiæ intelligatur tacitè profiteri.

Primus eſt, cùm quis ante ætatem legitimam ad profitendum (quæ de jure communi eſt poſt annum decimumquartum, ut in c. *Significatum, de Regular.* & ex Concilio Trid. poſt annum decimùſextum, ut in *cap. 15. ſeſſ. 25. de Regular.*) induit habitum indiſtinctum: hic enim poſt legitimam ætatem non fit ſtatim profeſſus tacitè, ſed oportet ut pergat in geſtatione habitus per totum ſequentem annum, id eſt de jure communi per totum annum decimumquintum, ut eſt caſus in d. c. 1. *verſ. Quod ſi per totum, de Regul. lib. 6.* Et ex Concilio Trident. per totum annum decimumſeptimum, ut ex ſententia S. Congregationis dixi in c. 1. *n. 7. & ſeqq. de Regular.*

45 Verùm ſi poſt annum decimumſextum completum acceptaret Abbatiam, & anteà poſt ſuſceptum habitum ſtetiſſet per annum in monaſterio, utique intelligeretur tacitè profeſſus, non quidem ex ſola geſtatione habitus indiſtincti, quia ad hoc requiritur annus decimusſeptimus completus, ut prædixi; ſed quia immiſcuit ſe actibus profeſſorum, ut in c. *Vidua, de Regular.* nam quemadmodum is, qui ante ætatem legitimam induit habitum indiſtinctum, in ſequenti anno illicitò fit tacitè profeſſus ſi habitum profeſſorum ſuſcipiat, ut deciditur in *c. 1. in princ. de Regular. lib. 6.* eodem modo fit profeſſus tacitè ſi ingerat ſe actibus profeſſorum, ac ſi ſuſcipiat habitum, qui dari profitentibus conſuevit, ut c. *Quod interrogaſti, 27. diſt.* cap. *Quem progenitores, 20. q. 1.* c. *Vidua, 27. q. 1.* d. c. *Vidua*, c. *Super eo*, & c. *Conſulti, de Regular.*

46 Secundus caſus eſt cùm quis ante ætatem ad profitendum præfixam induit habitum indiſtinctiſſimum: talis enim quamvis poſt legitimam ætatem pergat per annum in delatione habitus hujuſmodi, tamen non alligatur religioni, cùm eorum, quæ tunc agit, plenum non habeat intellectum, ut diſertis verbis ſtatuitur in præcitato *c. 1. verſ. Si vero autem in illo, de Regular. lib. 6.* quod non corrigitur per d. Clem. *Eos, eod. tit.* ut ibi notat gloſſ. *in ver. Portaverint*, nihil tamen prohibet quin ſuſcipiendo Abbatiam cenſeatur tacitè profiteri, juxta text. *hic*, & concluſionem ſuperius firmatam.

47 Tertius caſus eſt, cùm quis aſſumit habitum indiſtinctum, & proteſtatur per delationem annalem habitus hujuſmodi ſe non intendere tacitam profeſſionem emittere: hoc enim caſu tacita profeſſio non inducitur; quia contra præſumptionem juris, & de jure; quæ ſurgit ex delatione annali habitus indiſtincti, admittitur probatio per proteſtationem præcedentem, ut firmat gloſſ. in c. *Ex parte, in ver. Per annum, infrà de Regular.* quam ibi ſequuntur Hoſt. *n. 9.* Jo. Andr. *n. 3.* Cardin. *n. 4.* Butr. *n. 7.* & alii communiter. Unde ſecundùm Vincentium, quem citat ibi Jo. Andr. *n. 3.* ſi quis intra annum probationis proteſtetur, ſe nolle in religione remanere, quamvis aliquo tempore poſt annum remaneat, adhuc poteſt exire. Et hanc ſententiam alias probavit S. Congregatio Concilii, dum cuidam puellæ poſtulanti, ut ſibi liceret ex certa cauſa in monaſterio manere ultra tempus novitiatus, nec propterea intelligeretur tacitè profiteri; reſpondit quoad tacitam profeſſionem poſſe puellam ſibi cavere per proteſtationem.

48 Cæterum ſi elapſo anno conſentiat ſe eligi in Abbatem, ex hoc intelligitur religioni alligatus, non obſtante proteſtatione: tum quia talis proteſtatio reſtricta eſt ad profeſſionem quæ inducitur ex geſtatione annali habitus indiſtincti, & non afficit hunc caſum, in quo profeſſio nõ inducitur ex delatione habitus, ſed ex eo quòd novitius ſuſcipiendo Abbatiam facit actum poſitivum, qui non convenit niſi profeſſo, ut dictum eſt in primo caſu: tum quia quatenus proteſtatio ad hunc caſum extenderetur, tamen per actum contrarium ſuſceptionis Abbatiæ factum non immediatè; ſed ex intervallo, intelligitur receſſum à proteſtatione, ut probat textus in cap. *Cùm virum, in verſ. Præſertim, infra de reg.* & in matrimonio carnali eſt textus apertus in cap. *Illud, quod de ſponſ.* dixi in c. *Ex parte, eod. tit.*

49 Quartus caſus eſt, cùm novitius tranſacto probationis anno recipit habitum profeſſorum, ſed ante receptionem formaliter proteſtatur ſe per hoc non intendere profeſſionem emittere. Hujuſmodi enim proteſtatio ſaltem facta immediatè ante habitus ſuſceptionem, utique impedit profeſſionem tacitam, quæ oritur ex ſuſceptione habitus profeſſorum, c. *Perlatum*, & ibi gloſſ. *in ver. Propoſuit, ſuprà de iis quæ vi metuve cauſa fiunt*, gloſſ. 1. *circa finem, verſ. Et quia abinitio*, in cap. *Perrectum, infra de Regular.*

50 Verùm ſi hoc caſu novitius poſt aſſumptum habitum profeſſorum conſentiret ſe eligi in Abbatem, utique fieret tacitè profeſſus proteſtatione non obſtante, quæ ad hunc caſum non porrigitur; & quatenus porrigeretur ab ea, intelligeretur receſſum per actum contrarium factum ex intervallo, ut dictum eſt in caſu præcedenti.

51 Quintus deniq; caſus eſt, cùm novitius per annum geſtavit habitum profeſſorum patenter diſtinctum ab habitu novitiorum, juxta textum in Clem. *Eos, de Regular.* nam etſi ex ſola geſtatione habitus hujuſmodi non cenſeatur tacitè vovere, quantumcunque temporis manſerit in monaſterio, ut dictum eſt ſuprà *n.* 42. tamen ſit profeſſus tacitè ſi ſe immiſceat actibus profeſſorum, puta ſuſcipiendo Abbatiam, caſus eſt in c. *Vidua, infrà de Reg.* ubi novitia, quæ habitum, ſeu veſtem converſionis, id eſt probationis aſſumpſit, ſi inter velatas offerat oblationes, & ſe ingerat ſe actibus profeſſarum, cenſetur profeſſa, ut in ſumma illius textus firmant Jo. Andr. Butr. Card. n. & omnes. His igitur quinque modis poteſt ad praxim deduci noſtra concluſio; quare diſputatio ſuperius habita non eſt inutilis.

## DE TESTAMENTIS:

### *Cap. Nos quidem.*

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus propter negligentiam heredis exequitur piam voluntatem teſtatoris.*

2 *Executio voluntatis teſtatoris fieri debet infra annum computandum à die monitionis factæ per judicem.*

3 *Intellectus* §. Si quis ædificationem, in Authen. de Eccleſ. titul. num. 6.

4 *Domus venerabilis appellatione includitur etiam monaſterium.*

5 *Monaſterium à teſtatore ordinatum an debeat infra annum compleri, an verò ſufficiat opus inchoare.*

6 *Oratorium infra quinquennium, hoſpitale infra annum compleri debet.*

7 *Relicta ad pias cauſas integrè ſolvi debent infra ſex menſes.*

8 *Relicta Eccleſiæ, ſeu monaſterio conſtruendo debentur integra etiam cum fructibus medii temporis.*

9 *Epiſcopi omnium piarum diſpoſitionum tam inter vivos, quàm in ultima voluntate in caſibus à jure permiſſis ſunt executores.*

10 *Epiſcopus hærede vel executore negligente ſuccedit in facultate exequendi etiam ad non pias cauſas.*

11 *Teſtamentorum publicatio ad Epiſcopum non ſpectat, niſi conſuetudo aliunde vocat,* & n. ſeq.

12 *Intellectus* c. Epiſcopus, 88 diſt.

13 *Monaſterium poteſt alibi ædificari arbitrio Epiſcopi, ſi in loco à teſtatore præſcripto conſtrui non poſſit.*

14 *Legatum pium non fit caducum ſi impleri non poſſit de jure, vel de facto, ſed in alios uſus converti debet.*

15 *Legatum pro Miſſis canendis convertitur in aliud opus ſi Miſſæ non poſſunt cantari propter interdictum.*

16 *Pecunia pro monaſterio conſtruendo relicta, ſi non ſufficiat, convertitur in alium uſum.*

17 *Fructus hoſpitalium ad uſum peregrinorum, ſi in loco non ſint peregrini, convertuntur in uſum inſtitutioni proximiorem ab Ordinario cum duobus de Capitulo.*

18 *Legatum annui reditus factum fratribus Minoribus an commutari poſſit per Papam in alios uſus, non obſtante quod teſtator id prohibuerit, & legatum ademerit in caſum commutationis,* & n. ſeq. uſq. ad n. 48.

19 *Fratres Minores S. Franciſci ſunt incapaces annuorum redituum.*

20 *Annui reditus inter immobilia computantur.*

21 *Relictum nullum ob incapacitatem cauſatam à prohibitione juris reſiſtentis potentiæ capiendi, & retinendi habetur pro non ſcripto.*

*Declaratur, & refellitur opinio Angeli de Peruſio,* n. ſeqq.

22 *Legatum annui reditus, vel bonorum ſtabilium relictum Fratribus Minoribus ſub modo licito valet.*

23 *Et factum ſimpliciter intelligitur factum ſub modo licito.*

24 *Modus vel conditio impoſſibilis ſi ad nullum honeſtum finem adjiciatur legato, impleri non debet; ſi verò ad honeſtum finem, fit converſio in alium uſum.*

25 *Legatum Prædicatoribus, vel Minoribus, ut ſe conferant ad habitandum in ædibus teſtatoris, & ibi Divina celebrent, in alium uſum converti debet.*

26 *Relictum Fratribus Minoribus cenſetur factum principaliter pro anima.*

27 *Conditio impoſſibilis in ultimis voluntatibus habetur pro non ſcripta ſi contineat aliquid turpe; ſecus ſi nihil turpe, quia impleri debet de facto, ſi non poteſt de jure.*

28 *Fratres Minores poſſunt recipere legata annua à ſponte dantibus per modum eleemoſynæ, dummodo de illis aliter per Papam non fuerit diſpoſitum.*

29 *Fratres Minores ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna prohibentur impedire proviſos Apoſtolicos de beneficiis, quibus legata annua ipſis fratribus relicta applicata fuerunt.*

30 *Prohibitio ne Papa poſſit commutare legatum annuum Fratribus Minoribus relictum tamquam turpis habetur pro non adjecta,* & n. ſeq. uſq. ad num. 48.

31 *Legatum ſi de jure, vel de facto juxta mentem teſtatoris impleri non poſſit, in alium uſum convertitur, non obſtante prohibitione quod applicari non poſſit niſi ad uſum deſtinatum.*

32 *Pecunia ad certum uſum relicta non poteſt per Superiorem ad alium uſum deputari, quando in eum caſum teſtator providit quid fieri debeat.*

*Declaratur,* n. ſeq.

33 *Relictum Religioſis ſub modo licito aliis uſibus applicari non debet per Papam, quando teſtator alios ſubſtituit caſu quo onera non impleantur,* & n. ſeq.

34 *Proviſio hominis licita facit ceſſare proviſionem legis.*

35 *Papa commutare poteſt pias diſpoſitiones, etiamſi de jure, & de facto applicari poſſint ad uſum deſtinatum.*

36 *Papa poteſt rem uni Eccleſiæ auferre, & dare alteri, ſed ſine cauſa id facere non debet.*

37 *Relictum ſub modo illicito Religioſis incapacibus ea conditione, ut quatenus impleri non poſſit de jure vel de facto, deveniat ad alium an debeat aliis uſibus applicari,* & n. 51.

38 *Relictum Fratribus Minoribus ſub modo illicito commutari poteſt ad alium uſum, non obſtante prohibitione teſtatoris, & ademptione relicti in caſum commutationis.*

39 *Conditio adjecta legato facto religioſo, ne Superior poſſit ſe de illo intromittere, alias ſit ademptum, tamquam turpis habetur pro non appoſita,* & num. 54. & ſeqq.

40 *Papa poteſt commutare ultimas voluntates, & de hoc dubitare eſt ſacrilegium.*

41 *Nemo poteſt cavere ne leges in ſuo teſtamento locum habeant.*

42 *Legem vivam contemnere periculoſius eſt, quàm legem mortuam.*

43 *Pœna adjecta actui illicito non committitur.*

44 *Iuri nedum Canonico, ſed etiam Divino repugnat, ut piæ diſpoſitiones non ſubſint Papæ.*

45 *Conditio per indirectum habilitans Fratres Minores ad reditus annuos, eſt turpis.*

46 *Fratres Minores habentes contra regulam reditus annuos peccant mortaliter.*

47 *Peccatorum correctio ſpectat ad Papam, & qui negat poteſtatem Papæ, negat ſe Chriſtianum.*

48 *Commutatio legati annui Fratribus Minoribus relicti an ſit nulla ex defectu intentionis, eò quod Papa ignoraverit hæredes fuiſſe vocatos in eventum commutationis,* & n. ſeq. uſq. ad n. 65.

49 *Commutatio voluntatis locum non habet ubi teſtator providit quid fieri debeat de legato ſi in uſum deſtinatum converti nequeat.*

50 *Et in quibus caſibus commutatio impugnari poſſit ex defectu intentionis, eò quod Papa ignoraverit proviſionem teſtatoris.*

52 *Teſtator non poteſt diſponere ut impoſſibile tranſferatur ad poſſibile.*

53 *Ignorantia diſpoſitionis à jure improbatæ ſubreptionem, aut defectum intentionis non parit.*

54 *Paria ſunt ſubſtitutionem non fuiſſe ſcriptam à teſtatore, & de jure haberi pro non ſcripta.*

55 *Ex nihilo nihil producitur.*

56 *Impoſſibilitas juris, & naturæ æquiparantur.*

57 *Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.*

58 *Intentionis defectus non oritur niſi ex ignorantia eorum, quæ ſi Princeps ſciviſſet, aut nullo modo, aut difficilius conceſſiſſet.*

59 *Papa in Signatura nullam habet rationem ultimarum voluntatum prohibentium ne Papa poſſit illas commutare,* & n. 61.

60 *Ad officium Romani Pontificis pertinet illicitas teſtatorum diſpoſitiones corrigere, & emendare.*

62 *Impoſſibile dicitur, quod ſalva dignitate fieri non poteſt.*

63 *In teſtamentis attenditur quale fuerit principale objectum, & finis teſtatoris.*

64 *Medium ubi eſt illicitum, acquiſitio impeditur.*

65 *Relictum Altari, ſeu Capellæ exiſtenti in Eccleſia Fratrum Minorum pro Miſſis celebrandis, cenſetur relictum ipſis Fratribus, ſicut & relictum Eccleſiæ,* & n. 67. & 73. & ſeqq.

66 *Hæredi à ſeipſo legari non poteſt.*

68 *Conſenſus ſemper acquirendus eſt ab eo, penes quem reſidet jus principale.*

69 *Regulares Ordinum Mendicantium non conſueverunt permittere, ut in eorum Eccleſiis erigantur Capellæ perpetuò officiandæ à Presbyteris ſæcularibus, neque ad id cogi poſſunt.*

70 *Executores habentes ex teſtamento facultatem declarandi voluntatem teſtatoris, à declaratione ſemel facta reſilire non poſſunt.*

71 *Repudiare quis non poteſt quod habere non poteſt.*

72 *Conſuetudo interpretativa non oportet ut ſit præſcripta, ſed ad eam inducendam ſufficiunt decem anni.*

73 *Relictum pro dote Altaris in Eccleſia Fratrum Eremitarum an cenſeatur factum Deo immortali repræſentando per Presbyteros ſæculares inibi deſervientes.*

74 *Paria ſunt relinquere Eccleſiæ Fratrum incapacium, atque Altari, ſeu Capellæ ibi exiſtenti.*



1 NOS QUIDEM. Propter negligentiam hæredis Epiſcopus exequitur piam voluntatem Teſtatoris. Hoc dicit ſecundùm Jo. Andr. Butr. Anch. & Imol. vel plenius ſecundùm Cardin. & Abbat. ſi infra annum à die monitionis non fit executio teſtamenti per debentem exequi, devolvitur executio ad Epiſcopum. In prima, narratio. In ſecunda, proviſio, ibi, *Quamobrem*, in qua primò moneri mandat, ſecundò ſuppleri, ibi, *Quodſi*. Tertiò reddit rationem, ibi. *Sic enim.*

2 Nota primò ex illis verbis, *Eam commoneas quatenus infra annum, &c.* annum præfixum ad ædificationem monaſterii à Teſtatore ordinati non currere à die mortis teſtatoris, ſed à die monitionis factæ per judicem. Et quamvis gloſſ. & Innoc. *in ver. Infra annum,* ſimpliciter dicant voluntatem teſtatoris debere infra annum executioni demandari, allegando textum hic, & in Authen. *Hoc amplius, C. de fideicomm.* & in Authen. *de Eccleſiaſt. tit.* § *Si quis ædificationem,* tamen Abb. Antiq. *n. 2.* intelligit, infra annum, id eſt à juſſu judicis numerandum, & idem dicunt Hoſt. *n. 2. in ver. Ut eam commoneas* Jo. Andr. *n. 6. in gloſſa 3.* ibi, *annum,* Anchar. *n. 5. & 6.* Butr. *n. 9.* & Abbas Siculus, *n. 3.* & ita apertè loquuntur tex. in d. Authen. *Hoc amplius,* ibi, *monitus à judice intra annum non implet.*

3 Nec adverſatur, quin potius favet huic parti d. § *Si quis ædificationem*: ibi enim præcipitur ut Oratorium providentia Epiſcopi compleatur infra

4 quinque annos; Hoſpitale verò, & quæcumque venerabilis domus infra annum: Appellatione autem venerabilis domus non eſt dubium quin includatur etiā Monaſterium, ut c. *fin. de Regular.* & in Decreto Concilii Trident. *cap. 11. in princ.* & *c. 22. ſeſſ. 25. de Regular.* præſertim ponderando illam dictionem univerſalem, *quæcumque, c. Solitæ, de major. & obed.* licet Hoſt. videatur exponere venerabilem Domum pro Hoſpitali. Sed intelligendo ut prædixi, quoad ædificationem monaſterii ille textus concordat cum hac Decretali.

5 Cæterum Abb. *n. 9.* Limitat primò hunc textū in ver. *infra annum,* ut procedat reſpectu operis inchoandi non autem reſpectu operis complendi, in quo dicit conſiderari debere qualitatem operis. Nam ſi opus non poſſit perfici infra annum, hæres non poterit dici negligens. Sed hæc limitatio videtur contra mentem hujus Decretalis: facilè enim eſſet cuique hæredi opus inchoare infra annum, & ſic impedire devolutionem executionis ad Epiſcopum, & poſtea operis perfectionem diu protrahere, unde hæc proviſio eſſet omninò eluſoria, quod non eſt dicendum, c. *Commiſſa* §. *Porrò, de elect. lib. 6.* Præterea hoc repugnat litteræ, ibi, *infra annum monaſterium quod juſſum eſt debeat ordinare, & cuncta ſecundum voluntatem defuncti ſine altercatione conſtruere.* Quæ verba non admittunt reſtrictionem, ut ſufficiat initium operis. Similiter textus in d. Authen. Hoc amplius exigit complementum operis, dum jubet ut voluntas teſtatoris infra annum impleatur, c. 1. 78. *diſt.* & l.

6 1. *C. de Curat. furio.* Accedit quod ineptè in d. §. *Si quis ædificationem oratorii,* conſtitueretur differentia inter ædificationem oratorii, infra quinquennium, & hoſpitalis, vel monaſterii infra annum, ſi ſufficeret opus inchoare; imò operis complementum apertè exigit ille textus, tam reſpectu Oratorii, ponderando verbum *complere,* l. 2. *ff. de excuſat. tutor.* quàm reſpectu cujuſlibet venerabilis domus, & ſic monaſterii, dum mandat illam fieri infra annum, ac ſi intra annum hæredes non fecerint, eos domum aut comparare, aut locare, ubi poſſint quæ juſſa ſunt adimplere, donec hujuſmodi domus venerabilis expleatur: indebitè enim imponeretur hæredi hoc onus comparandi aliam domum infra annum, ſi ipſe non teneretur domū à teſtatore ordinatam infra hoc tempus perfice-

7 re. Demùm non apparet qua æquitate ſacri Canones, & jura civilia ad opus tantummodò inchoandum conceſſiſſent integri anni dilationē, cùm tamen relicta ad pias cauſas integrè ſolvi debeant intra ſex menſes à die inſinuationis teſtamenti, ut in Authen. *de Eccleſiaſt. tit.* §. *Si legatum,* & tenet Abb. *hic n. 10. verſ. Si verò ſunt relicta.* Unde de mona-

monaſterio infra annum non ſimpliciter inchoando, ſed conſtruendo, ſeu ædificando loquuntur hic gloſſ. Innoc. Hoſt. Jo. Andr. Butr. & cæteri omnes. Exiſtimo igitur hæredem teneri, & quantum fieri poteſt eniti debere, ut monaſterium infra annum a die monitionis perficiat, niſi aliud tempus teſtator præfixerit. Quod ſi præ operis magnitudine id præſtari non poſſit, tunc juſtam cauſam ſubeſſe, ut Epiſcopus pro ſuo arbitrio, & prudentia concedat ei congruam prorogationem ad opus perficiendum. Quod videtur etiam de mente Abbatis, dum dicit, aſſignabitur tempus conveniens.

8 Secundò nota ibi, *Sine diminutione qualibet*, relicta Eccleſiæ, ſeu monaſterio conſtruendo debere integrè perſolvi, ac ſine ulla diminutione. Unde conſuluerunt Bart. & Franciſc. de Albergott. etiam fructus medii temporis debere aſſignari, & pro hoc Abb. *hic n.7.* allegat optimum textum in l. *Si ita relictum § Pegaſus ff. de legat. 2.* ubi ſi legetur prædium in diem, puta poſt decem annos, vel cum legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus medii temporis, ſi gratia legatarii fuit appoſitus dies. Hoc autem caſu cùm legatur monaſterio conſtruendo, dies non apponitur favore hæredis, ſed monaſterii. Nam ſi monaſterium fuiſſet jam conſtructum tempore teſtamenti, utiq; legaſſet de præſenti, & non in diem ſecundùm Abbat.

9 Tertiò nota quod hic ſtatuitur ut hærede, vel executore negligente Epiſcopus ſuccedat in facultate exequendi, videri reſtringi tantummodò ad legata ad pias cauſas, juxta textum, in l. *Nulli, C. de Epiſcop. & Cler.* ponderando illa verba *dilatas defunctorum pias voluntates Epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri*. Concordat cap. *Tua nobis, infra eod.* ibi: (Cùm igitur in omnibus piis voluntatibus ſit per locorum Epiſcopos providendum, ut ſecundùm defuncti voluntatem univerſa procedant) quod eſt deſumptum ex Authen. *de Eccleſ. tit. §. Si quis autem pro redemptione.* Et ita etiam loquitur Concilium Trident. in *cap. 8. ſeſſ. 22.* dum ait: (Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus à jure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum tam in ultima voluntate, quàm inter vi-
10 vos ſint executores. Verùm Innocentius *hic n.2. in ver. Per te*, ait defenſionem teſtamentorum ad Epiſcopum pertinere, maximè quoad pias cauſas, ut hic, & idem videri etiam in non piis per cap. *prox.* & cap. *Si heredes, infr. eod.* publicationem
11 tamen fieri non debere apud Epiſcopum l. *Conſulta, C. de Teſtam.* & cum Innoc. tranſit Hoſt. *nu.6.*
12 Rationem reddunt Butr. *n.6.* & Abb. *num.8.* quia quælibet defuncti voluntas poteſt dici pia l. 1. C. *de Sacroſanct. Eccleſ.* Nec obſtat text. in cap. *Epiſcopus il 2. 88. diſt.* ubi dicitur: Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat. Nam Hoſt. *hic n.6.* exponit tuitionem, id eſt inſinuationem, ſive apertionem, quæ ad Epiſcopum non ſpectat, niſi conſuetudo aliud inducat, ſecundùm eum: vel tuitionem, id eſt patrocinium, ſive defenſionem, quaſi dicat, ad tuitionem teſtamenti non debet Epiſcopus aſſumere partes Advocati: nec mirum; quia nec in propria cauſa hoc decet, c. *Quia Epiſcopus, 5. q. 3.*

Quartò nota, ibi, *ſi ibi non poteſt, &c.* Monaſterium poſſe alibi ædificari arbitrio Epiſcopi, ſi in loco à teſtatore præſcripto conſtrui non poſſit, ut hic per [illegible], *n. 1 in ver. Per teſtatorem.* Hoſt. *n.5. in ver. Et alibi places* Jo. Andr. *n.7. in gloſſ.* Et alibi places, & reliquos omnes. Speculator *in §. Nunc vero aliqua, in ver. Quid ſi teſtator, in tit. de inſtr. edit.* Bart. in l. *Legatum civitati, n. 3 ff. de uſufruct. legat.*

14 Et ſic collige legatum non effici caducum ex eo quod deputari non poſſit ad uſum deſtinatum per teſtatorem, ſed per Epiſcopum commutari debere in aliam piam cauſam, ſicut hic fit commutatio de loco ad locum, ut Butr. *n.4.* & Abb. *n.6.* Id quod procedit ſive teſtatoris voluntas impleri non poſſit de jure, ſive de facto: de jure, ut ſi te-
15 ſtator reliquerit centum pro Miſſis canendis, quæ cantari non poſſint propter interdictum. Quo exemplo utitur Bart. in d.l. *Legatum, n.2.* De facto, ut ſi pecunia relicta à teſtatore non ſufficiat
16 ad monaſterium conſtruendum; debet enim converti in alium uſum, l. *Legatum ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinen.* & tradit Bart. *ubi ſuprà num.4.* &
17 Abb. *hic n.6.* Ad quod facit optimè decretum Concilii Tridentini in *c. 8. ſeſſ. 25.* ubi præcipitur ut ſi hoſpitalia ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus fuerint inſtituta, nec in loco, ubi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, fructus illorum in alium pium uſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum uſu peritiores ſint, per ipſum deligendis magis expedire viſum fuerit.

18 QUÆRO, An legatum annui reditus factum Fratribus Minoribus S. Franciſci commutari poſſit per Papam in alios uſus, non obſtante quòd teſtator expreſsè ad hoc prohibuerit, & legatum ademerit in caſum commutationis.

19 Manifeſtum eſt Fratres Minores S. Franciſci eſſe incapaces annuorum redituum, ut eſt caſus in Clem. *Exivi de Paradiſo, §. Cumque annui reditus, de*
20 *verbor. ſignif.* ubi ſic legitur: Cumque annui reditus inter immobilia cenſeantur à jure; ac hujuſmodi reditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt quoad prædictis Fratribus reditus quoſcunque ſicut & poſſeſſiones, vel earum etiam uſum, cùm eis non reperiatur conceſſus, recipere, vel habere conditione conſiderata ipſorum non licet. Quem textum dicit ad rotundum, & clarum Abb. *conſ. 63. Ut verit. c. in princ. verſ. Præterea quid expedit, lib. 2.* & notant ibi gloſſ. *in ver. Cumque annui reditus.* Cardinal. *n.12.* Petr. de Anchar. *n.21.* & reliqui interpretes. Rota *deciſ. 365. nu. 15. verſ. Secunda eſt concluſio, par. 5. Recentior.* Et patet ex pluribus Decretis Congregationum Generalium ejuſdem Ordinis, de quibus in Bullar. *tom. 4. pag. 333.* Et fuit ſæpius reſolutum. Ergo cùm propter Fratrum incapacitatem legatum præſtari non poſſit ad eum modum, quo teſtator præſcripſit, ſequitur ut per ſuperiorem converti debeat in alios uſus juxta regulam hujus textus, & l. *Legatum civitati, ff. de uſufr. leg.* & dictum eſt ſuprà *in 4. notab.*

21 Nec refert quod Angel. de Peruſ. *conſ 224. Caſus eſt, n.2.* teneat legatum partis hæreditatis relictum Fratribus Eremitanis non eſſe commutandum in alios uſus eò quòd ubicunque relictum eſt nullum, propter incapacitatem cauſatam à prohibitione juris reſiſtentis potentiæ capiendi, & potentiæ relinquendi, nunquam in alium uſum quantumcumque licitum, & approbatum debet con-



verti; Imò funditus omnibus juribus vacuatur, & habetur pro non ſcripto, & ita pertinet ad hæredes, juxta text. in l. 1. & in l. *Si in metallum, ff. de his, quæ pro non ſcriptis habentur.*

22 Nam reſpondetur legatum bonorum immobilium, inter quæ computantur annui reditus, valere ſi fiat Fratribus Minoribus ſub modo licito, nempe ut vendant, & pretium convertant in ædificia, vel alia neceſſaria, & idem ſi fiat ſimpliciter,
23 quia ſub modo licito factum intelligitur, ut eſt textus ad litteram in cap. *Exiit, §. Ad hæc quia fratribus, de verb. ſignif. lib. 6.* & declaravit S. Congregatio Concilii ſecuta opinionem Cardinalis in d. Clem. *Exivi, §. Proinde, n.11.* Atque ita hoc caſu legatum annuum non interdicitur fratribus ratione rei legatæ propter reſiſtentiam potentiæ capiendi, aut relinquendi, ſed ratione modi à teſtatore expreſſi, quia teſtator voluit reditum ſolvi annuatim in perpetuum, quod repugnat regulæ. Ita expreſsè dicit Bart. *in tract. Minoric. lib. 2. diſtinct. 6. c. 1. n. 33.* Bald. in Authen. *ingreſſi in 2. lect. n. 59. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & Abb. in cap. *in præſentia, num. 63. de probat.*

Nec adverſantur jura per Angel. adducta in d. l. 1. & l. *Si in metallum*, quia procedunt in incapacibus ex delicto. FF. Minores non ſunt incapaces propter delictum, ſed propter zelum Dei, ut poſt Gaſp. de Calderin. dicit Abb. *loc. cit. verſ. Idem dicit.* At quando legatum non eſt nullum propter ſe abſolutè, & ſimpliciter, ſed propter modum de jure prohibitum à teſtatore adjectum, tunc non eſt pro non ſcripto, nec debetur hæredi, ſed commutatur in alios uſus authoritate Superioris. Caſus eſt expreſſus in l. *Legatum civitati, ff. de uſufr. legat.* & in hac Decretali exponendo verbum, *non poteſt*, id eſt de jure, prout exponit Sylveſt. *in ver. Legatum, 4. q. 11. verſ. Aut hoc eſt non quia.*

24 Præterea Bart. in d.l. *Legatum civitati, n.3. ff. In hac materia* ſic diſtinguit. Quandoque teſtator adjicit modum, vel conditionem impoſſibilem ad nullum honeſtum finem, & tunc nullatenus debet impleri, l. 1. l. *Conditiones*, & l. *Filius, ff. de condit. inſtit.* Quandoque modum, vel conditionem impoſſibilem adjicit ob aliquem finem licitum, & honeſtum, & tunc ſi non poteſt impleri, eò modo quo dixit, converti debet in alium uſum licitum, ut dicitur in d.l. *Legatum*. Exemplum ponit Bart. *ibi n.3.* & Sylveſt. *loc. cit.* Teſtator reliquit prædium, ut ibi monaſterium conſtruatur, quod tamen de jure ibi conſtrui non licet, puta propter privilegium, quod habent Prædicatores, & Minores; conſtruetur in loco congruo, & honeſto, ut hic in textu, & in d.l. *Legatum*. Aliud exemplum
25 ponit Sylveſt. *ibid.* Teſtator legat, ut Prædicatores, aut Minores ſe conferant ad habitandum in ædibus teſtatoris, & ibi Divina celebrent pro ſalute animæ ſuæ, quod de jure fieri non poteſt, c. *unic. de exceſſ. Prælat. lib. 6.* tamen uſus eſt honeſtus; quia pro anima, & cultu Divino fiet converſio in alium pium uſum. Quam Bartoli theoricam ſequitur *his* Imola *n.21. & 23.* Abbas *n.14.* Jo. de Anan. *n.7. & 8.* Roch. de Curte *in tract. de jurepatron. invet. Conſtruxit, n.17.* Guilielm. de Benedict. *in repet. c. Raynutius, §. Reliquit, n.17. infr. eod.* & Anchar. in Clem. *Quia contingit, in 2. notab. de relig. domibus.*

Nos verſamur in ſecundo membro diſtinctio-
26 nis Bartoli, quia legatum factum FF. Minoribus cum hoc ut eis ſolvatur annuatim in perpetuum quamvis cenſeatur factum ſub modo illicito, ut prædiximus; tamen eſt relictum pro anima; & ſic ad finem libitum, & honeſtum ſecundùm Bart. & omnes in l. 1. C. *de ſacroſ. Eccleſ.* & hæc reputatur cauſa finalis, c. *Verum*, & ibi DD. *de condit. appoſ.* & conſequenter favore animæ in alium pium uſum converti debet.

27 Quamobrem relictum FF. Minoribus debere in alium uſum licitum commutari determinat in puncto Bald. *conſ. 416. viſa ſubſtitutione in fin. verſ. Item Joannes Papa, lib. 4.* Anton. de Butr. *conſ. 33. Etſi ammihi videtur, n.4.* ubi refert ita etiam conſuluiſſe Petrū de Anch. Imol. Paul. de Caſtr. Raphael. Cuman. & alii relati ab Ant. Gabriel *Comm. concl. lib. 4. tit. de legat. concl. 1. n. 23.* Et in individuo Angeli conſilium noviſſimè refellit Marcus Antonius Genueſ. Epiſcopus Iſernienſis *in tract. de Eccleſ. ſive practicabilia Eccleſiaſtica, q. 440. per totam*, hoc præcipuè fundamento, quia relictum hujuſmodi cenſetur factum pro anima, ut dictum eſt ſuprà, additque non obſtare, quòd impoſſibilis conditio in legatis, & ultimis voluntatibus habetur pro non ſcripta, §. *Impoſſibilis, Inſtit. de hæred. inſtit.* quoniam, ut ait Bald. *in rubr. C. de inſtitut. & ſubſtit.* id procedit, cùm conditio continet aliquid turpe; ſecùs ſi nihil turpe contineat, quia tunc ſi de jure adimpleri non poteſt, de facto adimpleri debet, & ſatis eſt, l. *Quidam cùm filium, ff. de verb. obligat.* Unde cùm legatum factum Religioſis incapacibus non contineat aliquid turpe, debet adimpleri eo modo, quo poteſt, & ſatis dicitur adimpleri, ſi fiat converſio in alium uſum pro ſalute animæ teſtatoris, ut ibi per eum; & pro hac ſententia allegat Guilielm. de Benedict. *in repet. c. Raynutius, ver. Reliquit n.16. verſ. Tertio fallit, de teſtamen.* Et ita ſervat Curia Romana; nam Summi
28 Pontifices ſæpiſſime aliis verſibus applicarunt legata annua FF. Minoribus relicta. Et ex Decreto S. Congregationis fabricæ edito juſſu S.D.N. Urbani VIII. ſub *die 14. Februarii 1633.* quamvis mandetur, ut capitale annuorum redituum, qui FF. Minoribus relinquuntur, conſervetur ad effectum, ut hæredes, vel debitores poſſint liberè, ſi velint dictis Fratribus dare annua legata per eoſdem Fratres recipienda in eleemoſynam juxta declarationem D. Bonaventuræ, non autem per eos exigenda; mox tamen additur hæc clauſula, videlicet (dummodo de eis per Romanum Pontificem aliter non fuerit diſpoſitum, nec prædicta legata in alios uſus ejus authoritate applicata
29 fuerint, vel applicari contigerit.) Et infra prohibetur Fratribus ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, ne proviſos Apoſtolicos pro tempore de beneficiis, quibus legata ſupradicta fuerint applicata directè, vel indirectè impedire audeant, vel præſumant.

30 Nec prædictis obſtat, quod in dubio propoſito teſtator prohibuerit ne Summus Pontifex immutet prædictam diſpoſitionem. Quoniam hæc prohibitio tamquam turpis habetur pro non adjecta, l. 1. l. *Si quis ita inſtitutus*, l. *quæ ſub conditione*, l. *Conditiones quæ*, & l. *Conditiones contra, ff. de condit. inſtit. d. §. Impoſſibilis, Inſtit. de hæred. inſtit.* & tenet Imola in l. *Si alienum, in princ. n.3. ff. eod.* Angel. in l. *Quidam, §. Ille, n.2.* & ibi etiam Paul. de Caſtr. *in fin. C. de neceſſar. ſerv. hæred. inſtit.* Petr. de Ubald. *in tract. de Canon. Epiſc. cap. 7. num. 42. in fin.* ubi ait:

Quando

31 Quando legatum non poteſt impleri ſive de jure, ſive de facto eo modo, quo per teſtatorem fuit diſpoſitum, poſſe per Superiorem fieri ejuſdem converſionem in alium uſum, non obſtante quòd in teſtamento adeſſet clauſula, ne poſſet applicari niſi ad uſum deſtinatum.

32 Nec dicatur Teſtator, ut ſupponitur in dubio, non ſtetit in finibus prohibitionis, ſed proceſſit ulterius adimendo legatum in eventum contraventionis. Quo caſu non eſt locus commutationi, l. *Liberto*, §. *Lucius ff. de ann. leg.* ubi Bart. *n.* 2. formaliter dicit: omnes leges, quæ dicunt pecuniam ad unum uſum relictam poſſe converti in alium uſum ex authoritate Superioris ſunt veræ, niſi teſtator provideat quid fieri debeat; & quod illo non facto perveniat ad hæredes, quia tunc non poteſt fieri transmutatio in alium uſum & ſequitur Rota *dec.* 365. *n.* 9. *p.* 5. *Recent.* Et videtur probari in Decreto Concilii Tridentini *cap.* 8. *verſ.*
33 *Niſi aliter forte, ſeſſ.* 25. Etenim pro ſolutione hujus difficultatis, in qua DD. loquuntur ſatis involutè diſtinguendi ſunt tres caſus.

Primus eſt, cùm teſtator legat Religioſis capacibus ſub modo licito, & caſu quo onera injuncta non impleantur, ſubſtituit alios, & tunc legatum in alios uſus converti non debet. Et in his terminis loquitur cum ſuis exaggerationibus Bero. *conſ.* 49. *lib.* 2. Nam in ſuo caſu teſtator legavit cum onere celebrationis Miſſarum Canonicis Regularibus, qui de jure ſunt capaces dominii in commune, ut in c. *Quanto, de offic. Ordinar.* & c. *Quod Dei timorem, de ſtatu Monachor.* & ſubſtituit alium locum pium in caſum non implementi. Unde Summus Pontifex quamvis potuerit de plenitudine poteſtatis commutare prædictam voluntatem, ut Bero. fatetur; tamen non debuit, quia, ut ipſe ait, proviſio hominis licita facit ceſſare pro-
34 viſionem legis. Et ad hunc caſum referri poſſunt Cepnal. *conſ.* 52. & Riminal. Jun. *conſ.* 116. Nam in caſu eorum teſtator filios maſculos hæredes inſtituit ſub ea conditione, ut ſi Dux Ferrariæ aut Papa mutaret ſuum teſtamentum, tali caſu hæreditas deveniret ad alios vocatos, & facta mutatione per Papam reſponderunt prædicti Doctores fuiſſe locum pœnæ, nimirum quia diſpoſitio teſtatoris fuit licita, & idem juris eſt ſi legatum fiat Religioſis incapacibus, ſed ſub modo licito, ut ſi fiat legatum rei immobilis FF. Minoribus ad hoc ut vendant, & pretium convertant in uſum fabricæ juxta text. in d. c. *Exiit*, §. *Ad hæc quia Fratribus, de verb. ſignif. in* 6. Et caſu quo ipſi nolint legatum acceptare, legatur alteri. Nam neque hoc caſu eſt locus commutationi, cùm teſtatoris voluntas licitè poſſit adimpleri ut declarat Bald. in l. *Dictam, col. ult. C. de condict. ob cau.* relatus à Bero. *d. conſ.* 49. *n.* 2. *verſ. Quod ultimum dictum.* Et ita procedit doctrina Bartoli in d. l. *Liberto*, §. *Lucius ff. de ann. leg.* & in l. *Legatum civitati, numer.* 4. *ff. de uſufr. leg.* ut ipſemet declarat in l. *Lucius*, §. *Tres hæredes, n.* 3.
35 *verſ. Sed ſi eſſet tale relictum ff. ad Trebell.*

Et ita etiam procedit decretum Concilii in d. *c.* 8. *ſeſſ.* 25. ubi mandatur Ordinario ut fructus hoſpitalium convertat in alios uſus, ſi ibi non ſint peregrini, &c. dummodò etiam in hunc eventum in eorum fundatione aliter non ſit expreſſum. Etenim cùm proviſio fundatoris ſit licita, ceſſare debet proviſio, ſeu commutatio Ordinarii. Adde quod doctrina prædictorum cōſulentium non eſt vera, quia quod dicitur non poſſe fieri commutationem illius voluntatis, quæ licitè poteſt adimpleri, procedit in inferioribus, non autem in Principe, ut declarat Bart. *in tract. Minor. lib.* 2. *diſtin.* 2. *c.* 3. *n.* 13. Petr. de Ubald. *in tract. de canon. Epiſc. c.* 7. *n.* 35. Armilla *in ver. Legatum, n.* 55. Tabiena *in ver. Legatum,* 2. *n.* 12. Angel. *ver. Legatum,* 2. *n.* 12. Covarr. *lib.* 3. *variar. reſolut, c.* 6. *nu.* 7. *Non obſtant*, & probatur apertiſſimè in Clem. *Quia contingit, de relig. domibus*, ubi dicitur; ea quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debent non ad alium converti; & ſic textus loquitur de uſu, qui licitè poteſt, & debet impleri, & tamen addit ſalva Sedis Apoſtolicæ authoritate; Ergo falſum omnino eſt Sedem Apoſtolicam non poſſe commutare piam voluntatem teſtatoris, quæ impleri poteſt de jure, & de facto, ut Petr. Ubald. *ubi ſuprà.*

36 Ratio eſt, quia (ut inquit Cardin. poſt Laudun. in d. Clem. *Quia contingit, num.* 4.) Papa eſt gubernator in ſolidum univerſalis Eccleſiæ, cujus caput eſt Eccleſia Romana; & ideo ejus eſt tamquam capitis ad membra ſingula alimenta transfundere, c. *Cuncta per mundum*, & c. *Per principalem,* 9. *q.* 3. & propterea poteſt rem uni Eccleſiæ auferre, & dare alteri, c. *Conqueſtus*, c. *Nec verò*, & d. c. *Per principalem, eadem cauſ. & quæſt.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 288. *Primum dubium, col.* 2. *in princ. verſ. Nam aut quæritur, lib.* 1. ubi ait Papam poſſe abſolutè auferre dominium, & jus quæſitum Eccleſiæ ſola voluntate, & nulla ſubſiſtente cauſa, licèt ſine cauſa facere non debeat, c. 1. & ibi gloſſ. *in ver. Injuſtitiam,* 22. *diſtin.* c. *Conſtitutus, de Capell. Monachor.* cap. *Antiqua cum ibi notatis de privileg.* Concilium Tridentinum *cap.* 6. *ſeſſ.* 22. Rationem reddit Paul. de Caſtro *loco citato*, quia dominium rerum Eccleſiaſticarum eſt apud Chriſtum, non autem apud aliquam particularem Eccleſiam, ut notat Innoc. in cap. *Cùm ſuper, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Et cùm Papa ſit Vicarius Chriſti cum omnimoda poteſtate in terris; & Eccleſia Catholica, cujus caput eſt Chriſtus, ſit una, ejuſque Principatus ſit apud Eccleſiam Romanam, quæ fuit à Deo immediatè inſtituta, aliæ verò Eccleſiæ tamquam rivuli fuerint inſtitutæ ab ipſa Romana Eccleſia, ut in d. *cap.* 1. 22. *diſtinct.* cap. *Loquitur,* 24. *quæſt.* 1. Propterea quidquid juris eſt apud particulares Eccleſias, eſt etiam apud Papam, qui eſt Pater Patrum ſecundùm Joan. Monach. & cùm omni Prælato concurrit in juriſdictione; unde ſi aufert aliquid ab una Eccleſia, dicitur auferre ſolam adminiſtrationem, quam ipſe dedit. Quinimò ſi Papa rem uni Eccleſiæ auferat ex certa ſcientia, cauſam præſumi, adeò ut contrarium probari non poſſit, poſt Cyn. in l. *Reſcripta, C. de precib. Imper. offeren.* tradit Roman. *conſ.* 369. *Circa primum, num.* 28. & Hieronymus Gig. *in tract. penſion. quæſt.* 35. *num.* 7. Verùm quidquid ſit de veritate ſupradictæ doctrinæ, hic non eſt caſus noſter.

37 Secundus caſus eſt cùm teſtator legat Religioſis ſub modo illicito; & caſu quo ejus voluntas de jure, vel de facto impleri non poſſit, legat alteri, & hoc caſu fortè ſimiliter ſuſtineri poteſt commutationem fieri non debere ſaltem ab inferiori à Principe. Ratio eſt, quia teſtator non legavit præcisè, & ſimpliciter ſub modo illicito, ſed conditionaliter, quatenus de jure poſſit; & quatenus non poſſit legavit alteri. Quæ diſpoſitio vi-





detur rationabilis, & conſequenter non ſubeſt cauſa excludendi ſubſtitutum, l. *Quidam, ff. de uſufruct. leg.* & d. §. *Lucius Titius, ff. de ann. legat.* licèt contrarium Bald. in l. *Dictam n.* 14. *verſ. Tamen ego ſic limito, C. de condict. ob cauſ.* ubi intelligit dictum Bartol. in d. §. *Lucius, de converſione liciti ad illicitum.* Quod autem, inquit impoſſibile transferatur ad poſſibile, iſtud teſtator non poteſt diſponere, nec apponere pœnam amiſſionis, vel tranſlationis in alterum, ut l. *Uxorem*, §. *Hæres, ff. de leg.* 3. Sed neque hic eſt caſus noſter.

38 Tertius, & ultimus caſus eſt cùm teſtator non conditionaliter, ſed ſimpliciter, & abſolutè legat Fratribus Minoribus ſub modo illicito, puta ut annuatim quid percipiant, in perpetuum prohibendo ne Papa hujuſmodi legatum convertat in alios uſus, & apponendo pœnam ademptionis legati in caſum commutationis, qui propriè eſt caſus noſter. Et tunc legatum in alios uſus converti poteſt, ac debet non obſtante prohibitione teſtatoris cum pœnæ adjectione. Ratio eſt quia hoc caſu voluntas teſtatoris licitè adimpleri non poteſt, cùm teſtator voluerit præcisè legatum annuum perpetuò obtineri à fratribus, quod repugnat regulæ, nec legatum ademerit niſi in even-
39 tuam cōmutationis Apoſtolicæ. Et in his terminis loquitur Bart. in d. l. *Lucius*, §. *Tres Hæredes, n.* 3. *ff. ad Trebell.* ubi concludit conditionem adjectam à teſtatore in legato facto Regulari incapaci, quod ſuperior non poſſit de illo intromittere, alias devolvatur ad hæredem, haberi pro non adjecta, & legatum nihilominus remanere ad liberam ſuperioris diſpoſitionem, & cum Bartol. conſentiunt ibi Angel. *n.* 2. & Cuman. *num.* 6. Bald. in l. *Fotica, n.* 43. *verſ. Septimò quæritur, C. de his quæ pæn. nom.* & in d. l. *Dictam, col. ult. C. de condict. ob cauſ.* Abb. *conſ.* 63. *n.* 7. *ad fin. lib.* 2. Cepoll. *cautel.* 252. *num.* 2. Sylveſt. *in ver. Religio,* 6. *q.* 7. Tabien. *in ver. Monachus, q.* 14. *n.* 15. A qua concluſione nemo diſſentit quando legatum verè eſt factum Religioſo incapaci ſub modo illicito, puta ut ſolvatur annuatim in perpetuum, ut in præſenti quæſtione; Tunc enim fatentur omnes prohibitionem commutationis voluntatis, & pœnam illi adjectam continere turpitudinem, & non eſſe attendendam.

40 Turpitudo autem hoc caſu ſurgit ex duplici capite; Primò, quia cùm Summus Pontifex pleniſſimam habeat poteſtatem commutandi ultimas voluntates, ut in Clem. *Quia contingit, de relig. domib.* adeò ut de hoc dubitare ſit ſacrilegium, ut inquit Gemin. *conſ.* 63. *Dubia ſuprascripta, in princ.* prohibitio Teſtatoris contra diſpoſitio-
41 nem dictæ Clementinæ nullius eſt roboris, quia privata teſtatoris diſpoſitio non poteſt generalem Conſtitutionem Canonis immutare, cap. *Requiſiſti, ſuprà eod.* Quam ob cauſam nec Epiſcopo poteſt quis prohibere ne ſe ingerat in ſuo teſtamento, cap. *Tua nobis*, ibi. *licet etiam à teſtatoribus id contingeret interdici*, ubi id notat gloſſ. *in ver. Interdici, infra eod.* & in Authen. *de Eccleſ. tit.* §. *Si quis autem pro redemptione, in ver. In omnibus.* Unde longè minus id prohibere poteſt Summo Pontifici, qui eſt ſupra jus, cap. *Propoſuit, de conceſſ. Preb.* ſimiliter nemo poteſt cavere, ne leges in ſuo teſtamento locum habeant, l. *Nemo poteſt ff. de legat.* 1. Ergo nec conditionem poteſt apponere quæ excludat Principis authoritatem, quia faceret contra legem vivam, ſicut eſt Princeps, ut in Authen. *de Conſul. ad fin.* & ibi gloſ. *in ver. Legem animatam*, & contra factum Principis, quod pro lege habetur,
42 l. 1. *ff. de Conſtit. Princip.* Imò periculoſius eſt contemnere legem vivam, majuſque crimen, quàm legem mortuam, ut notat gloſſ. in c. *fin. in ver. Nec eligere, ante med. verſ. Quæ eſt ergo ratio, infr. de Cler. excomm. miniſtran.* & Lucas de Penna in l. 1. *col. antepenult. verſ. Et ſicut, C. de expenſ. judic. lib.* 12. Itaq;
43 cùm talis prohibitio contineat turpitudinem, conſequenter pœna ademptionis legati in caſum commutationis tamquam adjecta actui illicito non committitur, l. *unica, in fin. C. de his quæ pœnæ nomin.* Et ita in terminis tradit Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *interpret.* 2. *dub.* 4. *n.* 5. dicens hanc pœnam cenſeri appoſitam in vilipendium ſupraauthoritatis Rom. Pontificis, & eum ſequitur noviſſimè Duran. Rotæ Auditor *in ſuo tract. de condit. & mod. impoſſibil. par.* 2. *c.* 1. *n.* 105.

44 Sequitur maximè, quia nedum repugnat Juri Canonico, ſed etiam Divino, ut reperiatur aliqua pia diſpoſitio, quæ non ſubſit Summo Pontifici Eccleſiæ Capiti c. *Cuncta per mundum*, & c. *Per principalem,* 9. *q.* 3. c. *Benè quidem,* 96. *diſt.* Innoc. in c. 1.
45 *in princ. de Conſtit.* Deinde prædicta conditio eſt turpis, quia habilitat per indirectum FF. Minores ad retinendos annuos reditus contra præſcriptū regulæ: excluſa enim authoritate Apoſtolica commutandi prædictam diſpoſitionem, nihil fratribus impedimento eſſet quominus dictum redi-
46 tum obtinerent, & exigerent. Hoc autem eſt maximè abſurdum, quia FF. Minores habentes contra regulam reditus annuos, peccant mortaliter ſecundùm declarationem Nicolai IV. in c. *Exiit*, §. *In primis, verſ. Ad omnia autem, de verb. ſignif. lib.* 6. & Clementis V. in d. Clem. *Exivi*, §. *Cùm igitur.* Quod pluribus exaggerat Anton. de Butr. *in conſ.* 33. *n.* 4. *in fin.* dicens, eos in talium retentione defendi non poſſe, quomodocumque colorentur, quin injuſtè, & contra animas, & conſcientiam teneant; & quin quotidie celebrando judicium ſibi manducent.

47 Igitur ſtultum eſt credere propter conditionem appoſitam in teſtamento Summum Pontificem non poſſe illis prohibere hanc retentionem, nec commutare voluntatem illam, quæ inducit Religioſos ad culpam mortalem, cap. *Novit, de judic.* ibi: (Nullus qui ſit ſanæ mentis ignorat quod ad officium noſtrum ſpectet de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianum; & ſi correctionem contempſerit, per diſtrictionem Eccleſiaſticam coercere.) ubi Anchar. *n.* 8. (Nota (inquit) correctionem peccatorum ſpectare ad Papam, & qui negat poteſtatem Papæ, negat ſe Chriſtianum. Extravag. *Unam ſanctam, de major. & obed.* Cùm præſertim ſanctus inſtitutor voluerit ſuos filios Romano Pontifici ſtrictiori quodam vinculo eſſe ſubjectos. Quamobrem prædicta prohibitio tamquam detrahens ſupremæ authoritati Sedis Apoſtolicæ ſcandaloſa, & de jure impoſſibilis videtur omninò rejicienda cum ſua pœna ademptionis legati ut per Simon. de Præt. *loco cit.*

48 Succeſſivè QUÆRO, cùm ſuperiùs firmatum ſit commutationem annui reditus, ut præfertur, relicti FF. Minoribus S. Franciſci non eſſe nullam ex defectu poteſtatis Papæ, numquid ſaltem impugnari poſſit ex defectu intentionis, juxta textū in c. *Suſceptum*, & cap. *Si propter, de reſcript. lib.* 6.

cum concordan, de quibus ibi per gloſſ. *in ver. Intentionis.*

49 Ratio dubitandi oritur ex eo, quòd cùm teſtator prohibuerit ne Papa poſſit legatum commutare, illudque ademerit, & vocaverit Hæredes in caſum commutationis; ſi Pontifex hanc proviſionem teſtatoris ſciviſſet, fortè non commutaſſet, ex præallegata doctrina Bart. in l. *Liberto*, §. *Lucius*, *n. 2. ff. de ann. legat.* ubi docet leges omnes, quæ dicunt relicta ad certum uſum poſſe in alios uſus converti, non habere locum quando teſtator providit quid fieri debeat de legato, caſu quo in uſum deſtinatum converti nequeat. Quod fuſiùs in his ferè terminis proſequitur Bero. *conſ. 49. lib. 2.*

Pro clariori ſolutione hujus dubitationis tres caſus ſunt diſtinguendi, prout etiam diſtinximus in præcedenti quæſtione.

50 Primus caſus eſt, quando teſtator legat Religioſis capacibus, vel alias in uſum licitum; & caſu quo ipſi nolint legatum accipere, aut onera adimplere, ſubſtituit alios. Et hoc primo caſu admitti poteſt commutationem Papæ non habita notitia proviſionis teſtatoris eſſe nullam ex defectu intentionis; quia ſi Papa proviſionem licitam teſtatoris ſciviſſet, veriſimiliter non commutaſſet; & in his terminis loquitur Bero. *loco citato*: nam in ſuo caſu teſtator legavit Canonicis Regularibus, qui de jure ſunt capaces bonorum in communi. cap. *Quanto, de offic. Ordinar.* & quatenus ipſi nollent onera ſubire, ſubſtituit alium locum pium, & conſuluit Berous legatum non debuiſſe converti per Papam in alios uſus, quia ut ipſe ait, proviſio hominis licita facit ceſſare proviſionem legis, & in hoc primo caſu loquitur Bart. in dicto §. *Lucius*, prout illum expreſſè declarat Bald. in l. *Dictam, col. ult. num. 14. verſ. Idem dicit Bartolus*, & verſic. *Tamen ego ſic limito*, C. *de condict. ob turp. cauſ.* & hic non eſt caſus noſter.

51 Secundus caſus eſt, quando teſtator legat Religioſis incapacibus; & caſu quo ipſi de jure non poſſint legatum obtinere, legat alteri: & tunc commutationi fortè objici poſſet defectus intentionis, ſi Papa non habuiſſet notitiam proviſionis teſtatoris. Ratio eſt, quia hoc legatum non eſt purum, ſed conditionale, ſi Fratres ſint capaces: unde data illorum incapacitate, conditio non eſt purificata, & legatum remanet factum directè ad favorem ſubſtituti, juxta textum in d. l. *Liberto*, §.
52 *Lucius, ff. de ann. legat.* Sed nihilominus contrarium tenet Bald. *ubi ſuprà*, ubi dicit doctrinam Bart. in *d.* §. *Lucius*, ad hunc caſum non pertinere, & ſubſtitutionem eſſe nullam; Quia (inquit) quod impoſſibile transferatur ad poſſibile, illud teſtator non poteſt diſponere, nec apponere pœnam amiſſionis, & translationis in alterum, l. *Uxorem*, §. *Hæres ff. de legat. 3.* Sed quidquid ſit de veritate hujus doctrinæ, neque hic eſt caſus noſter; ideoque circa illius deciſionem non inſiſtam.

Tertius caſus eſt, quando teſtator non ſub conditione, ſed purè, & ſimpliciter legat Fratribus incapacibus, & prohibet ne Papa poſſit legatum commutare in alios uſus, & in eventum commutationis adimit legatum, & ſubſtituit hæredes, qui propriè eſt caſus noſter; & hoc tertio caſu dicimus contra commutationem Sanctiſſimi non poſſe opponi de defectu intentionis, ex eo quòd Sanctitas ſua ignoraverit hanc proviſionem teſtatoris.

53 Primò quia ignorantia diſpoſitionis quæ nulla eſt, & à jure improbata, ſubreptionem, aut defectum intentionis non parit gloſſ. in cap. *Cum noſtris, in ver. Non vacaret, de conceſſ. Præben.* Rota *in antiq. deciſ. 176. aliàs 69. de reſcript.* quæ incipit; *Nota quod ut gratia adverſarii*, quæ nulla eſt, non teneor in gratia mea facere mentionem, Gemin. *conſ. 120. n. 4. verſ. Item de jure iſtius*, latè Felin. in cap. *Ex tenore, n. 2. & ſeqq. de reſcript.* Qui omnes eam reddunt rationem, quia non præſtat impedimentum quod de jure non ſortitur effectum, ut in reg. Sexti, *Non præſtat.* Sed diſpoſitio, per quam teſtator prohibet Papæ ne poſſit legatum commutare, & dat ſubſtitutum in caſum commutationis, uti facta contra Principis authoritatem eſt nulla, & à jure improbata, etiamſi legatum eſſet factum capacibus, ut in puncto tenet Simon. de Pret. *de interpret. ult. volunt. lib. 4. interpret. 2. dub. 4 num. 5.* & Duran. *in ſuo tract. de condit. & mod. impoſſ. part. 2. cap. 1. num. 105.* & fusè probatum eſt in quæſtione præcedenti. Ergo ignorantia hujus diſpoſitionis non parit defectum voluntatis.

54 Secundò, quando teſtator legat Regulari incapaci, & prohibet ſuperiori ne in tali legato ſe ingerat, alium ſubſtituendo in eventum contraventionis, ut in ſpecie noſtra; hujuſmodi ſubſtitutio uti facta ſub conditione impoſſibili de jure, & nutritiva peccati habetur pro non ſcripta, Bart. in l. *Lucius, §. Tres hæredes, num. 3. ff. ad Trebell.* & alii,
55 quos ſuperius retulimus *n. 39.* Paria autem ſunt ſubſtitutionem non fuiſſe ſcriptam à teſtatore, & de jure haberi pro non ſcripta, l. 1. & 2. & per tit. *ff. de his, quæ pro non ſcript. haben.* Sed ſi ſubſtitutio verè non eſſet ſcripta in teſtamento, utique non eſſet poſſibile ut produceret defectum intentionis Papæ in commutatione, quia ex nihilo nihil producitur, l. *Libellorum*, §. *Quod ſi libelli ff. de accu-*
56 *ſat.* Ergo eodem modo non eſt poſſibile ut hunc defectum producat dicta ſubſtitutio, quæ de jure eſt pro non ſcripta, impoſſibilitas enim juris, & naturæ æquiparantur, Bartol. in l. *Continuus*, §. *In-*
57 *ſpiciendum, n. 2 ff. de verb. oblig.* Et idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, l. *Si filius familias ff. Si cert. petat.* & l. *Cùm hic ſtatus*, §. *Si ambo, ff. de donat. inter vir. & uxor.* Decian. *conſ. 11. n. 151. lib. 1.*

58 Tertiò, defectus intentionis non oritur niſi ex ignorantia eorum, quæ ſi Princeps ſciviſſet, aut nullo modo, aut difficilius reſcripſiſſet, cap. *Super litteris*, & ibi Doctores, *de reſcript.* Put. *deciſ. 532.*
59 *n. 2. lib. 1.* Seraph. *deciſ. 653. n. 5.* At ſi Papa ſciviſſet dictam prohibitionem ſibi nominatim factam à teſtatore cum pœnæ adjectione in odium ſuæ ſupremæ authoritatis, tantum abeſt ut abſtinuiſſet à commutatione, ut potius eam promptius conceſſiſſet ad confundendam teſtatoris temeritatem, & ad ſuam authoritatem vindicandam, l. *Si familia*; ibi, *& contempta majeſtas Prætoris vindicatur, ff. de jurid. omn. judic.* gloſſ. 1. in cap. *Maximianus, 23 q. 3.* Unde jure meritò Sanctiſſimus in Signatura nullam conſiderationem habere conſuevit ſimilium prohibitionum.

60 Quartò, Teſtator voluit ut hoc legatum eſſet perpetuò penes FF. Minores, nec unquam poſ-



ſet extingui, ſeu alienari, aut in alios uſus commutari, etiam per Papam; & oppoſuit pœnam ſubſtitutionis in caſum commutationis. At ſi Papa ſciviſſet hanc enixam teſtatoris voluntatem, ut reditus annuus perpetuò poſſideretur à Fratribus contra regulam; utique multò magis voluntatem commutaſſet: nam quò magis voluntas eſt enixa in re illicita, & nutritiva peccati, eò magis ſpectat ad officium Romani Pontificis illam corrigere, & emendare, c. *Novit, verſ. Nullus qui ſit ſanæ mentis ignorat*, & quod ibi notat Butr. *n. 27. verſ. Nota diſſimulationem peccatorum*, & Ancharan. *n. 12. de judic.*

61 Ultimò, ſi Sedes Apoſtolica declararet commutationem non valere propter ignorantiam prædictæ prohibitionis, ſequerentur duo inconvenientia. Alterum quia Sanctiſſimus videretur aliquam rationem habuiſſe ejuſdem prohibitionis; eamq; tacitè approbaſſe. Sed abſit ut Sanctiſſimus fundet defectum intentionis ſuæ, & vim ullam faciat in diſpoſitione tam repugnante ſacris Canonibus, ſuæque authoritati tam enormiter detrahente.

Alterum quia hinc eſſet aperta via relinquendi omnibus incapacibus: nam quilibet poſſet in ſuo teſtamento relinquere incapaci, & prohibere ne Papa poſſet relictum convertere in alios uſus, dádo ſubſtitutum in caſum commutationis voluntatis: tunc enim aut Papa non commutaret, & relictum remaneret incapaci, contra juris diſpoſitionem; aut commutaret, & cõmutatio nulla eſ-
62 ſet ex defectu intentionis non facta mentione prohibitionis teſtatoris. Nec dicatur, Poterit fieri hujuſmodi mentio in litteris: imò enim abſurdum eſſet, & maximè alienum à majeſtate Summi Pontificis, ut in omnibus ſimilibus applicationibus, & gratiis motu proprio apponeretur clauſula (Non obſtante quòd teſtatores nobis expreſsè interdixerint ne poſſimus eorum voluntates commutare, & ſubſtitutos dederint in eventum commutationis.) Atque ita per tales prohibitiones auferretur per indirectum Papæ poteſtas commutandi omnia legata pia, etiam incapacibus facta: dicitur enim abſolutè non poſſe fieri quod ſalva dignitate fieri non poteſt, l. *Nepos, ff. de verb. ſignif.* l. *Non aliter, ff. de uſu, & habitat.* Brun. *conſ. 117. n. 173. & ſequent.*

Nec prædictis obſtat motivum unius ex dominis, quod teſtator voluerit ut commutatio Papæ eſſet veluti inſtrumentum, quo mediante legatum devolveretur ad ſuos hæredes.

Primò enim reſpondetur hunc intellectum repugnare menti, & verbis teſtatoris: nam quomodo fieri poteſt, ut teſtator pro devolutione legati voluerit uti hoc medio commutationis Papæ, ſi eamdem commutationem Sanctitati ſuæ diſertis verbis prohibuit? hoc enim eſſet ſimul velle, & nolle commutationem, quod non eſt poſſibile, l. 1. §. *Scientia*, & ibi gloſſ. *in ver. Velle, ff. de tribut. act.* l. *Ubi repugnantia ff. de reg. jur.*

Prætereà teſtator non egebat hoc medio, ſeu inſtrumento commutationis Pontificis, ut legatũ ſuis hæredibus acquireretur: poterat enim directè eis prælegare, aut vulgariter eos ſubſtituere ſub conditione, ſi fratres nollent, aut non poſſent legatum accipere. Quod tamen non fecit, ſed eos vocavit tantummodo in caſum commutationis Apoſtolicæ, quia ſcilicet ejus abſoluta intentio fuit ut hoc legatum nullo unquam tempore poſſet Fratribus auferri, etiam authoritate Summi Pontificis: propterea enim interdixit illius alienationem, & commutationem, & appoſuit pœnam ſubſtitutionis in eventum contraventionis; & ſic hæredes ſubſtituit non ea mente ut legatum ad eos devolveretur, ſed eo tantùm fine, ut hac pœna à commutatione Papam retraheret, & quo-
63 dammodo deterreret, ut per Simon. de Pret. *loco cit.* attenditur enim in teſtamentis quale fuerit principale objectum, & finis teſtatoris, l. *In conditionibus primum locum*, & l. *Cùm vir, in princ. ff. de condit. & demonſtr.* Anchar. *conſ. 356. num. 2. verſ. Quartò, & ultimò.* Dec. *conſ. 95. n. 1.* Et cùm in hoc verba teſtatoris ſint clara, non admittitur quæſtio voluntatis, l. *Ille, aut ille*, §. *Cùm in verbis, ff. de legat. 3.* Paul. de Caſtro *conſ. 185. n. 2. lib. 2.*

64 Deinde reſpondetur quidquid ſit an teſtator bono, vel malo zelo ductus fuerit ad ſubſtituendos hæredes, ſemper verum erit eum in hac ſubſtitutione uſum fuiſſe organo, ſeu inſtrumento illicito prohibendo Papæ commutationem. Quando autem organum, ſeu medium eſt illicitum, acquiſitio impeditur, ut inquit Bald. in Auth. *Ingreſſi, n. 55. verſ. Quia cùm debeat acquiri mediante organo, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Anchar. in d. Clem. *Exivi, num. 6. verſ. Dominus meus Baldus*, & conſequenter ex ignorantia hujus acquiſitionis, ſeu ſubſtitutionis, quæ de jure nulla eſt, non poteſt oriri defectus intentionis; quia quod nullum eſt, &c. l. *Libellorum*, §. *Quod ſi libelli, ff. de accuſat.* gloſſ. fin. in l. *Ut præter, C. Ne de ſtat. defunct.* & patet ex dictis ſuprà in primo, & ſecundo fundamento.

Et ita in facto obtinui. Nam cùm Sanctiſſimus D. N. Urbanus VIII. ſuperioribus annis erexiſſet beneficium ſimplex in Collegiata Eccleſia S. Laurentii Civitatis Florentiæ, mihi à primæva erectione collatum, eique pro dote applicaſſet omnia legata annua Conventui, & FF. S. Franciſci de Obſervantia ejus civitatis relicta, quorum iidem Fratres ſunt incapaces, & verteretur in dubium, an in litteris applicationis hujuſmodi comprehenderetur legatum annuum eis factum cum prohibitione, ne Sanctitas ſua illud commutaret in alios uſus, & ademptione legati, datiſque ſubſtitutis in eventum commutationis; Sanctitas ſua ex voto Congregationis Cardinalium, & Prælatorum ſuper hoc ſpecialiter deputatæ declaravit comprehendi, ut in litteris in forma Brevis ſub annulo Piſcatoris expeditis ſub datum Romæ apud S. Petrum die 30. Aprilis 16[illegible]2.

65 Fuit etiam in Congregatione excitatum dubium, An prædictum legatum, quod fuit relictum pro Miſſis perpetuò celebrandis in Capella Eccleſiæ ejuſdem Conventus ſive per viam Capellaniæ, ſive alio modo cenſeretur factum FF. Minoribus, necne. Cui dubitationi reſpondi affirmativè.

Primò, quia relictum Altari, ſeu Capellæ exiſtenti in Eccleſia FF. Minorum S. Franciſci pro Miſſis celebrandis, ut hoc caſu, cenſetur relictum ipſis Fratribus, & eorum contemplatione in fraudem paupertatis. Ita in individuo determinat Bald. in Auth. *Ingreſſi, n. 55. verſ. Idem dicit ſi relinquatur Altari Minorum, & n. 57. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & poſt eum Anchar. in Clem. *Exivi, n. 6. de verborum ſignif.*

66 Secundò, quia certum eſt hoc legatum non fuiſſe legatum factum hæredibus: Tum quia hære-

di à ſeipſo legari non poteſt, l. *Legatum*, §. *Hæredi*, *ff. de legat.* 1. Angel. *conſ.* 295. *n.* 2. *verſ. Id deſcende nunc, uſque in fin.* plenè Jaſ. in l. *Planè*, §. *Si duobus ff. eod.* Tum quia, hæredes ſunt tantummodò ſubſtituti ſub conditione commutationis Apoſtolicæ; & ſic neceſſe eſt dare alium legatarium, cui ademptio, & ſubſtitutio facta fuerit. Aut igitur legatum directè factum fuit fratribus, aut Eccleſiæ ipſorum, aut capellæ teſtatoris: non enim alii ſunt nominati in teſtamento. Si fratribus, habemus intentum; quia notoria eſt illorum incapacitas, ut abundè oſtenſum eſt ſuprà in prima quæſit. Neque aliud à nobis exigit S. Congregatio, quàm ut oſtendamus hoc legatum fuiſſe Fratribus relictum. Sin autem Eccleſiæ, ſuccedit doctrina Baldi communiter approbata in d. *Authen. Ingreſſi*, *n.* 55 *verſ. Iuxta hoc quæro.* Quod relictum Eccle-
67 ſiæ FF. Minorum cenſetur relictum ipſimet Fratribus; quia Eccleſia hoc caſu ſumitur pro Collegio, non pro ædificiis, quæ ſunt quid materiale, & inſenſatum. Idem tenet Joan. de Lignano in d. Clem. *Exivi*, ubi dicit eum, qui Eccleſiæ FF. Minorum relinquit, habuiſſe conſiderationem ad Fratres, non ad Eccleſiæ parietes. Et eum refert, & ſequitur *ibi* Anchar. *n.* 7. Quod ſi legatum ſit factum Capellæ teſtatoris, ſimiliter cenſetur factum Collegio Fratrum, ut dictum eſt in præcedenti fundamento.

68 Tertiò, quia teſtator dedit executoribus liberam facultatem quaſcumque conventiones ineundi cum Fratribus memorati Conventus Miſſis celebrandis. Ineptè autem juſſiſſet hujuſmodi conventiones fieri cum Fratribus, ſi legatum non fuiſſet illis relictum, ſed hæredibus cum onere celebrandi Miſſas per Presbyteros ſæculares: Nam, ut inquit Bald. in l. *Si permittente*, *n.* 2. *C. Ad Macedon.* ſemper conſenſus exquirendus eſt ab eo, penes quem reſidet jus principale.

69 Quartò religiones, & ſignanter FF. Minores non conſueverunt permittere, ut in ſuis Eccleſiis erigantur Capellæ perpetuò officiandæ à Sacerdotibus ſæcularibus, ut eſt notorium, & patet ex atteſtationibus ſubſcriptis à ſingulis Procuratoribus Ordinum mendicantium, quæ fuerunt S. Congregationi exhibitæ. Neque ad id cogi poſſunt inviti ex Conſtitutione Leonis X. in Concilio Lateranenſi edita, quæ refertur in compendio Privilegiorum Mendicantium in ver. *Miſſa*, *nu.* 8. quia ad hunc caſum non pertinet. Nec de jure communi, ut probatur in c. *Dudum*, 18. *q.* 2. & ex facto reſpondit Calderin. *conſ.* 28. incipien. *Verum in Eccleſia Regulari*, *in tit. de Regular.* imò licet eis reſiſtere, ne intra eorum clauſtra exteri Sacerdotes in Divinis miniſtrent, ut tenet Angel. *conſ.* 224. *n.* 3. *verſ. Si autem.* Ergo non cenſetur teſtator diſpoſuiſſe ut Miſſæ in ſua Capella à Presbyteris ſæcularibus ſint celebrandæ, quia non eſt credendus elegiſſe viam, qua judicium ſuum reddatur eluſorium l. 3. *ff. de milit. teſtam.* Mant. poſt alios *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 12.

70 Quintò, quia Executores juxta arbitrium ſibi planè collatum à teſtatore declararunt facto ipſo fructus prædicti legati etiam quotannis perſolvendos fratribus dicti Conventus ad hoc ut Miſſas celebrarent. A qua quidem declaratione non licet eis amodò reſilire, l. 1. §. *Stychum ff. de legat.* 1 l. *Statu liberum*, §. 1. *ff. de legat.* 2. & l. *Apud Aufidium*, *ff. de oper. libert.* In quibus juribus apparet habentem ex ultima voluntate electionem, ubi ſemel elegerit, aut declaraverit voluntatem ſuam, amplius variare non poſſe; & hoc tenent ibi communiter gloſſæ, & Doctores, maximè Bart. ut teſtatur Alex. *conſ.* 11. *Tria ſunt*, *n.* 4. *verſ. Venio ad tertium dubium*, *lib.* 2. præſertim re non integra, & poſt jus Eccleſiæ acquiſitum ex applicatione Apoſtolica c. *Publicato*, & cap. *Cùm inter*, *de elect.* & cap. *Si compromiſſarius*, *eod. tit. lib.* 6. cum aliis adductis per Abbat. *loco citato*.

71 Sextò, Fratres ejuſdem Conventus multò ante erectionem beneficii ſolemniter renunciarunt omnibus legatis annuis, & nominatim huic particulari legato, de quo agitur. Quod ſimiliter oſtendit idem legatum fuiſſe illis relictum, cùm repudiare quis non poſſit quod habere non poteſt, ut dicit text. in l. *Qui poteſt*, §. *Quod quis ff. de regul. jur.* gloſſ. 2. in cap. 3. *de decim.* Ratio eſt, quia repudiatio eſt quædam privatio, quæ præſupponit habitum. Dec. *in d.* §. *Quod quis n.* 1.

Ultimò ceſſat omnis difficultas ex obſervantia ſubſecuta ad l. *Si de interpretatione*, *ff. de legib.* & c. *Cùm dilectus*, *de conſuetud.* quia ab anno 1615 uſque ad annum 1629. quo beneficium fuit erectum, & ſic etiam poſt renunciationem, ut ſuprà factam, fratres ipſi ſemper exegerunt fructus dicti legati, hæredibus, & executoribus conſentientibus.
72 Conſuetudo autem interpretativa non oportet ut ſit præſcripta. Put. *deciſ.* 283. *lib.* 1. ſed ſufficiunt decem anni. Bart. in l. *Labeo*, *n.* 6. *ff. de ſuppellect. legat.*

73 Non obſtat quod Angel. d. *conſ.* 124. incip. *Caſus eſt*, Jacobus de Ubercellis, ex facto conſuluerit relictum poſſeſſionum immobilium pro dotennius Altaris conſtruendi in Eccleſia FF. Eremitarum non cenſeri factum Fratribus, neque Eccleſiæ FF. Eremitarum; quia cùm de jure Fratres prædicti tanquam mendicantes ſint incapaces ſimilium bonorum, ut c. *unico*, *in fin. de relig. domib. lib.* 6. & cap. *Religioſus*, *de teſtam. eod. lib.* teſtator non cenſetur de eis cogitaſſe, ne videatur elegiſſe viam ad impugnandum judicium ſuum, ſed cenſetur cogitaſſe de Presbyteris ſæcularibus, qui capaces ſunt, & de aſſenſu Fratrum poſſunt altari deſervire. Ideoque relictum intelligitur factum Deo immortali repræſentando per Presbyteros, & Clericos ſæculares inibi deſervientes, ut l. *Si nondum*, *C. de furt.* l. 4. *in princ. ff. ad leg. Iul. pecul.* & l. *Statius*, *in gloſſ. ff. de uſufruct.* Ac proinde Capitulum, & Conventum Eremitarum inſtruere poſſe miniſtros, & ſervientes dicto altari, non ex ſeipſis propter incapacitatem, ſed ex Clero ſæculari, qui temporalium ſunt capaces. Id inquam non obſtat. Tum quia contrarium ſolidioribus fundamentis tenuerunt Joan. de Lignano, Bald. & Anchar. ſuprà citati, *n.* 65. & 67. Nec conſtituen-
74 da eſt differentia an legatum fuerit factum Eccleſiæ, vel Capellæ, arg. c. 1. & 213. *diſt.* cap. *Cognovimus*, 12. *quæſt.* 2. c. *Si quis Epiſcopus*, 2. *q.* 7. l. *In pars ff. Pro derelict.* & l. *Qua de tota*, *ff. de rei vendicat.* Utroque enim caſu legatum poſſet dici relictum Deo immortali per miniſtros repræſentando, & de Eccleſia, ſeu templo loquitur textus, quem Angel. allegat in d. l. *Si nondum*, *C. de furt.* Et nihilominus relictum Eccleſiæ cenſetur relictum Fratribus, & ipſemet Angel. fatetur: Ergo & relictũ capellæ. Tum quia illa ratione teſtator videatur elegiſſe viam ad impugnandũ ſuum judicium, hoc





caſu in oppoſitum retorqueretur, cùm fratres Mendicantes non admittant ut eorum Eccleſiis, & capellis perpetuò deſerviatur à Sacerdotibus ſæcularibus, ut dictum eſt ſuprà n. 69. Tum denique quia in hoc ſpeciali caſu teſtator non diſpoſuit præciſè, ut inſtitueretur capellania in Eccleſia FF. Minorum, ſed tribuit liberam facultatem executoribus præſcribendi modum celebrationis Miſſarum, ſive per viam capellaniæ, ſive aliter, prout concordarent cum Fratribus: Executores autem non elegerunt viam capellaniæ, ſed convenerunt ut Fratres ipſi annuos reditus perciperent, & Miſſas celebrarent, quemadmodum reipſa obſervarunt uſq; ad erectionem beneficii. Cui quidem obſervantiæ potiſſimum innixa S. Congregatio exiſtimavit hoc legatum ipſimet Fratribus fuiſſe relictum. Unde ex facto ipſo ſatis ſuperque liquet Angeli reſponſum ad hunc caſum non pertinere.

## DE TESTAMENTIS.

### *Cap. Cùm eſſes.*

*SUMMARIUM.*

1 *Teſtamentum quod Parochianus facit coram Presbytero ſuo, & duobus teſtibus, valet, nec tenet conſuetudo contraria.*

2 *Teſtamentum etiam ad non pias cauſas conditum coram Parocho, & duobus teſtibus valet nedum in foro canonico, ſed etiam in foro civili, con-traria conſuetudine non obſtante, & n. 40.*

3 *Teſtamentum ſive in ſcriptis, ſive nuncupativum de jure civili requirit ſeptem teſtes, & n. 159.*

4 *Et hic numerus non tantum eſt de forma probatoria, ſed etiam de forma ſubſtantiali.*

*Et ſi unus deficiat, teſtamentum corruit, n. 37.*

5 *Codicilli non veniunt appellatione teſtamenti, niſi largè, & impropriè.*

6 *In teſtamento ruri condito ſufficiunt quinq; teſtes,*

7 *Sive fiat in ſcriptis, ſive per nuncupationem.*

8 *Teſtamentum tempore peſtis an fieri poſſit cum quinque teſtibus, remiſſivè.*

*Teſtamentum ſolemne requirit teſtium ſubſcriptionẽ.*

10 *Nuncupativum, ſecus.*

11 *Papa poteſt abrogare leges Imperatorũ foventes peccatum.*

12 *Papæ ratione peccati omnis anima ſubjecta eſt, & n. 49. & 133. & ſeqq.*

13 *Papa ubi peccatum non imminet, non poteſt infringere leges humanas quoad forum civile in locis ubi juriſdictionem temporalem non habet.*

14 *Sed in ſuo foro poteſt tollere legem civilem etiam in locis Imperio ſubjectis.*

15 *Teſtamentum de jure canonico non requirit, ut teſtes ſint rogati.*

*Contrarium, n. 17. & ſeqq. uſq; ad n. 23.*

*Et quid in teſtamento ad pias cauſas, n. 23.*

16 *Dictio, coram, id eſt præſentibus, & intelligentibus, & n. 20.*

18 *Inter jus civile, & canonicum diſcrepantia non eſt inducenda, ubi jus civile non reperitur expreſſè immutatum per jus canonicum: & lex civilis ſervari debet etiam in foro Eccleſiæ.*

19 *Teſtes in teſtamento tam in ſcriptis, quàm nuncupativo debent eſſe rogati.*

20 *Parochus non ſufficit ut matrimonio interſit, niſi etiam ſit adhibitus à contrahentibus.*



21 *Adhibitus idem importat quod rogatus.*

22 *Teſtes in actibus humanis regulariter non requiruntur, ut ſint rogati.*

24 *Teſtamentum de jure canonico coram duobus, vel tribus teſtibus non valet, niſi etiam adhibeatur proprius Parochus teſtatoris.*

25 *Fides magis adhibetur indigenis ignotis, quàm extraneis notis.*

26 *Parochus dicitur pater ſpiritualis omnium ſuorum Parochianorum.*

27 *Nec eſt veriſimile, ut conſentiat falſitati, & nu. 44 & 57.*

28 *Parochus in teſtamento æquipollet quinq; teſtibus.*

29 *Contrarium.*

30 *Teſtes duo idonei præferuntur unico quantæcunque ſit dignitatis, & n. 59.*

31 *Parochus eſt teſtis authenticabilis, de quo Canones multum confidunt, & n. 44.*

32 *Teſtes duo in teſtamento adhibendi de jure canonico debent eſſe idonei, id eſt in aliquo non ſuſpecti.*

33 *Teſtes idonei in teſtamento de jure civili dicuntur maſculi, puberes, & liberi.*

34 *Mulier, & ſervus an de jure canonico poſſint eſſe teſtes in teſtamento.*

35 *Quid in teſtamento ad pias cauſas.*

36 *Et quid in teſtamento ad non pias cauſas.*

38 *Lectura prima quod hoc cap. locum habeat ſummodo in teſtam. ad pias cauſas ſicut cap. ſequens.*

39 *Refellitur.*

40 *Lectura ſecunda quod hoc cap. procedat in teſtamentis ad non pias cauſas, tam in terris Eccleſiæ, quàm Imperii, & in utroq; foro.*

41 *Approbatur, & n. 113. uſq; ad n. 157.*

42 *Veritas Deus eſt, & maximum prævalet, & n. 47.*

43 *Subtilitas quæ veritatem lædit, per judicem non eſt recipienda.*

45 *Papæ authoritas ubi agitur de materia peccati non circumſcribitur limitibus alicuius territorii, & n. 49. & 133. & ſeqq.*

46 *Lectura tertia, quod hoc cap. ſervari debeat in terris Eccleſiæ in utroque foro, in terris autem Imperii ſervetur jus civile.*

*Refellitur, n. 49.*

47 *Veritas prævalet ſolemnitati, & n. 141. verſ. Ac deniq;*

48 *Legiſtæ militant in foro Juſtiniani ſecundum leges, & Canoniſtæ in foro B. Petri.*

49 *Lex humana contradicens Divinæ non eſt ſervanda, ſed lex Divina ſervari debet etiam in foro civili, & n. 115. 121. & 133. & ſeqq.*

50 *Lectura quarta quod hoc cap. ſit ſervandum in foro Eccleſiæ, lex autem civilis in foro ſeculari.*

51 *Refellitur.*

52 *Lectura quinta quod per hoc cap. valeat teſtamentum ad non pias cauſas conditum coram duobus teſtibus, etiam ſine parocho.*

*Refellitur, n. 55.*

53 *Leges civiles requirentes numerum ſeptem, vel octo teſtium per hoc cap. non corriguntur, ſed declarantur irrationabiles, & n. 141.*

54 *Teſtamentum, de quo certitudinaliter conſtat per duos teſtes omni exceptione maiores, mandari debet executioni, ſaltem per viam denunciationis Evangelicæ ad peccatum vitandum.*

*Contrarium, n. 59. 60. & 62.*

56 *Teſtes duo quando ſufficiant, & quando tres requirantur, & quales eſſe debeant, ad Eccleſiam pertinet determinare, neque hoc legi Divinæ adverſatur, & n. 146.*

di a ſeipſo legari non poteſt, l. *Legatum*, §. *Hæredi*, *ff. de legat.* 1. Angel. *conſ.* 295. *n.* 2. *verſ. Id deſcende nunc, uſque in fin.* plenè Jaſ. in l. *Planè*, §. *Si duobus ff. eod.* Tum quia hæredes ſunt tantummodo ſubſtituti ſub conditione commutationis Apoſtolicæ; & ſic neceſſe eſt dare alium legatarium, cui ademptio, & ſubſtitutio facta fuerit. Aut igitur legatum directè factum ſuit fratribus, aut Eccleſiæ ipſorum, aut capellæ teſtatoris: non enim alii ſunt nominati in teſtamento. Si fratribus, habemus intentum; quia notoria eſt illorum incapacitas, ut abundè oſtenſum eſt ſuprà in prima quæſt. Neque aliud à nobis exigit S. Congregatio, quàm ut oſtendamus hoc legatum fuiſſe Fratribus relictum. Sin autem Eccleſiæ, ſuccedit doctrina Baldi communiter approbata in d. *Authen. Ingreſſi*,
67 *n.* 55 *verſ. Juxta hoc quæro.* Quod relictum Eccleſiæ FF. Minorum cenſetur relictum ipſismet Fratribus; quia Eccleſia hoc caſu ſumitur pro Collegio, non pro ædificiis, quæ ſunt quid materiale, & inſenſatum. Idem tenet Joan. de Lignano in d. Clem. *Exivi*, ubi dicit eum, qui Eccleſiæ FF. Minorum relinquit, habuiſſe conſiderationem ad Fratres, non ad Eccleſiæ parietes. Et eum refert, & ſequitur *ibi* Anchar. *n.* 7. Quod ſi legatum ſit factum Capellæ teſtatoris, ſimiliter cenſetur factum Collegio Fratrum, ut dictum eſt in præcedenti fundamento.

68 Tertiò, quia teſtator dedit executoribus liberam facultatem quaſcumque conventiones ineundi cum Fratribus memorati Conventus Miſſis celebrandis. Ineptè autem juſſiſſet hujuſmodi conventiones fieri cum Fratribus, ſi legatum non fuiſſet illis relictum, ſed hæredibus cum onere celebrandi Miſſas per Presbyteros ſæculares: Nam, ut inquit Bald. in l. *Si permittente*, *n.* 2. *C. Ad Macedon.* ſemper conſenſus exquirendus eſt ab eo, penes quem reſidet jus principale.

69 Quartò religiones, & ſignanter FF. Minores non conſueverunt permittere, ut in ſuis Eccleſiis erigantur Capellæ perpetuò officiandæ à Sacerdotibus ſæcularibus, ut eſt notorium, & patet ex atteſtationibus ſubſcriptis à ſingulis Procuratoribus Ordinum mendicantium, quæ fuerunt S. Congregationi exhibitæ. Neque ad id cogi poſſunt inviti ex Conſtitutione Leonis X. in Concilio Lateranenſi edita, quæ refertur in compendio Privilegiorum Mendicantium in ver. *Miſſa*, *nu.* 8. quia ad hunc caſum non pertinet. Nec de jure communi, ut probatur in c. *Dudum*, 18. *q.* 2. & ex facto reſpondit Calderin. *conſ.* 28. incipien. *Utrum in Eccleſia Regulari*, *in tit. de Regular.* imò licet eis reſiſtere, ne intra eorum clauſtra exteri Sacerdotes in Divinis miniſtrent, ut tenet Angel. *conſ.* 224. *n.* 3. *verſ. Si autem.* Ergo non cenſetur teſtator diſpoſuiſſe ut Miſſæ in ſua Capella à Presbyteris ſæcularibus ſint celebrandæ, quia non eſt credendus elegiſſe viam, qua judicium ſuum reddatur eluſorium l. 3. *ff. de milit. teſtam.* Mant. poſt alios *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 12.

70 Quintò, quia Executores juxta arbitrium ſibi planè collatum à teſtatore declararunt facto ipſo fructus prædicti legati etiam quotannis perſolvendos fratribus dicti Conventus ad hoc ut Miſſas celebrarent. A qua quidem declaratione non licet eis amodò reſilire, l. 1. §. *Stychum ff. de legat.* 1 l. *Statu liberum*, §. 1. *ff. de legat.* 2. & l. *Apud Aufidium*, *ff. de oper. libert.* In quibus juribus apparet habentem ex ultima voluntate electionem, ubi ſemel elegerit, aut declaraverit voluntatem ſuam, amplius variare non poſſe; & hoc tenent ibi communiter gloſſ. & Doctores, maximè Bart. ut teſtatur Alex. *conſ.* 31. *Tria ſunt*, *n.* 4. *verſ. Venio ad tertium dubium*, *lib.* 2. præſertim re non integra, & poſt jus Eccleſiæ acquiſitum ex applicatione Apoſtolica c. *Dubietatem*, & cap. *Cùm inter*, *de elect.* & cap. *Si compromiſſarius*, *eod. tit. lib.* 6. cum aliis adductis per Abbat. *loco citato*.

71 Sextò, Fratres ejuſdem Conventus multò ante erectionem beneficii ſolemniter renunciarunt omnibus legatis annuis, & nominatim huic particulari legato, de quo agitur. Quod ſimiliter oſtendit idem legatum fuiſſe illis relictum, cùm repudiare quis non poſſit quod habere non poteſt, ut dicit text. in l. *Qui poteſt*, §. *Quod quis ff. de regul. jur.* gloſſ. 2. in cap. 3. *de decim.* Ratio eſt, quia repudiatio eſt quædam privatio, quæ præſupponit habitum. Dec. *in d.* §. *Quod quis n.* 1.

Ultimò ceſſat omnis difficultas ex obſervantia ſubſecuta ad l. *Si de interpretatione*, *ff. de legib.* & c. *Cùm dilectus*, *de conſuetud.* quia ab anno 1615 uſque ad annum 1629 quo beneficium fuit erectum, & ſic etiam poſt renunciationem, ut ſuprà factam, fratres ipſi ſemper exegerunt fructus dicti legati, hæredibus, & executoribus conſentientibus.
72 Conſuetudo autem interpretativa non oportet ut ſit præſcripta. Put. *deciſ.* 283. *lib.* 1. ſed ſufficiunt decem anni. Bart. in l. *Labeo*, *n.* 6. *ff. de ſuppel. lect. legat.*

73 Non obſtat quod Angel. d. *conſ.* 124. incip. *Caſus eſt*, Jacobus de Ubercellis, ex facto conſuluerit relictum poſſeſſionum immobilium pro dotennius Altaris conſtruendi in Eccleſia FF. Eremitarum non cenſeri factum Fratribus, neque Eccleſiæ FF. Eremitarum; quia cùm de jure Fratres prædicti tanquam mendicantes ſint incapaces ſimilium bonorum, ut c. *unico*, *in fin. de relig. domib. lib.* 6. & cap. *Religioſus*, *de teſtam. eod. lib.* teſtator non cenſetur de eis cogitaſſe, ne videatur elegiſſe viam ad impugnandum judicium ſuum, ſed cenſetur cogitaſſe de Presbyteris ſæcularibus, qui capaces ſunt, & de aſſenſu Fratrum poſſunt altari deſervire. Ideoque relictum intelligitur factum Deo immortali repræſentando per Presbyteros, & Clericos ſæculares inibi deſervientes, ut l. *Si nondum*, *C. de furt.* l. 4. *in princ. ff. ad leg. Jul. pecul.* & l. *Statua*, *in gloſſ. ff. de uſufruct.* Ac proinde Capitulum, & Conventum Eremitarum inſtruere poſſe miniſtros, & ſervientes dicto altari, non ex ſeipſis propter incapacitatem, ſed ex Clero ſæculari, qui temporalium ſunt capaces. Id inquam non obſtat. Tum quia contrarium ſolidioribus fundamentis tenuerunt Joan. de Lignano, Bald. & Anchar. ſuprà citati, *n.* 65. & 67. Nec conſtituen-
74 da eſt differentia an legatum fuerit factum Eccleſiæ, vel Capellæ, arg. c. 1. & 213. *diſt.* cap. *Cognovimus*, 12. *quæſt.* 2. c. *Si quis Epiſcopus*, 2. *q.* 7. l. *An pars*, *ff. Pro delict.* & l. *Qua de tota*, *ff. de rei vendicat.* Utroque enim caſu legatum poſſet dici relictum Deo immortali per miniſtros repræſentando, & de Eccleſia, ſeu templo loquitur textus, quem Angel. allegat in d. l. *Si nondum*, *C. de furt.* Et nihilominus relictum Eccleſiæ cenſetur relictum Fratribus, & ipſemet Angel. fatetur: Ergo & relictū capellæ. Tum quia illa ratione teſtator videatur elegiſſe viam ad impugnandū ſuum judicium, hoc caſu in oppoſitum retorquetur, cùm fratres Mendicantes non admittant ut eorum Eccleſiis, & capellis perpetuò deſerviatur à Sacerdotibus ſæcularibus, ut dictum eſt ſupra n. 69. Tu denique quia in hoc ſpeciali caſu teſtator non diſpoſuit præciſe, ut inſtitueretur capellania in Eccleſia FF. Minorum, ſed tribuit liberam facultatem executoribus præſcribendi modum celebrationis Miſſarum, ſive per viam capellaniæ, ſive aliter, prout concordarent cum Fratribus: Executores autem non elegerunt viam capellaniæ, ſed convenerunt ut Fratres ipſi annuos reditus perciperent, & Miſſas celebrarent, quemadmodum reipſa obſervarunt uſq; ad erectionem beneficii. Cui quidem obſervantiæ potiſſimum innixa S. Congregatio exiſtimavit hoc legatum ipſiſmet Fratribus fuiſſe relictum. Unde ex facto ipſo ſatis ſuperque liquet Angeli reſponſum ad hunc caſum non pertinere.

# DE TESTAMENTIS.

## *Cap. Cùm eſſes.*

*SUMMARIUM.*

1 *Teſtamentum quod Parochianus facit coram Presbytero ſuo, & duobus teſtibus, valet, nec tenet conſuetudo contraria.*

2 *Teſtamentum etiam ad non pias cauſas conditum coram Parocho, & duobus teſtibus valet nedum in foro canonico, ſed etiam in foro civili, con traria conſuetudine non obſtante, & n.* 40.

3 *Teſtamentum ſive in ſcriptis, ſive nuncupativum de jure civili requirit ſeptem teſtes, & n.* 159.

4 *Et hic numerus non tantum eſt de forma probatoria, ſed etiam de forma ſubſtantiali.*

*Etſi unus deficiat, teſtamentum corruit, n.* 37.

5 *Codicilli non veniunt appellatione teſtamenti, niſi largè, & impropriè.*

6 *In teſtamento ruri condito ſufficiunt quinq; teſtes,*

7 *Sive fiat in ſcriptis, ſive per nuncupationem.*

8 *Teſtamentum tempore peſtis an fieri poſſit cum quinque teſtibus, remiſſivè.*

*Teſtamentum ſolemne requirit teſtium ſubſcriptionē.*

10 *Nuncupativum, ſecus.*

11 *Papa poteſt abrogare leges Imperatorū foventes peccatum.*

12 *Papæ ratione peccati omnis anima ſubjecta eſt, & n.* 49. *&* 133. *& ſeqq.*

13 *Papa ubi peccatum non imminet, non poteſt infringere leges humanas quoad forum civile in locis ubi juriſdictionem temporalem non habet.*

14 *Sed in ſuo foro poteſt tollere legem civilem etiam in locis imperio ſubjectis.*

15 *Teſtamentum de jure canonico non requirit, ut teſtes ſint rogati.*

*Contrarium, n.* 17. *& ſeqq. uſq; ad n.* 23.

*Et quid in teſtamento ad pias cauſas, n.* 23.

16 *Dictio, coram, id eſt præſentibus, & intelligentibus, & n.* 20.

18 *Inter jus civile, & canonicum diſcrepantia non eſt inducenda, ubi jus civile non reperitur expreſsè immutatum per jus canonicum: & lex civilis ſervari debet etiam in foro Eccleſiæ.*

19 *Teſtes in teſtamento tam in ſcriptis, quàm nuncupativo debent eſſe rogati.*

20 *Parochus non ſufficit ut matrimonio interſit, niſi etiam ſit adhibitus à contrahentibus.*

21 *Adhibitus idem importat quod rogatus.*

22 *Teſtes in actibus humanis regulariter non requiruntur, ut ſint rogati.*

24 *Teſtamentum de jure canonico coram duobus, vel tribus teſtibus non valet, niſi etiam adhibeatur proprius Parochus teſtatoris.*

25 *Fides magis adhibetur indigenis ignotis, quàm extraneis notis.*

26 *Parochus dicitur pater ſpiritualis omnium ſuorum Parochianorum.*

27 *Nec eſt veriſimile, ut conſentiat falſitati, & nn.* 44 *&* 57.

28 *Parochus in teſtamento æquipollet quinq; teſtibus.*

29 *Contrarium.*

30 *Teſtes duo idonei præferuntur unico quantæcunque ſit dignitatis, & n.* 59.

31 *Parochus eſt teſtis authenticabilis, de quo Canones multum confidunt, & n.* 44.

32 *Teſtes autem in teſtamento adhibendi de jure canonico debent eſſe idonei, id eſt in aliquo non ſuſpecti.*

33 *Teſtes autem in teſtamento de jure civili debent eſſe maſculi, puberes, & liberi.*

34 *Mulier, & ſervus an de jure canonico poſſint eſſe teſtes in teſtamento.*

35 *Quid in teſtamento ad pias cauſas.*

36 *Et quid in teſtamento ad non pias cauſas.*

36 *Lectura prima quod hoc cap. locum habeat ſolummodo in teſtam. ad pias cauſas ſicut cap. ſequens.*

39 *Refellitur.*

40 *Lectura ſecunda quod hoc cap. procedat in teſtamentis ad non pias cauſas, tam in terris Eccleſiæ, quam imperii, & in utroq; foro.*

41 *Approbatur, & n.* 113. *uſq; ad n.* 157.

42 *Veritas Deus eſt, & maximum prævalet, & n.* 47.

43 *Subtilitas quæ veritatem lædit, per judicem non eſt recipienda.*

45 *Papæ authoritas ubi agitur de materia peccati non circumſcribitur limitibus alicujus territorii, & n.* 49. *&* 133 *& ſeqq.*

46 *Lectura tertia, quod hoc cap. ſervari debeat in terris Eccleſiæ in utroque foro, in terris autem imperii ſervetur jus civile.*

*Refellitur, n.* 49.

47 *Veritas prævalet ſolennitati, & n.* 141. *verſ. Ac demū.*

48 *Legiſtæ militant in foro Juſtiniani ſecundum leges, & Canoniſtæ in foro B. Petri.*

49 *Lex humana contradicens Divinæ non eſt ſervanda, ſed lex Divina ſervari debet etiam in foro civili, & n.* 115. 121. *&* 133. *& ſeqq.*

50 *Lectura quarta quod hoc cap. ſit ſervandum in foro Eccleſiæ, lex autem civilis in foro ſæculari.*

51 *Refellitur.*

52 *Lectura quinta quod per hoc cap. valeat teſtamentum ad non pias cauſas conditum coram duobus teſtibus, etiam ſine parocho.*

*Refellitur, n.* 55.

53 *Leges civiles requirentes numerum ſeptem, vel octo teſtium per hoc cap. non corriguntur, ſed declarantur irrationabiles, & n.* 141.

54 *Teſtamentum, de quo certitudinaliter conſtat per duos teſtes omni exceptione majores, mandare debet executioni, ſaltem per viam denunciationis Evangelicæ ad peccatum vitandum.*

*Contrarium, n.* 59. 60. *&* 62.

56 *Teſtes duo quando ſufficiant, & quando tres requirantur, & quales eſſe debeant, ad Eccleſiam pertinet determinare, neque hoc legi Divinæ adverſatur, & n.* 146.







UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

57 *Parochus & duo teſtes idonei in teſtamento adhibiti excludunt omnem falſitatis ſuſpicionem.*

58 *Teſtamentum ad non pias cauſas coram tribus teſtibus ſine Presbytero parochiali non valet.*

59 *Valet tamen ſi quatuor teſtes ſint adhibiti.*

60 *Veritas debet eſſe condita ſale ſacrorum Conſtitutionum, n. 2. eſt peccatum illas ſequi nuda veritate relicta, & n.102.*

*Contrarium, n. 157. & 141.*

61 *Veritas legum adminicula deſiderat.*

63 *Lectura ſexta quod hoc cap. loquatur tantum de teſtamentis, quæ fiunt in mortis articulo.*

*Refellitur, num. 68.*

64 *Teſtamentum militare non ſolum requirit militiã, ſed etiam ut miles ſit in conflictu belli, & n.70.*

65 *Intellectus* C. Habeat, C. de Sacroſ. Eccleſ.

66 *Teſtamentum ad pias cauſas conditum in mortis articulo coram duobus teſtibus non valet, ſi teſtator reconvaleſcat, & n.ſeq.*

*Contrarium, n.71.*

Decedens *verbum quid importet, n.66. & n.71.*

67 *Donatio cauſa mortis facta revocatur ſequuta reconvaleſcentia.*

69 *Mortis cogitatione mens turbata alienatur.*

71 *Teſtamentum quovis tempore fiat, dicitur factum tempore mortis.*

72 *Lectura ſeptima quod hoc cap. & cap. ſeq. non loquantur in teſtamentis, ſed in legatis & fideicommiſſis.*

73 *Refellitur.*

74 *Inſtitutio hæredis eſt caput, & fundamentum totius teſtamenti.*

75 *Lectura octava quod teſtamentum conditum ſecundum formam hujus cap. valeat in foro animæ tantum.*

76 *Refellitur.*

77 *Teſtamentum cæci ad non pias cauſas conditum coram Parocho & duobus teſtibus an valeat, latiſſimè in utramque partem diſcutitur, à n. 87. uſq. ad n. 157.*

*Refutantur fundamenta opinionis negativæ, à n. 87. uſque ad n. 113.*

*Item fundamenta opinionis affirmativæ à d. n. 113 uſq. ad num. 141.*

*Solvuntur objecta à d. n. 141. uſq. ad n. 157.*

78 *Cæcus de jure civili quam formam ſervare debeat in ſuo teſtamento.*

79 *Quamvis teſtamentum cæci ſignetur à teſtibus, non eſt nuncupativum.*

80 *Non requirit, ut ſigilla teſtium apponantur in chordulis, ſicut requirit teſtamentum in ſcriptis.*

81 *Et an inſtitutio hæredis fieri debeat ante legata.*

82 *Cæci teſtamentum non ſervata forma l.* Hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſſ. *de jure civili non valet, & n.96.*

83 *Et quid in codicillis.*

84 *Et quid in donatione cauſa mortis.*

85 *Donatio cauſa mortis non eſt mera ultima voluntas, & prout in eſſe deducitur, æquiparatur contractui.*

86 *Cæcus poteſt contrahere, & donare inter vivos ſicut quilibet alius.*

88 *Lex generalis poſterior non tollit legem ſpecialiter loquentem, ſed potius diſtinguitur, & limitatur per legem antiquam, & n.110.*

*Declaratur, n.141.*

89 *Cæcus non poteſt teſtari inter liberos niſi ſervata forma, l.* Hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſ.

*Contrarium, n.154.*

90 *Species derogat generi.*

91 *Lex generalis non corrigit legem præcedentem habentem ſpecialem rationem.*

*Declaratur, n.141. & ſeqq.*

92 *Lex generalis nunquam corrigit legem, quando invicem compatiuntur.*

93 *Lex civilis non contraria canoni ſervari debet etiam in foro Eccleſiæ.*

94 *Teſtandi facultas generaliter conceſſa non comprehendit perſonas aliàs inhabiles.*

*Declaratur, n.142.*

95 *Pupillus etiam pubertati proximus, nec ad pias cauſas teſtari poteſt.*

96 *Cæcus de jure communi eſt inhabilis ad teſtandum, niſi ſervata forma l.* Hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſſ.

97 *Solemnitati legali non detrahitur, niſi quatenus invenitur expreſſum.*

98 *Ius civile contradicens juri Canonico in his, quæ merè ſpiritualia non ſunt, aut à ſpiritualibus non dependent, obſervandum eſt in terris Imperii, & jus Canonicum in terris Eccleſiæ.*

99 *Nec Papa poteſt tollere leges civiles quantum ad eos, qui non ſunt de ſua temporali juriſdictione.*

100 *Teſtium ſolemnitas in teſtamento introducta eſt propter ſuſpicionem falſitatum.*

101 *Hæredes ab inteſtato, qui non credunt duobus, vel tribus teſtibus fidem adſtruentibus teſtamento ad non pias cauſas, non cenſentur habere conſcientiam læſam.*

*Contrarium, num.133.*

102 *Conſcientia regulari debet ex his, quæ à jure ſunt diſpoſita.*

103 *Filius natus ex uxore præſumitur eſſe filius mariti.*

104 *Et fatuus reputatur ſi credat matri aſſerenti eum ex adulterio genitum.*

*Contrarium, n.142. verſ.* Nec applicatur ſimile

105 *Lex civilis extra materiam peccati ſervari debet in foro civili, licet contradicat Canoni.*

106 *Lex civilis poteſt jus divinũ, & naturale diſtinguere, & adjuvare, illiſque addere, vel detrahere.*

*Contrarium, n.143.*

107 *Papa poteſt immutare authoritatem illam, in ore duorum, vel trium, &c. addendo, vel minuendo.*

*Sed contra, n.121. & n.143.*

108 *Lex Divina in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, non refertur ad majorem numerum, ſed ad minorem. Imò refertur etiam ad majorem, n.144. & ſeqq.*

109 *Alienum eſſe à lege divina quid importet, & n.150*

110 *Cæci teſtamentum etiam ad pias cauſas conditum non ſervata forma l.* Hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facer. poſſ. non valet.

*Contrarium, n.152.*

111 *Filiorum favor maior eſt, quàm pia cauſa.*

*Declaratur, n.155. & 156.*

*Filium exhæredare volens, & Eccleſiam inſtituere, quærat alium, qui ſuſcipiat, quàm Auguſtinum, d. n.111. & 166.*

112 *Inter ſpecies illa derogat alteri, quæ ſpecialior eſt, ſicut individua derogant ſpeciei.*

114 *Leges civiles requirentes in teſtamentis numerum ſeptem teſtium ſunt contra jus divinũ & n.166.*

*Item ſunt contra jus naturale, n.118. & 127.*

*Item contra inſtituta SS. Patrum, n.122.*

*Item contra generalem Eccleſiæ conſuetudinem, n.123.*

*Item*



*Item fovent peccatum, n.124. uſque ad num.141. & num.166.*

115 *Leges civiles repugnantes legi divinæ ſunt penitus excludendæ, & n.121.*

116 *Imperator eſt Vicarius Dei, & ideo non poteſt venire contra factum Domini.*

117 *Legibus Imperatorum, quæ contra Dei veritatem feruntur, qui obtemperare non vult, grande acquirit præmium.*

118 *Præceptum divinæ legis in ore duorum, vel trium, &c. non eſt judiciale, ſed morale.*

119 *Præcepta omnia legis Evangelicæ ſunt juris naturalis præter præcepta de Sacramentis, & de fide.*

120 *Præcepta moralia per legem humanam alterari non poſſunt.*

123 *Conſuetudo Eccleſiæ generalis ita obligat, ſicut præceptum, & n.119. & 130.*

124 *Teſtamentum impugnans ob defectum ſolemnitatis in numero ſeptem teſtium peccat mortaliter, & poteſt excommunicari, & nn. ſeqq. uſque ad n.141*

125 *Præcepti Divini tranſgreſſio ſemper eſt mortalis.*

126 *Peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam.*

127 *Præcepta omnia moralia, ſunt de lege naturali.*

128 *Legi naturæ quicquid contrariatur, peccatum eſt.*

129 *Conſuetudinis eccleſiæ tranſgreſſio inducit culpam lethalem, ſicut tranſgreſſio præcepti, & n.130.*

131 *Leges civiles irritantes teſtamenta cum pauciori numero, quàm ſeptem, vel octo teſtium, tanquam peccati nutritivæ non ſunt ſervandæ.*

132 *Lex eſt ſanctio ſancta jubens honeſta, prohibens contraria.*

133 *Lex canonica ubi agitur de peccato vitando ſervari debet, etiam in terris Imperii, & in omni foro.*

134 *Apoſtoli dicta prævalent dictis Imperatorum.*

135 *Teſtamentum coram duobus, vel tribus teſtibus ſecundum Apoſtolum impugnari non poteſt ex defectu ſolemnitatis.*

136 *Canones prævalent legibus in his, in quorum obſervatione emergunt peccata.*

137 *Hæredes ab inteſtato contra conſcientiam occupant bona defuncti, qui coram quatuor, vel quinque teſtibus extraneum hæredem inſtituit.*

138 *Princeps quamvis ex juſta cauſa poſſit ſtatuere contra jus gentium, tamen ubi ceſſat illa cauſa, conſtitutio ſervanda non eſt.*

139 *Iuris civilis authoritas non poteſt aliquem à peccato excuſare.*

140 *Iudices ſæculares cogi poſſunt ad obſervantiam hujus cap.*

144 *Intellectus cap.* Præſul. 2. q. 4.

*Teſtes ſeptuaginta duo requiruntur ad damnandum Cardinalem Epiſcopum, ibidem.*

145 *Declaratur.*

146 *Teſtium defectus ſupplet numerus.*

147 *Teſtes duo, vel tres, ſi habent qualitates requiſitas de jure canonico, ſufficiunt in omni materia, quantumvis gravi, & n.148.*

149 *Intellectus cap.* Licet univerſis. de teſtibus.

151 *Peccatum non eſt quod eſt præter legem divinam.*

152 *Cæcus ita demum teſtari poteſt ad pias cauſas non ſervata forma legis civilis, ſi relinquat piis, & venerabilibus locis, ſecus ſi privatis perſonis pauperibus.*

153 *Contrarium.*

155 *Religio divina eſt carior filiis.*

*Teſtamento ad pias cauſas magis favetur, quàm teſtamento inter liberos, ibidem.*

156 *Fallit quoad legitimam filiis debitam.*

*Teſtamentum, in quo Eccleſia inſtituitur, & filius exhæredatur, eſt contra officium pietatis, ibid.*

157 *Teſtamentum Romæ conditum ad non pias cauſas coram Parocho, & duobus teſtibus, an valeat ſtante ſtatuto urbis, quod præcipit ſervari jus civile, & eo deficiente jus canonicum, & num. ſeqq. uſque in fin.*

*Statutum urbis diſponens inter cives Romanos, & diſtrictuales ſervandum eſſe jus civile, declaratur, num.164. & n.166.*

158 *Rotæ deciſio in Romana Bonorum de Stocchis refertur.*

*Refellitur, n. 163. & ſeqq. uſque in fin.*

160 *Statutum loci attenditur quoad ſolemnitatem teſtamenti.*

161 *Statutum Ravennæ quod ſervetur jus civile quando contradicit juri canonico valet etiam ſine confirmatione Apoſtolica, & n. ſeq.*

162 *Populi Eccleſiæ Romanæ in temporalibus ſubjecti poſſunt ſtatuta condere contra jus Canonicum.*

164 *Statutum urbis de ſervando jus civile non extenditur ad leges requirentes numerum ſeptem teſtium in teſtamentis tanquam foventes peccatum rebellantes juri divino, ſtatutis Patrum, & generali Eccleſiæ conſuetudini, & n. ſeqq. uſque in fin.*

*Item non extenditur ad leges per jus Canonicum abrogatas, n.166.*

*Non obſtante confirmatione Apoſtolica, n. 178.*

165 *Papa uſque ad animam, & ſanguinem jus divinum ſervare debet.*

167 *Ius civile correctum non dicitur amplius jus civile.*

168 *Pœnæ à jure civili latæ contra ſecundo nubentes infra annum luctus per jus canonicum hodie ſunt ſublatæ.*

169 *Nec habent locum inter perſonas ſubjectas ſtatuto Vrbis.*

170 *Leges multæ referuntur, quæ tanquam foventes peccatum ſunt ſublatæ per jus Canonicum, & n. ſeqq.*

*Ordinandi ad Sacerdotium jure civili debent aliquid offerre ordinanti, & notario, ſed jure canonico eſt ſimoniacum, ibidem.*

171 *Pro jure indicando licitum eſt jure civili pecuniam accipere: jure canonico ſecus.*

172 *Iurare per creaturas jure canonico non eſt permiſſum: jure civili ſecus.*

173 *Pupillus jure civili non tenetur ſervare juramentum: jure canonico ſecus ſi ſit doli capax.*

174 *Contrahentes jure civili licitè ſe invicem decipiunt: ſecus jure canonico.*

175 *Bona fides non requiritur jure civili in præſcriptione: jure canonico ſecus.*

176 *Filius familias jure civili non obligatur voto: jure canonico ſecus.*

177 *Patri ſecundum leges licet occidere adulterum cum filia deprehenſum, dummodo & filiam occidat: ſed non ſecundum Canones.*

179 *Statutum ut in teſtamentis ſervetur jus civile quoad numerum ſeptem teſtium, non valet, & num. ſeqq.*

180 *Princeps etiam Papa ſi condit leges contra ea, quæ dicit Dominus, non dicitur condere leges, ſed potius convincitur errare.*

181 *Papa non poteſt ſtatuere contra ſtatum univerſalem Eccleſiæ.*

182 *Licet receperit à Deo poteſtatem, & dignitatem Pontificatus, non tamen poteſtatem peccandi.*

183 *Statuta, & conſuetudines locales requirentes numerum ſeptem teſtium in teſtamento revellant Iuri Divino.*

1 CUM ESSES. Legitur octo modis, ut dicam infra in apparatu *n.* 37. Communiter tamen ſic ſummatur. Valet teſtamentum, quod Parochianus facit coram Presbytero ſuo, & duobus teſtibus, nec tenet conſuetudo contraria. Jo Andr. Butr, Cardin. Anchar. Imol. Abb. &
2 Jo. de Anan. Secundùm lecturam, quæ magis placet Canoniſtis, & videtur verior, hoc intendit. Teſtamentum etiam ad non pias cauſas conditum coram Parocho, & duobus teſtibus valet nedum in foro Canonico, ſed etiam in foro civili, contraria conſuetudine non obſtante. Communis diviſio. Secunda ibi, *quia vero*.
3 Nota primò ibi, *ſeptem, vel quinq; teſtium*. Iure civili inſpecto ad teſtamenti validitatem requiri numerum ſeptem teſtium. Hoc enim generale eſt tam in teſtamento in ſcriptis, l. *Hac conſultiſſima, C. de Teſtamen.* quàm in teſtamento nuncupativo, §. *In teſtamentis, C. eod.* l. *fin.* juncta gloſſ. *in verb.*
4 *Oſtenditur, C. de fideicomm.* Et hic numerus non tantum eſt de forma probatoria, ſed etiam de forma ſubſtantiali, ut firmat Bart. in l. *Nemo poteſt, in prima oppoſit. ff. de leg. primo*, & eſt communis opinio, ut ibi atteſtatur Ripa ſub *n.* 2. & Covarr. *in repetit. hujus cap. n.* 8. Additur autem in textu illud verbum *quinque*, propter codicillos, ut l. *fin.* §. *ult.* C.
5 *de codicill*, ſecundùm Abb. *hic in* 1. *notab.* Sed hoc non videtur verum, quia numerus ſeptem, vel quinque teſtium hic refertur tantùm ad teſtamenta, quorum appellatione non veniunt codicilli, ut l. *Si idem, C. eod.* niſi forſitan largè, & impropriè ut notat gloſſ. *final.* in cap. 2. §. *fin. de uſur.*
6 *lib.* 6. Unde dicendum videtur, verb. *Quinq.*, fuiſſe hic appoſitum propter teſtamentum, quod fit ruri, in quo teſtes quinque ſufficiunt ad præſcriptum, l. *fin, C. de teſtam.* Hoſt *hic n.* 5. Cardin. *in* 2.
7 *notab.* Sive ruſticus teſtetur in ſcriptis, ſive per nuncupationem: & ita communiter tenetur, ut ait Alex. in d. l. *fin. ſub n.* 8. in gloſſ. *in ver. Scriptura*, & Jaſ. *ſub num.* 2. *verſ. Extende*: & communiter
8 ita ſervatur, ut dicit Bart. *ibid. n.* 1. An autem hoc vendicet ſibi locum etiam in teſtamento quod fit tempore peſtis eſt ardua quæſtio; Tu vide Auctores pro, & contra de communi atteſtantes apud Julium Clar. in §. *Teſtamentum, qu.* 56. *verſ. Et hac quidem concluſio.* Et quod notat Bart. in l. 1. *ad fin. verſ. Et ideo propter talia, ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſt. milit.*
9 Secundò nota ibi, *ſubſcriptione*: eodem jure civili inſpecto teſtamentum eſſe à teſtibus ſubſcribendum, ut hic patet. Quod verum eſt in ſolemni teſtamento, ut d. l. *Hac conſultiſſima, C. de teſtam.* Nec non in teſtamento cœci, ut l. *Hac conſultiſſima, C. Qui teſt. facer. poſſ.* & latiùs dicam infrà,
10 *n.* 79. *ad fin.* Secùs autem in teſtamento nuncupativo, ut notat gloſſ. in dicta l. *fin. in verb. Oſtenditur, C. de fideicommiſſ.* Hoſt. *hic n,* 2. *in ver. Subſcriptione*, Anchar. & Abb. *in* 2. *notab.*
11 Tertiò nota ibi, *ſecundùm quod leges humanæ decernunt*. Summum Pontificem poſſe abrogare leges Imperatoris foventes peccatum, ut *hic*, & in cap. *fin. de præſcript.* & in c. *Cùm contingat, de jurejurand.* & in c. *Licet, eodem tit. lib.* 6. Abb. *hic n.* 4
12 Nam omnis anima ratione peccati Apoſtolico ſubjecta eſt, cap. *Novit, ſuprà de judic.* cap. *Si imperator, 96. diſt.* Gloſſ. *Magna*, & DD, in cap. *fin. de præſcript.* & fuſius dicetur *infrà num.* 49. & 133. &
13 *ſeqq.* In aliis verò caſibus ubi peccatum non imminet, Papa non poteſt infringere leges humanas quoad forum civile in locis ubi juriſdictionem temporalem non habet, cùm poteſtates diſtinctæ ſint, cap. *Cùm ad verum, 96. diſt.* cap. *Quoniam*, ubi plena gloſſ. *in ver. Diſcrevit*, 10. *diſtinct.* cap. *Cauſa, qui filii ſint legitimi*, & notat gloſſ. in cap. *Poſſeſſor, de*
14 *reg. jur. in* 6. Abb. *hic num.* 5. Sed in ſuo foro poteſt tollere legem civilem, etiam in locis Imperio ſubjectis ut dicit præcitat. gloſſ. in cap. *Poſſeſſor*, & ſcripſi pleniùs in cap. *Antigonus, num.* 28. *ſuprà de pact.*
15 Quartò nota ibi, *Coram*, ſecundùm Petrum de Anchar. *hic n.* 6. Ad validitatem teſtamenti de jure Canonico non requiri, ut teſtes ſint rogati:
16 nam dictio *Coram*, exponitur, id eſt eis præſentibus, & intelligentibus: non ergo dormientibus, pupillis, vel furioſis, ut l. *Diem proferre, §. Coram, ff. de arbitr.* & l. *Coram, ff. de verb ſignificat.* & hoc tenet Bart. in l. *Habeat, n.* 76. *C. de Sacroſancta Eccleſ.* alle-
17 gat text. in cap. *ſeq. circa fin.* Sed certè ibi potiùs innuitur oppoſitum, quia dicitur, duobus teſtibus requiſitis: nam verbum, *requiſitu*, videtur idem importare, quod *rogatu*, ut mox dicetur.
18 Prætereà ubicumque non reperitur aliqua diſpoſitio juris civilis expreſsè immutata à jure Canonico, non debemus inducere diſcrepantiam inter jus Canonicum, & jus civile; imò lex civilis ſervari debet etiam in foro Eccleſiæ, ut cap. 1. & *ibi* Abbas Antiq. *n.* 2. Jo. Andr. *n.* 5. & alii communiter *infrà de nov. oper. nunciat.* Anchar. in cap. *Canonum ſtatuta, in* 1. *qu. num.* 44. *ſuprà de Conſtitut.*
19 Sed diſpoſitio juris civilis requirens, ut teſtes ſint rogati tam in teſtamento in ſcriptis, ut l. *Hac conſultiſſima, C. de teſtam.* quàm in teſtamento nuncupativo, ut §. *fin. inſtit. de teſtam.* nullibi reperitur expreſsè correcta per jus Canonicum, quin potius videtur approbata in cap. *ſeq. in fin*, ergo ſervari debet in utroque foro; & per hanc rationem ita tenet Collect. *hic n.* 2. dicens ſe credere teſtamentum non valere, niſi ſint rogati, nec præſumi rogatos niſi probetur, ut l. *Hac conſultiſſima, C. de*
20 *teſtam.* & hæc eſt communis opinio. Nec refragatur dictio, *coram*, quæ exponitur, id eſt, *præſentibus*; quoniam per hoc non excluditur, quin teſtes debeant etiam eſſe rogati: ideoque cùm Concilium Tridentinum in *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reformat. matr.* ad validitatem matrimonii requirat, ut celebretur præſente Parocho, & duobus teſtibus: Sac. Congregatio ejuſdem Concilii Interpres declaravit non ſufficere, ut Parochus matrimonio interſit, niſi etiam à contrahentibus ſit adhibitus, ut dixi in cap. *Quod nobis, n.* 54. *verſ. Cave tamen, infrà de clandeſtin. deſponſatione.* Ver-
21 bum autem *adhibitus*, idem importat quod, *rogatus*, ut notat gloſſ. *in* §. *fin. in ver. Adhibitis, inſtit. de teſtam.* Bald. in l. *Nullum, verſ. Nota gloſſ. ff. de divort.* Unde etiam in teſtamento videtur requiri, ut non modò teſtes, ſed etiam Parochus ſit adhibi-
22 tus. Et quamvis regulariter in aliis actibus humanis non requiratur hæc ſolemnitas, ut teſtes ſint rogati, ut l. *Ad fidem, ff. de teſtibus*; tamen ſecus eſt in teſtamento propter gravitatem materiæ, & maximum timorem fraudis, & falſitatis:

Quæ ratio maximè viget in teſtamento quod fit juxta diſpoſitionem hujus cap. valde enim periculoſum eſſet, ut Parochus, vel teſtes, qui fortè convivii, vel confabulandi cauſa, vel aliud tractandi adeſſent, & audirent teſtamentum fieri, forſitan aliud mente revolventes, & ad illum actum non attendentes, fidem adſtruerent teſtamento. Quod conſiderat jus civile in l. *Heredes palam, §. In teſtamento ff. eod. tit.* Et hoc puto verius in teſtamento, quod fit ad non pias cauſas, ad præ-
23 ſcriptum hujus Decretalis. Sed in teſtamento ad pias cauſas hæc ſolemnitas juris civilis non videtur neceſſaria, quia in talibus ceſſat ſuſpicio falſitatis, ut dicit gloſſ. 3. *hic*, & Anchar. *n.* 8 *verſ. Nam in talibus*; Ideoque in hujuſmodi teſtamento per jura canonica eſt inductum, ut non ſtetur ſolemnitatibus juris civilis, ſtetur autem juri Divino, vel naturali, ut in cap. *Proximo, infrà eod.* & in hoc ſecundo caſu loquitur Bart. in d. l. *Habeat, n.* 75. & 76. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* cum quo tendet Anchar. *hic n.* 6. licet Bart. in ea fuerit opinione, ut tex. noſter loquatur de teſtamento ad pias cauſas, de quo plenè dicitur infrà in examinatione materiæ.
24 Quintò nota ibi, *Presbytero ſuo*, de jure Canonico non valere teſtamentum conditum coram duobus, vel tribus teſtibus, niſi etiam fuerit adhibita præſentia Presbyteri Parochialis præſati: hic eſt caſus ſecundùm omnes in ſummario tex. Et pondera illud pronomen, *ſuo*, quia non ſufficit præſentia cujuslibet Presbyteri, etiam curam animarum habentis, ſed requiritur ut ſit proprius, & ordinarius Parochus teſtatoris; nec ſufficit alienus, ut hic per Imol. *n.* 12. *verſ. Et per hanc etiam rationem*, & Abb. *n.* 6. & 17. & de Presbytero teſtatoris loquitur Angel. *in conſ.* 233. *Punctus eſt, n.* 5 *verſ. Differentia autem*, & Pariſius *conſ.* 51. *Teſtamen-*
25 *tum, n.* 1. *lib.* 3. Et poteſt eſſe ratio, quia fides magis adhibetur indigenis ignotis, quàm extraneis notis, ut in *Authen. de teſtam. §. Si verò ignoti, col.* 9. & c. *Poſtquam, ſuprà de elect.* & eſt ſimile quod legitur, & notatur in c. *Quanquam*, in gloſſ. *in verb.*
26 *Parochia, de uſur. lib.* 6. Item proprius Sacerdos parochialis dicitur pater ſpiritualis omnium ſuorum parochianorum, cùm illos recipiat ad pœni-
27 tentiam, ut in cap. *Omnes, 30. q.* 1. Non ergo eſt veriſimile, ut talis conſentiat falſitati, arg. l. *Non eſt veriſimile, ff. Quod met. cauſ.* ſecundùm Hoſt. *hic n.* 6. *in ver. Idoneus*, Calder. *conſ.* 337. *aliàs* 8. *circa finem*
28 *de teſtam.* Imò ex hac littera deducunt quidam teſtimonium Presbyteri parochialis æquipollere quinque teſtibus. In teſtamento enim ſeptem teſtes requiruntur, ut dictum eſt ſuprà *in* 1. *notab.* Sed hic ſtatuitur, ut ſufficiant duo cum Presbyte-
29 ro: ergo dicunt ipſi, Presbyter repræſentat quinque; ſed hos tanquam ſimplices redarguit hic Hoſt, *n.* 6. *in verſ. Coram Presbytero ſuo*, & Jo. Andr. *n.* 2. *in verſ. Presbytero*, & meritò, quia duo teſtes
30 idonei præferuntur unico quantæcunque digni-
31 tatis exiſtat, cap. *Cùm à nobis, de teſtib.* l. *Iuriſjurandi, C. eod. tit.* licèt proprius Sacerdos ſit teſtis authorizabilis, de quo Canones multum confidunt, ut ex ſententia S. Congregationis Concilii dixi in cap. *Quod nobis, n.* 54. *de clandeſtin. deſponſat.*
32 Sextò nota ibi, *perſonis idoneis*, duos teſtes de jure Canonico adhibendos in teſtamento debere eſſe idoneos, id eſt, in aliquo non ſuſpectos. Secundùm Hoſt. *hic num.* 7. & Joan. Andr. *num.* 3. Et
33 quidem de jure civili teſtes idonei dicuntur ſoli-



licet maſculi, non fœminæ, puberes, & liberi, ut l.
34 *Hac conſultiſſima, in princ. C. de teſtam.* Verùm ſecundùm Canones, qui jure naturali à teſtimonio repelluntur abſque dubio non ſunt idonei, ut domeſtici, inimici, & conſimiles, l. *Etiam*, juncta gloſ. *unica C. de teſtib.* ſed illi, qui de jure civili tantummodò repelluntur, ut ſervi, & fœminæ, utique de jure Canonico quod jus naturale imitatur, in teſtamento poterunt eſſe Teſtes, ſecundùm Petrum de Anchar. *hic num.* 6. & Joan. de Anan. *num.* 8. & de fœmina Angel. *conſ.* 233. *Punctus eſt, num.* 5. *verſ. Differentia autem*, & hanc dicit eſſe communem opinionem Pariſ. *conſ.* 51. *Teſtamentum conditum, num.* 16. *lib.* 3. & Crot. *de teſtibus, in* 1. *par.* 10. prout illum refert Covarr. in *relect. hujus cap. num.* 14.
35 Sed tu adverte, quia ſi agatur de teſtamento ad pias cauſas, prædicta opinio procedit abſque difficultate, ut per Bald. in l. 1. *num.* 9. *C. de ſacroſancta Eccleſ.* & ita communiter tenetur, ut dicunt Guliel. de Benedict. *in repet. c. Raynutius, in* 1. *par. fol.* 154. *num.* 63. *infrà eod.* Roman. *in repet. Auth. ſimiliter in* 6. *ſpecialis piæ cauſæ circa ultimas voluntates, C. ad legem Falcidiam*, & alii apud Julium Clar.
36 in §. *Teſtamentum, q.* 6. *verſ. Tertiò infertur.* Sed in teſtamento ad non pias cauſas verius videtur mulierem de jure Canonico non poſſe teſtem adhiberi, tum quia hoc cap. quatenus temperat rigorem juris civilis, eſt ſtrictè intelligendum, arg. c. *Statutum, de elect. lib.* 6. nec à legibus eſt recedendum niſi quatenus contrarium in Canonibus reperitur expreſsè diſpoſitum, cap. 1. *Cùm materia, de novi oper. nunciat.* & c. *Si in adjutorium,* 10. *diſt.* & hic notant Collect. *num.* 2. Imol, *nu.* 2. & Abb. *num.* 6. *verſ. Item quatenus*, Feder, *de Sen. conſ.* 211. *ubi num....* refert in quadam additione, quæ tribuitur Innoc. in c. *ſeq.* fuiſſe diffinitum leges in his, & aliis eſſe obſervandas, niſi in caſibus per leges, vel Canones exceptis. Tum quia cùm hic requiratur, ut teſtes ſint idonei, hæc qualitas non videtur verificari in fœmina, quia eſt fragilis, & corruptibilis, ut dicit gloſſ. in l. *Qui Teſtamento, §. Mulier, in verb. Non poterit ff. de teſtam.* Ideoque valde periculoſum eſſet de illius integritate confidere in actu tam præjudiciali, in quo ſæpè ſolent committi falſitates, & fraudes. Unde hanc opinionem amplectitur Collect. *hic num.* 2. Alex. *in conſ.* 70. *nu.* 13. *vol.* 2. quod eſt appendix ſive confirmatio, *conſ.* 84. *lib.* 2. ubi hoc idem tenet, & valde miratur de quodam conſulente, qui dixerat communem opinionem eſſe in contrarium. Hanc etiam ſequitur dicens veriorem, & magis communem Jul. Clar. alios referens in §. *Teſtamentum, q.* 55. *verſ. Sed quid de jure Canonico.*
37 Abſolutis notabilibus venio ad apparatum, Decernitur hic, ut valeat teſtamentum conditum coram Parocho, & duobus teſtibus. Contra hoc oppono. Nam requiruntur ſeptem, ut l. *fin. C. de fideicomm.* ita ut ſi unus deficiat, teſtamentum corruat, ut l. *Si unus, C. de teſtamen.* Hoſt. *hic n.* 3. *in verbo Leges humanas*, & Cardin. *in* 2. *notab.* Timore hujus contrarii, gloſſa tertia ponit quatuor intellectus, ſeu lecturas indeciſas.
38 Prima lectura eſt quod hoc cap. *Sicut*, c. *ſequens* ſit intelligendum de teſtamentis ad pias cauſas, in quibus minor ſolemnitas requiritur, ſicut inter liberos, ut l. *Hac conſultiſſima, §. Ex imperfecto*, & *auth. Quod ſine, C. de teſtam.* l. *ult. C. famil. erciſcund.*

Quare

Quare juxta hanc lecturam in teſtamentis conditis ad non pias cauſas ſervabitur jus civile de numero ſeptem teſtium etiam in foro Eccleſiæ. Quia cùm jure Canonico in hujuſmodi teſtamentis ad non pias cauſas nihil juri civili detractum reperiatur: conſequens eſt in talibus jus civile incorrectum manere, & ſervandum eſſe ubique locorum, & in omni foro, ut per Fulgoſ. *conſ.29. Punctus quæſtionis,n.2.*& in hac lectura reſidet ipſa gloſſa *tertia hic*,& in cap.*Sequente,in verb.Decreto, rum,in fin.* Item gloſſ. Jo. *in Summa,2. quæſt.4. in verb.Vel Trium*,Abb.Antiq.*hic in princ*, licèt in fine cum Petro de Sampſone vacillando dicat, Tene quod vis Raymun. *in Summ,lib.3.tit. de numero teſtium* relatus hic à Jo. Andr. *n.6.* Bart. in l. 1. *n.75. C.de Sacroſanct.Eccleſ.* Paulus de Caſtro, *conſ.431.Iſta inſtitutio,per totum,lib.2.* ubi conſuluit non valere inſtitutionem factam ad non piam cauſam in terris Eccleſiæ ob defectum ſolemnitatis juris civilis,& *n.2.* dicit potiùs inhærendum gloſſ.Bernard.*hic*, quod hoc c. locum habeat ſolum in relatis ad pias cauſas; & quod ſi eſſet judex, ita pronunciaret, & quod ubique locorum vidit obſervari ſolemnitatem juris civilis in relictis ad non pias cauſas, & idem tenet Guidopapa *deciſ.543. n.13.* & hanc opinionem dicit eſſe crebriorem apoſtoll. ad hoc cap. Ut refert Julius Clar, in *§.Teſtamentum,q.57.poſt princ.* quæ tamen apoſtilla non reperitur in compilatione, qua utimur. Movetur gloſſ. quia hæ duæ Decretales loquuntur de eadem materia, & de eodem loco; & ideo hæc intelligitur, & declaratur per ſequentem. Nec eſt veriſimile Papam uno verbo leges omnes evertere voluiſſe, l. *Si quando, C. de inoffic. Teſtament.* c. *Eccleſia veſtra,il 2. de elect.* ſed planè
39 hoc fundamentum gloſſ. non ſubſiſtit, quia materia eſt diverſa, ut patet ex tenore utriuſque. Item hæc loquitur de civitate Hoſtienſi; ſequens verò de civitate Velletrenſi; & ſic eſt etiam diverſitas loci. Præterea ſi hoc c. intelligeretur ad pias cauſas, eſſet contrarium cap. ſeq. ubi in relictis ad pias cauſas ſufficiunt duo, vel tres teſtes. Nam in hoc cap. Ultra duos, vel tres teſtes requiritur etiam præſentia Presbyteri Parochialis: ergo alterum iſtorum eſſet falſum, vel ſuperfluum, quod eſſet contra id, quod dicit Papa ſuprà in proœmio, videlicet in hac compilatione nihil eſſe falſum vel ſuperfluum. Ut igitur hæc jura per diſtinctionem ad concordiam reducantur, quod facere debemus, ut in cap. *Cùm expediat, de elect. lib. 6.* Dicamus, c. ſequens, quod expreſsè loquitur de relictis ad pias cauſas tantum in illis habere locum: hoc verò c. quod loquitur ſimpliciter, & requirit præſentiam Sacerdotis cum duobus, vel tribus teſtibus, locum habere in aliis teſtamentis, id eſt ad non pias cauſas. Ita Gemin.*conſ.49.ſuper iſto puncto,n.5. verſ. Et addo unam rationem.* Item cùm hic nulla fiat mentio de relictis ad pias cauſas: hæc lectura videtur divinare, ut per Imol. *circa fin.verſ.Et ſic iſta prima lectura.* Nec obſtat ratio inveriſimilitudinis deſumpta ex l. *Si quando, C.de inoff.teſtam.* quia hoc cap. Non procedit corrigendo, ſed declarando irrationabilitatem Juris civilis, ut dicam infra *n.53. & n.141.* Item non obſtat ponderatio Bald. *conſ. 284. in libro Eſdræ, n.3. lib.3.* quòd dictio, *talis*, poſita in cap. ſeq. ſit reſtrictiva ad ſimilia, & diſſimilium excluſiva; & ideo reſtringat hoc c. ad pias cauſas: nam ſalva illius reverentia illa dictio, *talis*, non reſtringit hoc c. ſed bene reſtringit illud c. relatum ad relicta Eccleſiæ, de quibus ibi in princ. mentionē fecerat, ut illic declarat Innoc. *in fin.* & Imol. *n.1.* unde contra gloſ. tenent magis communiter DD. ut deducit Gemin.*6.conſ.49.n.4.*& mox patebit.

40 Secunda igitur eſt lectura quod hoc cap. generaliter deroget legibus civilibus quoad numerum ſeptem teſtium, ita ut de jure canonico valeat teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus ad non pias cauſas tam in terris ſubjectis juriſdictioni temporali Romani Pontificis, quàm in terris Imperii: & tam in foro Eccleſiæ, quàm in foro civili. Et hanc lecturam probarunt Tancred. & poſt eum Bart. Brixien, *in Summa, 2.q.4.in verb.Vel Trium,in fin.* Speculat. *in tit.de inſtr.edit. §. Compendioſe,num.11.verſ. Item per jus Canonicum,* Archid. in cap. 1. 2. *q.5.* & tenent *hic* Guliel. Naſo, Ægid. & Petr. de Sampſon. relati à Joan. Andr. *n.2.* Alan. Goffred, & Laurent. ab eodem relati *n.6.in gloſſ.*
41 *3.* Qui omnes ſine diſtinctione loci, aut forigeneraliter tenent hoc cap. loqui in quolibet teſtamento, & ad non pias cauſas, & expreſſius per hoc cap. tam in foro civili, quàm Eccleſiaſtico eſſe generaliter derogatum legibus civilibus loquentibus de ſolemnitate teſtamentorum, firmat Hoſt. *hic num, 4 in verb.Improbamus, verſ. Vel ſi dicas*, dicens, hoc veriſſimum eſſe, nec poſſe abſurdum videri ſi rationes utrinque expendantur:
42 nam pro hac opinione ſtat lex Divina, lex Canonica, & generalis conſuetudo Eccleſiæ, ut hic dicitur in littera; Item ipſa veritas, quæ Deus eſt,
43 & in omnibus prævalet 2. *Eſdræ 10.in fin.* Sed pro opinione contraria eſt lex humana, pernicioſa ſubtilitas, & timor falſitatis, ut l. *fin.C.de fideicom.* Cujus ergo potiora ſunt jura? utique primæ: ergo ei ſtandum eſt, l. *fin.C.de edict. Div.Adr.toll.* cap. *Bonæ,il 2.§.fin.ſuprà de poſtulat.Prælat.* Nec recipienda eſt per judicem ſubtilitas, quæ veritatem lædit, l. *Sicut re corporali,§.autem,ff. Quibus modis pign. vel hypoth.ſolv.* Sed nec obeſt timor falſitatis, quia quilibet præſumitur bonus, cap. *unica, de Scrutin.in ordin.facien.* Et nihilominus ad hunc timo-
44 rem ſubmovendum in tex. datur remedium, ut teſtes ſint idonei, & adhibeatur etiam Presbyter Parochialis: neque enim veriſimile eſt, ut tales ſint authores falſitatis, nec ut Parochus alicui falſitati conſentiat; ita Hoſtien. qui & remittit ad *ſummam de teſtam. §.Qualiter conficiatur*, ejuſque ſententiam videtur fovere Jo. Andr. *hic n.6.* ut refert Collect. *num.2.in fin.qui num.1.* eamdem ſententiam ſequitur ſubdens ita ſervari de facto; quam etiam à fortiori tenet Butr. *poſt n. 3. verſ. Ego credo,* & Corn. *conſ.137.Placet mihi,n.1.verſ. Totum enim iſte articulus, vol.2.* ubi ait Gemin. ſententiam DD. eſſe, ut hoc cap. loquatur in cauſa prophana, & deroget juri communi in teſtamento, in quo intervenit Presbyter Parochialis, qui eſt judex animarum, de quo jus Canonicum plurimum confidit. Eamque pluribus tuetur Abb. *hic n.8.poſt med.verſ. Ego autem diſputationis gratia,* cui & ipſe aſſentior per ea, quæ latiſſimè dicam infrà in quæſtione de cœco *à num.113.uſq.ad num.117* Nam ſi in teſtamento cœci, in quo major viget ſuſpicio falſitatis, & ideo major ſolemnitas à jure civili exigitur, ſufficiunt duo teſtes cum Presbytero Parochiali, etiam in terris Imperii, & in foro civili, ut ibi probabitur per rationes invincibiles



utique multò fortius idem erit obſervandum in
45 teſtamentis aliorum. Et cùm agatur de obſervantia legis Divinæ, & de materia peccati, authoritas Papæ non circumſcribitur limitibus alicujus territorii, ſed ubique locorum, & in omni foro ejus diſpoſitio ſervanda eſt neceſſitate præcepti, cap. *fin.* & ibi gloſſ. *magna, de præſcript*, & latiùs patebit infra *n.49.& n.113 & ſeqq.*

46 Tertia eſt lectura, quam gloſſ. hic recitat, quod in terris ſubjectis temporali juriſdictioni Eccleſiæ ſervari debeat hoc cap. tam in foro Eccleſiaſtico, quam in foro civili. In terris autem Imperii ſervandum ſit jus civile de numero ſeptem teſtium; Et hanc tenet Gemin. alios referens in *conſ.49.Super iſto puncto, n.3. verſ. Alia eſt opinio,* Eamque communem eſſe atteſtatur Alex. *conſ. 146.Viſo themate,n.6 lib,2.*& *conſ.47. Abunde, n.2. eod.lib.* dicens, in terris Eccleſiæ ſecundùm magis communes concluſiones ſufficere duos teſtes cum Parochiano, & *conſ.177.Viſo themate, n.2. lib.2.* ubi ait hanc eſſe magis communem opinionem Canoniſtarum,* & *conſ.17.Ponderatis,n.15.& ſeq. lib.3.* ubi tollit contraria, *conſil.176.Viſo proceſſu, n,10.verſ. Poteſt etiam,lib.5.*& *conſ.105 Viſo,num. 15. verſ. Imo fortius ubi de communi lib. 4.* Pariſ. *conſ.51.Teſtamentum,n.1.lib.3.* dicens ita hic affirmare ſcribentes omnes, nullo excepto, dicentes hanc concluſionem eſſe communem, & ſequendam in judicando, & conſulendo, & *n.15.*
47 aſſerit eam eſſe firmiſſimam, & indubitabilem, Bald. *conſ.285. Factum tale eſt, aliàs ſi quis juris, in fin.lib.3.* ubi dicit hanc eſſe communem opinionem Canoniſtarum, quia veritas prævalet ſolemnitati: licèt ſubdat forum eſſe ſervandum,
48 quia Legiſtæ tenent contrarium, & militant in foro Juſtiniani ſecundùm leges, & Canoniſtæ triumphant in foro B. Petri. Et idem tenuit *conſ. 351.Quoniam ex facto,* & *conſ. ſeq.lib.4.* ſequitur Corn, *conſ.18. Principale dubium,num.14.verſ. Et cap.Illud,ſecundùm communem ſententiam, vol. 2.* & *conſ.168.In præſenti,n.2.verſ. His tamen minimè refragantibus, eod.vol,* ubi ait communem lecturam hujus Capituli eſſe, quod in terris Eccleſiæ in utroque foro, & in terris Imperii in foro Canonico valeat teſtamentum coram Presbytero parochiali, & duobus aliis teſtibus, & ibi plures allegat. Idemque atteſtantur Ripa in *tract. de peſte, in privileg.contractuum n,12.* Bellon. *conſ.14.n.3.* & Jo. Dilect. *de art.teſtam tit.2.caut.2. poſt n.2.* Quæ opinio eſt etiam generali conſuetudine roborata, ut atteſtatur Joan. Andr. *hic n.6.verſ. Communiter,* ubi ait communiter ſervari, ut in relictis ad pias cauſas in omni foro ſufficiant duo teſtes, in aliis in foro civili, qui non ſit de temporali juriſdictione Eccleſiæ ſervetur lex, Cardin, *n.5. verſ. Joan. Andr. dicit,* ubi explicans dictum Jo. Andr. Similiter ait communiter ſervari, ut in terris Eccleſiæ, etiam ad non pias cauſas, valeat ultima voluntas cum Presbytero parochiali, & duobus teſtibus etiam in foro civili, In terris autem Imperii ſervanda ſit lex civilis in foro civili, & jus Canonicum in foro Eccleſiæ; & hanc lecturam dicit eſſe veriorem. Et eodem modo Joan. de Imol. *n.13.* dicit hanc opinionem videri conſuetudine roboratam, & per conſequens ſervandam; & paulò infra, verſ. *Sed iſta opinio,* dicit eſſe de jure veriorem, quod etiam affirmat Cardin. *loco proximè citato.* Sed & Calder. *conſ.8.circa finem de teſtam.* dicit hanc ſervari de facto. Unde, ut ait Clarus in *§.Teſtamentum, quæſt.57. verſ. Quæ quidem;* non eſſet ab ea in conſulendo, & judicando recedendum, & paulò infra dicit: A qua non recedas in practica, quia quantum ego vidi apud omnes, ita ſervatur ſine controverſia. Quinimò fertur Innocentium IV. ſemel in Conſiſtorio ita pronunciaſſe, ut refert Bald. *in conſ. 284. Dominus Raynutius, n.2 lib.3.*

Quod ſanè vix credibile eſt, quia idem Innoc. hic, & in cap. *ſeq.* in hac materia nihil certum ſcripſit, ſed tantummodò opiniones recitavit, prout etiam referunt hic Hoſt. *n.6.verſ. Dominus tamen noſter, in hac materia,* Jo. Andr. *n.6. verſ. Innocentius verò,& plerique alii.*

Suffragari videtur huic lecturæ, quod civitas Hoſtienſis, de qua hic agitur, eſt de temporali juriſdictione Romanæ Eccleſiæ, & hoc cap. loquitur quando quæſtio coram Eccleſia agitatur; ut patet evidenter ex littera ſecundùm Angel. *d. conſ.233.n.5.verſ.Et attendendum.*

49 Verum, ut inquit Abb. *hic n.8.* Licèt hæc lectura videatur colorata; tamen ſalva reverentia Jo. Andr. & Jo. de Fano, non videtur vera, quia cùm textus dicat leges civiles decernere, ut teſtamenta non fiant cum minori numero, quàm ſeptem teſtium, & hoc eſſe contra legem Divinam: hinc patet eas nec in foro civili eſſe obſervandas, quia ubi lex humana adverſatur legi Divinæ, ſervanda eſt lex Divina in foro etiam ſæculari, ut in cap. *Contra mores, 8. diſt.* & in cap. *Qui reſiſtit,* & cap. *Iuſtitiis, 11.q.3.* cap. fin. & ibi gloſſ. *magna, de præſcript.* quod latiùs proſequar infra in quæſtione de teſtamento cœci *à num.115.121. & 133. & ſeqq.* & quoad DD. in contrarium allegatos adverte, quia hæc lectura implicat duas concluſiones. Prima eſt, quod in terris Eccleſiæ valeat in utroque foro teſtamentum ad non pias cauſas conditum coram Presbytero parochiali, & duobus teſtibus, & hanc primam concluſionem dicunt eſſe magis communiter approbatam DD. ferè omnes. Et ita in ſpecie loquuntur Alex. Pariſ. Bald. & Imol. ſupracitati *n.46.* ut ex eorum verbis videre eſt.

Secunda autem concluſio hujus lecturæ eſt, quod in terris Imperii, & in foro civili ſerventur leges de numero ſeptem teſtium: & hanc ſecundam concluſionem nullus ex citatis Doctoribus aſſeverat eſſe communem, exceptis Corneo, & Claro. Quinimò Pariſ. *d. conſ.51. lib.3.* etſi dicat concluſionem eſſe indubitabilem, quod valeat ultima voluntas, nedum in pia cauſa, ſed etiam in penitus prophana coram rectore teſtatoris, & duobus teſtibus: mox tamen ſubdit hoc maximè habere locum, quando ſumus in terris, & inter ſubditos Eccleſiæ; unde videtur idem admittere in terris Imperii ponderando dictionem, *maximè* quæ implicat caſum contrarium, licèt magis dubitabilem, ut in juribus vulgaris Sed & Jo. Andr. quamvis affirmet eam communiter ſervari, tamen ipſe propius accedit ad opinionem Hoſt, ſecundùm Collect. *hic n.2.in fin.*

54 Quarta eſt lectura, quam ſimiliter ponit gloſſ. noſtra, quod hoc cap. ſit ſervandum in foro Eccleſiæ, lex autem civilis in foro ſæculari: & hanc lecturam recitat ultimo loco Innoc, in cap. *ſeq. ad fin.* & ſecundùm eam tam in terris Imperii, quam in terris Eccleſiæ ſervandæ ſunt leges in foro ſæculari,

ſæculari, & Canones in foro Eccleſiaſtico. Sed &
51 huic lecturæ multum refragantur quæ dicta ſunt
*ſup. in lectura ſecunda ad fin. n. 45. & in tertia n.* 49.
52 Quinta ſubſequitur lectura, quam ponit hic
Anton. de Butr. *num. 5. verſ. Ego credo*, videlicet
quòd ex diſpoſitione hujus textus ubique loco-
rum, & in omni foro valeat teſtamentum factum
coram duobus teſtibus etiam non adhibita præ-
ſentiâ Parochi, ſive ſit ad pias cauſas, ſive non.
53 Movetur, quia Decretalis non procedit diſpoſi-
vè jus civile corrigendo, ſed illius irrationabili-
54 tatem declarando: ubi enim habemus volunta-
tem teſtatoris probatam per duos teſtes idoneos,
& integros falſitati non conſentientes, & omni
exceptione majores, ſuadet æquitas naturalis, ut
mandetur executioni voluntas defuncti, & pec-
catum eſt ſi non mandetur. Et cùm Canones in-
tendant ſalutem animæ, voluerunt teſtamentum
ſervari debere poſthabita rigoroſitate juris civi-
lis. Idque clarum eſt ſaltem per viam denuncia-
tionis Evangelicæ ad peccatum vitandum, quod
incurritur non exequendo voluntatem defuncti,
de qua certitudinaliter conſtat contra æquitatem
naturalem, & pietatem, ut l. 1. *C. de ſacroſancta Ec-
cleſ.* Et dum textus dicit de Presbytero, loquitur
ſecundùm conſuetudinem, & accidentia facti,
quod patet per rationem litteræ, quia duo idonei
teſtes ſunt ſufficientes ad probandam mentem
defuncti: ea igitur probata, eſt omninò execu-
tioni demandanda; ut latius per eum, & hæc opi-
nio ſervatur Venetiis teſte Baldo in *conſ. 285. Fa-
ctum tale eſt, aliàs ſi quis juris, poſt medium verſ. Et ita
ſervant Veneti lib.* 3. Item Pariſiis, & in civitate Bi-
ſuntina, ut atteſtatur Ægid. Bellam. *conſ. 42. Do-
minus Hugo, in princ. verſ. Item an attendatur, col.* 1.
cum qua etiam tranſit Alex. *conſ. 105. Viſo, n. 15.
Imò fortius tenet lib.* 4. ubi etiam refert Jo. de Imol.
dicentem ſe vidiſſe per alios conſultum apud
Ferrariam ſecundùm opinionem Ant. de Butr. &
quod de jure Canonico, ſaltem in terris Eccleſiæ,
ſufficiant duo teſtes idonei: tenet idem Bald.
*conſ. 404. Præmittendum eſt, num.* 3. dicens commu-
ne *lib.* 4. & Alex. *d. conſ. 105. Viſo, n.* 15.
55 Cæterùm hanc lecturam pluribus refellunt *hic*
Joan. de Imol. *col. 6. verſ. Sed adverte*, & Abb. *n.* 14.
*verſ. Et hanc opinionem ego ſequor.* Sed in eorum di-
ctis admittunt eſſe contra legem Divinam, ut non
valeat teſtamentum factum coram duobus teſti-
56 bus, cùm in ore duorum, &c. & huic objecto co-
nantur multipliciter reſpondere. Sed ego non pu-
to hoc legi Divinæ ullatenus adverſari, quia ſcri-
ptura non dicit præcisè in ore duorum ſtet omne
verbum, ſed alternative dicit, in ore duorum, vel
trium; unde relinquit Eccleſiæ determinandum
in quibus caſibus ſufficiant duo teſtes, & in qui-
bus requirantur tres, arg. cap. *In alternativis, de reg.
jur. lib.* 6. Eccleſia autem determinavit in teſta-
mento ad pias cauſas ſufficere duos teſtes, ut in c.
ſeq. Sed in teſtamento ad non pias cauſas propter
periculum falſitatis, & fraudis determinavit
duos non ſufficere, ſed tres eſſe adhibendos, ut
hic. Rurſus lex Divina non aperuit quales hujus-
modi teſtes eſſe debeant: ſed hoc determinavit
lex Canonica; quod bene potuit, ut c. *Et ſi quæ-
ſtiones, in fin. de ſimon.* Et in c. *Ex publico, de converſio-
ne conjugator.* & notatur in cap. *fin. de conſuetud.*
ſtatuitque ut in teſtamento ad non pias cauſas u-
nus ex illis debeat eſſe Presbyter parochialis, &
57 alii duo debeant eſſe idonei; idque ſumma cum
ratione, quia data illorum præſentia, ceſſat ſuſpi-
cio falſitatis, arg. l. *Non eſt veriſimile, ff. quod met.
cauſ.* cap. *Nemo, de ſimon.* cap. *fin. de poſtul.* cap. *Deni-
que*, 14. q. 5. Et advertunt Speculator *in tit. de in-
ſtrument. edition. §. Compendioſè, num.* 14. & Abb. *hic
58 eod. num.* Quare ſecundùm eos ſi adeſſent tres te-
ſtes ſine Presbytero parochiali, teſtamentum non
59 valeret. Quod frequentiſſimè receptum eſt, licet
fateantur, quod ſi loco Parochi intereſſent alii
duo teſtes, valeret teſtamentum; quia dictum
duorum teſtium ſemper majorem habet fidem,
quàm dictum unius quantumcumque authoriza-
bilis perſonæ, ut cap. *A nobis*, & cap. *Licèt, ſupra de
teſtibus*, & dixi ſupra *num.* 3. Unde valere teſta-
mentum ad non pias cauſas conditum coram
quatuor teſtibus ſine Presbytero parochiali, con-
ſuluit Dec. *conſ. 285. Viſo puncto, num. 6. verſ. Sed ta-
men prædictis non obſtantibus*, ubi plures citat, & *n.* 8.
teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem,
à qua in judicando non eſt recedendum, prout et-
iam atteſtantur Bertrand. *conſ. 41. num. 6. lib. 3.
part.* 2. quam etiam ita tenere communiter om-
nes affirmat Alex. *conſ. 105. Viſo, num. 15. lib.* 4. &
Julius Clarus alios referens in §. *Teſtamentum, qu.
57. verſ. Sed pone.* Ex quibus patet non eſſe tenen-
dum quod ait Butr. de duobus teſtibus. Nec ob-
ſtat illius ponderatio, quod hoc cap. dum facit
mentionem de Presbytero parochiali, loquatur
ſecundùm conſuetudinem, & accidentia facti.
Quoniam ut reſpondent Imol. & Abb. hoc eſt di-
vinare, cùm in narrativa nulla fiat mentio con-
ſuetudinis, & tex. non dicat coram Presbytero,
& duabus perſonis, ſed dicat coram Presbytero,
& duabus aliis perſonis, & ſic requirit duos teſtes
ultra Presbyterum parochialem. & cùm littera
ſit clara, non poteſt ſine cavillatione in alium ſen-
60 ſum detorqueri. Et ex hoc ſolvitur etiam aliud
objectum Antonii de Butr. quando certitudinali-
ter conſtat de voluntate teſtatoris per duos teſtes,
peccatum ſit illam non exequi. Quandoquidem
cùm lex contraria determinaverit duos teſtes
non ſufficere in teſtamento ad non pias cauſas
abſque Presbytero parochiali, ut hic patet, idque
non adverſetur legi Divinæ: ubique de volun-
tate teſtatoris, non dicitur liquere per illos duos
teſtes quamvis idoneos, nec venientes ab inteſta-
to habent conſcientiam læſam ſi eis non cre-
dant, cùm id faciant Canonis auctoritate, cap. *Qui
peccat*, 23. q. 4. Nam ut verbis Baldi utar in *conſ.
284. Dominus Raynutius, n. 5. in fin. lib.* 3. (Licèt ve-
ritatem amemus, l. *Cùm ita legatis, C. de condict. &
demonſtr.* tamen iſta veritas debet eſſe condita ſa-
le ſacrarum Conſtitutionum, l. *Severitas, C. de fi-
dejuſſ.* Nec eſt peccatum, nuda veritate, & ineffi-
caci relicta, ſequi ſacratas Conſtitutiones, quia
61 veritas legum adminicula deſiderat, l. 1. *Cod. ut ſe
ab hæred. abſtin.* l. *Bona fides, ff. depoſ.* aliàs leges eſ-
ſent fatuæ, quod eſt ridiculum, & temerarium
ſentire.) Hæc Bald. Et hic junge quæ dicam in-
62 frà *num.* 102. & quod dixit Butr. de denunciatio-
ne Evangelica pluribus refellit Corn. *conſ.* 137.
*Placet mihi, n. 1. verſ. Poſſet autem inſtari, & per totum
vol.* 2.
63 Sexta demum eſt lectura, quod hoc cap. loqua-
tur tantummodò de teſtamentis quæ fiunt in mor-
tis articulo, cui videtur congruere littera, ibi,
*Teſtamenta, quæ fiunt in ultima voluntate.* Et
hanc



hanc ſequitur Guidopapa *deciſ. 543. n. 10. verſ. Fal-
lit etiam in teſtamento*, ubi ait duo eſſe neceſſario
ad hoc, ut locum habeat hæc decretalis. Primum
ſcilicet, ut diſponens ſit ægrotans, hoc eſt in ex-
trema voluntate conſtitutus. Secundum, ut teſta-
mentum fiat in præſentia proprii Curati, & duo-
64 rum, vel trium teſtium. Adducit ſimile de teſta-
mento militari, in quo pariter duo neceſſariò re-
quiruntur. Primò ſcilicet militia. Secundò, ut mi-
les ſit in conflictu belli, ut l. *Miles, C. de teſtam.
milit.* Aliud ſimile habetur in l. 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.*
65 ubi ſtatuitur ut unuſquiſque decedens liberam
habeat facultatem teſtandi ad pias cauſas: &
verb. illud, *decedens*, exponitur, id eſt in actu de-
cedendi exiſtens, ſeu quando eſt in mortis articu-
lo conſtitutus, ut ibi per Bart. *n. 9. verſ. Impera-
tor reſpondet, & n. 37. verſ. Super tempore.* Et pro
hac lectura moderni ponderant hanc rationem,
quod in extremis conſtituti haud facile poſ-
ſunt tot teſtes convocare; ideoque conſentaneum
fuit eis indulgere, ut abſque legali ſolemnitate
poſſent voluntatem ſuam aperire Presbytero Pa-
rochiali, qui ut plurimũ adeſſe ſolet ſuis Parochi-
anis ad mortem decumbentibus. Ita Cenedo *ad
decretal. collect.* 159. *n.* 7. & modern. Collectores
*hic n.* 8. Quinimo Guidopap. *d. deciſ. 543. n.* 12.
*verſ. Alter ipſo teſtante.* in tantum putavit hoc c.
habere locum in exiſtente in infirmitate gravi, ex
qua ſequitur mors in præſentia Curati, ut ſi teſta-
tor reconvaleſceret, teſtamentum non valeret, ad
exemplum l. 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* quæ, ut ſuperi-
ùs tetigimus, locum habet in eo tantum, qui eſt
in mortis articulo conſtitutus, & inde immedia-
tè decedit; ideo ibi dicitur decedens, quia ſi re-
convaleſcat, & ita evadat mortem, teſtamentum
67 ſuum tunc temporis factum ſtatim irritatur, ſicut
donatio cauſa mortis facta revocatur ſecuta re-
convaleſcentia, ut l. *Non omnis, in princip. ff. ſi cert.
petat.* ſecundum eum vel potiùs ſi teſtator ab illo
periculo evaſerit, teſtamentum non irritatur, ſed
apparet ipſum retro fuiſſe nullum, quia text. in
d. l. 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* requirit ut ſit decedens: at
talis non fuit, qui mortem evaſit, l. *fin. ff. de milit.
teſt.* & ita poſt multa concludit Bart. in d. l. 1. *n.* 41.
68 Sed certè hunc intellectum ad textum noſtrum
nullus poſuit ex Claſſicis Canoniſtis, nec vide-
tur verus; tum quia ratio illa ex divina lege de-
ſumpta, In ore duorum, &c. militat etiam in te-
ſtamento exiſtentium extra mortis articulum:
Tum quia lex civilis ne quid falſitatis incurrat
per duos fortè teſtes compoſitum teſtamentum,
majorem numerum teſtium expoſtulat, ut per
ampliores homines perfectiſſima veritas revele-
tur; quæ ſunt verba tex. in l. *final. C. de fideicomm.*
Hæc autem ratio maximè viget in teſtamento,
69 quod fit in extrema volũtate. Nã ut inquit Corn.
*in conſ. 18. Principale dubium, n. 11. vol.* 2. teſtato-
res quandoque ſunt ſemimortui, l. *Quoniam indi-
gnum C. de teſt.* & ſaltem cogitatione mortis mens
turbata alienatur, ut l. *Hac cõſultiſſima, §. At cum hu-
mana fragilitas, C. qui teſtam. fac. poſ.* ergo ſi eo tem-
pore, quo laborant in extremis, & majus ſubeſt
periculum falſitatis, ideoque ad illam præcaven-
dam major ſolemnitas adhibenda eſſet, nihilomi-
nus teſtari poſſunt corã Presbytero Parochiali, &
duobus teſtibus: utique longè magis id eis licebit
extra mortis articulum, quando mente, & corpo-
re ſani poſſũt hujuſmodi fraudibus per ſe ipſos ob-
viare. Facit quod ſcripſi in c. *Sicut nobis, n. 7. &
ſeqq. de regular.* & hoc expreſsè tenet Bart. in d.
l. 1. n. 74. *verſ. Præterea, C. de Sacroſ. Eccleſ.* dicens
de jure canonico eſſe decretum expreſsè, ut va-
leat teſtamentum abſque ſolemnitate juris civi-
lis, ſive teſtator ſit in articulo mortis conſtitutus,
ſive non.
Non obſtant illa verba *in ultima voluntate:*
Nam, ut reſpondet Hoſtien hic *n.* 1. non fuerunt
appoſita ad coarctandum tempus teſtamenti, ſed
quia in talibus ultima voluntas ſpectanda eſt cap.
*Ultima voluntas, & §. Sed altum*, 13. *quæſt. 2. inſtit.
quib. mod. teſtam. infirm. §. Poſteriore, c. Cum
Martha, §. Cæterum verſ. Noviſſimum de celebr.
Miſſar.*
70 Item non obſtat ſimile de teſtamento militis.
Quoniam, ut reſpondet Bald. in d. l. 1. *n. 17. in
fin. & n.* 18...., illud procedit neceſſitatis cauſa,
quando eſt in hoſtili loco, ubi plures teſtes non
reperiuntur. Unde ſi miles teſtetur domi, ſecus
eſt. Quamvis autem teſtator ſit in diſcrimine vitæ,
non propterea ſubeſt neceſſitas teſtium, cum plu-
res haberi poſſint, & ſic ceſſat etiam conſideratio
modernorum, de qua ſupra, *n.* 65.
71 Demum non obſtat doctrina Bartol. allegata
ſupra *n.* 67. quia eam refellit Bald. in dict. l. 1.
*n. 17. verſ. Item ridiculum eſt*, dicens ridiculum
eſſe diſtinguere conſtitutum in articulo mortis
ab eo, qui non eſt in mortis articulo. Contra Bart.
tenet etiam ibi Salycet in 10. *quæſt. n.* 15. quia
omni tempore dicimur decedere, ut in *auth. de
non alien. § Ut autem*, & teſtatores quovis tem-
pore appellantur deficientes, l. *Teſtamentum*, & l.
*fin. in princ. C. de Teſtam.* Et quovis tempore quis
teſtamentum fecerit, tempore mortis feciſſe dice-
tur, ex quo moriens in ea voluntate perſeverat,
ut probatur in l. *unum ex familia. in princ. ff. de leg.*
2. & notatur per Doctores in l. *poſt mortem, C. de
fidejuſſorib.* Dicit etiam Raphael Fulgoſ. in d. l. 1.
*de Sacroſ. Eccleſ.* Nimis ſubtiliter Bartolum pon-
deraſſe illud verbum, *decedens*, cum tamen leges
frequenter illud uſurpent, nec tamen ſe referant
ad conſtitutum in articulo mortis, ut patet in l.
*Cum quis decedens, in princ. ff. de adminiſtr. tutor.* & in
l. *Si quis decedens, ff. de legat.* 3. & ſequitur Jaſ. di-
cens communem, in d. l. 1. *n. 31. verſ. Nunc poſtremò
videndum eſt.*
72 Septima lectura eſt, quam poſuit Bald. *in conſ.
284. Dominus Raynutius, n. 4. verſ. Non obſtat lib.* 3.
videlicet, quod hoc c. & c. ſequens non loquan-
73 tur in hæredis inſtitutione, ſed in legatis, & fi-
deicommiſſis: verum hunc intellectum reprobãt
communiter Canoniſtæ, qui uno ore cenſent ulti-
mam voluntatem ſecundum formam harum De-
cretalium valere in vim teſtamenti; & probatur
hic apertiſſimè in illis verbis: *Teſtamenta, quæ Pa-
rochiani, &c.* firma decernimus permanere. Nam
ſi teſtamentum eſt firmum, utique & hæredis in-
ſtitutio, quæ eſt caput, & fundamentum totius te-
ſtamenti, ut §. *Ante hæredis inſtitutionem, Inſtit. de
legat*, & c. *ſeq.* quamvis explicitè non loquatur
de teſtamento, loquitur tamen de ſeptem teſti-
bus, qui non niſi in teſtamento adhibentur, ut in
juribus ſupracitatis *n.* 3.
75 Octavam demum lecturam poſuit Menoch *de
præſumpt. lib. 1. quæſt. 80. n. 21. verſ. Quartò
nempe*, quod hic dicitur intelligendum eſſe in fo-
76 ro animæ. Sed iſte intellectus non habet ſaporem,
quia

quia hoc *in fin* prohibet ſub interminatione ana-
thematis, ne reſcindantur teſtamenta condita
coram Presbytero Parochiali, & duobus teſtibus,
hæc autem reſciſſio non poteſt fieri niſi in foro ju-
diciali. Item decretales in hac compellatione in-
ſertæ ſervari debent in judiciis ut ſupra *in proœ-
mio in fin. §. Volentes*, & in c. 1. *ſupra de Conſtitu-
tion.*

Abſolutis lecturis venio ad quæſtiones, &
77 Primò QUÆRO, An valeat teſtamentum cæ-
ci ad non pias cauſas factum coram Parocho, &
duobus teſtibus ad præſcriptum hujus Decretalis.
78 Præmittendum eſt cæcum de jure civili teſta-
ri non poſſe, niſi quadam adhibita ſolemnitate,
debet enim vocare ſeptem teſtes, & notarium,
& coram eis exprimere ſe velle ſine ſcriptis teſta-
70 ri. Quamvis enim teſtamentum cæci ſignetur à
teſtibus, ut dicetur infra, ideoque ſimilitudinem
habeat cum teſtamento in ſcriptis, tamen eſt
nuncupativum, quia teſtes ſciunt ea quæ in te-
ſtamento ſunt, & ipſis teſtibus nuncupantur ut
notat Speculat. *in tit. de inſtrumentorum editione*, §.
12. *incipien. Compendioſe, n. 43.* Debet etiam ex-
primere nomina, & indicia, & dignitates hære-
dum quos inſtituit, & legata, & fideicommiſſo
deſignare, quæ omnia ſcribenda ſunt à notario
coram teſtibus, vel ſi jam ſcripta erant, debent
coram eis recitari: & cæcus profiteri debet ex
ore proprio edicere illud eſſe ſuum ultimum te-
ſtamentum, & diſpoſitum ex animi ſui ſententia.
Ac demum in inferiori chartæ ſpatio debent tam
quilibet teſtis, quàm notarius ſe ſubſcribere, &
propriis ſigillis teſtamentum obſignare, & hæc
omnia fieri debent uno eodemque loco, & tem-
pore. Quod ſi notarius haberi non poſſit, octavus
teſtis erit adhibendus, ut per eum ſortiatur effe-
ctum quod per notarium fieri debebat. Proban-
tur hæc in l. *Hac conſultiſſima*, ubi Bald. *n.* 1. *C. qui
teſtam. facer. poſſ.* & §. *Penult. Inſtit. quib. non eſt per-
80 miſſum facere teſtam.* & cōcordat per omnia Specu-
lat. *tit. d. §. Cōpendioſe, n.* 42. Præterquā in eo, quod
dicit de ſigillis teſtium apponēdis in octo chordu-
lis, hoc enim ſervatur tantūmodo in teſtamento
in ſcriptis, quia cum ſit clauſum, & teſtes videre
non debeāt quæ in eo ſcripta ſunt, ut l. *Hac conſul-
tiſſima. C. de teſtam.* in ſpatio inferiori diſcooperto
ſubſcriptiones faciunt, & ſigilla apponunt in cor-
dulis appenſis, & conſpicatis ad eum modum,
quem accurate deſcribit idem Speculat. *loco citat.
n.* 40. At ſecus eſt in teſtamento cæci; quia cum ſit
nuncupativum, ut prædixi, nihil impedit quomi-
nus ſubſcriptiones ſiant intus in inferiori chartæ
ſpatio, ibique ſigilla apponantur; & ideo non eſt
81 opus chordulis. Similiter ordo in prædictis nō eſt
de ſubſtantia, ut contra Rich. Maluet. & Cyn. cō-
cludit Bald. in d. l. *Hac conſultiſſima n.* 12.... ſubdēs
hodie ſecundum conſuetudinem locorū hæredis
inſtitutionem, ut plurimum poni poſt legata eti-
am in vita hæredis ſolvenda ante legata ſolvenda
poſt mortem hæredis, ſequitur Jaſ. alios citans *in
conſ.* 26. *Omiſſis, n.* 1. *vol.* 1.
82 Porrò teſtamentū factum à cæco de jure com-
muni non ſervatis ſolemnitatibus antedictis non
valet, ut in d. l. *Hac conſultiſſima*, & ibi notāt Bart.
& Bald. *in princip.* & Doctores communiter *C. qui
83 teſtam. facer. poſſ.* Ejuſmodi autem ſolemnitates
adhiberi debent à cæco etiam in codicillis, ut eſt
expreſſum in d. l. *Hac conſultiſſima*, §. *Quæ in eun-
dem modum* & notat Speculat. *de inſtrumentorum
editione d. §. Compendioſe, n.* 43. *verſ. Quaſi cæcus co-
dicillari voluerit*, & hoc quoad ſcripturam, & te-
ſtium rogationes; ſed quoad numerum teſtium
DD. non conveniunt, Nam gloſ. *ibi in verb. Codicil-
lis*, recitat tuas opiniones. Prima eſt quod in co-
dicillis cæci requirantur octo teſtes, ſicut in teſta-
mento & hanc ſequuntur ibi Jacob. Butrig. Bald.
Fulgoſ. Roman. & Alex & in hoc ſecundum An-
gel. ille tex. eſt ſingularis. ſecunda eſt quod ver-
ba d. §. *Quæ in eundem modum*, non referantur ad
omnia ſuperius dicta, ſed ad alia, præterquam ad
numerum teſtium, & ideo in codicillis ſufficiant
quinque teſtes, ut l. *fin.* §. *In omni, C. de fideicom.*
& huic ſecundæ opinioni, in qua reſidet gloſ. ad-
hærent ibidem Salicet, & Paul. de Caſtr. & ut
dicit Jaſ. adhibitis quinque teſtibus addi debet
tabellio.
84 Sed quicquid ſit in codicillis certè in donatio-
ne cauſa mortis, quæ fit à cæco, antedictæ ſolem-
nitates minimè requiruntur; ſed ſufficit ſolem-
nitas d. l. *fin. C. de donat. cauſ. mort.* ut voluit Bald.
in *conſ.* 248. *An cæcus*, quod eſt Aloyſi de Peruſio, &
*in conſ.* 249. *Doctor meus* quod eſt Marci Angeli
de Peruſio *lib.* 5. & idem Bald. in d. l. *Hac conſultiſſi-
ma, n.* 13. *verſ. Tamen non traho ad donationem cauſa
mortis. C. qui teſt. fac. poſſ.* & lib Alex. *in addit. ad
Bart. in verſ. Obſervatis, in fin.* & in l. 2. *in extremis
verbis ff. de verb. obligation.* Jaſ. *in conſ.* 26. *omiſſis,
n.* 2. *col.* 2. *circa med. verſ. Sed de donatione cauſa
mortis. vol.* 1. ubi ait, ſe non inveniſſe aliquem
85 de mundo, qui contradicat Bald. & eſt ratio ſe-
cundum eos, quia donatio cauſa mortis non eſt
mera ultima voluntas, & prout in eſſe deducitur
æquiparatur contractui, ut per DD. in l. 2. *ff. de
86 legat* 1. Sed cæcus poteſt contrahere, & donare
inter vivos, ſicut quilibet alius, Alex. *conſ.* 12.
*Viſo inſtrumento donationis, lib.* 1. ergo & donare
cauſa mortis, & quamvis *Natta repetitione* l. *Hac
conſultiſſima*, §. *Ex imperfecto n.* 43. & *ſeq. C. de te-
ſtamen.* & Ruin. in d. l. 2. *ff. de leg.* 1. ſenſerint ſo-
lemnitates præſcriptas in teſtamento cæci eſſe
adhibendas etiam in donatione cauſa mortis; ta-
men non videtur recedendum à prima opinione
magis communi: Unde ut cæci ultima voluntas
valeat, cautela traditur à Jo. Dilect *de art. teſtan.
tit.* 1. *caut.* 8. *n.* 5. ut donent cauſa mortis, vel in te-
ſtamento apponant clauſulam, ut valeat ſaltem in
vim donationis cauſa mortis, ſubdit tamen ne-
ceſſarium eſſe, vel ut donatarius ſit præſens, vel ut
notarius ſtipuletur pro omnibus, quorum inter-
eſt, de quo per Jul Clarum *in* §. *Donatio, q.* 5. *verſ.
Sed pone.*
87 His præhabitis deſcendo ad quæſtionem, & pri-
ma conſideratione dicendum videtur nec de jure
canonico valere teſtamentū cæci ad non pias cau-
ſas cōditū abſque ſolēnitate d. l. *Hac cōſultiſſima, C.
qui teſtam. facer. poſſ.* ex fundamētis infraſcriptis, &
88 Primò, quia lex generalis poſterior non tollit
legem ſpecialiter loquentem, Dyn. *conſ.* 27. *n.* 3.
*verſ. Item ex hoc reſultat*, Ban. in l. *Hujus, in fin. ff. ad
Turpilian.* quin potius diſtinguitur & limitatur per
legem antiquam ne videatur illam corrigere
Hoſt. *in ſum. de conſanguinit. & affinit.* §. *Conſueve-
runt ſub* §. *qualiter arbor. verſ. Nono quæritur.* Abb.
in c. *Non debet n.* 8. *verſ. Et hanc opinionem, eod. tit.*
& ita tenere omnes DD. dicit Caſtill. *conſ.*
10. *In facto ſupponetur, num.* 5. *verſ. Ad teſtamen-
tum*



*tum*, ſed tex. in d. l. *Hac conſultiſſima*, ſpecialiter
loquitur de teſtamento cæci, ut dicit Bald. *ibi n.*
2. *verſ. Nam hæc lex eſt ſpecialis inter cæcos*: ergo non
tollitur per hanc Decretalem generaliter lo-
quentem, ſed potius hæc per illam diſtinguitur,
& limitatur.
89 Quo argumento, ut refert Bald. in d. l. *Hac con-
ſultiſſima, d. n.* 2. dicebat Marcus de Fano cæcum
nec inter liberos teſtari poſſe abſque ſolemnitate
90 d. legis, quia ſpecies derogat generi, ut l. *Sanctio
legum ff. de pœn.* ergo debet ſervari etiam inter li-
beros: & idem firmant in d. l. *Hac conſultiſſima*
Raphael Fulgoſ. & Ludovicus Roman. & idem
Raphael *conſ.* 90. *incip. Super eo, n. ſecundo*, Et con-
91 firmatur quia text. in d. l *Hac conſultiſſima, C. Qui
teſtam. facer. poſſ.* habet ſpecialem rationem ibi
expreſſam in extremis verbis, videlicet, ne lo-
cum ullum relinquat inſidiis tot oculis ſpectata,
tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper in tuto locata
manibus: ergo lex poſterior hujus c. eſto gene-
raliter correxerit legem civilem de numero ſep-
tem teſtium, juxta ſecundam lecturam Hoſtien.
de qua ſupra *n.* 40. tamen non cenſetur eam cor-
rexiſſe in caſu dicti teſtamenti cæci habentis pe-
culiarem rationem, ex traditis per Anch. *conſ.*
222. *Subtiliter, n.* 1. *verſ. Secundo hoc idem.*
92 Secundò idem ſuadetur, quia nunquam lex ge-
neralis corrigit legem ſpecialem, quando invi-
cem compatiuntur. Ang. *conſ.* 214. *Primò eſt viden-
dum, n.* 2. *verſ. Si autem diverſa ſunt*, Lap. *Alleg.* 88.
*n.* 5. quod eſt Conſilium Collegii Peruſini, ſed
hoc caſu lex civilis, & canonica invicem compa-
tiuntur, quia lex civilis ſervari poteſt in teſtamē-
to cæci, & lex canonica in teſtamento aliorum:
ergo illa per hāc non corrigitur: facit c. *Cum ex-
93 pediat, de elect. lib.* 6. Et conſequenter lex civilis,
cum non ſit contraria canoni, ſervanda erit etiam
in foro eccleſiæ, ut tenent in c. 1. *infra de novi oper.
nunciat.* Abb. Antiq. *n.* 2. Jo. Andr. *n.* 5. & com-
muniter DD. Anchar. in c. *Canonum ſtatuta, in* 1.
*q. n.* 44. *ſupra de conſtitution.*
94 Tertiò facultas teſtandi corā Parocho, & duo-
bus teſtibus generaliter unicuique conceſſa per
jus canonicum, ut hic, non comprehendit perſo-
nas alioqui inhabiles, ut probatur in l. *Prima* jun-
cta gloſ. *in verb. Habeat. C. de Sacroſ. Eccleſ* nam
tex. dixit, Unuſquiſque habeat liberam poteſta-
tem relinquendi collegiis, aut locis piis: & tamen
per illam legem qui aliàs erant inhabiles non
cenſentur habilitati, ut poſſint teſtari ad pias cau-
ſas, ut tenet præcitata gloſ. & eſt communis opi-
nio, ut dicit Jaſ. *ibi n.* 12. & *ſeq. in lectura Papien.*
95 ideoque pupillus, qui de jure communi teſtari
non poteſt, etiamſi pubertati proximus ſit, nec ad
pias cauſas teſtari poteſt, ut firmat Bart. in d. l. 1.
*n.* 18. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ex communi ſententia
Julius Clarus in §. *Teſtamentum, q.* 5. *verſ. Hinc re-
96 fertur.* Sed cæcus de jure communi eſt inhabilis
ad teſtandum niſi ſervata forma d. legis *Hac con-
ſultiſſima, C. qui teſt. facer. poſſ.* ponderando verba,
*non poteſt*, quæ negant potentiam, ut in puncto ad-
vertit Raphael Fulgoſ. *conſ.* 99. *ſuper eo n.* 2. ergo
non cēſetur habilitatus per facultatē generaliter
conceſſam in hoc c. teſtandi coram Parocho, &
duobus teſtibus.
97 Et confirmatur, quia non detrahitur ſolemni-
tati legali, niſi quatenus invenitur expreſſum, ut
c. *Ad audientiam, infr. de decim.* cap. *Eccleſia veſtra
il ſecondo, in fin. ſup. de elect.* l. *Sancimus, C. de teſtam.*
l. *unic. C. de inoff. dotib.* & ita in propoſito arguit
Speculator *in tit. de inſtrum. edit.* §. *Compendioſe,
n.* 11.
89 Quartò, quatenus hoc caſu lex civilis, & cano-
nica invicem eſſent oppoſitæ. tamen in his, quæ
merè ſpiritualia non ſunt, aut à ſpiritualibus non
dependent, prout eſt teſtamentum cæci ad non
pias cauſas, ſtatutum juris civilis contradicens
juri canonico obſervandum eſt in terris Imperii,
jus canonicum in terris eccleſiæ, in quibus habet
temporalem juriſdictionem, ut notat Jo. Andr.
cap. 2. *de reg. jur. lib.* 6. *in prima gloſ.* & in ſpecie
noſtra Angel *conſ.* 233. *Punctus eſt, n.* 5. *verſ. Et
99 attendendum eſt*, nec Papa in his caſibus poteſt tol-
lere legem civilem, gloſ. *hic in verb. Improbamus*,
ibi, Nec forte poſſet tollere leges quantum ad
eos, qui non ſunt de ſua temporali juriſdictione,
arg. c. *Si duobus, de appell.* & c. *Novit de judiciis.* An-
char. *hic num.* 8. *verſ. præterea non videtur*, & Imol.
*num.* 10. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 80.
*n.* 22.

Non obſtat quod hoc c. loquatur in materia
peccati, eo quod lethalis culpa ſit non exequi ra-
tionabilem voluntatem defuncti, de qua certitu-
dinaliter conſtat, c. *Ultima voluntas*, 13. *q.* 2. l. 1.
*C. de Sacroſ. Eccleſ.* & conſtat ex dictis ſupra in 5.
Lectura Antonii de Butr *n.* 54. & in materia pec-
cati ſervari debeat jus canonicum etiam in foro
civili, c. *Novit. de judic*
100 Nam reſponderi poteſt negando aſſumptum,
quia ut inquit Corn. *conſ.* 137. *Placet mihi, n.* 1.
*vol.* 2. ſolemnitas numeri teſtium eſt à jure intro-
ducta propter ſuſpicionē falſitatum, & fraudum,
quæ plerumque committebantur in ultimis vo-
luntatibus, l. *final. C. de fideicom.* & præcipuè in
teſtamento cæci, ut l. *Hac conſultiſſima, C. qui teſt.
101 facere poſſ.* & dictum eſt ſupra *n.* 91. Non ergo vi-
detur non habere conſcientiam læſam qui non
credit duobus, vel tribus teſtibus quantumcun-
que idoneis, & omni exceptione majoribus, qui-
102 bus lex civilis ex rationabili cauſa nō credit. De-
bet enim conſcientia regulari ex his, quæ à juri-
bus ſunt diſpoſita, Bald. *conſ.* 295. *Fama vicinis, n.*
2. *in fin.* & *conſ.* 298. *Hac materia, n.* 7. *lib.* 1. & con-
103 ſtat ex dictis ſupra *n.* 60. 61. unde in ſimili cum
lex præſumat natum ex uxore eſſe filium mariti,
filius ita credere debet, quamvis forte mater fu-
erit ab alio cognita, & dicat illum eſſe natum ex
adulterio, ut volunt Doctores, in l. *Filium diffini-
mus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. juris*, & in l. *Si vi-
cinis, C. de nupt.* & in c. *Tranſmiſſæ, infr. qui fil. ſint
legitimi*, redarguentes de fatuitate quemdam Re-
gem, qui dimiſit regnum, quia mater in articulo
mortis dixerat eum non eſſe filium Regis ſui ma-
riti, & conveniunt Doctores quod talis non tene-
batur matri credere in foro conſcientiæ, quia non
credit lex cui debebat ſe conformare. Eodem igi-
tur modo cum in teſtamento ad non pias cauſas
lex civilis non credat duobus, vel tribus teſtibus
qualiſcūque ſint dignitatis: ita nec hæres ab inte-
ſtato ſuccedens tenetur credere, & propterea non
peccat ſi eis non credit innixus legis authoritati,
c. *Qui peccat*, 23. *q.* 4. & conſequenter cum verſe-
mur extra materiam peccati, ſervanda erit lex
105 civilis in foro civili, quamvis contradicat Cano-
ni, ſecundum Jo. Andr. & Angel. *in locis ſupraci-
tatis, n.* 98.

Quod ſi urgeas: Imò hæres ab inteſtato tenetur
credere duobus, vel tribus teſtibus, quia lex Di-
vina dicit, *In ore duorum, vel trium ſtet omne ver-
bum*, Matthæi 18. in aliis concordantibus, de qui-
bus infra *n.* 115. *&* 118. & ita peccat, ſi eis non cre-
dit tanquam Divinæ legis tranſgreſſor, *c. fin. de
conſuetud.*

106 Reſpondetur primò legem civilem poſſe jus
divinum, naturale diſtinguere, & adjuvare, il-
lique addere, vel detrahere, ut eſt expreſſum in
l. *jus civile*, juncta gloſ. *prima ff. de juſt. & jur.* &
ideo lex civilis, quemadmodum & canonica di-
ſtinguunt illud Evangelii, *In ore duorum*, & c. ut
non procedat in multis caſibus, in quibus plures
requiruntur, ut c. 1. *&* 2. 2. *q.* 4. l. *Teſtium*, *& de
teſtibus*, l. *fin. C. de teſtam.* l. *Hac conſultiſſima*, *C. qui
teſtam. fa. poſ.* Ita ad literam Innoc. in c. *Quæ in
eccleſiarum*, *n.* 4. *ſupra de conſtitutionibus*, gloſ. *fin.* in
l. 1. *ff. d. Conſtit. Principum*, dicens legem huma-
nam poſſe diſtinguere legem Dei, quæ eſt, ut in
ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Sicut
diſtinguit teſtamentum ab aliis, ut l. *fin. C. de fi-
dei commiſſ.* Bart. *in* l. *Condit. ff. n.* 6. *verſ. Item quæ-
ro quid de reſcript.* Bald. in au h. *Ad hæc*, *n.* 6. *C. de
uſur.* & in l. 2. *ad fin. verſ. Sed quærit*, *C. de precib.
Imper. offerend.* Anchar. *hic in* 3. *notabil. verſ. Po-
teſt tamen jus civile*, & Imol. *col.* 6. *circa fin. verſ. Et
iſtam partem videtur velle Felin.* alios cumulans in
d. c. *Quæ in eccleſiarum*, *n.* 2. Quod præcipuè locum
habet ſecundum eum, in 2. *limitatione*, *n.* 17. quan-
do lex Principis interpretando jus Divinum ſta-
tuit in his, in quibus habet juriſdictionem, ideſt
in rebus prophanis, ut eſt teſtamentum ad non
107 pias cauſas. Alioquin ſi lex humana non poſſet
determinare in aliquo caſu majorem numerum,
quam duorum, vel trium teſtium, eo quod obſta-
ret lex Divina, ſequeretur ut nec lex Canonica
potuiſſet præſcribere majorem numerum, prout
fecit in c. *Præſul.* 2. *q.* 4. unde Jo. Andr. in c. *Altum
legitimi*, *n.* 5. *verſ. In contrarium. de reg. jur. lib.* 6.
dicit Papam immutare authoritatem illam, *In
ore duorum, &c.* addendo, & minuendo per d. c.
*Præſul.* & c. *In omni, de teſtib.* c. *Parvulos*, *de conſe-
crat. diſt.* 4.

108 Secundò, reſpondetur eandem authoritatem,
In ore duorum, & c. non eſſe referendam ad ma-
jorem numerum, ſed ad minorem, ita ut ſit ſen-
ſus, In ore duorum ad minus ſtet omne verbum.
At non excludit majorem numerum, quia quædã
ſunt cauſæ, quæ plures quam duos exigunt teſtes.
Ita eſt expreſſum in c. *Licet univerſis*, *ſup. de teſtib.*
ubi gloſ. *in verb. Duorum*, exponit, ideſt non pau-
ciorum, gloſ. *final. in ſumma*, 2. *q.* 4. ubi ait; Ideo
dicit trium, quia quandoque ſecundum canones,
plures quàm duo requiruntur, ſed nunquam pau-
ciores; Imol. *hic n.* 13. *col.* 36. *poſt med. verſ. Et pro
iſta parte.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 80. *n.* 23.
*verſ. Quod verò ait.*

109 Neque obſtat quod ſupradicta expoſitio videa-
tur contra textum noſtrum, in quo habetur leges
civiles requirentes numerum ſeptem, vel quin-
que teſtium repugnare legi divinæ, cum ſcriptum
ſit, *in ore duorum*, &c. Etenim, ut reſpondet Me-
noch. *ubi ſupra*, quod hic dicitur eſſe alienum à le-
ge divina, ut non valeat teſtamentum conditum
ſine numero quinque, vel ſeptem teſtium, intelli-
gi debere eſſe alienum, non quod ei omninò ad-
verſetur, ſed eſſe remotum, hoc eſt, eſſe ultra jus
divinum.

110 Ultimò, pro hac parte adducitur authoritas
Cardin. *hic n.* 7. qui in fortioribus terminis firmat
non valere teſtamentum cæci factum ad pias cau-
ſas, non ſervata forma l. *Hac conſultiſſima*, *C. qui
teſtam. facer. poſſ.* & refert ſe ita conſuluiſſe, quia
eſt forma ſpecialis, quæ non intelligitur ſublata
per hanc diſpoſitionem generalem, ut in reg. *Ge-
neri, lib.* 6. & ſubdit ſpecialiter facere tex. in l.
*In teſtamento.* juncta gloſ. *ult. C. de teſtam.* ſed & ali-
as reſtringitur diſpoſitio generalis, ut evitetur
correctio jurium, c. *Cum ſit, cum ſua gloſ. de uſu pall.*
arg. c. *Eccleſia, il ſecondo de elect.*

Ego confirmo opinionem Cardinalis duplici-
ter. Primò, quia cæcus teſtari non poteſt inter li-
beros, non ſervata forma d. l. *Hac conſultiſſima*, ut
tenent DD. ſupracitati, *n* 89. *&* 90. ergo nec ad
pias cauſas teſtari poteſt ſine prædicta ſolemnita-
111 te. Tenet conſequenter, quia major eſt favor li-
berorum quam piæ cauſæ. Dicit enim Auguſtinus:
Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere
eccleſiam, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Au-
guſtinum; imo Deo propitio nullum inveniet;
refertur in c. *ult.* 17. *quæſt. ult.* Deinde quia illa lex
eſt ſpecialis in teſtamento cæci: & tex. in c. *Re-
latum, infra eod.* eſt ſpecialis in teſtamento ad pias
112 cauſas. Inter ſpecies verò illa derogat alteri, quæ
eſt ſpecialior, ſicut individua derogant ſpeciei, ut
notat Dyn. in c. *Generi, de reg. jur. lib.* 6. Bald. in
d. l. *Hac Conſultiſſima n.* 2. Sed illa lex cum ſit re-
ſtricta ad teſtamentum cæci, etſi ſpecialior, quam
tex. in d. c. *Relatum*, quod loquitur de teſtamen-
tis aliorum indefinite: Ergo huic per illam dero-
gatur.

113 Sed præmiſſis minimè refragantibus, exiſtimo
contrariam opinionem eſſe de jure veriorem, id
eſt valere teſtamentum cæci ad non pias cauſas
conditum coram Parocho, & duobus teſtibus ad
præſcriptum hujus Decretalis. Quod efficaciter
114 ſic probo. Leges civiles requirentes numerum
ſeptem teſtium in teſtamentis ſunt contra jus di-
vinum, ut diſertis verbis dicitur in hoc c. Nam re-
gula juris Divini habet *Deuteron.* 17. *&* 19. *Matt.*
115 18. *Io.* 8. *In ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne
verbum.* Ergo non ſunt ſervandæ, ut c. *Quæ con-
tra* 18. *diſt.* c. *Si eis qui*, 11. *q.* 3. c. *final. de conſue-
tud.* c. *final. de præſcription.* Hoſtien. *hic n.* 4. *in
verb. Conſuetudinem.* Nam, ut inquit Bald. in l.
116 *Habeat, C. de Sacroſ. eccleſ.* & poſt eum Anchar. *hic
n.* 3. Imperator eſt Vicarius Dei. Sed Vicarius
& Procurator non poteſt venire contra factum
Domini, ut l. *Si dominum, ff. mandat.* Imo qui
117 legibus Imperatoris, quæ contra Dei veritatem
feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande
præmium, dicit tex. in c. 1. 9. *diſt.* & in c. *Iulianu.*
& in c. *Si Dominus*, & in c. *Qui reſiſtit.* 11. *q.* 3. & in
propoſito notat Abb. *hic n.* 8. *poſt. med. verſ. Ego
autem.*

118 Nec dicatur hoc jus divinum eſſe judiciale, &
ideo evacuatum per Adventum Chriſti, ut per D.
Thom. in 1. 2. *q.* 103. *art.* 4. *& qu.* 104. *art.* 3. Imo
enim eſt morale ſecundum Abbatem loco cita-
to. Inſtruit namque qualiter homines vivere de-
beant, ut c. 1. 2. *q.* 5. Nam præceptum eſt ne quis
auferat rem alienam, quod eſt præceptum mora-
le, c. *pœnale* 14. *q.* 5. Sed quia in dubium revocari
poſſet quando conſtet rem eſſe alienam, datur alia
regula, videlicet *in ore duorum, vel trium*, &c.
Ego ultra Abbatem hoc aliter deduco. Nam hoc
præ-



præceptum habetur in Evangelio, dicitur enim
*Matth.* 18. *Adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in
ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Item
Chriſtus *Io.* 8. exhortabatur Judæos, ut deberent
in eum credere, quia de hoc conſtabat per duos
teſtes. & duorum hominum teſtimonium verum
eſt, *c. In omni, de teſtib.*

119 In lege autem Evangelica nullum præceptum
continetur, quod non ſit juris naturalis, præter
præcepta de Sacramentis, & de Fide, ut docet S.
Tho. in 1. 2. *q.* 108. *art.* 1. *&* 2. Covar. *in* 4. *Decre-
tal. c.* 6. § 10. *n.* 1.

120 Hoc igitur præceptum in ore duorũ, abſque du-
bio eſt morale, ſeu juris naturalis, & ideo per le-
gem humanam alterari non poteſt cum ſit immu-
tabile, *c. fin. de conſuetud.* cap. *Non eſt peccatum*, §.
*Tuis*, ita, & ibi gloſ. 1. 6. *diſt.* S. Th. *in* 4. *ſent. diſt.*
121 2. *q.* 1. *art.* 4. *q.* 1. *ad* 2. Quod adeo verum eſt, ut ſi
Princeps etiam Papa leges conderet adverſus ea
quæ dicit Dominus, non diceretur condere, ſed
potius convinceretur errare, c. *Sunt quidam*, 25. *q.*
1. & Conſtitutiones ſive eccleſiaſticæ, ſive laica-
les, ſi naturali juri probentur contrariæ, ſunt
penitus excludendæ, ut dicit tex. in cap. *fin.* 9. *di-
122 ſtinct.*

Præterea leges civiles de numero teſtium in te-
ſtamentis adhibendo ſunt contra Sanctorum Pa-
trum inſtituta, ut ſimiliter hic dicitur in littera, &
in ſumma, & in c. 1. 2. *q.* 4. in c. *Licet univerſis, ſupr.
de teſtib.* & in c. *proxim. infr. eod.* Hoſt. *hic n.* 3. *in
verb. Inſtituta.* Igitur non ſunt ſervandæ, quia qui
omnipotentem Deum metuit, contra Sanctorum
Patrum inſtituta aliquid ullo modo agere non
conſentit, c. *Qui omnipotentem* 11. *q.* 3. Imo ut in-
quit Zoſimus Papa in c. *Contra*, 25. *q.* 1. Contra
ſtatuta Sanctorum patrum condere aliquid, vel
mutare, nec hujus quidem Sedis poteſt authori-
tas. Igitur quanto minus authoritas Imperialis?
c. *Duo ſunt*, & cap. *Si Imperator*, 96. *diſtinct.* cap.
123 *Solitæ, de major. & obedient.*

Rurſus hujuſmodi leges in hoc c. dicuntur eſſe
contra generalem eccleſiæ conſuetudinem, quæ
ita obligat ſicut præceptum, ut in c. *In his* & in
c. *In eccleſiarum*, 9. *diſtinct.* & notat gloſ. in *ſum-
ma, de pœnit. diſtinct.* 5. & in terminis noſtris Abb.
*hic n.* 9. *verſ. Item ſunt contra generalem eccleſiæ con-
ſuetudinem.*

124 Accedit quod impugnans teſtamentum ob de-
fectum ſolemnitatis omiſſæ in numero ſeptem te-
ſtium peccat mortaliter, ſecundum Abb. *hic n.* 7.
& irrefragabiliter probat hæc littera, dum hoc
prohibet ſub pœna excommunicationis: nam ex-
communicatio ferri nõ poteſt niſi pro culpa mor-
tali, ut c. *Nemo*, & c. *Nullus*, 11. *q.* 3. Deformitas
autem, & malitia, in qua conſiſtit ratio formalis
125 peccati, ſurgit hoc caſu ex quatuor capitibus.
Primò, quia talis impugnatio, ut oſtenſum eſt
126 ſupra, eſt contra præceptum Divinæ legis cujus
tranſgreſſio ſemper eſt mortalis. Nam pecca-
tum eſt dictum, vel factum, vel concupitum con-
tra legem æternam, ut diffinit Auguſtin. *lib.* 22.
*contra Fauſtinum*, *c.* 24. *in princ.* & explicat S. Tho.
in 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. *& in* 2. *ſentent. diſt.* 22. *art.* 2. vel
ſecundum Ambroſ. relatum ab eodem D. Thom.
in 1. 2. *q.* 109. *art.* 4. *in corpore.* Peccatum eſt præ-
127 varicatio legis Divinæ, & cæleſtium inobedientia
præceptorum. Secundò, quia talis impugnatio eſt

contra jus naturale, quia præceptum illud, *In ore
duorum*, morale eſt, ut oſtenſum eſt ſupra *n.* 118.
& omnia præcepta moralia ſunt de lege naturali,
128 S. Thom. in 1. 2. *q.* 87. *art.* 5. *in corp. & in* 4. *ſent.
diſtinct.* 2. *q.* 1. *art.* 4. *q.* 1. *ad* 2. Quicquid autem
contrariatur legi naturæ peccatum eſt, ut idem
docet in 2. 2. *q.* 153. *art.* 1. *in corp. & quæſt.* 142.
*art.* 1.

129 Tertiò, quia eſt contra inſtituta Patrum, & pro-
hibitionem Eccleſiæ, ut hic patet, quæ pariter
obligant ſub mortali, d. c. *Qui omnipotentem*, 11.
*q.* 3. cap. *Quiſquis præceptis*, 14. *q.* 1. Gemin. poſt
Archid. in c. *Deteſtanda*, *in princ. verſ. An ſcienter
faciens, de conceſſ. præben. lib.* 6. & ſcripſi plenius in
c. *Si quis*, *n.* 38. *&* 39. *de Regular.*

130 Quarto, quia talis impugnatio dicitur hic eſ-
ſe contra generalem eccleſiæ conſuetudinem, cu-
jus tranſgreſſio pariter inducit culpam lethalem,
non ſecus ac tranſgreſſio præcepti, ut c. *In his*, 11.
131 *diſt.* & c. *Quæ contra*, 8. *diſt.* Cum igitur impugna-
tio teſtamenti ob defectum ſolemnitatis in nu-
mero teſtium ſit culpa lethalis, hinc neceſſariò ſe-
quitur, ut leges civiles irritantes teſtamenta cum
pauciori numero, quàm ſeptem, vel octo teſtium
tanquam peccati nutritivæ, non ſint ſervandæ, ut
c. *fin. de præſcript.* ibi, Cum generaliter ſit omni
conſtitutioni derogandum, quæ abſque mortali
peccato non poteſt obſervari, ubi Hoſt. *n.* 5. & Jo.
Andr. *n.* 2. *in fin.* exponunt verba illa, *omni con-
ſtitutioni*, ideſt ſive ſit imperialis, ſive alia quæ-
cunque. Neque enim poteſt ſervus contra domi-
num, imo ſemper in talibus recognoſcendus eſt
132 Imperator cæleſtis contempto terreno, c. *Iulia-
nus*, & cap. *ſeqq.* 11. *q.* 3. Item lex debet eſſe ra-
tionabilis & juſta, c. *Erit autem lex*, 4. *diſt.* Cum
ſit ſanctio ſancta, jubens honeſta, prohibens con-
133 traria, l. 2. *ff. de legib.* gloſ. in §. *Conſtat, in verb. Lex
eſt, inſtit. de jur. nat. gent. & civil.* Et cum hoc caſu
agatur de obſervatione legis divinæ, ac de pec-
cato vitando, ſequitur per neceſſe, ut hoc c. ſer-
vari debeat etiam in teſtamento cæci, non ſolum
in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperii, &
tam in foro canonico, quam in foro civili. Ad hoc
tex. mirabilis in c. *Quæ contra mores*, 8. *diſt.* &
in c. *Si in qui*, 11. *q.* 3. & in c. *Novit. cum materia*,
*ſupra de judiciis*, & conſtat ex dictis ſupra *num.* 45.
*&* 49.

134 Et confirmatur quia dicta Apoſtoli prævalent
dictis Imperatorum, l. 1. *C. de ſecund. nupt.* & ibi,
135 notat. in gloſ. *fin* & c. *penult. infra de ſecund. nupt.*
Sed ex dictis Apoſtoli habemus teſtamentum
conditum coram duobus, vel tribus teſtibus im-
pugnari non poſſe ex defectu ſolemnitatis. Er-
go, &c. minor patet ad *Galat.* 3. ubi ſic legitur:
*Fratres, ſecundum hominem dico*, tamen hominis
confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſu-
perordinat. & ibi gloſ. Magiſtri ſententiarum ex-
ponit; Confirmatum teſtamentũ morte teſtatoris
nemo ſpernit, ut dicat non valere, cũ benefactum
eſſe apparet, aut ſuperordinat, aliquid de rebus
iſtis diſponens, ſed eſt in authoritate canonum.
Quem locum explicans Bart. in l. 1. *n.* 81. *verſ. Sed
ab Apoſtolo*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* ſic ait: (Confirmatũ
teſtamentum, ſcilicet quod duobus, vel tribus te-
ſtibus confirmatum eſt. Item morte teſtatoris,
nec dicit adita hæreditate, vel alia juris ſolemni-
tate. Item ex eo quod dicit, nemo ſpernit, appa-
ret quod nec Imperator poteſt illud annullare.



Item

Item ex eo quod gloſ. dicit, quod eſt in authoritate Canonum, apparet quod illud debent obſervare ſive in terris Eccleſiæ, ſive Imperii. Item ex eo quod dicit, nemo ſpernit, ut dicat non valere, cum benefactum eſſet, apparet, quod tollitur omnis exceptio juris civilis, ) Hæc Bart.

136 Ac demum quotieſcumque ex conſtitutione, vel præcepto principis præſumitur veriſimiliter peccatum futurum; tunc tali conſtitutioni, vel præcepto non eſt parendum, ut notat Innoc. in c. *Inquiſitioni, n. 3. verſ. Sed quid Papa, de ſent. excommunic.* Ad hoc c. *Litteras, in fin. de reſtitut. ſpoliat.* & notat Bart. in l. 1. *n. 80. verſ. Præterea, C. de ſacroſ. Eccleſ.* dicens, in his, in quorum obſervatione emergunt peccata, jura canonica legibus prævalere: ut l. *Privilegia c. eod.* & ibi notat gloſ. in *in verb. Ambitionis*, Jo. Andr. in c. 2. *de re judicat.*

137 *lib. 6.* Sed ex legibus irritantibus teſtamentum abſq; numero ſeptem, vel octo teſtium, veriſimiliter præſumi poteſt, peccatum futurum. Ergo hujuſmodi legibus non eſt parendum; minor patet ex dictis in præcedenti fundamento à *n.* 124. Sed ulterius probatur, quia multoties poteſt contingere ut teſtator morti proximus inſtituat extraneum hæredem coram quatuor, vel quinque teſtibus; vel cæcus coram ſeptem, eo quod ob temporis anguſtiam major numerus, vel notarius præſto eſſe non poſſit. Et quia hæc ultima voluntas per quatuor, vel quinque teſtes ſecundum leges civiles probari non poterit, venientes ab inteſtato occupabunt hujuſmodi hæreditatem contra voluntatem domini; & ſic cum peccato, c. *Prævale*, 14. *q.* 5. cap. *Vltima volun-*

138 *tas*, 13. *q.* 2. Nec eos excuſabit legum authoritas, quia quamvis ordinaverint numerum tot teſtium ad fraudes vitandas, tamen ſi in rei veritate ceſſet hæc fraus, venientes ab inteſtato nec ſunt tuti in foro animæ, nec in foro civili, ex traditis per Innocent. in c. *Quia plerique, n. 5. verſ. Imo plus videtur, de immunit. eccleſ.* Ubi notabiliter vult, ut quamvis princeps ex juſta cauſa poſſit ſtatuere contra jus naturale, ideſt gentium, puta transferendo dominium de uno in alium: tamen ubi ceſſat illa cauſa, conſtitutio ſervanda non eſt, quia

139 conſtitutiones quæ veniunt contra ſalutem animæ, non ſunt ſervandæ, nec authoritas juris civilis poteſt aliquem à peccato excuſare, ut not. gl. 1. *ad fin.* in c. *Inter hæc*, 33. *q.* 2. & ſequitur Butr. in c. *Quæ in eccleſiarum*, 23. *verſ. Sed ſi cauſa ceſſat, de conſtitutionib.* & *ibi* etiam Imol. *num.* 20. *in fin. verſ. Quid autem ſi ſtatutum*, & Felin. 29. *verſ. Secunda declaratio*, Boer. *deciſ.* 38. *n.* 7. & alii plures apud Anton. Gabr. *comm. concluſ. lib.* 3. *in tit. de jure quæſit. non toll. concl.* 4. *n.* 1. quo argumento in propoſito utitur Abb *hic num.* 10. Ad hoc c. *Cum contingat, de jurejurand.* cap. *Quamvis, de pactis, lib.* 6. & c. *fin. de præſcript.* & per hoc con-

140 cludit Abb. Judices ſæculares poſſe compelli ad obſervantiam hujus Decretalis arg. c. *Licet de jurejur. lib.* 6.

141 Non obſtant modo argumenta contraria. Ad primum enim, de quo ſupra *n.* 88. reſpondetur hanc decretalem non corrigere jus civile, etiam in numero ſeptem teſtium, ſed declarare illius irrationabilitatem. Nam cum lex civilis eſſet nulla ipſo jure, ut plenè probatum eſt ſupra à *n.* 113. opus non fuit, ut per jus canonicum corrigeretur, ut *hic* per Butr. *num.* 3. *verſ. Ego credo*, & Abb. *n.* 11. & notat Butr. in l. *Habeat num.* 75. *verſ. Et adverte, C. de ſacroſ. Eccleſ.* ubi dicit hoc cap. cum ſeq. non procedere ſtatuendo, ſed declarando. Nec relevat quod dicit Imol *hic col.* 7. *in fin. verſ. Nec obſtat prædicta*, videlicet hanc decretalem procedere non ſolum declarando, ſed etiam ſtatuendo, ſeu interdicendo, quia prohibet ne teſtamenta impugnentur ob defectum ſolemnitatis juris civilis in numero ſeptem teſtium: nam reſpondetur præſuppoſita declaratione irrationabilitatis; ſtatutum, ſeu interdictum ſubſequens non eſſe correctorium, quia perinde eſt, ac ſi pontifex dixiſſet, Declaramus legem civilem eſſe irrationabilem, ac nullam, & ideo ſtatuimus eam non eſſe obſervandam; & ſic non corrigit ad hoc c. conſtitutionem, ibi, *declarantes, decernimus, de ſent. excomm. lib.* 6. & c. 1. & ibi Gemin. *in* 1. *notab. de cler. ægrot. eod. lib.* Hæc autem irrationabilitas æquè reperitur in teſtamento cæci, atque aliorum, ut ex dictis conſtat; imo major eſt in teſtamento cæci, quia cum in eo non ſufficiant ſeptem teſtes, ſed præterea requiratur tabellio, aut in ejus defectum octavus teſtis, ut l. *Hac conſultiſſima, C. Qui teſt. fac. poſſ.* hæc ſolemnitas magis diſtat à lege Divina, qua ſcriptum eſt *In ore duorum, vel triũ, &c.* ut hic. Nec applicatur ſimile de teſtamento cæci inter liberos, de quo ſupra *num.* 89. quia hoc caſu non agitur de derogando ſpeciali diſpoſitioni legis civilis in teſtamento cæci, ſed de declarando illius irrationabilitatem, ut proxime dictum eſt.

Non obſtat confirmatio, de qua ſupra *n.* 91. quia eandem rationem falſitatis, & fraudis vitandæ habent leges requirentes numerum ſeptem teſtium, ut l. *final. C. de fideicomm.* ibi ( Lex etenim ne quid falſitatis incurrat per duos forte teſtes compoſitum teſtamentum, majorem numerum teſtium expoſtulat, ut per ampliores homines perfectiſſima veritas reveletur. Et tamen per hoc c. declarantur irrationabiles, & contra legem Divinam, ſanctorum Patrum inſtituta, & generalem Eccleſiæ conſuetudinem: Ergo eodem modo declaratur irrationabilis lex requirens octo teſtes in teſtamento cæci. Præterea ad hanc ſuſpicionem falſitatis egregiè reſpondet Hoſt. ſupracitatus in 2. *lectura*, *n.* 41. & *ſeqq.*

Ac demum, ut eleganter inquit Bald. *in conſil.* 352. *In puncto juris, in princ. lib.* 4. ubi veritas, ibi ſolemnitas de jure Canonico, ut in hoc cap. & in c. *ſeq.* Nam jus Canonicum deſervit juri Divino, & non humano, & ambulat ſicut prædagogus Divinæ legis in juſtificationibus Divinis, & non apicibus humanis, ſicut dicitur de bona fide, quod vadit poſt veritatem, & non poſt ſubtilitatem, l. *Si fidejuſſor, §. Quædam, ff. mandati.*

Ad ſecundum de quo ſupra, *n.* 92. patet reſponſio ex jam dictis qui hoc caſu non verſamur in correctione legis ſpecialis præcedentis, ſed in declaratione irrationabilitatis illius, & ſic lex civilis, & canonica ſe invicem non compatiuntur, ideoque ſervanda eſt lex canonica, ut oſtenſum eſt ſupra, *n.* 133.

142 Ad tertium, de quo ſupra, *n.* 94. reſpondetur negando minorem: nam cæcus non eſt inhabilis ad teſtandum niſi de jure civili non ſervata forma illius, l. *Hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facer. poſſ.* quæ tamen tanquam irrationabilis, & repugnans juri Divino, & naturali, nullius eſt roboris, & ideò non potuit cæcum inhabilitare.



Ad confirmationem poſitam *nu.* 97. ſimiliter reſpondetur legem Canonicã in hac materia non detrahere ſolemnitati juris civilis, ſed declarare illius irrationabilitatem, ut ſæpius repetitum eſt.

Ad quartum, de quo *ſupr. n.* 98. reſpondetur legem civilem requirentem numerum ſeptem, vel octo teſtium ad validitatem teſtamenti, eſſe nutritivam peccati, ut oſtenſum eſt *ſuprà à n.* 124. unde in concurſu ſervari debet lex Canonica ubique locorum, & tam in foro civili, quàm in foro eccleſiaſtico, ut ſimiliter probatum eſt *ſuprà n.* 45. 49. 133. & *ſeqq.*

Nec obſtat ponderatio Cornei: Imò enim qui non credit duobus, vel tribus teſtibus idoneis, habet conſcientiam læſam, ut oſtenſum eſt *ſuprà nu:* 137. nec lex civilis poteſt eum à peccato excuſare, ut ſimiliter monſtratum eſt *ſuprà nu:* 114. & 139. & ad ſuſpicionem falſitatis adæquatè reſponſum eſt ſuprà in ſecunda lectura *num:* 41. & *ſeqq.* ex dictis Hoſt. nec applicatur ſimile de Regulo, qui non credit matri. Quoniam eo caſu agebatur de teſtimonio unius tantùm, cui etiam ſecundum legem Divinam non eſt credendum: nam ut legitur *Deuteron.* 17. *In ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficietur:* Nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium. Et in c. *Licet univerſis, de teſtibus*, dicitur, Nulla eſt cauſa, quæ unius teſtimonio, quamvis legitimo terminetur, & nihilominus regulus ille ſummopere laudatur à Canoniſtis, ut per Mar. Soccin. in c. *Officij, num:* 9. *infrà de pœnit: & remiſſ.*

143 Neque obſtat quod lex civilis poſſit jus divinum, vel naturale diſtinguere, & illi detrahere, quia hoc negatur, ut plenè probavi in c. *Quam Eccleſiarum, num:* 142. *ſuprà de Conſtitut:* & fuſius in c. *Cum pridem, à num:* 76. & *ſeqq: de pactis.* Præterea hoc non eſſet diſtinguere, ſed corrigere, & deſtruere jus Divinum, & naturale, quod non poteſt lex humana. Hoſt. *in ſumma de reſcript. §. Quas vires habeat, verſ: Si ſit deſtructivum juris Divini:* nam lex Divina præcipit, ut ſtetur duobus, vel tribus teſtibus in quacunque materia: Lex autem civilis mandat, ut non ſtetur in teſtamentis, quæ ſunt oppoſita, & conſtat ex dictis *num:* 114. & *num:* 166.

144 Nec refragatur, quòd lex Canonica quandoque requirit majorem numerum, ut in cap. *Præſul*, 2. *q.* 4. ubi requiritur numerus ſeptuaginta duorum, vel quadraginta quatuor, vel viginti ſeptem teſtium ad damnandum Cardinalem Epi-

145 ſcopum, Presbyterum, vel Diaconum. Nam reſpondetur illum textum eſſe intelligendũ, quando teſtes non ſunt omni exceptione majores: ſecus ſi ſint laudabilis vitæ, ut declarat Gratian. *in §. fin. ead. cauſ. & q.* & Abb. *hic n.* 16. *verſ. Nec obſtat.*

146 Hoſt. in c. *Licet univerſis, n.* 3. *ſuprà de teſtibus*, & ibi etiam Jo. Andr. *n.* 4. *verſ: in gloſ:* 3. facit Concilium Trident. *ſeſſ:* 13. *cap:* 7. & cum lex Divina non præſcribit qualitatem duorum, vel trium teſtium, bene potuit lex canonica declarare, ut in condemnando Epiſcopo Cardinali duo, vel tres teſtes debeant eſſe omni exceptione majores, alioquin requirantur ſeptuaginta duo, ut ſic numerus ſuppleat defectum in re graviſſimi momenti; ad gloſ: in l. *Teſtium fides, in ver: Numerus, ff. de teſtibus prob:* ad Jo. Monach. in c. 1. *num:* 7. *verſ: Item idem operatur numerus, eod: tit: lib:* 6. Anton. Gabriel. *de teſtib: concl:* 6. Cæſar de Graſſ. *deciſ:* 175. *alias* 5. *num:* 8. & *ſeqq: de ſponſal.* vel dicas, diſpoſitionem d. cap: *Præſul*, procedere de juris rigore, qui non eſt ſervandus ſecundum Hoſt. & Jo. Andr. *locis citatis ſuprà num:* 145.

147 Nec obſtat ſi replicetur, quòd ex hoc cap. minimè requiratur, ut teſtes in teſtamento adhibendi ſint omni exceptione majores, ſed tantùm ut ſint idonei, ut in littera. Nam reſpondetur legem canonicam in teſtamentis fuiſſe contentam, ut teſtes eſſent ſimpliciter idonei. At in condemnãdo Epiſcopo Cardinali ob rei gravitatem non fuit contenta, ut eſſent idonei ſimpliciter, ſed amplius requiſivit, ut eſſent majores omni exceptione, ut per Gratian. *loco cit.* Quare præſuppoſitâ teſtium habilitate ſecundum quod Canones requirunt, nullus datur caſus, in quo de jure canonico non ſufficiant duo, vel tres teſtes. Imo gloſ: in d. c. *Præſul*, dicit duos teſtes ſufficere etiam ad

148 convincendum Papam. & idem dicit Abb. *hic d. n.* 16. Surd. *conſ:* 12. *n.* 32 & 33. licèt de illa gloſ: ſit mirandum, ut dicitur in notis ad d. c. *Præſul.*

149 Nec prædictis refragatur tex. in c. *Licet univerſis, ſupr. de teſtib.* in illis verbis: (Licet quædam ſint cauſę, quę plures, quàm duos exigant teſtes) quoniam tex. non dicit plures, quàm tres, ſed plures, quàm duos, innuens per hoc non eſſe quidem contra legem Divinam, ut tres requirantur, quia Divina Scriptura loquitur alternativè, in ore duorum, vel trium: & ideo ad Eccleſiam ſpectat determinare caſus in quibus duo non ſufficiunt, ſicut fecit in teſtamentis, in quibus ultra duos teſtes voluit etiam Parochum eſſe adhibendum, ut hic, & latius dictum eſt *ſuprà n.* 59. & *n.* 1.6 ſed benè eſt contra legem divinam, ut requirantur plures, quàm tres. Nec in hoc contradicit textus in d. c. *Licet univerſis.* Imò ita eſt intelligendus, quia alioquin eſſet contrarius huic decretali, quæ dicit eſſe contra legem Divinam ut ſeptem, vel quinque teſtes adhibeantur. Et expedit jura juribus concordare, cap. *Cum expediat, de elect. lib:* 6.

150 Nec dicas cum Menochio ſupracitato *nu:* 109. textum noſtrum non dicere id eſſe contra legem Divinam, ſed alienum à lege Divina, id eſt, remotum, ſeu præter Divinam legem. Quoniam hæc expoſitio repugnat litteræ: nam ſi impugnatio teſtamenti ob defectum ſolemnitatis in numero teſtium eſſet tantùm præter, & non contra Divinam legem, male hic fuiſſet damnata ſub

151 pœna anathematis, quia quod eſt præter legem Divinam, non eſt peccatum, cùm peccatum ſit dictum, factum, concupitum contra legem Dei, ut dictum eſt *ſuprà n.* 126. Rectius igitur Hoſtienſ. *hic n.* 4. exponit verbum, *alienum*, id eſt, contrarium, & ideò non ſervandum.

152 Non obſtat ultimum, quod cæcus nec ad pias cauſas teſtari poſſit, non ſervatâ formâ l. *Hac conſultiſſima, C. Qui teſtam: facer: poſſ.* ſecundùm Card. ſupracit. *n.* 110. Quoniam oppoſitum tenet Alex. *ibid. n.* 14. Et quamvis Angelus *in lectura Peruſina*

153 *ejuſd. legis, n.* 4. *verſ. Idem dicam*, putet d. l. *Hac conſultiſſima* non procedere in teſtamento cæci condito ad pias cauſas, quando relinqueret pijs, & venerabilibus locis, in quibus ceſſat ſuſpicio falſitatis; ſecus ſi alijs privatis perſonis pauperibus, quæ propter egeſtatem multoties ſolent ad delicta inclinari: tamen Alex. generaliter tenet dictam legem non habere locum in teſtamen-

to cæci ad pias cauſas qualeſcunque perſonæ in-
ſtituantur, cum in eis non attendatur prohibitio
juris civilis, ſed ſervetur jus gentium, cap. *Rela-
tum, infra eod.* & cum eo tranſit ibi Jaſon *num:* 4.
*circa finem verſ: Secundò limita.*

154 Ad confirmationem reſpondetur primò, ne-
gando antecedens, quia plures, & majoris aucto-
ritatis cenſent cæcum teſtari poſſe inter liberos
coram duobus teſtibus ad præſcriptum, l. *Hac
conſultiſſima, §. Ex imperfecto, C. de teſtament.* Et ita
in ſpecie concludit Bald. in l. *Hac conſultiſſima, n.*
2. *C. Qui teſtam. facer. poſſ.* Nam cum hæc lex ſpe-
cialiter loquatur in cæco, & illa ſpecialiter in pa-
tre, principalior judicatur lex, quæ in patre lo-
quitur ratione favoris, & ideo hæc derogat illi,
quæ loquitur in cæco, arg. eorum, quæ notat Dyn.
in c. *Generi, de reg. jur. lib. 6.* Item inter liberos
non cadit timor falſitatis, cùm ſuccedant ab in-
teſtato, & cum Bald. conſentiunt ibi Ang. *num: 4.
verſ: Sed quid erit in patre?* Salycet. *nu. 9.* Paulus de
Caſtr. *in §. 1. n. 9.* Alex. *nu. 13.* & Jaſ. dicens com-
munem *nu. 4.* Quinimò Romanus quamvis oppo-
ſitam ſentiat, tamen fatetur opinionem Bald. eſſe
æquiorem, & ſequendam, tum propter illius au-
ctoritatem, tum quia non habet contradictio-
nem; tum denique quia in dubio ſequenda eſt o-
pinio, quæ magis favet teſtamentis, l. *Si pars, ff. de
inoff. teſtam. cap. fin. ſuprà de re judicat.*
Reſpondetur ſecundò, negando conſequen-
155 tiam; nam etſi ſolemnitas d. l. ſervanda eſſet in
teſtamento inter liberos, non tamen inde ſeque-
retur, ut eſſet ſervanda in teſtamento ad pias cau-
ſas, quia in hoc tractatur de favore animæ, & Re-
ligione Divina, quæ carior eſt filijs, ita dicit Bart.
in l. 1. *n. 74. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & favor animæ præ-
ponendus eſt favori liberorum, l. *Sancimus, C. eod.*
& ſic magis favetur teſtamento condito ad pias
cauſas, quam teſtamento condito inter liberos, ut
ex verbis Bart. deducit Alex. in l. *Pactum quod do-
tale in 3. col. C. de pactis,* quem ſequitur Jaſon. *ibid:
num:* 18. Nec refragatur auctoritas Auguſtini ſu-
156 pracitata *num:* 111. quia procedit quantum ad
legitimam filijs debitam. Nam ſi quis vellet pri-
vare filios legitimâ, illos exhæredando, & inſti-
tuere Eccleſiam, faceret contra officium pieta-
tis, & Eccleſia, quæ eſt Pietatis mater, tale teſta-
mentum non admitteret, ut notat Bart. in d. l. 1.
*num:* 55. 60. 61. & ibi declarat Jaſ. *num:* 18.
Ulterius quæro, ſtante ſtatuto Urbis *cap:* 42.
157 tenoris infraſcripti, videlicet inter cives, incolas,
& diſtrictuales ubique ſerventur Urbis ſtatuta,
niſi in loco diſtrictûs in caſu contingenti aliter
per particularia ſtatuta fuerit proviſum, & tot
ſtatuta non diſponunt, ſervetur jus civile (nec im-
meritò quando in hac urbe Roma jura civilia or-
ta, acceptaque ſunt, & ad alios populos defluxe-
runt, & adhuc ſuſcepta benignè ſervantur) & ubi
deficit jus civile, tunc ad ſac. canones recurratur.
An teſtamenta condita in Urbe juxta diſpo-
ſitionem hujus *cap. Cum eſſet,* ſuſtineantur nec ne,
Rota *in cauſa Romana bonorum de Stocchis 27. Maji*
158 1588. coram bo. me. Hieronymo Pamphilio in
proprijs terminis ſtatuti Urbis, reſolvit teſta-
mentum non ſuſtineri: verba deciſionis hæc ſunt.
(Dixerunt Domini, quòd licet teſtes, qui indu-
cuntur ad probandam deſcendentiam, probent
in dicto, quia omnes concludunt Petrum Stoc-
chum inſtituiſſe hæredem univerſalem Damia-
nam ſuam matrem, & poſt ejus obitum Troja-
159 num ſuum conſobrinum: nihilominus hæc pro-
batio non relevat. quia agitur de probando te-
ſtamento nuncupativo, in quo non ſufficiunt
quinque teſtes, ſed ad illius probationem, & vali-
ditatem ſeptem requiruntur, l. *Si unus,* l. *Hac con-
ſultiſſima, C. de teſtament. § fin. inſtit. eod. tit. cum vul-
gat.* Clarus *in § Teſtamentum, q. 56.* Neque poſſe
ſubſiſtere ex diſpoſitione, cap. *Cum eſſes, de teſtam.*
quia, ut dicit Dec. *conſ: 315. num:* 4. (alias eſt *conſ:*
314. alias 316. incip: *Superioribus diebus, nu: 7. verſ:
Non obſtat.*) non habet locum in Urbe, ubi adeſt
ſtatutum, quod ſervetur jus civile, quo ſtatuto
non eſt dubium Petrum ligari, quia attenditur
locum conditi teſtamenti juxta doctrinam Bart.
communiter approbatam in l. 1. *C. de Summa Tri-
nit.* quam pluries ſequuta fuit Rota etiam in iſtis
terminis in cauſa Bononien. de Solimeis. Hacte-
nus verba deciſionis.)
Eandem opinionem tenuerunt Magdal. *de nu-
mero teſt: in teſtam: requiſit: c. 8. n. 24. 25. & 26. par:*
2. Gratian. *diſcept: foren: 223. n. 52.* quos noviſſi-
mè refert, & ſequitur Jo. Baptiſta Ferzonius in
161 *annotationibus add. c. 42. n. 8.* quibus addo Alex.
*conſ: 177. Viſo themate, num: 2. verſ: Quia reſponſio, lib:*
2. ubi idem conſuluit in terminis ſtatuti Raven-
næ à Sede Apoſtolica confirmati, quòd ſervari
debeat jus civile quando eſt contrarium juri ca-
162 nonico. Imò voluit ibi Alex. hoc ſtatutum valere
etiam ſine confirmatione Apoſtolica, quia popu-
li ſubjecti Eccleſiæ Romanæ etiam quoad tempo-
ralê jurisdictionem poſſunt ſtatuta condere con-
tra jus canonicum ſervanda quoad ipſos laicos,
ut latè firmat Abbas in cap. *Quod clericis, num: 45.
de foro compet.*
163 Ego verò exiſtimo hanc opinionem non eſſe
veram, quia etſi de validitate ſtatuti Urbis hæſi-
tari non poſſit ex his, quæ tradit Alex. *loco cit.* ſal-
tem ſtante confirmatione Gregorij XIII. ex cer-
ta ſcientia, & cum cauſæ cognitione, ut in Bulla
Confirmationis incip. *Urbem Romam,* edita 8. Ka-
164 lend. Julij 1580. tamen cùm ſtatutum d. c. 42. non
loquatur ſpecificè de teſtam. ſed generaliter de
obſervantia juris civilis, debet declarari, & limi-
tari, ut locum non habeat in illis legibus, quæ
ſunt contra jus Divinum, & fovent peccatum.
165 Neque enim credendum eſt Summum Pontifi-
cem ſtatuti authorem, qui jus Divinum uſque ad
animam & ſanguinem ſervare debet, c. *Sunt qui-
dam, 25. q. 1.* gloſ: in c. *A nobis, de decimis,* Abb. *hic n.
8. poſt med: verſ: Item Princeps,* & cujus officium eſt
peccata extirpare, cap. *Novit, verſ: Nullus qui ſit ſanæ
mentis,* & ibi Anchar. *n. 8. ſuprà de judic.* gloſ: 1. *in
Extravag: Ad noſt. Joannis XXII. de electione.* per gene-
ralia verba dicti ſtatuti voluiſſe ſimilium legum
obſervantiam præcipere. Sed leges civiles requi-
rentes numerum ſeptem teſtium ad validitatem
teſtamenti ſunt contra jus Divinum, quo ſcriptũ
eſt, *In ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum,*
ut hic eſt textus rotundus, qui cavillari non po-
teſt, & conſtat ex dictis in præcedenti quæſtione
*à n. 114. uſque ad n. 121. & 127.* Item fovent pecca-
tum, ut latè oſtenſum eſt *ſuprà à n. 124. uſque ad n.*
141. Ergo ſtatutum Urbis in hujuſmodi legibus
locum non habet.
166 Præterea dictum ſtatutum jubens inter cives
Romanos, & diſtrictuales ſervari jus civile, non
extenditur ad illas leges, quæ reperiuntur ex-
preſ-



preſſè correctæ, & abrogatæ per jus canonicum,
ut in terminis ſtatuti Urbis firmavit Rota in *cau-
ſa Veroſina Bonorum 20. Aprilis 1592.* coram Penia
impreſſa poſt Conſil. Farinac. *lib: 2. deciſ: 65. n. 2.*
167 poſt Capram *conſ: 70. num: 12.* adducens bonam
rationem, quia jus civile correctum non dicitur
amplius jus civile, gloſ: 1. in l. *final.* & ibi etiam
Bart. *num: 1. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Sed leges civiles
irritantes teſtamenta cum pauciori numero,
quam ſeptem teſtium tanquam irrationabiles, &
peccati nutritivæ ſunt abrogatæ per hoc c. ſecun-
dùm intellectum communem, & veriorem, ut di-
xi *ſuprà in ſecunda lectura, num: 40 & 41.* & fuſiùs
*à n. 113. uſque ad n. 117.* Præſertim in terris Ec-
cleſiæ, ſecundùm alium intellectum itidem com-
munem, ut ſimiliter dixi *ſuprà in tertia lectura, nu.
46. & ſeqq.* Ergo ſtatutum Urbis ad illas leges
non extenditur.
168 Unde videmus pœnas ſecundò nubentibus in-
fra annum luctûs à jure civili impoſitas, ut l. 1. &
2. *C. de ſecundis nupt.* tanquam ſublatæ per jus ca-
169 nonicum, ut in cap: *Super illa,* & in cap. *ultimo, de
ſecundis nupt.* minimè habere locum inter per-
ſonas ſubjectas ſtatuto Urbis, Rota *d. deciſ: 65. n.*
1. Capra *d. conſ: 70. num:* 10. Anton. Gabr. *Com-
mun: concluſ: in tit: de ſecundis nupt: concluſ: 5. num:*
170 1. Similiter de jure civili ordinandi ad Sacerdo-
tium debent aliquid offerre ordinanti, & nota-
rio, ut in auth. *de Sanctiſſ: Epiſc: §. Pro conſuetudine.*
Sed de jure canonico ſecus, quia eſt ſimoniacum,
cap: *Sicut Epiſcopum, 1. q. 2.* & ibi notatur cap: 1.
171 *de ſimon.* Item de jure civili licet pecuniam acci-
pere pro jure judicando, l. *Ob turpem cauſam, ff. de
condit: ob turp: cauſ.* l. *Solet, ff. de præſcript.* ſecus
de jure canonico, quia peccatum eſt. gloſ: in cap:
*Qui cum fure, in fine de furt.* Item conſenſus paren-
tum de jure civili requiritur ad validitatem ma-
trimonii, l. *Nec filiam, C. de nupt.* l. *Nuptiæ ff. de ri-
tu nupt.* Sed ſecundùm Canones non requiri-
tur talis conſenſus, niſi de honeſtate, cap. 1. 22.
*quæſt:* 2.
172 Item de jure Canonico non eſt permiſſum ju-
rare per creaturas, niſi ubi invenitur expreſſum,
puta per Evangelium, per Altare, per Crucem, ut
cap: *Conſidera,* cap: *Clericum,* cap: *Habemus,* &
cap: *Si aliqua, 12. quæſt: 1.* cap: *Perveniat, 10. quæſt: 5.*
Sed de jure civili permiſſum videtur, l. 2. §. *fin:*
173 & l. *ſeq:* & l. *Qui per ſalutem, ff. de jurejurand.* Item
pupillus de jure civili non tenetur ſervare jura-
mentum l. 1. §. 1. *C. de juram: calumn.* auth. *Sacra-
menta Puberum, C. Si adverſus vendit.* ſed de jure
canonico tenetur ſi ſit doli capax, ac non ſervan-
174 do pejerat, cap: *Parvuli, 22. q. 5.* Item ſecundùm
leges licitum eſt contrahentibus ſe invicem de-
cipere, & circumvenire, l. *In cauſa, ff. de minorib.*
ſecundùm canones non, cap. *Per tuas, de donat.* &
notat. in cap. *Ea enim, §. Hoc jus,* in gloſ. *ordinar: 10.
quæſt:* 1.
175 Item in præſcriptione de jure civili non requi-
ritur bona fides, l. *Sicut in re,* & l. *Omnes, C. de præ-
ſcript: 30. annor.* quod tamen corrigitur per jus
canonicum, cap: *Si diligenti, de præſcript.* & cap: *fin:*
176 *cum ibi notat: eod. tit: lib: 6.* Item filiusfamilias ſe-
cundùm leges voto non obligatur, l. 2. §. *de voto, ff.
de pollicitat.* ſecus ſecundùm Canones, c. *Honoran-
177 tur, 32. quæſt. 2.* Demum aliis omiſſis de jure ci-
vili licitum eſt patri occidere adulterum in fla-
granti crimine cum filia deprehenſum, dummo-
do & ipſam filiam occidat, l. *Patri, cum tribus le-
gibus ſequentibus, ff. Ad l. Iuliam, de adulter.* Idem-
que in certis caſibus licitum eſt marito, ut l. *Ma-
rito, ff. eod.* & l. *Gracchus, C. eod. tit.* Sed hoc abomi-
nantur ſacri Canones, ut cap: *Si non licet, 23. quæſt.
5.* & cap: *Inter hæc, cum tribus cap: ſeqq: 33. quæſt.* 2.
Porrò in his, & pluribus aliis caſibus, quos cumu-
lat Bart. *in tract: de different: inter jus canonicum, &
civile,* leges ſæculares tanquam involventes pec-
catum ſunt abrogatæ, & damnatæ per jus cano-
nicum: & conſequenter nemo ſani capitis dixe-
rit illas fuiſſe innovatas ex verbis generalibus
ſtatuti Urbis; unde idem dicendum de legibus
irritantibus teſtamenta ob defectum numeri te-
ſtium, cùm & hæ tanquam peccati nutritivæ ſint
abrogatæ per hoc cap. ut prædixi.
178 Nec obſtat quòd ſtatuta populi Romani fue-
rint confirmata à Gregorio XIII. in forma ſpe-
ciali. Quoniam ut formaliter reſpondet Rota *in
præalleg. deciſ: 65. num: 2. verſ: Et ex his quoque.* Con-
firmatio non dedit robur ſtatutis loquentibus de
jure civili, alias per jus Canonicum correcto: At-
que ita jus civile etiam in materia teſtamento-
rum ſervabitur in illis caſibus duntaxat, in qui-
bus expreſsè per jus canonicum non apparet ab-
rogatum, ut ibi per Rotam, & latiùs *in prædicta
deciſ.* & ratio eſt evidens, quia de natura confir-
mationis eſt non alterare ſtatum rei confirmatæ,
ſed illum convalidare, & ei robur adjicere, re-
manentibus tamen omnibus in eodem ſtatu, &
terminis, l. *Aureliu, §. Teſtamenta, ff. de liber: legat.
cap: 1. & 2. de confirm: util. vel inutil.* Bald: in l. 1.
*in fin: C. Si adverſ: rem judicat.* Rot. *deciſ: 175. num:
8. par: 5. recent:* & aliàs paſſim.
179 Quod ſi diceremus verba ſtatuti Urbis, d. c. 2.
debere intelligi etiam de legibus civilibus re-
quirentibus numerum ſeptem teſtium in teſta-
mentis: de validitate dicti ſtatuti jure optimo du-
bitari poſſet, quia ut diſertis verbis dicitur in
hoc c. hujuſmodi leges ſunt contra jus Divinum,
Sanctorum Patrum inſtituta, & generalem eccle-
180 ſiæ conſuetudinem. unde in propoſito ipſarum
legum dicit Abb. *hic n. 8.* Princeps etiam Papa ſi
condit leges contra ea, quæ dicit Dominus, non
dicitur condere leges, ſed potius convincitur
errare, c. *Sunt quidam, 25. q. 1.* & contra ſtatuta Pa-
trum condere aliquid, vel mutare, nec primæ Se-
dis authoritas, dicit tex. in c. *Contra ſtatuta, ead.
181 cauſ: & quæſt.* Item contra generalem Eccleſiæ
conſuetudinem, & ſic contra ſtatum generalem
Eccleſiæ Papa venire nõ poteſt, gloſ: in c. *Per prin-
cipalem, in ver: Ad nos, in fin. 9. quæſt. 3.* & in cap:
*Literas, in ver: Non poteſt, de reſtitut: ſpoliat.* & in
182 propoſito Abb. *hic num: 9.* Præterea, ut idem in-
quit *num: 30.* Papa licèt à Deo receperit poteſta-
tem, & dignitatem Pontificatûs, non tamen po-
teſtatem peccandi, ut dicit tex. in cap: 1. 40. *diſt.*
nam Vicarius non habet majorem poteſtatem, &
dignitatem Pontificatûs, quàm ipſe Deus. Sed
Deus peccare non poteſt, ut c. *fin: de pœnit: diſt: 2.*
ergo nec Vicarius debet hæc poſſe. Ad hoc tex.
183 optimus in c. *Scripſit, 7. q. 1.* ibi, (& ideo per nos
fieri nullatenus poteſt, nec peccatum, &c.) Et ita
hujuſmodi ſtatuta non valere eleganter docuit
Bald. *conſ. 285. Si quis juris, col: 2. in fin: verſ: Sed con-
tra, lib: 3.* dicens ſtatuta, & conſuetudines loca-
les requirentes in teſtamento numerum ſeptem
teſtium eſſe ſublatas per hoc cap. *Cum eſſet,* quaſi
indu-

inducant peccatum, & rebellent juri divino, quia infringunt veritatem; magis tamen credo ſtatuti verba ad prædictas leges abrogatas non extendi ex defectu intentionis Papæ.

## DE TESTAMENTIS.

### Cap. Relatum, il primo.

*SVMMARIVM.*

1 *Ultima voluntas ad pias cauſas coram duobus teſtibus valet, & n. 4. & 7.*
2 *Legata pia peti poſſunt coram judice ſæculari, qui tenetur cauſam decidere non ſecundum leges, ſed ſecundum canones.*
3 *Differentiæ ſex inter hoc cap. & præcedens cap.* Cum eſſes, *& n. ſeqq. uſque ad n. 15.*
4 Talis, *dictio eſt reſtrictiva ad ſimilia, & diſſimilium excluſiva.*
5 *Ad pias cauſas valent non modò legata, & fideicommiſſa, ſed etiam inſtitutio hæredis, de qua conſtat per duos teſtes, & n. ſeq.*
6 *Teſtamentum eſt, in quo hæres inſtituitur.*
7 *Suppletiones ad Decretales non ſunt permiſſæ, & qui ſupplet, corrigit.*
8 *Teſtes duo in teſtamento ad pias cauſas non ſunt de ſolemnitate ſubſtantiali, ſed probatoria, quæ poteſt adimpleri per æquipollens, & n. ſeqq.*
9 *Teſtamentum ad pias cauſas ſcriptum manu teſtatoris valet ſine ullo teſte.*
10 *Teſtamentum inter liberos ſcriptum, vel ſubſcriptum manu teſtatoris ſine aliquo teſte valet quoad liberos, ſed non quoad extraneos, niſi ſaltem duo teſtes intervenerint.*
11 *Teſtamentum ad pias cauſas coram duobus teſtibus valet etiam in terris Imperij, & in foro civili.*
12 *Teſtes in teſtamento ad pias cauſas non requiritur ut ſint rogati.*
*Et poteſt adhiberi etiam mulier, & n. 14.*
13 *Regulæ Socini falsò eidem tribuuntur.*
15 *Cæcus an poſſit teſtari ad pias cauſas non ſervatâ formâ, l.* Hac conſultiſſima, C. Qui teſtam. facer. poſſ. *remiſſivè.*

1 RELATUM. Valet ultima voluntas ad pias cauſas coram duobus teſtibus. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Cardin. Ancharan. Imol. Jo. de Anan. & eſt caſus ſingularis ſecundùm Abbatem. Dividitur in tres partes. Prima ponit factum reprehenſibile, quod ſecunda corrigi mandat, ibi, *Mandamus*. Tertia mandatum probat, ibi *Quoniam*.

2 Nota primò ibi, *ad teſtium fuerit examen deducta* junctâ ſupraſcriptione, legata pia peti poſſe coram judice ſæculari, ipſumque judicem teneri hujuſmodi cauſam decidere non ſecundùm leges, ſed ſecundùm canones, ut in littera, & hic notant Butr. Imol. & Abb. *in 1. notab.*

Secundò nota ex textu ſex differentias inter
3 hoc cap. & præcedens cap. *Cum eſſes*, ex quibus habebis intellectum textûs, & explicationem materiæ.

4 Differunt enim primò, quia hoc cap. loquitur de ultima voluntate ad pias cauſas, ut patet ibi, *ſuper relictis Eccleſiæ*, nec non ibi, *cum aliqua cauſa talis*: nam dictio, *talis*, eſt reſtrictiva ad ſimilia & diſſimilium excluſiva, Bald. *in conſ: 284. in libro Eſdræ num: 2. lib: 3.* Et ita hic tenent Jo. Andr. & cæteri in ſummario tex. Federic. de Senis *in conſ: 217. Factum tale eſt, Quidam nomine, num. 2. verſ: Cum ergo.* Gemin *in conſ: 49. Super iſto puncto, num: 5.* Et hanc opinionem ſequuntur omnes nemine excepto, ut inquit Pariſ: *conſ: 51. Teſtamentum, num: 1. lib: 3.* ſed cap: præcedens loquitur de ultima voluntate ad non pias cauſas. Et quamvis Bernard. *hic in gloſ: 1. & 2.* & in cap: *præcedenti. in gloſ: 3.* Item gloſ. Joan. Raymundus, Bartol. & quidam alij ſenſerunt, etiam cap. præcedens loqui in relictis ad pias cauſas: tamen contraria opinio eſt verior, & magis communis, ut optimè deducit Gemin. *d. conſ: 49. num: 5.* & ſcripſi plenius in eodem cap. *in prima lectura, num: 38.* & *in ſecunda lectura, num: 41.*

Secundò differunt, quia hoc cap. ſecundùm
5 aliquos loquitur in legatis, & fideicommiſſis particularibus, ut innuitur ibi ſuper relictis eccleſiæ: præcedens verò loquitur in teſtamentis, & conſequenter etiam in inſtitutione hæredis, quæ eſt caput, & fundamentum totius teſtamenti, §. *Ante hæredis, inſtitut. de legat.* & ſecundùm Abb.
6 Antiq. *hic n. 1.* Teſtamentum eſt in quo hæres inſtituitur; ſed hęc differentia non eſt vera, quia etiam hæc Decretalis loquitur de teſtamento, ponderando illa verba, *ſeptem idonei teſtes*: nam numerus ſeptem teſtium non requiritur, niſi in teſtamento, ut l. *fin: C. de fideicom.* cum concordant. Unde per hoc c. valere non tantùm legata, ſed etiam inſtitutionem hæredis ad pias cauſas, de qua conſtat per duos idoneos teſtes, tenet Federic. de Senis, *d. conſ: 217: num: 2. verſ: Cum ergo*, dicens, in hanc ſententiam conſentire quaſi omnes opiniones in his Decretalibus recitatas.

Tertiò differunt, quia ex præcedenti cap. *Cum eſſes*, in teſtamento ad non pias cauſas ultra duos teſtes neceſſariò etiam requiritur præſentia Presbyteri Parochialis, ut ibi dixi *num: 55.* reprobando lecturam Antonij de Butrio. At verò per hoc cap. in teſtamento ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes, ut in littera ibi, *duobus legitimis teſtibus*; & tenent omnes in ſummario textûs. Neque enim admittendus eſt ſingularis intellectus Petri de Sampſone, qui in littera ibi, *duobus*, addebat præter Presbyterum, ut ſic non recedatur à regula præcedentis cap. *Cum eſſes*, prout eum refert ibi
7 Jo. Andr. *n. 2 in fin.* Etenim hujuſmodi additiones & ſuppletiones ad Decretales non ſunt permiſſę, Clem. *Ne Romani*, ibi, *vel addi, de election.* & qui ſupplet, corrigit, ut in auth. *de non alienan. princip.* Brixien. *in Repert: in verb. Suppletio.* Et hanc opinionem ſequitur etiam Rota *deciſ: 734. num. 6. par: 1. diverſ.* dicens eam communem poſt Alex. in l. *Si certis annis, ſub num: 5. verſ: Et tale relictum, C. de pact:* & *conſ: 131. num: 2. lib: 7.* & Clar. in §.
8 *Teſtamentum quæſt: 6. verſ. Hinc infertur* & ſubdit ibi Rota *num: 7. & 13.* Hos duos teſtes non requiri pro ſubſtantia teſtamenti, ſed ad probationem illius allegat Corn. *conſ: 215. num: 4. lib: 2.* &
9 *conſ. 307. Videtur prima facie, num: 6. lib: 3.* Et ex hoc ſingulariter infertur, ut valeat teſtamentum ad pias cauſas manu teſtatoris ſcriptum, etiam ſine ullo teſte: nam cùm teſtes, ut prædixi, non ſint de ſolemnitate ſubſtantiali, ſed probatoria, hæc ſolemnitas poteſt adimpleri per æquipollens, ſecundùm ea, quæ notantur in cap.

*Tua*



*Tua*, & ibi dixi *n. 22. infrà de ſponſalib.* Ideoque qualitercunque appareat ultima voluntas ad pias cauſas, ita ut ſit legitimè probata, non eſt curandum an intervenerint teſtes, nec ne. Et ita in ſpecie firmant Imol. in l. *Si is qui, ff. de teſtamen:* Corn. *de conſ: 307. num: 6. & per tot.* & Tiraquell.
10 *in tract: de privileg: privilegio 4.* idque ad exemplum teſtamenti inter liberos, quod ſi ſit ſcriptum manu teſtatoris, vel alienâ, ſed manu ipſius teſtatoris ſubſcriptum valeat ſine aliquo teſte quoad liberos, licèt non quoad extraneos, niſi ſaltem duo teſtes intervenerint, ut eſt textus *in §. Nos igitur, auth: de teſt: imperfect:* & in auth. *Quod ſine C. de teſtam:* & in auth. *Si modo*, & in l. *ultim: C. Famil: Erciſcund.* & tenent Imol. Corn. & Tiraq. *locis cit.* & reſolvit Rota *d. deciſ: 734. num: 1. & per tot: par: 1. diverſ.* Quod nunquam obliviſcaris; quia eſt notabilis limitatio ad hanc decretalem requirentem numerum duorum teſtium in teſtamento ad pias cauſas.

11 Quartò differunt, quia hoc cap. Cùm loquatur de relictis Eccleſiæ, in quibus poteſtas Papæ non reſtringitur ad limites alicujus territorij, c. *Cuncta per mundum, 9. q. 3.* abſque dubio ſervari debet non tantùm in terris ſubjectis temporali juriſdictioni Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperij, & tam in foro eccleſiaſtico, quàm in foro civili, ut egregiè probat Bart. in l. *Habeat, num: 70. uſque in fin. C. de Sacroſ: Eccleſ.* & hic tenet Imol. *in 2. not.* dicens ita communiter teneri, & Abb. *num: 2. & 3.* per ea, quæ notantur in cap. *Eccleſia Sanctæ Mariæ, de Conſtitut.* & in cap. *Quod Clericis, de foro compet.* & nullus diſcrepat. At verò an teſtamentum ad non pias cauſas conditum coram Parocho, & duobus teſtibus ad præſcriptum præcedentis c. *Cum eſſes*, valeat in terris Imperij, & in foro civili, magnoperè altercantur Legiſtæ cum Canoniſtis, ut ibi dixi *in 2. & 3. lectura*, & *in quæſt: de teſtam: cæci à num: 113. uſque ad num: 157.*

Quintò differunt, quia præcedens caput reſtringitur ad teſtamenta, quæ fiunt in articulo mortis; quam tamen reſtrictionem non habet text: in præſenti. Sed hæc differentia non eſt vera, quia etiam c. præcedens locum habet in quocunque teſtamento, licèt condito extra mortis articulum, ut ibi dixi *in 6. lectura, n. 63.*

12 Sexta, & ultima differentia eſt, quia in teſtamento ad non pias cauſas condito ad præſcriptũ præcedentis c. *Cum eſſes*, teſtes debent eſſe rogati ſecundùm veriorem opinionem, ut ibi dixi *nu: 17* at in teſtamento ad pias cauſas, de quo loquitur hoc c. talis ſolemnitas non requiritur. Nam etſi Doctores noſtri videantur ſentire hanc Decretalem non providere in relictis ad pias cauſas, niſi reſpectu numeri teſtium: Ideoque Franciſcus de Aretio conſuluerit teſtes eſſe rogandos, quia non debemus recedere à jure civili, niſi quatenus contrarium reperitur cautum de jure canonico: Tamen hoc reprobat Abb. *hic n. 3. verſ: Unde concludit.* Et benè, quia licèt quæſtio hic fuerit propoſita de numero teſtium: nihilominus in concluſione, quæ magis eſt attendenda, Papa dat generalem doctrinam, ut hæc cauſa teſtamenti ad pias cauſas non tractetur ſecundùm leges, ſed ſecundùm Decretorum ſtatuta, & ſubdit Abbas ita hodie communiter ſervari. Nec obſtant illa verba: teſtibus requiſitis, quia textus noſter ibi non intendit, ut teſtes in ultima voluntate ad pias cauſas debeant eſſe requiſiti, ſeu rogati à teſtatore; ſed verbum, *requiſitis*, refertur ad judices, & eſt ſenſus, ut judices, ad hoc ut poſſint judicare pro relictis ad pias cauſas, debeant requirere ut fiat probatio ipſorum relictorum, ſaltem per duos teſtes, ut hic declarat Jo. de Imol. *num. 15.* & poſt eum Alex. *in conſ. 151. ſuper themate, num. 2. lib: 7.* Subdens hanc opinionem eſſe approbatam, & in judicijs, & in ſcholis, quam etiam communem eſſe atteſtantur Socin. *in regul: 420.* teſtes in teſtamento regulariter rogati eſſe debent *in 2. fallen.*
13 quem refert Boër. *dec: 34. n. 5.* (licet reverà ille liber regularum falsò tribuatur Socino, ut ex ipſius ore ſe habuiſſe teſtatur Socin. Junior ejus nepos *in conſ: 24. poſt n. 4. lib: 3.*) Alios plures refert Julius Clarus *in §. Teſtamentum, q. 6. verſ: Secundò infertur.* In talibus enim ceſſat ſuſpicio falſitatis, ut dixi in cap: *Proximo, n. 23. ſuprà eod.*

14 Et quod dictum eſt de teſtibus rogatis, idem intelligas de muliere, quæ in teſtamento ad non pias cauſas condito ad præceden. cap. non poteſt eſſe teſtis, & tamen poteſt in teſtamento ad pias cauſas, ut ibi dixi *in 6. notab: n. 34. 35. & 36.*

15 An autem cæcus poſſit teſtari ad pias cauſas non formâ ſervatâ, l. *Hac conſultiſſima*, dixi in eodem cap. *Cum eſſes, n. 110. & 152.*

## DE TESTAMENTIS.

### Cap. Tua nobis.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus cogit executores ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiamſi teſtator hoc interdixerit.*
*Et dicitur pia voluntas ad hunc effectum etiam ad non pias cauſas, num: 5. verſ: Piæ autem voluntates.*
2 *Epiſcopus exequitur ultimam voluntatem cùm certus executor deputatus non eſt, vel ſi eſt, detrectat exequi.*
3 *Et quid ſi teſtator providerit ſibi de alio executore in caſum negligentiæ primi.*
4 *Epiſcopi ſunt executores piarum diſpoſitionum in caſibus à jure conceſſis.*
5 *Sed rationes exigere poſſunt ab adminiſtratoribus piorum locorum etiam privatorum, & in caſibus non conceſſis à jure.*
6 *Executores teſtamentorum falcidiam non detrahunt.*
7 *Falcidia non detrahitur de legatis ad pias cauſas.*
8 *Adminiſtrator capellæ non poteſt fructus ſuâ induſtriâ, & labore excreſcentes pro ſe retinere.*
9 *Executores compelli poſſunt ad exequendam piam teſtatoris voluntatem etiam per cenſuras.*
*Executoris officium ſibi delatum in teſtamento non cogitur quis acceptare, ibidem.*
10 *Monitiones quot, & quales requirantur, ut executor poſſit cogi ad implendam teſtatoris voluntatem.*
11 *Monitio unica ſufficit in merè extrajudicialibus; ſecus in alijs.*
12 *Teſtator non poteſt prohibere quin in caſum negligentiæ jus exequendi devolvatur ad Epiſcopum; & nn. ſeqq.*
13 *Sicut nec poteſt cavere, ut tutor non teneatur de dolo;*

*dolo, licèt malè adminiſtret.*

14 *Voluntas teſtatoris pro lege ſervanda eſt, ſi ſit licita; aliàs ſecus.*

15 *Ordinarius non poteſt ſe immiſcere adminiſtrationi & viſitationi capellarum contra tenorem fundatoris à Sede Apoſtolica approbatæ, niſi in caſu negligentiæ adminiſtratorum.*

16 *Epiſcopus in fundatione excluſus à viſitatione, & adminiſtratione hoſpitalis, poteſt tamen in his ſe immiſcere adminiſtratoribus negligentibus.*

17 *Teſtator non præſumitur voluiſſe, ut judicium ſuum reddatur eluſorium.*

18 *Executores teſtamentorum eſſe poſſunt clerici, & religioſi, etiam ad non pias cauſas.*

*Fratres Minores non poſſunt eſſe executores teſtamentorum, ibidem.*

19 *Religioſi etiam exempti cogi poſſunt ab Epiſcopo ad exequendam teſtatoris voluntatem, & n. 49.*

20 *Regularis, cui in teſtamento commiſſa eſt diſtributio annui redditus ſecundùm mentem teſtatoris ei ſecretò communicatam, an ſit executor, vel legatarius, ita ut monaſterium poſſit dictum redditum ſibi vendicare, & nn. ſeqq. uſq. ad n. 36.*

*Et an cogi poſſit ſecretam teſtatoris mentem revelare, n. 36 uſq. ad n. 50.*

*Et an ei revelanti fides ſit adhibenda, n. 50.*

*Eiq. recuſanti an ſit interdicendum executoris officium, n. 52.*

*Et quomodo tunc exequendum, n. 58.*

21 *Legatarius, an executor quis ſit ex quibus colligatur, & n. 30.*

22 *Verbum, poſſit, non importat neceſſitatem.*

23 *Monaſterium ſuccedit ex perſona Monachi incapacis, etiam Monacho invito, & nn. ſeqq.*

25 *Executor cenſetur qui habet facultatem diſponendi ad libitum juxta voluntatem ſibi à teſtatore ſecretò communicatam.*

26 *Executoris officium conſiſtit in perſona Monachi, nihilq; Ordini acquiritur.*

27 *Executori atteſtanti de voluntate teſtatoris ſibi ſecretò commiſſa creditur.*

28 *Monachus legatarius cum certo onere ſecretò injuncto non acquirit monaſterio.*

29 *Legatarius, cui imminet reſtitutio, habetur loco executoris.*

31 *Diſpoſitio ſecundùm voluntatem ſecretò à teſtatore executori participata, an valeat.*

32 *Voluntas ſecretò commiſſa an ſit captatoria, & an hæres teneatur ſtare dicto executoris, & n. 35.*

33 *Captatoria voluntas an teneat quoad non pias cauſas.*

34 *Captatoria voluntas quæ ſit.*

36 *Executor an teneatur revelare voluntatem teſtatoris ſibi ſecretò communicatam.*

37 *Juramentum executoris de non revelando ſuperiori ſecretam teſtatoris voluntatem eſt temerarium.*

38 *Secretum aliud receptum ſimpliciter, aliud in Sacramento pœnitentiæ.*

39 *Sacramenti vinculum majus quovis hominis præcepto.*

40 *Revelare non licet quod notum eſt per viam ſacramenti, etiamſi eſſet in præjudicium totius mundi.*

41 *Secretum, quod vulgò injungitur ſub confeſſione, non eſt ſub ſigillo confeſſionis.*

42 *Teſtis tenetur propalare quod accepit ſub ſigillo confeſſionis extra Sacramentum pœnitentiæ.*

43 *Teſtis legitimè interrogatus tenetur revelare ſecretum non obſtante fide, ac juramento de non revelando, & n. 48.*

*Secreti fides non habet vim obligandi contra jus, ibidem.*

44 *Jurans non revelare ſuperiori præcipienti eſt perjurus.*

45 *Et quando hoc procedat.*

46 *Veritas celari poteſt hoſti, vel perſecutori, non judici.*

47 *Secretum quibus caſibus revelandum*

49 *Executor ſecundùm mentem teſtatoris tenetur reddere rationem.*

50 *Executori revelanti ſecretam mentem teſtatoris an ſit credendum, & nn. ſeq.*

52 *Monachus executor poteſt à ſuperiore privari facultate exequendi, ſi voluntatem teſtatoris revelare noluerit.*

53 *Religioſus à ſuperiore privatus officio executoris etiam ſine cauſa propter bonum obedientiæ non poteſt contradicere.*

54 *Epiſcopus poteſt ſibi vendicare executionem alteri à teſtatore commiſſam, ſi ſit ſuſpicio fraudis.*

55 *Et fraudis ſuſpicio ex quibus oriatur.*

*Præſumptio aliqualis oritur tacitæ fidei in fraudem legis accommodatæ, ſi ex verbis teſtatoris non appareat an ſit facienda reſtitutio, ibidem.*

56 *Executoris fidei ſtandum non eſt, quando non eſt perſona legalis.*

57 *Legatum ab uxore diſtribuendum non valet ſtante ſtatuto, ut maritus non poſſit relinquere aliquid uxori.*

58 *Executore renuente ſecretam mentem teſtatoris revelare quomodo ſit facienda executio.*

59 *Legatum diſtribuendum ſecundùm ſecretam mentem teſtatoris dicitur ad pias cauſas, & deficiente executore ſit caducum.*

*Contrarium, n. 60.*

60 *Epilogus, & concluſio quæſtionum.*

1 TUA NOBIS. Epiſcopus compellit fideicommiſſarios ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiamſi teſtator hoc interdixerit. Hoc dicit. Sunt duæ partes, conſultatio, & reſponſio. Secunda ibi, *Cum igitur.*

2 Nota primò, pias defunctorum voluntates eſſe executioni demandandas per Epiſcopum Diœceſanum, ut hic per gloſ: 1. & Hoſt: *nu. 6. in ver: Per locorum Epiſcopos.* Sed intellige hoc verum eſſe in duobus caſibus.

Primus eſt, cùm nulli ſunt deſignati fideicommiſſarij, ſeu executores in teſtamento, aliàs enim ad ipſos, non ad Epiſcopum executio pertinet, ut eſt textus in l. *Nulli, poſt princ. C. de Epiſc. & Cler.* ubi habetur: Siquidem teſtator deſignaverit per quem deſiderat redemptionem fieri captivorum, is, qui ſpecialiter deſignatus eſt, legati, vel fideicommiſſi habeat exigendi licentiam, & pro ſua conſcientia votum adimpleat teſtatoris. Sin autem perſona non deſignata teſtator abſolutè tantummodo ſummam legati, vel fideicommiſſi taxaverit; vir Reverendiſſimus Epiſcopus illius civitatis, ex qua teſtator oritur, habeat facultatem exigendi pium defuncti propoſitum ſine ulla cunctatione impleturus.

Secundus eſt, cùm executores deſignati poſt monitionem detrectant voluntatem defuncti adimplere, ut hic, & in c. *Joannes, infrà eod.* & ſuprà in cap. *Si hæredes,* & in leg. *Si hæreditatid, ff. de petit. hæred.* & tenent hic Innoc. *in ver: Compellas,* & Hoſtienſ. *n. 7. in ver: Licet etiam à teſtatoribus,* aſſerentes Epiſcopum exequi voluntatē teſtatoris cùm certus executor aſſignatus non eſt, vel ſi deputa-

3 tus eſt, detrectat exequi. Quod ultimum notabiliter limitat Abb. *n. 6. verſ: Et in hoc putarem niſi teſtator providerit ſibi de alio executore in caſu negligentiæ primi:* eo enim caſu non ſuccedit Epiſcopus in executione, arg. d. l. *Nulli,* & l. *Si quis ad declinandam.* Ad hoc facit doctrina Bartoli in l. *Liberto, § Lucius, n. 2. ff. de ann. legat.* ubi docet leges omnes, quæ dicunt relicta ad certum uſum poſſe per ſuperiorem alijs uſibus applicari, ſi in uſum deſtinatum converti nequeant, non habere locum quando teſtator providit eo caſu quid fieri debeat de legato. Et idem intelligo ſi in caſum negligentiæ ſecundi, executoris teſtator alium deſignaverit. Verùm omnibus exequi detrectantibus, tandem fiet devolutio ad Epiſco-

4 pum, neque hoc prohiberi poterit à teſtatore, ut hic eſt caſus: unde meritò Concilium Trid. *in cap: 8. ſeſſ 22.* (Epiſcopi, (inquit) etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus à jure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum ſint Executores.) Pondera illa verba *in caſibus à jure conceſſis,* propter quæ S. Congregatio declaravit decretum illud eſſe accipiendum juxta juris communis diſpoſitionem, ut in c. *Nos quidem, ſuprà eod:* &

5 in d. l. *Nulli,* & in l. *Si quis ad declinandam, C. de Epiſcop: & Cler.* licèt ſecus dixerit eſſe quoad rationes adminiſtrationis exigendas juxta terminos *c. 9. ejuſd: ſeſſ: 22.* Nam cùm ibi non fuerint repetita illa verba, S. Congregatio conſulta, an *d. c. 9.* ſit intelligendum abſolutè etiam in pijs locis laicorum privatorum ſine ulla diſtinctione generaliter etiam in caſibus à jure non conceſſis; reſpondit ita eſſe intelligendum. Itaque Epiſcopi non ſunt generaliter, & indiſtinctè executores piarum voluntatum, ſed ad juris communis præſcriptum, & ſic in ſubſidium, id eſt, cùm nulli ſunt executores à teſtatore deputati; vel ſi ſunt, tamen moniti voluntatem teſtatoris renuāt adimplere, niſi in hunc quoque eventum teſtator providerit ſibi de alio executore, ut dictum eſt ſuprà. Licet indiſtinctè jus habeant moroſos executores compellendi. Undè benè Ant. de Butrio *hic n. 5.* ex hoc textu notat etiam datâ morâ exequendi, non devolvi ad Epiſcopum poteſtatem immediatè exequendi, ſed compellendi, niſi à jure, vel ab homine alius terminus reperiatur eſſe ſtatutus. Pias autem voluntates quoad hunc effectum Hoſtienſ. *num. 6.* intelligit generaliter omnes etiam ad non pias cauſas, dummodo non ſint contra legem. Et hoc eſt quod innuit littera hujus textûs, ibi, *univerſa procedant,* & in verbis præcedentibus, ibi, *in omnibus pijs voluntatibus,* quaſi dicat, omnes ſunt piæ, *c. Ultima voluntas, 13. q. 2.* & l. 1. *C. de ſacroſ: Eccleſ.* Et quamvis gloſ: 1. hic reſtrinxerit diſpoſitionem hujus Decretalis ad relicta ad pias cauſas; tamen ejus opinio expreſsè reprobatur in c. *Joannes, infrà eod.* ſecundùm Hoſt. qui propterea *n. 7. in fine.* (Hæc, inquit, non ſolùm in relictis ad pias cauſas, ſicut quidam garriunt, ſed etiam quoad ſolutionem debitorum & alia locum habent, ut legitur, & notatur in d. c: *Joannes,* & in c. *Hæredes, ſuprà eod.* & ſequitur Joan. Andr. *hic n. 4. in ver: Pijs voluntatibus,* & in d. c. *Joannes, in ult: q. 9.* & hæc eſt communis opinio, ut ibi teſtatur Anton.





de Butr. *in 5. quæſt. num: 17. verſ: Communiter tenetur,* primum tetigi in cap. *Nos quidem, ſuprà eodem.*

6 Secundò nota ibi, *plenariis in uſus prædictos expendant,* executores de relictis ad pias cauſas nihil

7 poſſe proprijs uſibus applicare. Undè nec Falcidiam detrahere poſſunt; tum quia quarta Falcidia non detrahitur de legatis ad pias cauſas, Auth. *ſimiliter, C. Ad leg. Falcid.* tum quia cùm ſint meri executores, nullum lucrum pertingere debent, ut in Auth. *de Eccleſ: tit: § Si autem legatum,* & l. *Si quis ad declinandam, C. de Epiſc: & Cler.* & tenent hic Hoſt. *n. 9. in ver: Verbum ipſa,* Jo. And *n. 5. verſ: Quærit Hoſtien.* Butr *nu: 8.* Anchar *nu. 5.* & cæ-

8 teri. Hinc cum Ferdinandus Fonſeca relictus adminiſtrator cujuſdam capellæ à teſtatore inſtitutæ cum ſalario ducatorum decem poſtulaſſet declarari an faciendo celebrari Miſſam ſingulis diebus pro anima teſtatoris ſatisfaceret ejus voluntati, quæ fuit ut ab adminiſtratore tot nummi ſolverentur Capellano Miſſas celebranti, quot poſſent ſupplere redditus hæreditatis; adeò ut liceret eidem adminiſtratori fructus ſuperexcreſcentes dictæ hæreditatis ejus induſtriâ, & labore pro ſe retinere: S. Congregatio cenſuit nihil poſſe ſibi applicare, ſed debere eum eſſe contentum ſuo ſalario ſcutorum decem, & quidquid ſuperexcreverit teneri convertere in celebratione tot Miſſarum, quot redditus ſupplere potuerint.

9 Tertiò nota, executores compelli poſſe ad exequendam piam teſtatoris voluntatem, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ut hic notat Anchar. *num: 6.* Quod tamen intellige poſt ſuſceptum executoris officium, ut in cap. *Joannes,* ibi, *poſt mandatum ſuſceptum, infrà eod.* Nam etſi executio ultimæ voluntatis ſit res favorabilis & pia, ut in l. 1. *C. de ſacroſ: Eccleſ.* & dictum eſt *ſuprà num: 5.* tamen non cogitur quis acceptare executoris officium ſibi delatum in teſtamento, ut colligitur ex gloſ: in d. c. *Joannes in ver: Mandatum,* notat ibi Jo. Andr *in eod ver:* & Abb *nu: 5.* Rurſus hoc intellige præmiſsâ monitione, ut hic, quæ ſecundùm aliquos debet eſſe trina, ut in c. *Indignus, 12. q. 2.* & in c. *Sacro, infrà de ſent: excom.* & in hoc reſidet Butr.

10 *nu: 9.* Sed in hoc caſu verius eſt binam ſufficere, quia ita expreſſum eſt in Auth. *de Eccleſ: tit: § Si autem pro redemptione;* & hoc tenet Hoſt: *hic n. 10. in ver: Monitione.* Jo. Andr. *n. 5. in eod: ver.* Card. *n. 8. in 2. oppoſ:* & Anchar. *n. 7. in 9. notab.* & inter monitiones interponi debet ſpatium arbitrarium, l. *Nonnunquam, ff. de judic.* ſaltem trium dierum, l. *Inter accuſatorem, ff. de publ: judic.* & l. 3. *C. de error. Advoc.* cap. *Ad noſtram, infrà de regular.* & c. *Conſtitutionem, eod: tit: in 6.* non enim ſufficeret, ſi ter diceret, ſolve, ſolve, ſolve, ſecundùm Abb. Antiq. quem referunt, & ſequuntur Jo. Andr. & alij

11 præallegati. Non obſtat quòd in extrajudicialibus ſufficiat unica monitio, ut notat gloſ: in c. *Si Epiſcopus, in ver... 18. diſtinct.* & Innoc. in c. *Cum nobis, de elect.* quia ſecus eſt ſi non ſit merè extrajudicialis, ut hic per Butr. *num: 9.*

12 Quartò nota ſingulariter ex illis verbis, *Licet etiam à teſtatoribus hoc fuerit interdictum.* Teſtatorem non poſſe prohibere in ſuo teſtamento, quominus in caſum negligentiæ executorum, vel hæredum jus exequendi devolvatur ad Epiſcopum diœceſanum, intellige, ut dixi, *ſuprà num: 3.* Con-

cordat textus, unde hæc Decretalis ſumpta eſt, in Authen. *de Eccleſ: tit:* § *Si quis autem pro redemptione.* Rationem aſſignat gloſ: *hic in ver: Interdici*, quia privata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem legis, vel canonis immutare, c. *Requiſiſti ſuprà eod:* & l. *Nemo poteſt, ff. de legat. 1.* Simile in c. *Sic quidem, 16 q. 1.* unde & lex Falcidia cõtra voluntatem teſtatoris inducitur, l. *Si ut allegas, C. Ad legem Falcid:* & arg: l. *Cùm teſtamento, ff. eod.* In hoc igitur non poteſt per teſtatorem Epiſcopi officium impediri ſecundum Hoſt. *nu:* 8. Butr. *nu:* 6. & Anchar. *nu:* 4. quia nec voluntati ſuæ irrationabili ſtari debet, l. *Si pecuniæ, ff. Ut in poſſeſſ: leg:* l. 2. *ff. Ubi pupil. educ: deb.* & l. *Cùm tenen: ff. de oper: libert.* & d. c. *Requiſiſti.* Undè ſi præciperet oſſa ſua projici in mare, talis voluntas non eſſet ſervanda, l. *Quidam, ff. de cond. & de-*
13 *monſt.* nec valeret, ſi diceret, nolo tutorem teneri de dolo, licèt malè adminiſtret, l. *Quidam, ff. de adminiſtr. tutor.* & poſt Vincentium, & Goffred. tenet hìc Jo. Andr. *num: 9. in gloſ: penult: ibi, Prohibere*, & Cardin. *num: 8. in prima oppoſitione, verſ: Item ſecundum Vincentium.*

14 Atque ita non obſtat, quòd voluntas teſtatoris omninò ſervanda ſit, c. *Ultima voluntas, 13. q. 2.* & ultimum teſtamentum hominis immobile perſeveret, cap *Cum Marthæ, § Cæterùm, infrà de celebr. Miſſar.* cùm nihil ſit quod magis debeatur hominibus, quàm ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus, l. 1. *in fine, C. de ſacroſ: Eccleſ.* Unde dicit textus, diſponat teſtator, & fiat lex, in Authen. *de nupt: § Diſponat. collat: 4.* Etenim hæc, & conſimilia jura procedunt, ſi voluntas teſtatoris ſit rationabilis, & licita, aliàs ſecus, ut ex dictis patet, & notat gloſſa hìc in ver: *Voluntatem*, quam communiter DD. ſequuntur. Hæc autem, de qua agitur, eſt illicita ſecundum Abb. Antiq. cui conſentiunt Jo. Andr. *num: 4. in ver: Interdici*, Cardin. *nu: 7. in 1. oppoſit.* & Abb. Siculus, *num:* 5. dicens propter irrationabilitatem non valere interdictionem teſtatoris, ut Epiſcopus non impediat ſe contra executores: nam quemadmodum ipſe teſtator malè agendo non poteſt ſe ſubtrahere à foro Epiſcopi, ita non poteſt ſubtrahere ſuos executores in officio malè agentes.

15 Hinc alias Catharina de Mendoza Hiſpalenſis in ſua ultima voluntate diſpoſuit ex bonis ſuis inſtitui quaſdam capellanias perpetuas pro aliquibus Presbyteris, & reliquit quaſdam dotes pro aliquibus puellis nuptui tradendis, & certos adminiſtratores elegit, quibus curam omnimodam dictarum capellaniarũ, dotiumq; commiſit, expreſsè prohibens ne Ordinarius, aut Superior aliquis in dictis operibus pijs ſe intromitteret, etiam ex cauſa viſitationis, aut alia quacunque. Et cùm dubitatum fuiſſet an dictæ diſpoſitioni obſtaret Concilium Trid. *c. 8. & 9. ſeſſ: 22.* Sac. Congregatio cenſuit, ſi hæ diſpoſitiones teſtatricis cum hujuſmodi conditionibus in fundatione appoſitis fuerunt approbatæ à Sede Apoſtolica, non eſſe ſublatas à decreto Concilij, *ſeſſ: 22. c. 8.* & ideò Ordinarium loci nullo modo poſſe ſe immiſcere adminiſtrationi, viſitationi, correctionive dictarum Capellaniarum, niſi in caſum negligentiæ adminiſtratorum ab ipſa teſtatrice deputatorum, juxta diſpoſitionem, c. *Tua nobis de teſtam.*

16 Et rurſus cùm quæſitum eſſet, an Epiſcopus in fundatione excluſus à viſitatione hoſpitalis, quia in fundatione ſit cautum, ne ſe adminiſtrationi, viſitationi, aut correctioni immiſceat, poſſit ſe immiſcere in caſu negligentiæ adminiſtratorum: S. Congregatio cenſuit poſſe, juxta cap. *Tua nobis, de teſtamen.* Ex quibus declarationibus habes notabilem limitationem ad Decretum Concilij in *d. c. 9.* Nam etſi expreſsè præſervet legem fundationis ibi, niſi ſecus fortè in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet: tamen hæc præſervatio intelligitur juxta textum hìc, ut locum non habeat adminiſtratoribus negligentibus.

17 Addit Hoſtien. *ibi num:* 8. præſumi hanc fuiſſe mentem teſtatoris, qui hoc executorum fidei commiſiſſe videtur. Non enim eſt veriſimile ſupradictam clauſulam in enervationem, vel eluſionem voluntatis ſuæ, vel in præjudicium Epiſcopi appoſuiſſe; ſed magis fide utriuſque uti voluiſſe, arg. opt. *in l. 3. ff. de milit: teſtam:* in l. *Qui nominibus*, & l. *Lucius, ff. de adminiſtr: tutor.*

18 Quintò nota, non tantùm Clericos ſæculares, & laicos, ſed etiam religioſos profeſſos deputari poſſe executores teſtamentorum. Quod verum eſt etiam quoad non pias cauſas, ut de clericis ſæcularibus probatur in c. *Ioannes, infrà eod.* ubi poſt Hoſtienſem hoc tenet Joan. Andr. *num:* 18. *verſ: Aliquibus videtur*, & approbat conſuetudo, quæ ſecundùm eum poteſt tolerari, dum tamen propterea non retrahantur à ſervitio divinorum. Ad hoc cap. *Sed nec, ne Cler: vel Monach.* & c. *Cum eſſent, de ſimon.* & cum hac opinione tranſeunt communiter Doctores, ut teſtatur Abb. in præd. decret. *Ioannes, num: 7. circa finem, verſ: Tertiò dixerunt alij*, & in fine ſubdit eam communiter hodie obſervari. Et de religioſis patet in cap: 2, *infrà hoc tit: lib: 6:* ſecundum Joan: Andr: in d. c. *Ioannes, in fine, verſ: Satisfacit pro hac parte.* Sed apertius hoc eſt expreſſum in Clem. *Religioſis, eod: tit:* ibi, cujuslibet ultimæ voluntatis: intellige petitâ licentiâ & obtentâ à ſuo Superiore, ut in d. c. 2. & in d. Clem. & excipe ab hac regula FF. Minores S. Franciſci, quibus hoc officium eſt interdictum, ut in Clem. *Exivi, § Verum, de verbor: ſignificat.* & notant hìc Hoſt: & Joan: Andr: ambo *in princ: in ver: Religioſi*, Abb. *in 1. notab*, & alij communiter.

19 Ultimò nota, etiam Religioſos cogi poſſe ab Epiſcopo diœceſano ad exequendam teſtatoris voluntatem, ut hic eſt caſus. Neque hac in parte religioſi poſſunt ſe tueri exemptionibus, ut eſt expreſſum in Clem. *Religioſis, de teſtam.* De hoc latiùs *infrà num:* 49.

20 QUÆRO, Poſitâ teſtamenti particulâ infraſcripti tenoris, videlicet: Item mandat quod per N. Generalem Ordinis N. exigatur capitale cum fictis annui redditus ſcutorum 500. & tam de fictis, quàm de capitali poſſit idem Generalis diſponere, ipſoſque redditus vendere, & alienare, eorum pretium recipere juxta mentem prædicti teſtatoris, de qua idem Generalis ab ipſo edoctus eſt: & mandat eoſdem redditus tolli à partita dicti teſtatoris, & deſcribi in perſonam prædicti Generalis.

Item poſito quòd idem Generalis cœperit hujuſmodi fictus exigere, ac deinde munus Generalatûs expleverit, An monaſterium poſſit prædictos redditus ſibi vendicare. Secundò, an ſi ille contendat ſe nudum eſſe executorem, atque ob-



ſtrictum tegere teſtatoris voluntatem, cogi poſſit ad ſecretum hujuſmodi propalandum. Tertiò, an ipſi poſtea revelanti fides adhibenda ſit. Quartò, ſi omninò revelare noluerit, neque Ordinario rationem reddere adminiſtrationis, An poſſint Superiores regulares illi executoris officio interdicere. Quintò, & ultimò, in quos uſus eo caſu eoſdem redditus erogari oporteat.

21 Quoad primam quæſtionem, inſpectis quidem verbis ſupradictæ diſpoſitionis, defendi poſſet monaſterio licere ſibi vendicare prædictos redditus: nam d. Monachus videtur eſſe legatarius, non executor. Tum quia diſpoſitio in ejus perſonam directa eſt, l. *Si quis Titio*, ubi Bart. *n.* 1. Bald. *n.* 1. Imola *n.* 2. atque alij notant, *ff. de legat. 2.* Ce-
22 phal. *conſ: 319. n. 16 vol: 3.* Bero. *q. 86. n. 3.* Tum quia teſtator juſſit poni redditus ad partitam ipſius, quod arguit tranſlationem dominij, l. *Cenſualis*, ubi Bald. *in princ: C. de donat:* & Socin. *conſ: 89. n. 12. vol: 1.* Tum denique, quia à teſtatore data eſt ſimpliciter facultas dicto Monacho de his bonis diſponendi ibi, *poſſit idem Generalis diſponere, ipſoſq; redditus vendere, & alienare*, &c. quæ verba cùm nullam importent neceſſitatem, c. *Cum aliquibus*, ubi gloſ. *in verb: Concedimus, de reſcript: in 6.* Bart. & alij in l. *Decem cum petiero, ff. de verbor: oblig.* fuſè Dec. *conſ. 83. n. 4. & ſeq.* Ex hoc etiam capite non videtur idem Monachus purus miniſter, ſed legatarius, cùm inde poſſit ſibi aliquid commodi derivare, ſi aut non ſtatim, aut non integrè prædictos redditus diſpenſet, l. *Sulpitius*, ubi gloſ: & Oldoſ. *ff. de donat: inter virum & uxor:* Bart. Florian. & Alber. in d. l. *Si quis Titio, ff. de legat: 2.* Ro-
23 man. *conſ: 228. n. 2.* Itaque priori parte diſpoſitionis inſpectâ monaſterium ſuccederet ex perſona Monachi incapacis, l. *Deo nobis, C. de Epiſc: & Cleric:* c. 1. 18. *q.* 2. Innoc. in c. *In præſentia, n.* 7. atque ibi Io. Andr. *col: 4. verſ: Illud autem certum eſt*, Butr. *num:* 20. Anchar. *ſub num: 17. verſ: Venio ad oppoſita.* Ægid. *num:* 24. Abb. *num:* 76. Felin. *num: 57. de probat.* latè Oldrad. *conſ: 94. num:* 15. Bald. Salyc. Alber. & alij in d. l. *Deo nobis*, Bart. Imol. A-
24 lex. & Jaſon. in leg. 1. *ff. de vulg: & pupil.* idq; etiam Monacho invito, & contradicente ſecundùm opinionem, quam dicunt æquiorem, Bart. veriorem, Alber. tutiorem, Salyc. procedentem ex canonica æquitate, Bald. communem Canoniſtarum, quibus ſtari debet, & ſimpliciter magis communem Ripa *loc: cit:* & tuentur Archid. in c. *Statutum, in ver: Monaſterium, 18. q. 2.* Gul. de Benedic. in c. *Raynutius, verſ: Si abſque liberis, il ſecondo, num: 8. ſuprà eod.* Covarr. *in cap. 1. num: 21. eod: tit.* & Honded. *d. conſ: 94.*

25 Cæterùm in caſu præſenti contrarium videtur reſpondendum, id eſt nullo modo poſſe monaſterium hujuſmodi redditus ſibi vendicare: quia in fine diſpoſitionis adjecta eſt limitatio illa: juxta mentem & voluntatem teſtatoris eidem Monacho communicatam, quæ reſtringit omnia præcedentia, & oſtendit dictum Monachum non eſſe legatarium, ſed executorem voluntatis teſtatoris, quam in ſecreto accepit juxta terminos l. *Theopompus, ff. de dote præleg.* ſuper quo extat plenum conſilium Fulgoſ. 75. incip. *Ex facto proponitur*, ubi ſub *num.* 2. *verſ: Præterea*, in fortioribus terminis reſpondit, poſſe dici nudam executricem quandam Antoniam, quam teſtatrix inſtituerat hæredem cum poteſtate alienandi, & donandi quomodocumque voluerit, etiam invitis ſubſtitutis pro implenda voluntate, quam in ſecreto dicta teſtatrix eidem commiſerat, & ibi conſuluit Fulgoſ. ex dicta diſpoſitione nihil fuiſſe quæſitum dictæ Antoniæ quoad uſumfructum; quia quamvis ipſa habuerit ampliſſimam facultatem diſponendi de bonis teſtatricis, ea tamen facultas eſt reſtricta ad facultatem ſibi communicatam, quæ limitatio operatur ut ipſa nihil habeat commodi, & ſucceſſive nihil poſſit quæri patri ex perſona ſua, & in ſimili caſu etiam conſuluit Roman. *conſ:* 228.

26 Unde intrat doctrina Baldi *conſ: 332. Præmittendum eſt, n. 1. lib: 1.* ubi ait officium executoris reſidere in perſona ipſius Monachi executoris, nihilq; acquiri Ordini, quia perſonale eſt, & conſiſtit in voluntate, & facto ejuſdem Executoris. Quod etiam aſſerit Jacob. de Arena *in tract: de Commiſſar: num:* 41. & ſequitur Anchar: poſt alios in c. *Religioſus, n. 13. verſ: An executor, de teſtam: in 6.* Quod citra dubitationem videtur procedere in caſu, de quo agitur, quia ut proponitur dictus Ge-
27 neralis teſtatur non fuiſſe mentem diſponentis, ut aliquid quæratur ſibi, vel monaſterio: creditur enim executori teſtificanti de voluntate teſtatoris ſibi ſecretò commiſſa, ut reſpondit Cuman. qui ait hanc videri communem ſententiam, *conſ: 178. num.* 4. Bart. & DD. in d. l. *Theopompus, ff. de dot: prælег.* Alex. *conſ: 54. ſub num.* 1. ubi aſſerit ita omnes tenere, *Vol.* 2. Afflict. *dec: 371. num:* 4. quod tamen infrà latiùs explicabitur.

28 Quamobrem quatenus etiam dictus Monachus eſſet legatarius, nihil tamen quæri poſſet monaſterio, quia habet certum onus ſibi ſecretò injunctum, quod non debet in aliud commutari, ut in terminis affirmat Pariſ: *conſ: 26. n. 29. par: 4.* Quo caſu monaſterium excluditur tam ex capite inhabilitatis executoris, qui non poteſt, quàm contrariæ voluntatis teſtatoris, qui non vult aliquid monaſterio erogari, ut perpendit Anchar.
29 *conſ: 84. in princ.* Legatarius enim, cui imminet reſtitutio, habetur loco executoris, ita ut nullum retineat commodum, ut inquit ad litteram Bald. in l. *Si quis Titio, ſub n. 2. verſ. Alio modo actualiter, ff. de leg: 2.*

Poſtremò in his proprijs terminis conſuluit latè Cuman. *conſ: 108. per tot.* ubi teſtator legavit quædam uxori, deditque illi poteſtatem alienandi, prout dixit in ſecretò; cujus quidem ſecreti
30 noluit quemquam eſſe participem. Reſpondit Cuman. hujuſmodi uxorem eſſe miniſtram, non legatariam; ideoque legatum ipsâ mortuâ non cedere lucro ſuorum hæredum, ſed teſtatoris, & ibi Cuman. *num:* 5. reſpondet motivo, cur illa uxor non cenſeatur legataria, cùm verba diſpoſitiva in ejus perſonam ſint collata; oſtendit enim id non procedere quando teſtator elegit ſpecialem fidem alicujus, quemadmodum cenſetur elegiſſe per ſecretam commutationem ſuæ voluntatis: quia tunc is cenſetur executor, licet verba diſpoſitiva in eum collata ſint; & hæc quoad primam partem.

Secunda pars quæſtionis quinque habet inſpectiones interiùs examinandas. Prima eſt, an valeat diſpoſitio ſecundùm formam ſupraſcriptam. Secunda, ſuppoſitâ ejus validitate, an Monachus teneatur revelare ſecretam mentem teſtatoris. Tertia, an ſit credendum ipſi ſpontè revelanti.

Quarta, ſi omninò noluerit revelare, an ſit privandus executione. Ultima, quomodo tunc ſit exequendum.

31 Quoad primam, multorum eſt opinio non valere diſpoſitionem ſecundùm ſecretam mentem
teſtatoris executori participatam, quam videtur ſequi Bart. in l. *Theopompus, n.4.* atque Alex. *in apoſtilla, littera G. ff. de dot. præleg.* Imola in c. *Cum tibi, col: 12. n.22. ſuprà eod.* & in l. *Captatorias, col: 3.*
*ſub n.5. verſ. Item attendo,* & *col: 5. ſub n.8. prope finem, verſ: Sed juxta prædicta ff. de hered. inſtit:* & in l. *Illa inſtitutio, col: 4. ſub n.9 verſ: Item quia, quando teſtator.* Alex. in d. l. *Captatoriis, col: penult.* ſecundùm quam conſuluit Bald. *conſ: 482. incip. Quia*
32 *dictus vocatus, verſ: Illud autem, lib: 4.* ubi ait hujuſmodi diſpoſitionem in ſecreto commiſſam eſſe captatoriam, nec teneri hæredem ſtare dicto executoris, niſi alias probet. Idem reſpondit Cardin. Zabarella *conſ: 124. per totum*, ubi probat hanc voluntatem non tenere quoad non pias
33 cauſas. Etenim, inquit, talis voluntas captatoria, tanquam quæ collata fuit in ſecretum ultimę voluntatis. Et paulò poſt aſſerit nihil obſtare, quòd teſtator mandaverit executori, ut diſponeret prout in ſecreto ei ordinaverat. Nam ex quo, inquit, de tali ordinatione non apparet, habetur pro non facta.

Quod etiam tradit Bart. *in conſ: 68. incip. Quidam haben. bona, ſub n.3. verſ. De ſecundo,* ubi latè conſuluit in caſu, in quo teſtator mandavit cuidam Titio, ut reſtitueret illicitè quæſita, utque de illis ſtaret dicto ipſius; & reſpondit hujuſmodi diſpoſitionem eſſe ipſo jure nullam, & non eſſe ſtandum aſſertioni ejuſdem Titij. A Bart. non diſcrepat Alex. *conſ: 54. n.3. lib: 2.* Afflict. *dec: 371.*
34 *n.4.* ubi probat captatoriam eſſe voluntatem, ſi teſtator dicat: Committo tibi voluntatē meam, quam ſecretò tibi dixi, & Dec. *conſ. 21. n.20. vol: 2.* Ecquamvis hæc opinio non videatur abſolutè vera, ut ex infra dicendis patebit, cùm tamen illā ſequantur tot graviſſimi Auctores, inde colligitur hujuſmodi diſpoſitiones eſſe valde ſuſpectas, ideoque oportere judices eſſe proniores ad illas, ubi fieri poſſit, reſcindendas & moderandas.

Poſitâ igitur hujus diſpoſitionis validitate,
35 pro qua reſpondit Anchar. *conſ: 436.* & plures alij, ut inferiùs dicetur, dubitatur pro reſolutione
36 ſecundi capitis, & inſpectionis, An Monachus teneatur revelare ſecretam mentem teſtatoris. Qua in re Anchar. *d. conſ: 436. n.4. & 5. verſ: Ex prædictis,* aſſerit, licet ſubdubitans, executorem ſecundùm ſecretam mentem teſtatoris non teneri reddere rationem, quia meræ ſuæ fidei mandavit teſtator, & idem de executore ſecundùm conſcientiā ſuam, tradit Paulus de Caſtro *conſ: 187. num.1. in princ: lib: 1.* Verùm Bart. *conſ. 194. nu.3. verſ: Super tertio, lib: 1.* reſpondit, eum, cui aliquid in ſecretum commiſit teſtator, teneri interroganti reſpondere, an tacitam fidem accommodaverit de reſtituendo incapaci, ac rem totam exprimere. Idem Bart. in l. *Non intelligitur. §. Tacitè, n.3. ff. de jure fiſci,* & latiùs in l. *fin. n.10. ff. de iis, quibus ut indig.* Jacob. Mendola *conſ: 42. n.2.*

Quinimò tenetur reſpondere etiamſi præſtitiſ-
37 ſet teſtatori juramentum de numquam revelando, quia hujuſmodi juramentum eſt temerarium, & non ligat, ut in terminis conſuluit Cardin. Zabar. *conſ: 35.* Cujus dictum refert, & latè comprobat Felin. in c. *Intimavit: ſub n.4. verſ: Quibus ante omnia adde elegans conſilium Zabarellæ de teſtib.* & poſt Navar. in c. *Inter verba, 11. q.3. par. ult. coroll: 65* tradit Covarr. *in epit. de ſponſ: c. 8. §. 5. n.10. par: 2.* Præſertim concurrente fraudis ſuſpicione, atque alijs, de quibus inferiùs dicetur.

38 Quæ omnia omninò conſentiunt cum Theologorum traditionibus diſtinguentium inter ſecretum receptum ſimpliciter, & receptum in Sacramento pœnitentiæ. Nam S. Thomas *2.2. q.70. a. 1. ad ſecundum.* De illis, inquit, quæ homini ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionem, nullo modo debet teſtimonium ferre, quia hujuſmodi non
39 ſcit, ut homo, ſed tanquam Dei miniſter, & majus eſt vinculū Sacramenti quolibet hominis pręcepto. Atque ibi Cajet. *in reſponſ: ad tertium in fine.* Navarr. in c. *Inter verba, 11. q.3. coroll.* Quod etiam
40 aſſerit Sot. *de teg: ſecret: q.7. membro 2. concl. 4. verſ: Attamen,* adjiciens non licere revelare quod viā Sacramenti notum eſt, quamquam ſit in præjudicium totius mundi. Ac poſtea ſubdit: Docendi ſunt tamen litterarum ignari, quòd non cadunt ſub ſigillo confeſſionis, quæ vulgò dicuntur in
41 confeſſione. Sunt enim, qui ut arctiùs obligent ad ſecretum, ſignant ſe ſigno Crucis, & flectentes genua dicunt ſe committere ſecretum in confeſſione; cùm tamen ubi quis non confitetur omnia ſua peccata cum intentione accuſandi ſe, nullum ſit Sacramentum, atq; adeo non intervenit ſigillum confeſſionis, ut illud ſecretum revelare ſit ſacrilegium. Quod etiam tradidit Cajet. ad S. Thomam *loco cit: verſ: In reſponſione ad tertium,* ubi dicit etiam hoc non magis obligare, quàm juramentum de tenendo ſecretum, & eſt doctrina Innocentij in cap. *Omnis utriuſque, n.7. de pœnit: & remiſſ.* ubi ait: Illos autem non credimus ut miniſtris confiteri, qui non ut pœniteant, ſed ut conſilium, vel auxilium ab aliquo recipiant, dicunt ſibi peccatum ſuum; licet dicant: Hoc tibi dico in Confeſſione, vel in Pœnitentiâ; quia non eſt verum, quod dicit in Pœnitentia, nec ut Dei miniſtro, cùm animæ conſilium non requirat, & tales benè ſunt cogendi ſuper præmiſſis ferre teſtimonium. Ita Innoc. quem ibi ſequuntur Hoſtienſ. Jo. Andr. Abb. & alij communiter, prout de commu-
42 ni teſtatur Navarr. *in Manuali, cap: 18. n.55.* Imò Sot. *in 4. diſt: 16. q.3. art: 3. verſ: Eſt tam latum,* ait, adeò differre ſecretum, quod accipitur ſub hujuſmodi cæremonijs ab eo, quod accipitur ſub ſacro ſigillo Confeſſionis, ut ille, qui ſic recipit, legitimè de illo interrogatus in judicio teneatur illud propalare, cùm nefas eſſet ſi in Sacramentali Confeſſione audiviſſet.

In his verò, quæ ſecretò alicui committuntur
43 extra confeſſionem, tenetur quis revelare, ac teſtimonium ferre quoad ea, quæ ſecundùm ordinem juris ab eo per ſuperiorem exiguntur, ut docet S. Thomas ibid. in corpore articuli. Unde Sotus *loco cit.* (Non obſtat, inquit, fides, quam quis ſecretò commiſit, etiamſi jurejurando ſe adſtrinxerit, quominus teneatur ſecretum detegere, ſi modo in judicio vi, & ratione petatur; quia fides ſecreti non habet vim obligandi contra jus, nec præjudicium parit judici, quin poſſit compellere eum quando neceſſum fuerit,) & inferiùs ait: (Quicunq; fidem ſuam alteri diſtrinxerit, & jure ipſo interprete intelligatur id facere ſecundùm jus; atque adeo quando authoritate judicis revelat, ſecretum, nihil infidelitatis admittit.

44 Sed & S. Bonav. *in 4. ſent. diſt. 21. a.2. q.3.* quærit, utrum recipiens aliquid in ſecreto teneatur revelare ſuperiori præcipienti; & in fine reſpondit teneri, etiamſi præſtitiſſet juramentum de nō revelando, quia juramentum eſt nullum, & in præjudicium veritatis, & obedientiæ; ideoque addit agendam eſſe pœnitentiam de perjurio pro
45 eo, quod contra juſtitiam juratum eſt. Cujus dictum Angel. *in ver. Teſtis, in fin. n.33.* intelligit procedere quando ſuperior hoc requirit ex aliquo bono reſpectu, & ut Pater provideat; atque ita conciliat S. Bonav. cum doctrina S. Thomæ. Item Guido Fulgoſius, qui Clemens IV. inde creatus eſt, in conſultationibus ad Inquiſitores, *quæſt: 8.* ſic ait: Sed nec juramento, vel voto in contrarium emiſſo; nam licet veritatem celare poſſimus hoſti, vel perſecutori, ut *22. q.2. cap. Ne quis,* judici tamen veritatem inveſtiganti eam celare mortale peccatum eſt, ut *11. q.3. c. Quiſquis.* Ergo juramentum, vel votum in contrarium emiſſum non eſt ſervandum, *22. q.4. cap. In malis,* Cujus verba refert, & ſequitur Franciſc. Pegnia *in 2. part. Directorij inquiſit. lib. 2. ſchol. 15. in fine.*

47 Item Alexand. de Ales *in 4. ſent. diſt. 19. art. 2.* An Confeſſor, qui novit in confeſſione, & extra teneatur revelare, *in reſponſ. verſ. Ad illud quod objicitur per ſimile,* ſic ait: Quando promittit aliquis alicui quod celabit aliquod ſecretum, quod ſibi committit, hoc debet intelligi ſi non cogat eum obedientia ſuperioris ad revelationem, vel neceſſitas mentiendi, vel damnatio innocentis, vel alia hujuſmodi, quibus contraire nec poteſt, nec debet; unde ſi quis promiſiſſet alicui quod teneret aliquod factum ſecretum, & poſt niſi vellet illud teſtificari, damnaretur aliquis innocens, vel neceſſe eſſet ipſum mentiri, vel eſſe inobedientem, vel aliquod grave ſcandalum orireturs, non exiſtimo quod in tali caſu debeat factum illud celarè. Quod ipſum docet ib. S. Thomas *diſt. 21 art. 3.* &
48 S. Bonav. *q.3. verſ. Sed circa hoc occurrit quæſtio,* ubi addit in hanc poſitionem etiam juriſperitos magis conſentire; ideoque qui juravit teſtimonium non dicere, juramento non obſtante teſtificari compellitur, tex. ad litteram in cap. *Intimavit, de teſtib.* atque ibi docent gloſ. *fin.* Innoc. Hoſtienſ. Jo. Andr. Anton. de Butr. Anchar. Abb. Felin. atque alij omnes.

49 Quibus etiam accedit quod in caſu præſenti teſtator non prohibuit revelationem ſuæ voluntatis, ſed ſimpliciter juſſit, ut bona diſtribuerentur ſecundùm mentem ſuam. Quo caſu executores tenentur omnino reddere rationem, atque illam exprimere, licet cum minori rigore exigenda ſit in his, quàm in alijs, ut inquit Jo. Andr. poſt Jacob. de Ravenn. *in addit. ad Specul. in tit. de inſtrum. edit. § Nunc vero aliqua, ſub n.20. littera P. in addit incip. Sacramento.* Neque in hoc ſuffragatur executori, quod ſit regularis exemptus, & Prælatus: Quoniam Concilium Viennenſe in Clem. *Religioſis, de teſtam.* volens præſcindere materiam delinquendi, diſertis verbis ſtatuit, ut locorum Ordinarij rationem exigant à Religioſis etiam exemptis, & Prælationem habentibus de teſtamentorum executionibus, quas geſſerunt, & puniant quos circa id deliquiſſe repererint.

50 Quod ſi dictus Monachus ſpontè revelaverit ſecretam mentem teſtatoris, quæritur an illi ſic revelanti fides adhibenda ſit, quæ eſt tertia inſpectio ſuperiùs propoſita. Et quidem aut Monachus deponit non juratus, & nihil illi creditur, ut in proprijs terminis eſt text. in d. l. *Theopompus, in ver. Iuratus* & ibi notat Bart. *ff. de dot. prælег.* & ſequitur Bald. *conſ: 256. ſuper primo puncto in princ. lib: 4.* Caſtr. *conſ: 177. in quæſtione, n.2. verſ: 3. Tertiò, lib. 3.* Afflict. *deciſ: 371. n.6.* Alex. *conſ: 54. ſub n. 5. verſ: Nec obſtat, lib. 2.* Aut deponit juratus, & tunc creditur illi, dummodo deponat ſuper veriſimili, & mentem teſtatoris ſibi ſecretò participatam coadjuvet aliquibus probabilibus conjecturis. Ita probat textus in materia in l. *Quoniam hæredi,* ibi, *Si quibuſdam argumentis apparebit, de quo dixit. ff. de reb. dub.* & tradunt Bart. in d. l. *Theopompus ſub n.4.* ubi dicit dictum executoris, cui aliquid teſtator in ſecretum voluntatis commiſit, credendum non eſſe niſi aliquibus legitimis præſumptionibus hoc præſumeretur eſſe verum. Raphaël Cuman. *conſ: 118. ſub n.2. verſ: Circa ſecundum,* ubi amplius requirit, ut id, quod teſtator commiſit in ſecreto, debeat probari per duos teſtes, alias exi-
51 ſtimat irritam eſſe hanc voluntatem, quia, inquit, poterit dici, adeſt jus, ſed deficit probatio. Covarr. qui alios congerit in c. *Cum tibi, in fin. ſuprà eod.* ubi ait non eſſe ſtandum aſſertioni illius, cui teſtator commiſit voluntatis propriæ revelationem, niſi aſſerat eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, quę ex conjecturis apparentibus veroſimilis ſit.

52 Sin autem dict. Monachus omninò induci nequeat ad revelandum: quæritur pro abſolutione quarti capitis, an ſit privandus executione. Et videtur reſpondendum affirmativè, quia Superior regularis, qui dedit licentiam Monacho ut poſſit eſſe executor, poteſt illum privare facultate exequendi etiam re non integrâ, & quamvis malè faciat ſi illum privet ſine cauſa; tamen pro-
53 pter bonum obedientiæ religioſus etiam eo caſu non poteſt contradicere. Ita expreſſè tradit gloſ. in d. Clem. *Religioſis, in ver. Obtenta, de teſtam.* quam ibi poſt Paul. ſequitur Card. *Zabar. nu. 11. in fine, verſ: Quinto quæro.* Imola *nu.8.* Abb. *nu.7.* Petr. de Ravenn. *in gloſ: in ver. Obtenta,* Jo. Valq. *in 3. concluſ.* Vitalin. *ſub n.37.* Anchar. *num: 31.* Tabiena *in ver. Executor, n.15.* Armilla *eod ver. n.15.*

54 Hoc autem licere cum caſu admittunt omnes in d. Clem. *Religioſis,* Specul. *de inſtrumen. edit. §. Nunc vero aliqua, n.53. verſ: Quid ſi executor,* & *verſ. Porrò,* ubi aſſerit licere Epiſcopo vendicare ſibi electionem, quam teſtator poſuit in arbitrio alterius, ſi ſit ſuſpicio fraudis, etiam nullâ præcedente accuſatione. Quod etiam tradiderunt Bald. in l. *Nulli, ſub n.5. verſ. Sed circa hoc, C. de Epiſc. & Cler.* Oldrad. *conſ. 196. factum in fine, verſ. Tertia quæſtio,* Cardin. poſt alios in d. Clem. *Religioſis, n. 23.* &
55 Anchar. *ſub n.6. verſ. Venio ad aliquos.* Fraudis autem ſuſpicio in caſu præſenti multipliciter conſideratur. Primò ex modo, & forma diſpoſitionis teſtatoris; oritur enim aliqualis præſumptio fraudis ex legato facto ſecundùm mentem ſecretam teſtatoris, ut docet gloſ. *in fine* in l. *Lucius, §. In teſtamento, ff. de legat. 1.* ubi Bart. *in ſummario:* Si ex verbis, inquit, teſtatoris non apparet perſona, cui debet fieri reſtitutio, aliqualis præſumptio aſſumitur tacitæ fidei in fraudem legum aſſumptæ. Quod repetunt ibi Bald. *num: 4. & 5.* Paul. de Caſtro, *nu.1* Fulgoſ. *verſ. ubi hic dicitur.* Alber. poſt Dyn. *num: 2.* & ſimpliciter id pręſumi fa-

ctum in fraudem Menoch. *de præſumpt: lib:4. præ-
ſumpt: 96. n. 11.*
56 Secundò oritur ſuſpicio fraudis ex perſona di-
cti Monachi; tum quia ad præſens dicitur eſſe ſub
judice; neque enim eſt ſtandum fidei executoris,
quando non eſt perſona legalis, ut inquit Jacob. à
Canib. *de execut. ultim. volunt, in 3. p. de ſi... e Commiſ-*
57 *ſariorum, n. 7. verſ. Quod eſt verum.* Tum quia eſt
religioſus incapax proprietatis. Ad quod affer-
tur ſingularis doctrina Jo. Andr. *in addit. ad Specul.
tit. de inſtrum. edit. §. Nunc verò aliqua, in addit. incip.
Ad iſtum finem, quæ eſt in ver. Legat ſub n. 2, littera V.*
ubi determinat ſtante ſtatuto, ut maritus non
poſſit relinquere aliquid uxori, non valere lega-
tum factum pro anima teſtatoris diſtribuendum
ab uxore, ne fiat fraus ſtatuto. Cujus doctrinam
ſequuntur Alber, de Roſat. *in 2. par: ſtat: q. 112. in-
cip: Statuto cavetur quòd nullus poſſit*, & *quæſt. ſeq.*
Alex. *conſ: 57. Proſpectis, col: 3. & ſeq: num: 7, lib: 2.*
& in l. *Cogi, § Hi qui ſolidum, in fine, ff. ad Trebell.* Jaſ.
in l. *Captatorias, n. 6. C. de teſtam. milit.* Ergo eodem
modo cùm religioſus prohibeatur aliquid pro-
prium habere, c. *Nolo*, & c. *Non dicatis, 12. quæſt: 1.*
c. *Cum ad monaſterium, de ſtatu Monach.* & Conci-
lium Tridentinum *cap. 2. ſeſſ. 25. de Regular.* non
valebit legatum ab ipſo diſtribuendum juxta
mentem ſecretam teſtatoris, ne fiat fraus legi:
vel certè ſi valebit, aderit tamen vehemens ſu-
ſpicio fraudis, quæ juncta cum alijs ſupradictis eſt
omnino ſufficiens cauſa interdicendi illum offi-
cio executoris.
58 Sequitur ergo ultimum caput, id eſt, ſequutâ
privatione quomodo ſit poſtea facienda execu-
tio. Qua in re difficillimum erit inire rationem,
per quam punctualiter ſatisfiat voluntati teſtato-
ris, quia de illa non conſtat, & in pias cauſas non
59 videtur facienda diſtributio: nam ut ait Raph.
Cuman. *conſ. 118. ſub n. 3.* diſpoſitio ſecundùm ſe-
cretam mentem teſtatoris non poteſt dici ad pias
cauſas, quæ non fuit commiſſa voluntati alterius
per verba denotantia arbitrium boni viri, juxta
terminos c. *Cum tibi, ſuprà eod.* ſecundùm intelle-
ctum Innocent, qui communiter approbatur:
ſed teſtator retulit ſe ad ſuam ſpecificam com-
miſſionem ſecretò factam, quæ cùm poſſit eſſe ad
cauſas non pias, nulla eſt ratio cur eam ad cauſas
pias præſumamus: & idem ſuſiùs reſpondit in
60 *conſil. 108. per totum*, ubi propterea conſuluit hu-
juſmodi legatum deficiente perſonâ executoris
fieri caducum, & cedere lucro hæredum teſtato-
ris. Antiquius tamen videtur Epiſcopum poſſe
hujuſmodi bona in pios uſus diſtribuere; quia, ut
ait Feder. de Sen. *conſ: 293. ſub n. 2. verſ. Ex prædi-
ctis*, fraudatio voluntatis teſtatoris non eſt ſuffi-
ciens ratio, ob quam jus exequendi non debeat
devolvi ad Epiſcopum, ſi Religioſus fuerit pro-
hibitus exequi à Superiore, ut etiam ſentit Butr.
*hic num. 7, verſ. Ego vidi multoties*: licèt in fine ni-
hil velit decidere, quia cauſa erat pendens.
Præterquam quod negari poteſt hoc modo
fraudari voluntatem teſtatoris; quinimo ex be-
nigniori interpretatione mens teſtatoris ſecreta,
niſi aliud conſtet, debet cenſeri in piam cauſam,
ut in puncto contra Raph. Cuman. reſpondit Ra-
phael Fulgoſ. *conſ. 745. n. 2. verſ. Præterea*, ubi *ſub n.
4. verſ. Et hanc ſententiam*, ait hanc partẽ eſſe am-
plectendam, cùm pietati, & tacendæ voluntati te-
ſtatoris convenientior ſit, & animæ etiam ipſius
fructuoſior, ſecundùm quam etiam conſuluit An-
gel. *conſ. 201. num. 3. verſ. in fine*, alios refert Clar.
*in §. Teſtamentum, quæſt. 6. verſ. Quinimò.* Et pro ea
videtur caſus in cap. *Cum tibi, ſuprà eadem*, ſecun-
dùm intellectum, quem dicit notabiliorem Abb.
*ibi in princ.*
61 Quibus omnibus in compendium redactis vi-
detur reſpondendum prædictum Monachum eſſe
nudum executorem, & teneri revelare ſecretam
mentem teſtatoris, & rationes reddere, eique
eſſe adhibendam fidem, ſi juratus deponat: &
concurrant probabiles conjecturæ; alioquin in-
terdicendum eum eſſe officio executoris, & red-
ditus eſſe erogandos in pios uſus arbitrio Epiſco-
pi; alias enim hoc eſſet exemplum pernicioſiſſi-
mum, & cautela peſſima Regularibus ad reti-
nendum proprium contra votum paupertatis, &
in fraudem Sacrorum Canonum, Tridentini
Concilij, & Apoſtolicarum Conſtitutionum.
Hic caſus meo tempore contigit Mediolani, &
in hanc ſententiam à Sacra Congregatione Con-
cilij ſcriptæ fuerunt litteræ ad Cardinalem Bor-
romæum Archiepiſcopum.

# DE TESTAMENTIS.

## Cap. Ioannes.

### SVMMARIVM.

1 EXecutor teſtamentarius, qui ſuſcepit officium, *illud exequi compellitur.*
2 *Clerici tanquam digniores ſunt præmittendi, ubi fit ſermo de clericis, & laicis.*
3 *Ordinis præpoſteratio non vitiat.*
4 *Clericus, & laicus poſſunt ſimul deputari executores in teſtamento.*
5 *Alternativa in deputatione plurium executorum reſolvitur in conjunctivam.*
6 *Executio teſtamentorum pertinet ad Epiſcopum, etiam quoad temporalia.*
7 *Prælati inferiores habentes in loco juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſunt compellere executores ad exequendam teſtatoris voluntatem.*
8 *Capitulum ſede vacante ſuccedit in juriſdictione compellendi executores teſtamentarios.*
9 *Executores teſtamentarij, quibus nominibus appellentur.*
10 *Executores propriè qui ſint.*
11 *Clerici, & Religioſi deputari poſſunt executores in teſtamento etiam ad non pias cauſas.*
12 *Canonico Regulari, quem teſtator conſtituit executorem ad annuum redditum diſtribuendum cum facultate aliquid ſibi applicandi, an obſtet Concilium Tridentinum,* cap. 2. ſeſſ. 25. de Regular.
13 *Regularis executor, & legatarius ſuſtinet vices duarum perſonarum.*
14 *Canonicus Regularis an poſſit eſſe executor ultimæ voluntatis.*
15 *Executor ad diſtribuendum in pios uſus non poteſt ſibi aliquid applicare.*
16 *Regulari bona ſtabilia etiam in adminiſtrationem concedi non poſſunt.*
17 *Executor ad diſtribuendum dicitur adminiſtrator.*
18 *Legatum annuum factum Regulari pro uſu ſuo de licentia Superioris percipiendum an de jure communi ſit validum.*
19 *Et quid poſt Concilium Tridentinum.*
20 *Legatum factum Regulari nec momento temporis poteſt eſſe apud eum, ſed illicò acquiritur monaſterio.*
21 *Annuus reditus computatur inter bona ſtabilia.*



1 IOANNES. Executor teſtamentarius, qui
ſuſcepit officium, illud exequi compellitur.
Hoc dicit ſecundum omnes. Diviſionem non
patitur, quia unicam habet verborum ſtructu-
ram; ſed ad mentem primò ponitur quæſtio, de-
inde ſolutio. Secunda ibi, *Poſt teſtatoris.* Et quin-
que facit ſecundum Jo. Andr. Dicit enim qui e-
rant executores, & cujus, & quid erat exequen-
dum, & quando cogi debebant, & per quem, &
hæc patent.
2 Nota primò ex ſtylo Curiæ clericos præmitti,
quoties fit ſermo ſimul de clericis, & laicis, con-
cordat cap. *Significavit, de reſcr.* c. *Qualiter, de
elect.* cap. *Tua nobis, ſupra eod.* cap *Præterea, de
uſur.* cap. *Ad falſariorum, de crimine falſi.* c. *Propo-
ſuit, de Cler. excomm. miniſtr.* cap. *Clerici, de exceſſ.
Prælator.* cap *Ex parte, il primo, de privil.* & cap.
*Gravem, de ſent. excomm.* Ratio eſt, quia cœtus
clericorum eſt dignior, c. *Solitæ, de majorit. &
obed.* cap. *Duo ſunt, 96. diſt.* cap. *Denique*, & ibi
gloſſa *prima, 4. diſt.* Ordo enim importat quem-
dam dignitatis gradum, & poteſtatem ſupra po-
pulum, ut docet S. Thomas *in 4. diſt. 24. q. 1. art.
2. quæſt. 1.* Sed vide pro, & contra, in c. *Per tuas,
de arbitr.* ubi primò dicitur, per unum clericum,
& duos laicos: & paulo poſt, à duobus laicis, &
3 uno clerico. Unde inferri poteſt, ut in his præpo-
ſteratio ordinis non vitiet, ad idem c. 2. *de judic.*
c. *Prohibemus, de cenſib.* c. *Cauſam quæ*, l. *de reſcript.*
ſecundum Joan. Andr. *hic n. 3*, & Card. *nume-
ro 1.*
Secundò nota clericum ſimul, & laicum poſſe
4 deputari executores in teſtamento: hic enim con-
junctim, & copulativè fuerant deputati, ponde-
rando copulam, & ſecundum Jo. Andr. *n. 4.* Sed
5 tamen idem dicendum ſi disjunctivè, quia tunc
disjunctiva reſolvitur in copulativam, ut eſt textus
notabilis in l. *Cum quidam, C. de verbor. ſignifi-
cat.*
6 Tertiò nota in ver. *Creditoribus*, & in ver. *Diœ-
ceſanum*, quod ſequitur, non ſolum relictis ad
pias cauſas, ſed etiam quoad temporalia pertine-
re executionem teſtamentorum ad Epiſcopos ſe-
cundum Hoſt. Cujus opinio communiter tenetur,
ut *hic* teſtatur Anton. de Butr. *in 5. q. n. 17.* Dixi
7 in c. *Tua nobis, ſupra eod.*
Quartò, nota ibi *per Diœceſanum*, officium com-
pellendi executores teſtamentarios non tantum
ſpectare ad Epiſcopum, ſed etiam ad inferiorem
Prælatum habentem in loco juriſdictionem Epi-
ſcopalem, vel quaſi, juxta textum in c. *Abbates,
de privil. in 6.* Talis enim in his, quæ juriſdictio-
nis ſunt, venit Diœceſani appellatione, ut notat
gloſſa in Clem. 1. §. *Volumus, in ver. Diœceſanis,
de foro competen.* quam ibi ſequuntur Cardin. *in
4. quæſt. num. 2.* Imola *num. 38.* Vitalin *num. 4.*
& Abb. *n. 15.* Dixi latiſſimè in cap. *Accedentibus,
infra, de exceſſ. Prælator.* & in propoſito tenent *hic*
Jo. Andr. *num. 9. in ver. diœceſanum*, & Abb. *num. 2.*
8 *in 5. notab.* qui amplius putant in hac juriſdictio-
ne compellendi executores ſuccedere etiam Ca-
pitulum ſede vacante. De cujus verò loci Diœce-
ſano hæc littera intelligatur dic plenè, ut per Jo.
Andr. *n. 21.* & Butr. *n. 12. in 1. quæſt.*
9 Quintò nota executores teſtamentarios non
appellari executores ſimpliciter, ſed executores
ultimæ voluntatis, & dicuntur executores, idest
perfectores, & conſummatores ſecundũ Goffred.
Hoſt. & Jo. Andr. Qui interdũ appellantur etiam
commiſſarii, interdum fideicommiſſarii, interdũ
executores fideicommiſſarii, interdum diviſores,
interdum diſtributores, interdum gradiatores, de
quo vide in Specul. *de inſtrum. edit.* §. *Nunc verò
aliqua*, qui alias eſt, *verſ. Sub*, §. *Compendioſè, ad*
10 *fin. col. 1.* Sed propriè ſecundum prædictos dicun-
tur executores qui ſententias exequuntur; l. *fin.
C. de execut. rei judic.* & cap. *Paſtoralis*, §. *Quia
verò, ſupra de off. deleg.* de variis executorum ac-
ceptationibus vide *hic* per Jo. Andr. *n. 5.*
11 Ultimò nota clericos, tam ſæculares, quàm re-
gulares poſſe deputari executores ultimarum vo-
luntatum, ut de clericis in genere eſt caſus hic, &
expreſsè de clericis ſecularibus, & religioſis, &
c. *Tua nobis, ſupra eod.* Quod eſt verum etiam ad non
pias cauſas, ut hic probatur ponderando litteram
ibi, creditoribus, nec non ibi, ultimæ voluntatis,
ſecundum Hoſtien. *n. 2. in ver. Vltimæ voluntatis*,
& Jo. Andr. *n. 18. verſ. aliquibus videtur.* Quorum
opinio communis eſt & obtinuit ex conſuetudi-
ne, ut dixi in d. c. *Tua nobis, in ult. notab.* Intellige
dummodo per hoc non retrahantur à divinis offi-
ciis. Et quoad Regulares dummodo non ſint ex
Ordine Minorum S. Franciſci, quibus hoc offi-
cium eſt interdictum, ut in Clem. *Exivi*, §. *Verum,
de verb. ſignif.* & dummodo id fiat de licentia ſuorũ
Prælatorum petita, & obtenta, c. *Religioſus, de te-
ſtam. lib. 6.* & Clem. *Religioſis, eod. tit.* Quilibet
enim religioſus poteſt eſſe executor, ubi ſolum
committitur nudum miniſterium; plenè Rom.
*conſ. 409. Quoad primum conſultationis articulum, n.
6. & ſeqq.*
12 QUÆRO An Canonico Regulari, quem teſta-
tor cõſtituit executorem ad annuum reditum di-
ſtribuendum cum facultate ſibi applicandi por-
tionem, quæ ſibi videbitur, obſtet Decretum Con-
cilii Tridentini, c. 2. *ſeſſ. 25. de Regular.*
13 Canonicus Rgeularis in dubio propoſito eſt ex-
ecutor, & legatarius, ſuſtinetque vices duarum
perſonarum, ſicut facit ille cui ſuus debitor man-
dat, ut ex bonis, quæ ſunt apud eum, ſolvatur, Puc.
*deciſ. 227. lib. 1.* Teſtator enim eum executorem
ad annuum reditum diſtribuendum conſtituit, &
deinde illi permittit, ut ex eis poſſit ſibi applicare
eam portionem, quæ ſibi videbitur, ut habetur
apud gloſ. in l. *Si quis Titio, in ver. Vt miniſtrum, de le-
gat 2.* Bald in l. *Quidam*, §. *Si ſcriptum, de lega. 1.*
Ideoque hæ duæ diſpoſitiones ſunt ſeparatim
conſiderandæ, & Canonicus ſuſtinens duas per-
ſonas, ut duæ perſonæ conſiderari debet, ut not.
in c. *A collatione, de appell. in 6* & ex nullitate, aut
validitate unius ex his diſpoſitionibus non infer-
tur ad nullitatem, vel validitatem alterius cap.
*Dilectus, il primo, de præben.* ibi, (nos facto ejuſdem
legati illicito reprobato, quod eſt licitum appro-
bantes.) Et ex regula, *Vtile per inutile non vitia-
tur*, quam ad propoſitum noſtrum adducit Capra
*in reg. fin. de ultim. volun. in 2. membro num. 11. in
fine.*

*ſine*. Utramque igitur ex his diſpoſitionibus ſeparatim conſiderando,

Quoad primam, in qua Canonicus eſt deputatus executor, videtur reſpondendum Concilium non obſtare, quominus is Canonicus hoc munus
14 ſuſcipiat. Hodie enim eſt expeditum religioſos profeſſos poſſe hujuſmodi officium ſuſcipere accedente ſui Superioris ſpecifica licentia, ut in c. *fin. inſr. eod. lib. 6.* & in Clem. *unica eod. tit.* & dictum eſt ſupra *in ult. not.ab.* & in Canonico Regulari exemplificat Jacobus a Canibus *de execut. ult. volunt. part. 1. n. 3.* Licet Speculator, qui ſcripſit ante jura Sexti, & Clementinarum, aliter ſentiat in *tit. de inſtrum. edit. §. Nunc vero aliqua, n. 70. verſ. Sed etiam quaeritur utrum ſimplex Monachus, & n. 71. verſ. Quid de Canonicis Regularibus.* Cujus opinio corrigitur in prædictis juribus, ut per Jo. Andr. *ibi in addit. littera F.*

Neque obſtat decretum d. *c. 2. ſeſſ. 25. de Regular.* prohibens Regularibus bona tanquam propria, aut etiam nomine conventus poſſidere. Quia executor datus ad diſtribuenda bona in pios uſus, non poteſt ibi, vel conventui aliquid regulariter applicare, & ſic tanquam propria, aut etiam nomine conventus ea poſſidet, l. *Si mandavero, §. Si tibi, ff. Mandati* & in materia noſtra tradunt Archid. Jo. Andr. in c. *fin. de teſtam. in 6. n. 3. verſ. Unde*, & ibi Anchar. *n. 15.* Franc. *n. 9.* Adden. ad Capell. Toloſ. *deciſ. 28.* Calderin. *de teſtamen. conſ. 31. & 39.* niſi eſſet forte in ſumma neceſſitate, Capra. *de dotis. in 6. membro. n. 16. & ſeq.* Et quamvis in ſecunda diſpoſitione in caſu noſtro caveatur, ut executor poſſit aliquid ſumere ſibi, non ſi Concilium obſtabit, illa ſecunda pars irritabitur; ſed inde non infertur, ut dictum eſt ad nullitatem deputationis executoris, cui
16 Concilium non obſtat.

Nec refragatur quod Concilium d. c. prohibe-
17 at bona ſtabilia concedi alicui Regulari etiam in adminiſtrationē. Nam reſpondetur executorē hujuſmodi nō habere bonorum adminiſtrationem, ſed nudum miniſterium, ex quo nihil ſibi percipit emolumenti, vel commodi, ut ſupponimus in hac prima parte: nam ſi perciperet jam non eſſet nudus miniſter, ſed legatarius, l. *Si quis Titio, ff. de leg. 2.* & docuit Bald. *conſ. 480. lib. 4.* Feder. de Sen. *conſ. 56. Domine Franciſce, verſ. Secundo quaeritur, in prin.* Angel. *conſ. 129. Bona dicti teſtatoris, verſ.*
18 *Quia igitur.*

Quoad ſecundam partem tametſi de jure communi legatum factum Regulari pro uſu ſuo percipiendum cum licētia ſuperioris validum eſſe exiſtimaverint Calder. *conſ. 21. de teſtam.* Bart. in Auth. *Excipitur, C. de bon. quæ liber.* & in l. *Lucius, §. Tres hæredes, ff. ad Trebell.* Navarr. *conſil. 3. de ſtatu Monach. quæſt. 18. n. 49.* Tamen textus in c. *Monachi, de ſtatu Monach.* in quo præcipue fundatur eorum opinio, alium habet ſenſum, nam dum diſponit ut Monachi poſſint habere peculium, ſi eis fuerit pro injuncta adminiſtratione permiſſum, non procedit niſi in Monachis officialibus, ut innuunt illa verba, pro injuncta adminiſtratione. Unde quoad reliquos Monachos, qui officiales non ſunt, ſalva manet prohibitio, de qua in principio illius textus, ut peculium eis habere non liceat etiam ex permiſſione Abbatis ſecundum intellectum Innocentii, Hoſt. Jo. Andr. Anton. de Butr. & Anchar. ut ibi latiſſime dixi.

19 Sed quidquid ſit de jure communi, certè inſpecta Tridentini Concilii diſpoſitione in *d. c. 2.* videtur reſpondendum legatum non valere. Ita enim alias declaravit Sacra Congregatio, ut dixi in d. c. *Monachi*, reprobata Navarri opinione, qui *in conſilio 14. de ſtatu Monach.* & *in Commen. 2. de Regul. n. 14.* putavit d. c. 2. nulla in re immutaſſe diſpoſitionem juris communis, & de jure communi licitum eſſe Regularibus habere peculium in ſuos honeſtos uſus de Superiorum licentia.

20 Itaque cum legatum in effectu quoad Regularem non valeat, etiamſi acceſſerit conſenſus Superioris, ſimul ac ipſe declarat ſibi ex eo aliquid velle applicare pro uſibus ſuis, ut teſtator ei conceſſit; ex ejus perſona acquiritur Monaſterio, c. *Non dicatis, 12. q. 1.* c. *Abbates, 18. q. 2.* c. *Quia ingredientibus 19. q. ult.* c. *Cum ad monaſterium, de ſtatu Monachor.* & de Canonicis Regularibus eſt textus de ſſ. in c. *Quanto, de offic. Ordin.* ut nec momento temporis maneat apud Canonicum acquirentem, Abb. in d. c. *Monachi, n. 8. de ſtatu monach.* fusè Navarr. *in Comment. d. c. Non dicatis, n. 34. & ſeqq.* Quandoquidem, ut ſcripſit Bald. *conſ. 494. lib. 1.* Licet jus delatum monaſterio ſumat initiū ab ipſo Monacho, tamen per modum ſcintillæ, &
21 ſic nictu oculi in monaſterium tranſit. Cujus dictum refert, & ſequitur Cardin. Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 26.* Et propterea ſi ſuperior ei in genere licentiam concederet dictū annuum reditum ſibi pro uſu ſuo ſumendi, concederet ei bona monaſterii ſtabilia, inter quæ cenſus annuus computatur, ut habetur in Clem. *Exivi, §. Cumque annui reditus, de verbor. ſignif.* & ſic obſtaret Concilium.

Itaque ſic poſſet ad ſecundam partem dubii reſponderi; non licere Superiori hujuſmodi licentiam Regulari concedere. Si tamen pro re nata, & in ſingulis caſibus is legatarius aliqua re indigeat non repugnante ſtatu paupertatis, Prælatum poſſe indulgere, ut illi ex reditu annuo legato certa tantum portio eidem uſui neceſſaria applicetur, puta ad mobilia comparanda juxta decretum *d. c. 2. verſ. Mobilium verò uſum*; modo tamen exactio annui reditus fiat à communibus officialibus monaſterii ad præſcriptum d. c. 2. & decretorum Clementis VIII. *ſuper reform. Regular.* & quod ſupererit, in communes monaſterii uſus convertatur, ut in ſimilibus caſibus reſpondit Sacra Congregatio.

# DE SVCCESSIONIBVS ab inteſtato.

## Cap. Cum Dilectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Rectori inteſtato decedenti ſi non habet conſanguineos, ſuccedit Eccleſia; ſecus ſi apparet eū fuiſſe Monachum, vel ſana mente teſtatum.*
2 *Teſtamentum ad pias cauſas conditum per verba enunciativa & propter aliud prolata, valet etiā ad excluſionem alterius Eccleſiæ.*
3 *Oblatio probatur per unum teſtem de veritate, & confeſſionem etiam incidenter factam.*
4 *Novitius an poſſet in ipſomet ingreſſu donare ſeipſum & omnia bona ſua Religioni, & n. ſeqq. uſque in finem.*





5 *Correctio jurium induci non debet per ſubauditos intellectus.*
6 *Eccleſiaſtica poteſtas non ſolet ſe immiſcere in juriſdictione aliena.*
7 *Eccleſia in quibus caſibus habeat juriſdictionem.*
8 *Novitius eſt de juriſdictione eccleſiaſtica.*
9 *Novitii qui ſint, & n. 11.*
10 *Oblati, ſeu donati, qui propriè dicantur?*
12 *Converſi quid differant à Monachis.*
13 *Donati, ſeu oblati quid differant à Converſis.*
14 *Tridentinum Concilium*, c. 16. ſeſſ. 25. de Regul. *expenditur.*
*Oblati non comprehenduntur in dicto c. 16.* ſeſſ. 25. de Regul. *ibid. & n. ſeqq.*
15 *Dicto quoque, eſt continuativa ejuſdem materiæ.*
16 *Novitii tranſeuntes ad ſtatum oblatorum non prohibentur bona ſua monaſterio offerre.*
17 *Novitius offerens perpetuò ſe, & bona ſua monaſterio, cenſetur renunciare Novitiatui.*

1 CUM DILECTUS. Rector Eccleſiæ dicitur inteſtatus ſi nullum facit teſtamentum; vel fecit, ſed furioſus; & tali ſuccedit Eccleſia ſi non habet conſanguineos: ſecus autem ſi apparet illum fuiſſe Monachum, vel ſana mente.

2 Teſtatum h. d. ſecundum Joann. Andr. & communiter DD. ſed attingendo duos notabiles, & ſingulares intellectus, ſummatur ſecundum quēlibet intellectum; & Primò ſic valet teſtamentum ad pias cauſas conditum per verba enunciativa etiam propter aliud prolata, quamquam ſucceſſio, ſeu teſtatio veniat ad excluſionem alterius
3 Eccleſiæ, vel aliter ſecundum alium intellectum per unum teſtem de veritate, & per confeſſionem etiam incidenter factam probatur oblatio etiam quoad effectum conſequendi bona oblata, Abb. Siculus.

4 In textu ibi, *ſe, & ſua monaſterio contuliſſe.*

QUÆRO an Decretum Tridentini Concilii, c. *16. ſeſſ. 25. de Reg.* obſtet quominus Novitius poſſit in ipſomet ingreſſu donare ſeipſum, & omnia bona ſua Religioni.

Propoſita quæſtio omiſſis aliis, de quibus poſſet dubitari, hoc videtur petere, videlicet an Cōcilium Tridentinum *d. c. 16.* corrigat jus antiquum in propoſito caſu, ei ve deroget, circa quam quæſtionem præmittendum eſt.

Primò, cum agatur de correctione jurium an-
5 tiquorum, per quæ poterat fieri dicta donatio, ut probat text. hic, & in c. *In præſentia de probat.* & Doctores multis in locis tradunt; illa non eſt inducenda, niſi prout in jure expreſſa reperitur, c. *Conſtitutio*, & ibi gloſ. *fin. de elect. lib. 6.* l. *Præcipimus, in fine, de appellat.* l. *Sancimus, C. de teſtam.* Neque enim per ſubauditos aut tacitos intellectus inducitur correctio, ut dicit gloſ. in c. *Cupientes, §. Quod ſi per viginti, in verb. Petere, de elect. lib. 6.* Sed potius jura juribus concordanda, c. *Cum expediat, de elect. lib. 6.* Gem. *conſ. 88.* Innoc. Papa *ad fin.*

6 Secundò, præmittendum eſt eccleſiaſticam poteſtatem non ſolere ſe immiſcere in aliena juriſdictione, c. *Novit. de judic.* c. *Licet ex ſuſcepto, de for. compet.* alioquin eidem poſſet impunè non pareri, l. *fin. ff. de juriſd. omn. jud.* & not. Innoc. in c. *Inquiſitionis, propè fin. verſ. Item ſi præcipiat laico, de ſent. excomm.* & Felin. in c. *Accepimus, n. 2, de fide inſtr.* nec poſſet aliquis inhabilitare non ſubditum, ut colligitur ex gl. in Auth. *Ingreſſi, n. 10. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

7 Tertiò præmittendum eſt Eccleſiam regulariter nō habere juriſdictionem in laicos, niſi in certis caſibus, de quibus in verſibus additis ad gloſſ. penult. in d. c. *Licet*, tradunt etiam Doctores in c. *Cum ſit generale*, per illum text. *de for. compet.* & in c. *Per venerabilem.* & ibi plene per Hoſt. & Joan. Andr. *qui fil. ſint legitimi.*

8 Quartò, præmittendum in d. *cap. 16. ſeſſ. 25. de Regul.* nullam exprimi qualitatē ratione rei, contractus, vel delicti, ſuper qua poſſit juriſdictio eccleſiaſtica fundari, niſi ſolā qualitatem perſonæ, quæ eſt ipſe Novitius, qui, ut not. Hoſt. in c. *Statuimus, n. 4. circa finem, verſ. Nec obſtat, de Regul.* fori privilegio gaudet, cum ſit de juriſdictione eccleſiaſtica. Et inde infero Concilium non inhabilitare omnes perſonas, quin poſſit, niſi ſervatis iis, de quibus in d. *c. 16.* renunciationem, vel obligationem facere, ſed ſolum illas, quæ ſunt de ſua juriſdictione: imo nec has omnes, ſed ſolum illas perſonas in d. c. expreſſas, nec correctio ultra expreſſa inducatur.

9 Quintò, præmittendum inter cæteros ſtatus, ſeu gradus perſonarum Regularium, de quibus loquitur d. c. ut colligitur ex verbis ipſius, ac etiā ex rubrica *de Regul.* ſub qua hoc capitulum collocatum reperitur, hos duos reperiri, quorū unus eſt ſtatus Novitiorum, qui ideo in monaſteriis recipiuntur, ut ad formam c. *Ad Apoſtolicam, de Regul.* probantes, & probati ſuo tempore ad profeſſionem regularem admittantur, vel ut elapſo anno
10 ad formam d. c. *16.* e monaſteriis ejiciantur. Alter ſtatus eſt donatorum, ſeu oblatorum, de quibus, ut inquit Abb. *hic n. 2.* ſunt aliqui, qui ſe ipſos, & ſua donant Eccleſiæ abſque eo, quod fiant Monachi, & dicuntur oblati, & ut inquit Bero. in c. *In præſentia, n. 48. de probat.* Ex quo transferunt ſe ad Religionem non per modum profeſſionis, ſed ſimplicis converſionis, non ſunt Monachi, ſed oblati, de quibus etiam plene Socin. *in tract. de oblation.* & plene ſcripſi in c. *Ut privilegia, infra de privileg.*

11 Sextò præmittendum etiam ſtatt ento communi uſu loquendi, Novitii propriè dicantur ii, de quib. in 5. ſuppoſ. in princip. actum fuit, aliquando tamē licet rarò, & minus propriè, accipiuntur etiam pro iis, qui in Religione non ſunt adhuc admodū circa Regulares obſervātias inſtructi, Clē. 1. §. *Sacra.* ubi gloſ. *in ver. Novitii, de ſtatu. Monach.* vel quibus ex quo intrarunt in Monaſterium, annus adhuc lapſus non eſt, arg. l. *Interdum §. Qui tres, ff. de publ. in.* quod præmittendum fuit ad faciliorem explicationem quæſtionis, quæ in genere de Novitio proponitur, nulla facta diſtinctione, an intelligatur de Novitio, qui recipitur in Monaſterium, ut fiat mediante profeſſione Monachus, cujus appellatione comprehenduntur etiam cōverſi, qui profeſſionem ſolemnem trium votorū, & ipſi poſt probationē emittere ſolēt, ſolumque differant a Monachis ratione Ordinum ſacrorum, ex Card. in Clem. 1. *in fin. de Decim.* juncto etiam eo quod dicitur in Clem. 1. *In princ. de exceſſibus Prælat.* Nam, ut inquit Bero, d. cap. *In præſentia, num. 58.* poſt. Imol. in cap. *Quia ingredientibus, de teſtam.* Converſum facit non habitus geſtatio, ſed profeſſionis emiſſio. An vero intelligatur de

illis, qui ſimpliciter nulla emiſſa profeſſione fiunt donati, ſeu oblati, vel etiam converſi illius
13 ſpeciei ac profeſſionem non emittunt, de quibus etiam loquitur Specul. *in tit. de regul.* quæ tria nomina in idem quoad rem, coincidunt, & pro eodem recipi ſolent, quia ſecundũ diverſitatẽ religionũ in aliquibus vocantur oblati, in aliquibus donati, & aliquibus converſi ſine profeſſione.

14 Septimò præmittendum Concilium Tridentinum *d. c. 16.* loqui ſolummodo de novitiis primo, & proprio modo, non autem ſecundo modo ſumptis, qui in monaſterio non ut ibidem profeſſionem regularem emittant, ſed ad alium recipiuntur ſtatum, puta, ut ſint Donati, vel Oblati, ad quos ut dixi reducuntur Cõverſi non profeſſi. Et cũ ex hoc dependeat quæſtionis propoſitæ reſolutio, probandum omnino venit. Probatur autem, quia
15 prædictis Donatis, ſeu Oblatis verba concilii non congruunt, primò ponderando dictionem *quoque* poſitam in d. c. 16. quæ cum ſit continuativa, denotat ſecundum Card. in Clem. *1. §. 1. q. 1. de regul.* Concilium loqui in hoc c. continuativè, & conformiter de eadem materia, de qua egit in prædicto capite, quod incipit, *In quacumque.* Sed Concilium in prædicto capite diſponit quomodo, & quãdo Novitii admitti poſſint, vel non ad profeſſionem, & per quantum tempus ſtare debeant in probatione. Hujuſmodi autem verba profeſſionis & probationis prædictis Donatis, & Oblatis nequaquam conveniunt, cum nec ad profeſſionem admittantur, nec ullo jure ſit cautum, ut in probatione ſtent per aliquod tempus. Ergo nec ſequens capitulum, quod continuat eandem materiam illos comprehendit. c. *Si pater, ad fin. de teſtam. lib. 6. c. Majores, de Bapt.* gloſ. *magna in fin. in* Clem. 1. *de ſent. excommunicationis.* Pondero præterea verbum illud, *antea facta*, quod, ne ſenſus ſit imperfectus, non poteſt regi, niſi ab illa perſona, de qua ſupra habitus fuit ſermo. Et quia ſupra actum fuit ſolum de illo Novitio, qui poſt annũ, & non prius debet admitti ad profeſſionẽ: ſequitur, ut & verba d. c. 16 alium non poſſint habere ſenſum, quã hunc, videlicet nulla renunciatio, aut obligatio à dicto novitio facta ante annum probationis exactum valeat. Quæ verba cum nullo modo prædictis Oblatis convenire poſſint, utique nec diſpoſitio, c. *Tua, de ſponſ. l. 4. §. Toties*, & ibi Bart. *ff. de damn. infect.* Gemin. *conſ. 6. n. 2.* Lex enim non imprimit effectum ſuum, niſi in illas perſonas quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. ait in *conſ. 88. ſub n. 4. verſ. cum ergo conveniant.* Idem colligitur ex pluribus aliis ſimilibus verbis, quæ in d. c. 16. ponuntur, quæ ſolis Novitiis primo modo propriè ſumptis convenire poſſunt: ergo de iis ſolum Concilium loqui deprehenditur. Unde non eſt aliquo modo extendendum ad alias perſonas, ut minus corrigat jus commune.

His præmiſſis quæſtioni propoſitæ decidendæ ſub hac diſtinctione reſpondendum: nam aut quæritur de Novitiis ſecundo modo ſumptis & quoad ipſos dicendum eſt jus antiquum nequaquam correctum fuiſſe; ideoque licere illis ut prius donare, neque attendendum eſſe lapſum alicujus temporis probationis, quæ ante profeſſionem fieri ſolet, cum ipſi nec profeſſionem faciant, nec de jure ſtare teneantur in aliqua probatione. Aut quæritur de Novitiis primo modo ſumptis, & tunc iterum
16 diſtinguendum videtur. Nam aut quæritur quid juris quoad illos Novitios, qui in principio recepti ſunt in monaſterium ea principali intentione quæ in omnibus actibus attendenda eſt, l. *Si quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.* Felin. in c. *Non dubium, n. 2. de ſent. excomm.* ut poſt debitam, & annalem probationem ad profeſſionem admittantur, vel è monaſterio ejiciantur, & poſtea ante lapſum anni dicta intentione mutata, derelicto ſtatu ſeu gradu profeſſorũ prius intento, volunt mediante dicta donatione, & oblatione ſui, & ſuorum ad ſtatum Oblatorum, ſeu Donatorum recipi: & donatio videtur valere, nam in hoc caſu, ut in ſimilibus dicitur in l. *Singularia ff. ſi cert. pet.* perinde eſt, ac ſi ante completum probationis annum, ut poterat de jure, c. *Conſulta, de regul.* ad ſæculum eſſent reverſi, & poſtea religionem ad ſtatum Oblatorũ ſeu Donatorũ intraſſent, quæ actio cum à prima ſit re ipſa ſeparata, & diſtincta, debet uti à prima ſeparata conſiderari, & judicari. Unde ſequitur, ut nec ſit comprehenſa in diſpoſitione d. c. 16. ut ſupra dictum eſt de illis Oblatis, qui uſque à principio Religionem in ſtatu Oblatorum non profitentium ſunt ingreſſi. Aut quæritur de illo Novitio, qui à principio fuit receptus hac principali intentione, ut poſt debitam probationem ad profeſſionem regularem admitteretur, vel è monaſterio ejiceretur, & poſtea non recedendo à prædicta intentione, & actione vult retento prædicto Novitiorum ſtatu ſeipſum, & bona ſua monaſterio donare. Et ad hoc dicendum eſt primò quæſtionẽ implicare repugnantiam, ut eadem perſona ſimul, ac ſemel eodẽ tempore velit retinere in Religione ſtatum Novitiorum qui retractabilis eſt, & ſtatum perpetuò Donatorum, qui de ſe eſt irretractabilis. Quod tamen ſi fieret, probabilius eſſet hanc ſui, & ſuorum donationem non valere. Ex quo Concilium per verba negativa, quæ plus negant, & tollunt, quam ponat, & affirmet affirmativa gloſ. in c. *Cũ dilectus, in ver. à ſuſpenſis, de conſuet.* generaliter decernit nullam donationem à Novitio extra modos ab eodem Concilio præſcriptos validam eſſe. Ergo ſi nulla donatio eſt valida, ſicut non valet donatio per ſe abſolute facta, pariter nec valebit etiamſi fiat ſimul cum ſui ipſius perſonæ oblatione, ſeu donatione. Imò forte nec ſui oblatio teneret, quia & ipſa etiam dicitur oblatio, quæ à Concilio prohibita eſt, eo quod non potius hanc quam illam, ſed omnes omnino irritet obligationes à novitio factas, ut in ſimili dicit gloſ. in c. *Statutum, §. Inſuper, in ver. Nullam de reſcript. lib. 6.* Negativa enim univerſalis negat omnia poſſibilia, Rom. *conſ. 199. Præſens, n. 2. verſ. Secundò quia*, etſi in uno etiã minimo ſit falſa, in omnibus redditur falſa, quia nullam patitur reſtrictionem, l. *Si is qui ducenta, §. Utrum, ff. de reb. dub.* Cravett. *conſ. 800. Plura exutienda, n. 4.* Imo omnia includit, quæ ſub latiſſima ſignificatione vocabuli cõtinentur, Decian. *conſ. 12. n. 12. l. 1.* Poſſet autem quæſtio procedere in eo, qui durante probationis, ſeu Novitiatus anno à dicto ſtatu Novitiorum nõ recedendo ſua irrevocabiliter, ſe autem revocabiliter offerret. Et in hoc caſu idem, & multò magis videtur concludendum, videlicet non valere hanc donationẽ per rationem prædictam. Præſertim quia per hujuſmodi irrevocabilem bonorũ oblationem adimitur Novitio libertas ad ſæculum redeundi, quæ fuit ratio prohibitionis à Concilio



ſilio conſiderata in d. c. 16. ibi, Ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam, vel majorem ſubſtantiæ ſuæ partem monaſterium poſſideat. An autem quando quis obtulit ſe, & ſua, revocata ſeu annullata ſui oblatione, revocetur etiam donatio rerum, tractatur in c. *Quod à te, de cler. conjug.* ſuper quo non eſt immorandum, quia nec quæſtio propoſita hoc exigit. Itaque omnibus in compẽdium redactis donatio facta ab eo, qui ingreditur monaſterium in ſtatu Oblatorum, ſeu donatorũ, ſeu etiam Converſorum, illorum inquam qui non faciunt profeſſionem regularem, valida eſt, etiamſi primo die, vel primo menſe ſui ingreſſus donet ſe, & ſua monaſterio.

17 Donatio autem, quæ fit ab eo, qui ut Novitius ingreſſus eſt monaſterium; & receptus ad ſtatum Novitiorum adhoc, ut completo probationis tẽpore ad Monachalẽ recipiatur profeſſionem, vel ad ſæculum revertatur; niſi prius expreſſè, vel tacitè dicto ſtatui renunciet, quod tamen facere videtur, dum poſtea donat ſe & ſua irrevocabiliter monaſterio, non valet donatio, quia eſt facta à Novitio ante tempus à Concilio ſtatutum. Idem & multò magis ſi donaret ſua irrevocabiliter, ſed ſe ipſum revocabiliter. At ſi is qui intravit, & fuit admiſſus ad ſtatum Novitiorum, mutet propoſitum, & velit à dicto ſtatu recedere, & recipi ad ſtatum oblatorum; ejus donatio ab ipſo quandocumque facta valebit, quia non eſt facta ab eo Novitio, de quo loquitur Concilium.

Ad propoſitum dubium ſatis eſſet reſpondere hujuſmodi donationes, quæ fiunt ab iis, qui ut Novitii ingrediuntur animo profitendi legitimo tempore, comprehendi c. 16. *ſeſſ. 25. de regul.* oblatos vero, qui ſe, & bona ſua monaſterio dederunt, etiamſi perpetuò, & plenè oblati fuerint, *d. c. 15. & 16.* non comprehendi, & ita S. Congregatio reſpondit.

# DE SEPVLTVRIS.

## *Cap. Fraternitatem.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Sepultura electio in loco minus religioſo an, & quando valeat, & nn ſeq.*
2 *Sepultura relicto ſepulchro majorum ſuorũ eligi non poteſt in eccleſia, quæ de jure, vel ex privilegio cœmeterium non habet.*
3 *Eccleſiæ regulariter de jure communi non habent cœmeterium.*
4 *Eccleſiæ habentes populum, habent jus funerandi, dummodo cœmeterium fuerit eis ab Epiſcopo deputatum, & n. 6.*
5 *Monaſteria Regularium de jure communi habent cœmeterium etiamſi populum non habeant, & refellitur contraria opinio Abbatis.*
7 *Sepulturæ privilegium poteſt Epiſcopus concedere ex juſta cauſa, & de capituli conſenſu, dimiſſa tamen Parochiali eccleſiæ canonica portione.*
8 *Sepultura cur potius ſit eligenda in locis magis religioſis.*
9 *Mortui an magis participent de ſuffragiis factis in eccleſia, in qua ſepulti ſunt, quam de factis alibi, & n. 16.*
10 *Sepultus apud Martyrem orationi Martyris commendatur.*
11 *Parentum appellatione aliquando veniunt attinentes, & non aſcendentes.*
12 *Sepulturam non eligentes, aut minus rationabiliter ſepeliendi ſunt in ſepulchro majorum ſuorum.*
13 *Miſſa unius celebratione an omnibus ſatisfaciat Sacerdos, qui pro pluribus Miſſis plura ſtipendia accepit, & nn ſeqq. uſque in finem.*
14 *Miſſæ ſacrificium pro pluribus oblatum an tantum proſit ſingulis, quantum ſi pro quolibet ipſorum ſingulariter offeratur, latiſſime diſcutitur uſque ad n. 79.*
15 *Canoniſtæ, & Theologi referuntur pro prima opinione affirmativa, & n. 38.*
*Oratio ſpecialis an magis proſit, quam generalis, ibidem, & nn. ſeqq. & n. 56.*
16 *Suffragium an majorem conferat honorem animæ illius pro qua fit, & in qua ejuſmodi honor conſiſtat.*
17 *In Purgatorio exiſtentes non orant pro aliis.*
19 *Miſſam pro pluribus dictam non minus prodeſſe ſingulis, quam ſi dicatur pro uno, quibus argumentis probetur, & nn. ſeqq. uſque ad n. 25.*
20 *Miſſa una ex parte ſui eſt valoris infiniti, & ſufficiens ad ſatisfaciendum pro omni pœna, & nn. 47. & 74.*
21 *Infinitorum nullum virtutem habet finitam.*
22 *Lumen ſpirituale eſt magis communicabile, quam lumen corporale, & n. 76.*
23 *Miſſa æque prodeſt iis, qui cogitantur in* Memento, *ſi circumſtantes ſint plures, ac ſi pauciores, & n. 77. & 78.*
24 *Jejunandi cauſa plures ſi concurrant eadem die, unico jejunio poteſt omnibus ſatisfieri, & n. 79.*
25 *Miſſa uni debita poteſt pluribus applicari ſi ſacerdos multiplicet tot gradus devotionis, quot ſunt ii pro quibus celebrat, & Cajetani ſententia.*
*Contrarium, n. 28. & ſeqq. uſq. ad n. 36.*
26 *Miſſæ applicatio perficitur ex intentione, & devotione ſacrificantis.*
*Contrarium, n. 28. & ſeqq.*
27 *In ſacrificio non perpendit Deus quantum, ſed ex quanto offeratur.*
*Declaratur, n. 33. & 35.*
28 *Miſſæ ſacrificium efficaciam habet ex opere operato, nec ulla offerentis malitia inquinari poteſt.*
29 *Miſſæ ſacrificium ex opere operato tantundem valet ei, cui applicatur ſi fiat à bono, ac ſi à malo Sacerdote.*
30 *Miſſæ ſacrificio placatus Deus peccata dimittit ingentia.*
31 *Sacrificii, & Sacramenti effectus in pluribus Miſſis multiplicatur.*
32 *Miſſæ ſacrificium fit ſatisfactorium offerentibus, & iis pro quibus offertur ſecundum quantitatem ſuæ devotionis.*
33 *Declaratur, & nn. ſeq.*
34 *Miſſæ ſacrificium effectum non habet niſi in illis qui conjunguntur huic Sacramento per fidem, & charitatem.*
35 *Miſſa melioris Sacerdotis ex opere operantis eſt magis fructuoſa, & n. 68.*
*Intellectus, c.* Ipſi Sacerdotes, 1. q. 1. *ibidem.*
36 *Miſſa an magis proſit iis, qui ſunt magis digni, quam ei, cui applicatur, & nn. ſeqq.*
37 *Orationes aliquas cur Eccleſia pro aliquibus inſtituerit, & n. 56.*

Suf-

illis, qui ſimpliciter nulla emiſſa profeſſione fiunt donati, ſeu oblati, vel etiam converſi illius
13 ſpeciei ac profeſſionem non emittunt, de quibus etiam loquitur Specul. *in tit. de regul.* quæ tria nomina in idem quoad rem, coincidunt, & pro eodem recipi ſolent, quia ſecundū diverſitatē religionū in aliquibus vocantur oblati, in aliquibus donati, & aliquibus converſi ſine profeſſione.
14 Septimò præmittendum Concilium Tridentinum *d. c. 16.* loqui ſolummodo de novitiis primo, & proprio modo, non autem ſecundo modo ſumptis, qui in monaſterio non ut ibidem profeſſionem regularem emittant, ſed ad alium recipiuntur ſtatum, puta, ut ſint Donati, vel Oblati, ad quos ut dixi reducūtur Cōverſi non profeſſi. Et cū ex hoc dependeat quæſtionis propoſitæ reſolutio, probandum omnino venit. Probatur autem, quia
15 prædictis Donatis, ſeu Oblatis verba concilii non congruunt, primò ponderando dictionem *quoque* poſitam in d. c. 16. quæ cum ſit continuativa, denotat ſecundum Card. in Clem. 1. §. 1. q. 1. *de regul.* Concilium loqui in hoc c. continuativè, & conformiter de eadem materia, de qua egit in prædicto capite, quod incipit, *In quacumque.* Sed Concilium in prædicto capite diſponit quomodo, & quādo Novitii admitti poſſint, vel non ad profeſſionem, & per quantum temporis ſtare debeant in probatione. Hujuſmodi autem verba profeſſionis & probationis prædictis Donatis, & Oblatis nequaquam conveniunt, cum nec ad profeſſionem admittantur, nec ullo jure ſit cautum, ut in probatione ſtent per aliquod tempus. Ergo nec ſequens capitulum, quod continuat eandem materiam illos comprehendit, c. *Si pater, ad fin. de teſtam. lib. 6.* c. *Majores, de Bapt.* gloſ. *magna in fin. in* Clem. 1. *de ſent. excommunicationis.* Pondero præterea verbum illud, *antea facta*, quod, ne ſenſus ſit imperfectus, non poteſt regi, niſi ab illa perſona, de qua ſupra habitus ſuit ſermo. Et quia ſupra actum fuit ſolum de illo Novitio, qui poſt annū, & non prius debet admitti ad profeſſionē: ſequitur, ut & verba d. c. 16 alium non poſſint habere ſenſum, quā hunc, videlicet nulla renunciatio, aut obligatio à dicto novitio facta ante annum probationis exactum valeat. Quæ verba cum nullo modo prædictis Oblatis convenire poſſint, utique nec diſpoſitio, c. *Tua, de ſponſ.* l. 4. §. *Toties*, & ibi Bart. *ff. de damn. infect.* Gemin. *conſ. 6 ſub n. 2.* Lex enim non imprimit effectum ſuum, niſi in illas perſonas quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut idem Gemin. ait in *conſ. 88. ſub. n. 4. verſ. cum ergo contrariant.* Idem colligitur ex pluribus aliis ſimilibus verbis, quæ in d. c. 16. ponuntur, quæ ſolis Novitiis primo modo propriè ſumptis convenire poſſunt; ergo de iis ſolum Concilium loqui deprehenditur. Unde non eſt aliquo modo extendendum ad alias perſonas, ut minus corrigat jus commune.

His præmiſſis quæſtioni propoſitæ decidītur ſub hac diſtinctione reſpondendum: nam aut quæritur de Novitiis ſecundo modo ſumptis & quoad ipſos dicēdum eſt jus antiquum nequaquam correctum fuiſſe; ideoque licere illis ut prius donare, neque attendendum eſſe lapſum alicujus temporis probationis, quæ ante profeſſionem fieri ſolet, cum ipſi nec profeſſionem faciant, nec de jure ſtare teneantur in aliqua probatione. Aut quæritur de Novitiis primo modo ſumptis, & tunc iterum
16 diſtinguendum videtur. Nam aut quæritur quid juris quoad illos Novitios, qui in principio recepti ſunt in monaſterium ea principali intentione quæ in omnibus actibus attendenda eſt, l. *Si quis nec cauſam. ff. Si cert. pet.* Felin. in c. *Non dubium, n. 2. de ſent. excomm.* ut poſt debitam, & annalem probationem ad profeſſionem admittantur, vel e monaſterio ejiciantur, & poſtea ante lapſum anni dicta intentione mutata, derelicto ſtatu, ſeu gradu profeſſorū prius intento, volunt mediante dicta donatione, & oblatione ſui, & ſuorum ad ſtatum Oblatorum, ſeu Donatorum recipi: & donatio videtur valere, nam in hoc caſu, ut in ſimilibus dicitur in l. *Singularia. ff. Si cert. pet.* perinde eſt, ac ſi ante completum probationis annum, ut poterat de jure, c. *Conſulti, de regul.* ad ſæculum eſſent reverſi, & poſtea religionem ad ſtatum Oblatorū ſeu Donatorū intraſſent, quæ actio cum à prima ſit ex ipſa ſeparata, & diſtincta, debet uti à prima ſeparata conſiderari, & judicari. Unde ſequitur, ut nec ſit comprehenſa in diſpoſitione d. c. 16. ut ſupra dictum eſt de illis Oblatis, qui uſque à principio Religionem in ſtatu Oblatorum non profitentium ſunt ingreſſi. Aut quæritur de illo Novitio, qui à principio fuit receptus hac principali intentione, ut poſt debitam probationem ad profeſſionem regularem admitteretur, vel e monaſterio ejiceretur, & poſtea non recedendo à prædicta intentione, & actione vult retento prædicto Novitiorum ſtatu ſeipſum, & bona ſua monaſterio donare. Et ad hoc dicendum eſt primò quæſtionē implicare repugnantiam, ut eadem perſona ſimul, ac ſemel eodē tempore velit retinere in Religione ſtatum Novitiorum qui retractabilis eſt, & ſtatum perpetuò Donatorum, qui de ſe eſt irretractabilis. Quod tamen ſi fieret, probabilius eſſet hanc ſui, & ſuorum donationem non valere. Ex quo Concilium per verba negativa, quæ plus negant, & tollunt, quam ponat, & aſſumet affirmativa gloſ. in c. *Cū dilectus, in ver. à ſuſpenſis, de conſuet.* generaliter decernit nullam donationem à Novitio extra modos ab eodem Concilio præſcriptos validam eſſe. Ergo ſi nulla donatio eſt valida, ſicut non valet donatio per ſe abſolute facta, pariter nec valebit etiamſi fiat ſimul cum ſui ipſius perſonæ oblatione, ſeu donatione. Imò forte nec ſui oblatio teneret, quia & ipſa etiam dicitur oblatio, quæ à Concilio prohibita eſt, eo quod non potius hanc quam illam, ſed omnes omnino irritet obligationes à novitio factas, ut in ſimili dicit gloſ., in c. *Statutum, §. Inſuper, in ver. Nullam de reſcript. lib. 6.* Negativa enim univerſalis negat omnia poſſibilia, Rom. *conſ. 199. Præſens, n. 2. verſ. Secundò quia*, eſt in uno etiā minimo ſit falſa, in omnibus redditur falſa, quia nullam patitur reſtrictionem, l. *Si is qui ducenta, §. Utrum, ff. de reb. dub.* Cravett. *conſ. 800. Plura excutienda, n. 4.* Imo omnia includit, quæ ſub latiſſima ſignificatione vocabuli cōtinentur, Decian. *conſ. 12. n. 12. l. 1.* Poſſet autem quæſtio procedere in eo, qui durante probationis, ſeu Novitiatus anno à dicto ſtatu Novitiorum nō recedendo ſua irrevocabiliter, ſe autem revocabiliter offerret. Et in hoc caſu idem, & multò magis videtur concludendum, videlicet non valere hanc donationē per rationem prædictam. Præſertim quia per hujuſmodi irrevocabilem bonorū oblationem adimitur Novitio libertas ad ſæculum redeundi, quæ fuit ratio prohibitionis à Concilio



cilio conſiderata in d. c. 16. ibi, Ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam, vel majorem ſubſtantiæ ſuæ partem monaſterium poſſideat. An autem quando quis obtulit ſe, & ſua, revocata ſeu annullata ſui oblatione, revocetur etiam donatio rerum, tractatur in c. *Quod à te, de cler. conjug.* ſuper quo non eſt immorandum, quia nec quæſtio propoſita hoc exigit. Itaque omnibus in compēdium redactis donatio facta ab eo, qui ingreditur monaſterium in ſtatu Oblatorum, ſeu donatorū, ſeu etiam Converſorum, illorum inquam qui non faciunt profeſſionem regularem, valida eſt, etiamſi primo *die*, vel primo menſe ſui ingreſſus donet ſe, & ſua monaſterio.
17 Donatio autem, quæ fit ab eo, qui ut Novitius ingreſſus eſt monaſterium; & receptus ad ſtatum Novitiorum adhoc, ut completo probationis tēpore ad Monachalē recipiatur profeſſionem, vel ad ſæculum revertatur; niſi prius expreſſè, vel tacitè dicto ſtatui renuntiet, quod tamen facere videtur, dum poſtea donat ſe & ſua irrevocabiliter monaſterio, non valet donatio, quia eſt facta à Novitio ante tempus à Concilio ſtatutum. Idem & multò magis ſi donaret ſua irrevocabiliter, ſed ſe ipſum revocabiliter. At ſi is qui intravit, & fuit admiſſus ad ſtatum Novitiorum, mutet propoſitum, & velit à dicto ſtatu recedere, & recipi ad ſtatum oblatorum; ejus donatio ab ipſo quandocumque facta valebit, quia non eſt facta ab eo Novitio, de quo loquitur Concilium.

Ad propoſitum dubium ſatis eſſet reſpondere hujuſmodi donationes, quæ fiunt ab iis, qui ut Novitii ingrediuntur animo profitendi legitimo tempore, comprehendi c. *16. ſeſſ. 25. de regul.* oblatos vero, qui ſe, & bona ſua monaſterio dederunt, etiamſi perpetuò, & plenè oblati fuerint, *d. c. 15. & 16.* non comprehendi, & ita S. Congregatio reſpondit.

# DE SEPVLTVRIS.

## *Cap. Fraternitatem.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Sepultura electio in loco minus religioſo an, & quando valeat, & nn. ſeq.*

2 *Sepultura relicto ſepulchro majorum ſuorū eligi non poteſt in eccleſia, quæ de jure, vel ex privilegio cœmeterium non habet.*

3 *Eccleſiæ regulariter de jure communi non habent cœmeterium.*

4 *Eccleſiæ habentes populum, habent jus funerandi, dummodo cœmeterium fuerit eis ab Epiſcopo deputatum, & n. 6.*

5 *Monaſteria Regularium de jure communi habent cœmeterium etiamſi populum non habeant, & refellitur contraria opinio Abbatis.*

7 *Sepulturæ privilegium poteſt Epiſcopus concedere ex juſta cauſa, & de capituli conſenſu, dimiſſa tamen Parochiali eccleſiæ canonica portione.*

8 *Sepultura cur potius ſit eligenda in locis magis religioſis.*

9 *Mortui an magis participent de ſuffragiis factis in eccleſia, in qua ſepulti ſunt, quam de factis alibi, & n. 16.*

10 *Sepultus apud Martyrem orationi Martyris commendatur.*

11 *Parentum appellatione aliquando veniunt attinentes, & non aſcendentes.*

12 *Sepulturam non eligentes, aut minus rationabiliter ſepeliendi ſunt in ſepulchro majorum ſuorum.*

13 *Miſſa unius celebratione an omnibus ſatisfaciat Sacerdos, qui pro pluribus Miſſis plura ſtipendia accepit, & nn. ſeqq. uſque in finem.*

14 *Miſſæ ſacrificium pro pluribus oblatum an tantum proſit ſingulis, quantum ſi pro quolibet ipſorum ſingulariter offeratur, latiſſime diſcutitur uſque ad n. 79.*

15 *Canoniſtæ, & Theologi referuntur pro prima opinione affirmativa, & n. 38.*

*Oratio ſpecialis an magis proſit, quam generalis, ibidem, & nn. ſeqq. & n. 56.*

16 *Suffragium an majorem conferat honorem animæ illius pro qua fit, & in qua ejuſmodi honor retiſtat.*

17 *In Purgatorio exiſtentes non orant pro aliis.*

19 *Miſſam pro pluribus dictam non minus prodeſſe ſingulis, quam ſi dicatur pro uno, quibus argumentis probetur, & nn. ſeqq. uſque ad n. 25.*

20 *Miſſa una ex parte ſui eſt valoris infiniti, & ſufficiens ad ſatisfaciendum pro omni pœna, & nn. 47. & 74.*

21 *Infinitorum nullum virtutem habet finitam.*

22 *Lumen ſpirituale eſt magis communicabile, quam lumen corporale, & n. 76.*

23 *Miſſa æque prodeſt iis, qui cogitantur in* Memento, *ſi circumſtantes ſint plures, ac ſi pauciores, & n. 77. & 78.*

24 *Jejunando à cauſa plures ſi concurrant eadem die, unico jejunio poteſt omnibus ſatisfieri, & n. 79.*

25 *Miſſa uni debita poteſt pluribus applicari ſi ſacerdos multiplicet tot gradus devotionis, quot ſunt ii pro quibus celebrat, & Cajetani ſententia.*

*Contrarium, n. 28. & ſeqq. uſq. ad n. 36.*

26 *Miſſæ applicatio perficitur ex intentione, & devotione ſacrificantis.*

*Contrarium, n. 28. & ſeqq.*

27 *In ſacrificio non perpendit Deus quantum, ſed ex quanto offeratur.*

*Declaratur, n. 33. & 35.*

28 *Miſſæ ſacrificium efficaciam habet ex opere operato, nec ulla offerentis malitia inquinari poteſt.*

29 *Miſſæ ſacrificium ex opere operato tantundem valet ei, cui applicatur ſi fiat à bono, ac ſi à malo Sacerdote.*

30 *Miſſæ ſacrificio placatus Deus peccata dimittit ingentia.*

31 *Sacrificii, & Sacramenti effectus in pluribus Miſſis multiplicatur.*

32 *Miſſæ ſacrificium fit ſatisfactorium offerentibus, & iis pro quibus offertur ſecundum quantitatem ſuæ devotionis.*

33 *Declaratur, & nn. ſeq.*

34 *Miſſæ ſacrificium effectum non habet niſi in illis qui conjunguntur huic Sacramento per fidem, & charitatem.*

35 *Miſſa melioris Sacerdotis ex opere operantis eſt magis fructuoſa, & n. 68.*

*Intellectus, c.* Ipſi Sacerdotes, *1. q. 1. ibidem.*

36 *Miſſa an magis proſit iis, qui ſunt magis digni, quam ei, cui applicatur, & nn. ſeqq.*

37 *Orationes aliquas cur Eccleſia pro aliquibus inſtituerit, & n. 56.*

Suf-

38 *Suffragia ſi conſiderentur ex virtute charitatum magis proſunt eiſque majores ſunt charitatis, quam illis pro quibus ſiunt, & n. 71.*

39 *Miſſa an tantundem valeat ſingulis atque omnibus, ſive Sacerdos moveatur ab uno ad celebrandum, ſive à multis.*

40 *Miſſa pro pluribus dicta licet non tantundem valeat ſingulis, quantum ſi pro quolibet diceretur quoad ſatisfactionem, tamen ſecus eſt quoad impetrationem.*

41 *Contrarium, & n. ſeq.*

42 *Miſſa ex tempore habet efficaciam finitam, tam reſpectu impetrationis, quam ſatisfactionis.*

43 *Miſſæ ſacrificium tam reſpectu remiſſionis pœnarum, quam aliorum effectuum non operatur per modum efficientis, ut Sacramenta, ſed per modum impetrantis.*

44 *Canoniſtæ, & Theologi referuntur pro ultima opinione negativa.*

45 *Baſilienſis Concilii diſceptatio de valore Miſſæ, & deputatio Epiſcopi Brix. en. ad allegandum.*

46 *S. Thomæ ſententia circa valorem Miſſæ expenditur, & n. 52. & ſeqq.*

47 *Miſſam ſpecialem magis prodeſſe, quam generalem, quibus rationibus oſtendatur, & num. ſeq. uſque ad n. 67.*

*Miſſæ valor licet intenſivè, & quantum ad ſufficientiam ſit infinitum, tamen extenſivè, & quantum ad efficientiam finitus eſt, ibidem, & num. ſeq. uſque ad n. 67. & n. 74.*

48 *Sacrificium Crucis cruentum quamvis infinitæ ſit virtutis, tamen non producit niſi effectus finitos.*

49 *Finitum in plures diviſum minus habetur à ſingulis, & n. ſeq. 53. & 91.*

50 *Suffragia valent per modum ſolutionis debiti.*

51 *Juſtitia humana exemplatur à juſtitia divina.*

52 *S. Thomæ doctrina ab eccleſia eſt approbata tamquam veridica, & Catholica.*

54 *Eccleſia eſt fideliſſima interpres inſtitutionis Chriſti.*

*Miſſæ plures ad unam, & eamdem rem obtinendam rationabiliter ab eccleſia ſunt inſtitutæ, ibid.*

55 *Fruſtra fieri dicitur cum non perficitur id cujus gratia fit.*

56 *Miſſæ peculiares ab eccleſia utiliter inſtitutæ.*

57 *Specialis declaratio validius operatur, quam quod in genere prædicatur.*

58 *A Purgatorii pœnis per plura ſuffragia quis citius liberatur.*

59 *In miſſæ ſacrificio triplex reperitur offerens, videlicet Chriſtus, Eccleſia, miniſter.*

60 *Miſſæ privatæ cenſentur communes, quia celebrantur à publico Eccleſiæ miniſtro.*

61 *Miniſterii opus eſt magis principalis agentis.*

62 *Sacerdos in conſecratione, quæ eſt eſſentialis oblatio, non Eccleſiæ, ſed Chriſti perſonam agit.*

63 *Miſſæ meritum ex Scoto in tres partes dividitur, & tertiam tantum poteſt diſpenſare Sacerdos, & n. 94.*

64 *Miſſa una liberari omnes animas à Purgatorio eſt hæreticum.*

65 *Sacerdos qui tot Miſſas non celebrat, quot ſtipendia accipit, tenetur ad reſtitutionem ex decretis Sacræ Congregationis Concilii de celebratione Miſſarum.*

66 *Privilegia quibus indulgetur, ut unius Miſſæ, vel Anniverſarii celebratione ſatisfiat pluribus oneribus Miſſarum in futurum ſuſcipiendis, ſunt abrogata.*

67 *Intellectus c. Non mediocriter, de conſecrat. diſt. 5. & n. ſeq. uſque n. 74.*

*Miſſa pro pluribus celebrata æqualiter prodeſt ſingulis, niſi intuitu unius celebretur, ibid.*

68 *Miſſa ex virtute meriti, & operis operantis tanto eſt fructuoſior, quanto pro pluribus celebratur, & n. 73.*

69 *Miſſa non minus prodeſt ipſi celebranti ſi dicatur pro pluribus, quam ſi pro uno.*

70 *Pſalmorum aliquot dicantatio cum alacritate magis prodeſt, quam totius pſalterii modulatio cum anxietate cordis.*

71 *Charitas non minuitur ſi affectus ejus dividatur in multos, imo magis augetur.*

72 *In purgatorio de uno bene facto non minus levantur multi, quam unus.*

73 *Suffragia prout ſunt ſatisfactiones quædam per intentionem facientis translatæ in mortuos magis valent ei, pro quo ſingulariter ſiunt, quam quæ pro eo communiter ſiunt.*

74 *Sacrificii virtus non adæquatur valori ejus, qui continetur in ſacrificio, ſed correſpondet alicui merito in eccleſia.*

75 *Suffragia ut ſunt ſatisfactiones non proſunt per modum actionis.*

76 *Suffragia quomodo dicantur prodeſſe per modum luminis.*

77 *Miſſæ valor triplex, & ex applicatione unius non fit diminutio alterius, & n. 94.*

78 *Miſſæ fructus ex opere operato taxatus eſt unicuique ex circumſtantibus pro modo fidei, & devotionis cujuſque.*

79 *Obligatus ex pluribus cauſis ad idem numero ſemel ſolvendo liberatur, ſecus ſi ad idem in ſpecie.*

80 *Sacerdos an pro unica Miſſa poſſit plura ſtipendia incongrua accipere, & n. ſeqq. uſque ad n. 84.*

81 *Sacerdos, qui alicui promiſit gratis, & liberaliter Miſſam dicere, tenetur ſtare promiſſis, quantumcumque nudum ſit pactum.*

82 *Miſſæ tot celebrandæ, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ ab offerente præſcriptæ fuerint, alioquin quot præſcriptæ fuerint ab Ordinario.*

83 *Miſſæ ſacrificium non eſt inſtitutum ad Sacerdotum inopiam ſublevandam.*

84 *Conſuetudine Regionis an excuſetur Sacerdos obligatus ad applicationem ſacrificii, qui ab aliis quoque eleemoſynam recipit pro Miſſis peculiaribus, & unam Miſſam celebrat pro omnibus, & nn. ſeq. uſque ad n. 89.*

85 *Voluntas eorum, qui dant eleemoſynam pro Miſſis, recipit interpretationem à conſuetudine & n. 88. Declaratur procedere ſi conſuetudo ſit rationabilis.*

87 *Conſuetudo eccleſiæ ut ead. die non dicatur niſi una Miſſa pro mortuis, & unica Miſſa ſatisfiat pluribus Anniverſariis ead. die concurrentibus, an ſit obſervanda necne.*

88 *Sacerdos obligatus ad plures Miſſas excuſatur celebrando unam pro omnibus propter impoſſibilitatem celebrandi pro quolibet ſpecialiter, aut propter conſenſum expreſſum, vel tacitum eorum, qui eleemoſynam conferunt.*

89 *Beneficiati, vel Capellani quibus diebus tenentur Miſſam celebrare ratione beneficii, vel ſalarii, an poſſint ab aliis eleemoſynam accipere, & unica Miſſa omnibus ſatisfacere, & n. ſeqq.*



90 *Sacerdos, qui tenetur ad ſolam Miſſæ celebrationem cum commemoratione, vel Collecta, poteſt ſacrificium quibus voluerit applicare.*

91 *Expectativa ſuper beneficio ſpectante ad collationem unius non poteſt impleri in beneficio, cujus collatio ad eum ſimul cum alio pertinet.*

92 *Parochus an poſſit eleemoſynam accipere pro Miſſa celebranda in iis diebus, in quibus tenetur ex præcepto celebrare pro ſuis Parochianis, & n. ſeqq. uſque in fin.*

93 *Parochi an præcepto Divino teneantur diebus Feſtis Miſſæ ſacrificium ſuis Parochianis applicare.*

*Tridentini Concilii Decretum* cap. 1. ſeſſ. 23. *expenditur, ibidem, & n. ſeq.*

94 *Miſſæ ſacrificio ineſt triplex fructus.*

95 *Parochi ex Concilio provinciali Mediolanenſi prohibentur aliud Miſſarum onus ſuſcipere in illis diebus, in quibus tenentur pro populo Miſſas celebrare.*

96 *Sacerdoti non licet accipere unam eleemoſynam pro Miſſa celebranda, & aliam pro applicatione fructus ſpecialis ipſius celebrantis.*

97 *Sacerdos accipiens unum ſtipendium pro fructu ſatisfactorio, & aliud pro impetratorio non ſatisfacit unica Miſſa.*

1 FRATERNITATEM. Propter varietatem opinionum tripliciter legitur. Quidam enim ut Tancredus, Hugo, & Alanus, quibus hic adhæſit Bernardus in gloſſ. in ver. *Ad nova*, opinati ſunt ſepulturam eſſe neceſſariò eligendam in loco magis religioſo, arg. cap. *Relatum, ſupra eod.* & cap. *Ubicumq.* 13. q. 2. & eſt ſimile de tranſeunte ab una ad aliam Religionem, qui ad majorem, ſeu ſtrictiorem tranſire debet, c. *Sane*, & c. *Licet, infrà de Regular.* Et hanc opinionem dicunt eſſe de jure veriorem Hoſtien, *hic in fin.* & Cardin. *n. 4.* Pro qua eſt textus apertus hic non cavillando, aut ſupplendo litteram; & ſecundùm hanc lecturam hoc dicit: Si quis relicto ſepulchro majorum ſuorum ſibi eligat ſepulturam in loco minus religioſo, non valet electio. Quidam verò, ut Laurentius, Vincentius, & Joannes cenſuerunt liberum eſſe unicuique eligere ſibi ſepulturam etiam in loco minus religioſo: arg. cap. *In noſtra, infrà eod.* & ad hunc textum, & alia jura, quæ contrarium videntur innuere, reſpondent eſſe intelligenda cùm quis illectus, aut ex temeritate, vel ex contemptu ad locum minus religioſum tranſivit, vel Canonicam portionem Parochiali Eccleſiæ non reliquit, & in hac opinione videtur fuiſſe Gratianus in §. *Si aliud*, 13. q. 2. quam etiam approbat conſuetudo, ut teſtatur hic Hoſt. *in fin.* & ſecundùm hanc lecturā hoc intendit. Ubi quis ſepulchro majorum relicto eligit ſepulchrū in loco minus religioſo, inductus dolo, ſeu ex cōtemptu, ſeu non dimiſſa Eccleſiæ ſuæ Canonica portione expreſsè, vel tacitè, nulla eſt electio. Hæc ſecunda opinio eſt hodie canonizata, in c. 2. § *fin. infrà eod. lib. 6.* ubi expreſſum eſt in loco etiam minus religioſo poſſe eligi ſepulturā, antiqua dimiſſa; & ſic corrigitur hoc cap. juxta primum in-
2 tellectum. Alii denique ut Abb. Siculus *num. 4. in gloſſ. in ver. Ad nova*: putant huic textum ſalvari poſſe, ut non ſit correctus, ſi dicamus in loco minus religioſo, id eſt in Eccleſia non habente cœmeterium, non licere ſibi eligere ſepulturam, quia eſt contra inſtitutionem SS. Patrum, cùm corpora fidelium debeant requieſcere in cœmeteriis Eccleſiarum, cap. *Aurum*, 12. q. 2. & cap. 1. 13. q. 1. & juxta hanc lecturam hic poteſt ſummari. Non poteſt quis relicto majorum ſepulchro eligere ſibi ſepulturam in Eccleſia, quæ de jure, vel ex privilegio cœmeterium non habet. Dividitur in tres partes. Prima, ponit jus. Secunda narrat factum. Tertia concludit; ſecunda ibi, *Unde ſi*; tertia ibi, *Quocirca*.

3 Nota primò ibi, *ex antiquo eſſe diſpoſita*; nullam Eccleſiam habere cœmeterium niſi ex privilegio; & ita hanc regulam negativam conſtituit *hic* Innoc. *n. 1.*

4 Fallit primò in Eccleſiis habentibus populum, quæ proculdubio de jure communi habent jus ſepeliendi, quoniam jus funerandi eſt de jure Parochiali, quemadmodum & Sacramentorum adminiſtratio, ut probatur in Clem. *Dudum* §. *Verum, eod. tit.* & in cap. 1. 15. q. 1. & tenet Hoſt. in cap. 1. *ſupra eod.* Archid. & Jo. Andr. in cap. 1. *eod. tit. lib. 6.* & Abb. in cap. *Certificari, num. 7. ſupra eod.* quod intellige ſecundùm Joan. Andr. & Abb. dummodò hujuſmodi Eccleſiis ab Epiſcopo deputatum fuerit cœmeterium, de cujus latitudine dic, ut habetur in cap. *Sicut antiquitus*, 17. q. 4.

5 Fallit ſecundò, in Eccleſiis omnibus, ubi ſunt religioſæ perſonæ in Conventu, in quibus Miſſæ, & Divina Officia celebrantur, ut clarè probat hæc littera ibi, *mortuorum ſepultura, & cœmeteria apud illas Eccleſias, & monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quibus Religioſorum Fratrum Conventus*, &c. ponderando illa verba, *ex antiquo eſſe diſpoſita*, quæ magis videntur referenda ad jus commune, & ad diſpoſitionem, quæ fit per viam legis, quam per viam privilegii, ut in Auth. *de appellat. circa princ. juncta gloſſ. in ver. Antiquitatis*: & ita ex hoc textu colligit Butr. *in 1. notab.* qui tamen remittit ad notata in Rubr. infrà de Paroch. Verùm Abb. *hic in 1. not.* aſſirmat ſe numquam legiſſe aliquam Conſtitutionem in qua caveatur, ut monaſteria de jure habeant cœmeteria, niſi pro
6 ſuis, ut in cap. 1. 16. *quæſt.* 1. Et de jure communi cœmeterium habent illæ duntaxat Eccleſiæ, quæ habent populum, ut tenet gloſſ. in d. Clem. *Dudum*, §. *Hujuſmodi, in ver. Sepulturam*, Innoc. Hoſt. Archid. & Jo. Andr. *in locis ſupra citatis*; & videtur probari in c. 1. 13. q. 1. Unde Abbas circumſcripto privilegio intelligit hunc textum in monaſteriis habentibus populum, aliàs ſecus. Et huic opinioni valde ſuffragatur d. Clem. *Dudum*, ubi Mendicantes obtinuerunt jus ſepulturæ ex privilegio Apoſtolicæ Sedis. Ergo illis anteà non competebat de jure communi: nam fruſtra ex privilegio impetratur quod de jure communi competit, ut l. 1. C. *de theſaur. lib. 10.* l. 1. §. *Quod beneficium, ff. Ad municipalem, gloſſ. 1. in cap. 1. ſuprà de reſcript.* intellectus tamen Abbatis nimis reſtringit hanc litteram, quæ generaliter loquitur de monaſteriis, & fundat ſe in Divinorum frequentia, & contra Abbatem allego textum expreſſum in cap. *Ubicumque*, 13. q. 2. ubi Concilium Triburien ſtatuit, ut ſi fieri poſſit, primò quis ſepeliatur in Eccleſia Epiſcopali; deinde in Eccleſiis monaſteriorum, ubi religioſa degit congregatio. Tertiò, in plebibus, ſeu Capellis, ubi decimæ perſolvuntur: ad idem textus apertus in cap. *Agapitus*,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

16. q. 1. ubi Gregorius arguit Epiſcopum de Urbe veteri, quod inhumaniter prohiberet Miſſas celebrari, & mortuos ſepeliri in monaſterio S. Gregorii, juberetque ut de cætero hoc permittat, abſq; ulla contradictione; & quamvis Hugo, Laurent. & Joannes dicant illum textum loqui de monaſterio habente populum; tamen, ut inquit ibi Archid. circa medium, iſti Patres erraverunt in facto, quia monaſterium S. Gregorii non habet populum. Ad Clem. Dudum reſpondeo, privilegiū Mendicantium non fuiſſe inutile, quia jus antiquum erat dubium propter varietatem opinionum, ut c. Super ſpecula, infrà, Ne clerici, vel Monachi,

7 Fallit tertiò, in Eccleſiis, quæ jus habent ſepeliendi ex privilegio. Et quidem ſi de privilegio Papæ hoc intelligatur, planum eſt; ſed ſi de privilegio Epiſcopi, difficultatem ingerit textus in d. Clem. Dudum. §. Hujuſmodi, ubi videtur probari Apoſtolicam Sedem duntaxat poſſe hoc privilegium impertiri, cùm Clemens V. illud ibi conceſſerit Prædicatoribus, & Minoribus, & poſteà prorogaverit ad Fratres S. Auguſtini, & Carmelitas, ut ibi notatur. Communiter tenetur opinio Jo. Andr. in cap. Certificari, infrà eod. ubi poſt multa concludit etiam Epiſcopum poſſe hoc privilegium concedere, per c. Baue, 12. q. 2. & cap. Apoſtolicæ, de donation. ad hoc c. Audientiam, el primo, infra de Eccleſ. ædifican. dummodo id faciat ex juſta cauſa, & de Capituli conſenſu, ex notatis in cap. Conſtitutis, de Religioſ. domib. & dimiſſa Parochiali Eccleſiæ Canonica portione, ut in cap. 1. ſupra eod. & in d. c. Certificari, ubi Abb. num. 8. hanc concluſionem veriſſimam putat, & pluribus confirmat.

8 Secundò nota ibi, frequentius, & ſigna rationem cur ſepultura eligi debeat apud loca magis religioſa, videlicet quia in eis orationes, & Miſſarum ſolemnia tam pro vivis, quàm pro defunctis frequentiùs celebrantur, ut hic in gloſſ. 3. & per Hoſt.
9 in princ. Quæ ratio videtur innuere, ut defunctorum animæ magis participent de orationibus, & ſuffragiis, quæ fiunt in illa Eccleſia, in qua ſepulti ſunt, quàm de illis, quæ fiunt alibi; quod tamen negat Innoc. in verbo frequentius, dicens ſacrificium non magis prodeſſe ibi ſepultis, quàm aliis, per cap. Non mediocriter, de conſecrat. diſt. 5. Sed de intellectu hujus Capituli plenè dicam infrà n.... Illud certum eſt, per accidens contingere, ut ſepulti in locis frequentioribus magis juventur ſuffragiis inibi factis; nimirum quia eorum proximi cùm frequentiùs occaſione Divinorum confluant ad loca magis religioſa ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, ſæpiùs recordantur, & pro eis Domino preces fundunt, ut colligitur ex cap. Cùm gravis, 13. q. 2. ubi gloſſ. un. in fin. ex prædicta ratione deducit, ut ibi potiùs ſepeliendi ſint homi-
10 nes, ubi eſt major populorum concurſus, ut in Eccleſiis Cathedralibus allegat, cap. Ubicumque, eod. cauſa, & quæſtione Hoſt. n. 2. dicit conſiderandam eſſe Eccleſiam ſanctioris Martyris, quia ſepultus apud Martyrem, orationi Martyris commendatur, ut cap. Pro obeuntibus, & cap. Non æſtimemus, 13. q. 2.

11 Tertiò nota ibi, Patrum, aliorumque parentum ſuorum: appellatione parentum aliquando venire attinentes, & non aſcendentes, ſecundùm Anton. de Butr. n. 4. & Jo. de Anan. n. 3. ponderando particulam, &, quæ ponitur inter diverſa, ut notatur in Rubr. ff. de jur. & fact. ignorant. & per Anchar. hic in 2. notab.

12 Ultimò nota ibi, cum ſuis Patribus ſepeliri, decedentes abſque electione ſepulturæ, aut ea minus rationabiliter electa ſepeliendos eſſe in ſepulchro majorum ſuorum, Butr. hic in 2. notab.

13 In gloſſa in ver. Frequentius. Quæro an Sacerdos ſive ſæcularis, ſive regularis, qui plura ſtipendia pro pluribus Miſſis celebrandis accepit, unius tantum Miſſæ celebratione omnibus ſatisfaciat. Quod coincidit cum dubio, an liceat pro unius Miſſæ celebratione plura ſtipendia accipere.

14 Hæc quæſtio pendet à ſolutione alterius quæſtionis, quam intrinſecè includit, & quam Sylveſt. in ver. Miſſa, 1. n. 9. dicit eſſe neceſſariam in practica operis, ſed difficilem in ſpeculatione veritatis, videlicet, An Miſſæ ſacrificium pro pluribus non minus proſit ſingulis, quàm ſi pro quolibet ipſorum ſingulariter offerretur.

15 Antiquiores Canoniſtæ uſque ad tempora Archid. & Joann. Andr. qui primi viderunt opera B. Thomæ, in ea fuerunt ſententia, ut ſacrificium æquè ſit proficuum ſive pro uno ſingulariter offeratur, ſive pro multis, licèt per accidens aliquid amplius tribuatur ei, pro quo fit ſpecialis oblatio. Et quidem gloſ. 1. in c. Tempus, 13. q. 2. (Tantum, inquit, proſunt orationes cuilibet ſi fiant generaliter pro omnibus, ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet. Item gloſſa antepenultima in c. Viſum, de conſecrat. diſt. 1. dicit, commemorationem fidelium defunctorum in Miſſa fieri pro omnibus ſimul, & prodeſſe cuilibet, ac ſi ſpecialiter pro eo
16 fieret. Et ſimiliter gloſſa noſtra hic in ver. Frequentius, aſſerit tantum valere orationem ſpecialem, quantum generalem; quia Spiritus S. ad menſuram non datur, cap. Quæris, de conſecrat. diſt. 4. Licèt poſteà ſubdat; Sed præſumptio eſt, quod plus proſit ſpecialis oratio, quàm generalis: & quidem honor amplius videtur deferri illis, pro quibus ſpecialiter fit oratio, atque ita gloſ. magis declinat in partem, ut æquè proſit oratio ſpecialis, ac generalis, ſecundùm Abb. hic n. 4. Sed & Innoc. in ver. Frequentius, docet primò ſacrificium in aliqua Eccleſia celebratum non magis prodeſſe ibi ſepultis, quàm aliis: & mox ſubjungit, fortè majorem honorem conſequi animam, ſicut de caniſtro pomorum oblato Abbati: nam majorem honorem conſequitur Abbas, ſed pariter omnes monachi gaudent, (quod ante eum dixerat Rod. Modici paſſus Doctor antiquus, ut hic refert Jo. Andr. in gloſſ. 3. n. 5.) & major eſt honor eſſe Canonicum Cathedralis, quàm alterius Eccleſiæ, licèt omnes æqualiter abundent, quibus verbis Innoc. apertè ſentit æqualiter prodeſſe ſacrificium, ſi pro uno ſit oblatum, ac ſi pro pluribus: nontamen explicant gloſſa, & Innoc. in quo ejuſmodi honor conſiſtat; ſed illorum mentem aperit Abb.
17 Antiq. hic circa fin. dicens: (Si plures domi eſſent ſine lumine, & alter eorum faceret lumen offerri, tantum haberent omnes quantum ille; ſed tamen major honor ei debetur: ita in purgatorio omnes æqualiter communicant in bono, quod fit pro aliquo; tamen ſupplicant ei, pro quo fit ſpecialiter, quia ab ipſo recipiunt illud bonū.) Hæc ille. Cavendum eſt tamen ab illis verbis Abbatis Antiq. ſupplicant ei, pro quo fit, quoniam exiſtentes in Purgatorio non orant pro aliis, ut docet S. Th. in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 5. art. 4. quæſt. 2. ad 2. & ad



3. ſimiliter Hoſt. num. 1. (Sacramentum (inquit) omnibus fidelibus defunctis communiter prodeſt, & commendabilior eſt generalis oratio, quàm ſpecialis; tamen ſpecialis fit cauſa exempli, & ne hæredes, vel amici videantur mortuum oblivìſci; & prodeſt illis, pro quibus fit. Nec diſſentit Hugo relatus ab Archidiac. in cap. Non mediocriter, poſt med. in gloſſ. Sed numquid, de conſecr. diſt. 5. qui tamen diſtinxit Pſalmos, & Miſſas ab aliis orationibus, & operibus piis; & quidem Pſalmos, & Miſſas, quæ generaliter dicuntur pro omnibus, licèt ſpecialiter pro aliquibus videantur dici, putavit non minus eis valere, quàm ſi ſpecialiter pro quolibet ipſorum dicerentur: ſecùs in jejuniis, & eleemoſynis, & precibus, ſive orationibus, quæ alios non tangunt. Talia enim non proſunt mortuis aliis, ſed illis tantùm, pro quibus fiunt ſpecialiter. Demum Ludovicus Romanus conſ. 339. quod incipit: Fidus Monachus, aſſerit eſſe quidem magis pium, ut Sacerdos dicat Miſſam ſpecialem pro defuncto: hoc tamen non eſſe neceſſarium; quia ſufficit ut fiat pro eo commemoratio, etiam in genere, nec minus indulgentiæ à Deo accipitur, quàm ſi pro anima ipſius defuncti Miſſa ſpecialiter diceretur.

18 Ex Theologis verò pro hac ſentētia citatur primò Cardinalis Cajetanus, in 3. parte, q. 79. art. 5. ait enim: (Una Miſſa non perdit vim ſatisfactionis ſuæ pro primo offerente ex hoc, quod pro ſecundo, tertio, quarto, &c. offeratur: Unde arguendi, inſtruendique ſimul ſunt homines ignoranter petentes, vel pro ſua eleemoſyna totam ſibi Miſſam dari, aut ſuo defuncto; nihil enim minus ipſe habebit, ſi mille alii petant eamdem Miſſam pro ſeipſis, & aliis defunctis, quàm ſi pro ſeipſo celebrari dicatur. Imò ex hujuſmodi indevotione ſic petentis damnum videtur incurrere quod minus ſibi proderit.) Hæc Cajet. qui ferè idem docuit in opuſc. licèt diverſimodè illic ſententiam ſuam qualificaverit, ut patebit infra n. 25. Eidem ſententiæ adhæſerunt Corduba, lib. 1. q. 3. in 5. opinione, Viguer. lib. Inſtit. Sacerd. c. 16. qui tamen citatur etiam pro contraria, ut dicam infrà num. 45. Petr. de Soto, lect. 7. & alii, eamque fusè proſequitur, & probat Gabriel Vaſq. in 3 parte, tota diſputatione 231. præſertim à c. 3. & ex Summiſtis Angel. in verb. Miſſa, 3. 52. qui tamen loquitur ex ſuo credo, quod non cantatur in Miſſa, ut feſtivè, inquit Tabiena, in ver. Reſtitutio, 5. fin.

19 Pro hac ſententia adducitur textus in cap. Non mediocriter, de conſecrat. diſt. 5. ubi Hieronymus videtur hanc quæſtionem diſertis verbis decidere; ait namque, (Dum igitur pro cunctis animabus (aliàs per centum) Pſalmus, vel Miſſa, dicitur, nihil minus, quàm ſi pro unoquolibet ipſorum diceretur, accipitur.

20 Præcipuum verò fundamentum, cui hæc ſententia innititur, eſt, quia ſacrificium Altaris eſt infinitum, & infinitæ ſufficientiæ: Chriſtus enim qui offertur in illo ſacrificio, ſufficiens fuit quando offerebatur in Cruce ad ſatisfaciendum pro peccatis infinitis, ut inquit Scot. quodl. 20. in princ. & eſt ex mente S. Th. in 3. p. q. 79. art. 5. Dum ait, hanc oblationem ex ſui quantitate ſufficientem eſſe ad ſatisfaciendum pro omni pœna, quia, ut ſic eſt valoris infiniti; ut ſubdit ibi Cardin. Cajet. in princ. ſi enim ut verbis ipſius Cajetani utar tom. 2. opuſc. tract. 3. tom. 2. verſ. Sacrificium igitur. (Miſſæ ſacrificium ſive opus operatum abſolutè eſt immolatio Jeſu Chriſti; & res oblata eſt Jeſus Chriſtus, & quantitas hujus ſacrificii eſt infinita, adeò ut ſit impetrativum, meritorium, & ſatisfactivū infinitè; unde effectus ejus eſt infinitus, ſicut Paſſionis Chriſti; eſt enim Deo acceptius, quam ſint exoſi omnes peccatores.) Hæc ille. Ex infinito autem
21 ſecundùm quantitatē excipientibus ſemper aliquid accipere extra eſt, ut dicitur in 3. Phyſic. c. 6. tex. 63. Infiniti enim infinita vis, neque infinitorū quidquam virtutem habet finitam, ut in 1. de Cælo, cap. 7. text. 71. & notat Jo. Monach. in proœmio Sexti circa finem, in ver. Infinitos, n. 6. ſicut numeratio in quantitatibus diſcretis, & diviſio in continuis in infinitum procedunt, ut ibi per eum, quē totidem verbis ſequuntur ibi Jo. Andr. & Gemin. Ergo nihil minus accipiunt ſinguli ex eo, quòd ſacrificium pro pluribus, vel omnibus offeratur. Vel certè ſi valor ſacrificii efficaciam habeat finitam, tamen tantus eſt, ut nunquam exhauriatur ab illis pluribus, in quos dividitur; & conſequenter Sacerdos unicā Miſſā ſatiſfacit omnibus, à quibus plura ſtipendia accepit pro pluribus Miſſis celebrandis: Integrè enim ſolvit quod debet, ac proinde extinguitur ejus oblatio, ut l. Nulla, de ſolut. l. Solvendo, ff. de negot. geſt. & inſtit. quib. mod. tollit. obligat. in princ. Deinde idem ſuadetur exemplo lectionis, quæ uni legitur; nihil enim ei deperit ſi ſimul & aliis legatur, c. Cleros, §. Lectores, 21. diſt. Ergo eadem ratione nihil deperit ei, pro quo fit ſacrificium, ſi & alii adjiciantur, quo exemplo utitur Præpoſitivus relatus à D. Tho. ut dicam in-
22 frà n. 36. Huc etiam ſpectat exemplum candelæ, quo utuntur Canoniſtæ: nam lumen ſpirituale eſt magis communicabile, quàm lumen corporale, cap. 2. de tranſlat. Epiſcop. cap. Illud, & cap. Solitæ, de major. & obedient. Sed lumen corporale, ſcilicet candelæ non minus prodeſt uni, pro quo ſpecialiter accenditur, quàm ſi pro pluribus ſimul commorantibus accendatur. Ergo & ſuffragium Miſſæ, cùm ſit quoddam ſpirituale lumen, non minus valet ei, pro quo fit ſpecialiter, quàm valeret ſi ſimul etiam pro omnibus fieret. Ad hoc text. optimus in c. Nec quemquam, verſ. Spiritum verò Sanctus, de conſecrat. diſt. 4. ubi Cyprianus, (Si dies (inquit) omnibus æqualiter naſcitur, & ſi Sol ſuper omnes pari, & æquali luce diffunditur; quantò magis Chriſtus Sol, & dies verus in Eccleſia ſua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur.) Ad hæc ſuffragia, inter quæ præcipuum eſt Euchariſtia, invitantur Divinæ virtuti, cap. Tempus, 13. quæſt. 2. c. Verum, de conſecrat. diſtinct. 2. Sed apud Deum ſicut non differt juvare permultos, vel paucos; ita non differt vivere multos, vel paucos, c. Quæris, de conſecr. diſt. 4. Ergo quantum juvaretur unus ex uno ſacrificio ſi pro uno tantùm fieret, tantùm juvabuntur ſinguli multo-
23 rum ſi idem ſacrificium pro multis fiat. Præterea huic ſententiæ ſuffragatur communis Eccleſiæ uſus, etenim cùm Miſſa pro aliquo defuncto celebratur, nihilominus non ſolùm aliæ quoque orationes adjungi ſolent pro aliis defunctis. c. De nominibus, de conſecrat. diſt. 1. & patet ex orationibus in Miſſali Romano aſſignatis pro diverſis perſonis, ſtatibus, & Congregationibus, verùm etiam, ut ponderat Cajetanus ubi ſupra in Canone Miſſæ generaliter pro Eccleſia, pro Principibus, & omnibus Orthodoxis, & ſpecialiter pro his, qui in

*Memento* cogitantur, & omnibus circumſtantibus offerri dicitur hoc ſacrificium pro redemptione animarum ſuarum; & ſic in ſatisfactionem. Hoc autem non inſtituiſſet Eccleſia pia omnium mater ſi defunctus, cui ſacrificium applicatur, exinde aliquod detrimentum acciperet. Ad hoc c. *Viſum*, § *Defunctorum*, *de conſecrat*, *diſt*. 1. Et confirmatur, quia cùm numerus circumſtantium non ſit taxatus, ſi unus ex alterius conſortio minus acciperet de effectu hujus ſacrificii, unuſquiſque curare deberet, ut circumſtantes eſſent pauciores, & aliorum conſortium vitaret, quo de fructu ſacrificii uberiùs participaret, arg. c. *Cùm omnes*, & c. *Cum M. ſupra de conſtitut*. & cap. *fin. de confeſſ. Præben. lib*. 6. Unde contingeret ut fideles in Oratoriis, & Capellis libentius Miſſam audirent, majoreſque, & frequentiores Eccleſias, ac Miſſarum ſolennia vitarent, & mille aliæ abſurditates ſequerentur contra Religionem, & charitatem, piumque Eccleſiæ inſtitutum, & contra ea, quæ leg. & notan. in hac Decret. & in c. *Vtcumq*., 13. q. 2. & in c. *Cùm creatura*, *de celebrat. Miſſar*. Poteſt etiam adduci
24 pro hac opinione conſideratio vulgaris: nam ſi in una die concurrant duæ, vel tres cauſæ jejunandi, veluti ſi occurrat eadem die jejunium quadrageſimale, quatuor Temporum, & Vigilia S. Matthiæ, unico jejunio poteſt omnibus ſatisfieri ad hoc c. 2. *de obſervat*. Idemque patet in adſtricto ad officium recitandum ratione ſacri Ordinis, & beneficii; unica enim recitatione utrumque onus adimplet, c. *fin*. 92. *diſt*. Ergo ead. ratione idem dicendum in eo, qui ex pluribus cauſis videlicet ſtipendio à pluribus accepto obligatur ad Miſſam celebrandam. Demum negari non poteſt quin hæc opinio ſit probabilis; cùm habeat pro ſe authores graves, & rationes ſuaſibiles. Ergo Sacerdos, qui illam ſervat, non peccat, arg. Clem. *un. in fin. de ſumma Trinit. & fide Cathol*.

25 Secunda opinio media, & diſtinguens eſt Cajetani *tom. 2. opuſc. tract. 3. c. 2.* ubi format quæſtionem initio propoſitam, videlicet utrum obligatus ad celebrandum pro aliquo, & accipiens eleemoſynam ab altero, ut celebret pro eo, ſatisfaciat dicendo unam tantùm Miſſam pro utroque. Et concludit ſatisfacere, non quidem ſimpliciter, & abſolutè, ut habet prima ſententia; ſed duobus concurrentibus. Alterum eſt, ut in illis ſingulis, qui eleemoſynam dederunt, æqualis reperiatur præparatio, ſeu devotio. Alterum ut in Sacerdote offerente creſcat devotio ea proportione, quâ augetur numerus illorum, pro quibus offertur, ita ut ſi Sacerdos exempli gratiâ habeat unum gradum devotionis, unicâ Miſſâ ſatisfaciat pro uno, ſi habeat duos gradus ſatisfaciat pro duobus, ſi tres, pro tribus, & ſic de reliquis. Unde, inquit, (ſi ego offerens habeam devotionem tantam, ut ei reſpondeat in hoc ſacrificio ſatisfactio unius anni, & intendam celebrare pro ſatisfactione unius anni; ille relevabitur ſatisfactione unius anni. Si autem intendo ſatisfacere pro duobus æqualiter, quilibet revelabitur pro medio anno tantùm; ſi pro tribus, pro tertia parte anni, & ſic de ſingulis.) Atque ita in ſententia Cajetani licebit Sacerdoti idem ſacrificium uni debitum pluribus applicare, dummodò tot multiplicet animi præparationes, & gradus devotionis, quot ſunt ii, pro quibus celebrat, alias ſecùs.

26 Potiſſimum Cajetani fundamentum eſt, quia quamvis hoc ſacrificium ſit ex ſuiipſius natura infinitæ ſufficientiæ, & indeterminatæ efficaciæ, tamen ſicut efficacia Paſſionis Chriſti determinatur ad hunc per hoc, vel illud Sacramentum; ita efficacia hujus ſacrificii per hanc, vel illam devotionẽ. Devotio autem pertinet ad applicationem: unde, ut ipſe ait, errant qui putant hoc ſacrificium ex ſolo opere operato habere certum meritum, vel certã ſatisfactionem, quæ applicatur huic, vel illi. Quoniam applicatio ſacrificii perficitur ex duobus videlicet ex intentione, & devotione; &
27 reddit rationem, quia in ſacrificiis, & oblationibus quantitas devotionis magis penſatur, quàm quantitas rei oblatæ, ut patet de vetulæ oblatione *Luc*. 21. & ex authoritate Gregorii in homil. *Ambulans Ieſus juxta mare Galileæ*, dicentis: (Non perpendit Deus quantũ in ejus ſacrificio, ſed ex quanto proferatur.) Idipſum non obſcurè videtur ſenſiſſe Sylveſt. *in ver. Miſſa*, 1. q. 10. ubi quærens utrum Sacerdos promittens ſingillatim tribus unã Miſſam, liberetur dicendo unam pro omnibus, concludit nõ liberari; ſed tamen addit eum excuſari poſſe pluribus modis, & in ſpecie propter ſuppletionem Dei, quando ſcilicet Sacerdos tantum affectum habet ad quemlibet, quantum habere debet ad unum ſolum ſi pro illo ſolo celebraret.

28 Sed hæc doctrina non eſt tenenda, quia nititur tribus aſſertionibus evidenter falſis. Primò enim aſſerit applicationem ſacrificii perfici, & integrari ex duobus, videlicet ex intentione, & devotione. Quod ſi verum eſſet, ſacrificium peractum à Sacerdote nullum gradum devotionis habente, nihil prodeſſet ei, pro quo ſit, hoc autem conſtat eſſe erroneum, quia ſacrificium Altaris efficaciam habet ex opere operato, id eſt ex conſecratione Corporis, & ſanguinis Chriſti, in quo conſiſtit eſſentialis oblatio, cap. *Verum*, *de conſecrat. diſt*. 2. nec polluitur, aut inquinatur ex miniſtri nequitia, c. *ult*. 15. q. 8. cap. *Præter*, §, *Verum*, 32. *diſt*. & patet ex Trident. Synod. *ſeſſ*. 22. *de Sacrif. Miſſ. cap*. 1. ubi dicitur: Et hæc quidem illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate, vel malitia offerentium inquinari poteſt. Et hoc tanquam certiſſimum fidei dogma admittunt Theologi omnes, lege D. Thomam *in 3. par. q*. 82. *art*. 6 Dominicum à Soto *lib*. 9. *de juſt. & jur. q*. 2. *art*. 2. Navarr. *in Manual. c*. 25. *n*. 10. *verſ. Trigeſimoquinto*, Covarr. in cap. *Alma Mater*, *par*. 1. §. 5. *n*. 5. Petr. à Soto *de inſtit. Sacerd. lect*. 1. *c*. 4. Suar. *tom. in* 3. *par. diſput*. 79 *ſect*. 11. Gabriel Vaſquez *in* 3. *par. diſput*. 229. *cap*. 2. Cardin. Bellarm. *lib*. 2. *de Miſſa*, *cap*. 4. & Cardinal. Tolet. *lib*. 2. *c*. 6. Satis eſt igitur, ut Sacerdos ſua intentione ſacrificium applicet, nec illius effectus quoquomodo impeditur ex indevotione ſacrificantis. Quinimò, ut inquit Sylveſter *in ver. Miſſa*, 1. *n*. 9. (Si Sacerdos ſit malus, vel nullum habeat affectum ad eum, pro quo celebrat, puta quia eum odit, aut ignorat quis ſit, & nihilominus vult pro eo celebrare ut evitet ſcandalum, aut peccatum: tamen ſacrificium illi proderit ſecundùm
29 omnes DD.) Hæc ille. Secundò aſſerit hæc doctrina effectum Miſſæ ex opere operato augeri, vel minui juxta gradus devotionis celebrantis, quod ſimiliter conſtat eſſe falſum. Quoniam ejuſmodi operi ex inſtitutione Chriſti tantus certus valor annexus eſt, ut neque ex bonitate, vel devotione miniſtri creſcat, neque ex illius malitia, vel indevotione minuatur, ſed æqualiter proſit om-



omnibus, ſive ſiat per bonos, ſive per malos miniſtros, ut docet S. Thomas communiter receptus *in 4. diſt*. 45. *q*. 2. *art*. 1. *q*. 3. & *in 3. par. q*. 82. *art*. 6. Unde egregiè Scot. *quolibet*, 20. §. *De ſecundo*. (Sacerdos, (inquit) quantum ad virtutem ſacrificii eſt merè inſtrumentum, quia organum inanimatum; licèt enim ſit organum vivum, quantum ad meritum perſonale in celebrando, quia ſic mereri eſt ejus in quantum in ſe vivit vita gratiæ; tamen quantum ad illud bonum, quod debetur virtute ſacrificii eſt organum præciſè ratione ordinis, & æquè provenit effectus iſte virtute ſacrificii etiãſi miniſter in ſe non vivat vita gratiæ.) Hactenus verba Scoti. Et probatur expreſsè in cap. *Intra Catholicam*, 1. *q*. 1. quod duplicatur in c. *Verum*, *de conſecrat. diſt*. 2. ubi Auguſtinus ait: Intra Catholicam Eccleſiam in myſterio Corporis, & Sanguinis Chriſti nihil à bono majus, nihil à malo minus
30 perficitur Sacerdote. Tertiò aſſerit offerentem poſſe multiplicare tot gradus devotionis ut unica Miſſa æquivaleat pluribus Miſſis. Quod ſimiliter ſtare non poteſt, etiamſi daremus fructum ſacrificii ex opere operato aliquo modo augeri poſſe ex devotione miniſtri, quia augmentum illud in una Miſſa nunquam poteſt eſſe tantùm, ut adæquet fructum provenientem ex pluribus Miſſis. Semper enim Deus magis reſpicit ad iteratam oblationem hoſtiæ immaculatæ unigeniti Filii ſui, magiſque illa delectatur, quam devotione Sacerdotis quantumvis magna, & intenſa.

Nam, ut inquit Alex. 1. Papa, & martyr, idemque habetur in Decretali ad omnes Orthodoxos. (Crimina, atque peccata his oblatis Domino ſacrificiis delentur; talibus enim hoſtiis delectabitur, & placabitur Deus, peccataque dimittet ingentia) Hæc ibi. Idemque habetur in Concilio
31 Tridentino *ſeſſ*. 22. *de ſacrif. Miſſæ*, c. 2. In pluribus autem Miſſis multiplicatur ſacrificii oblatio, & ideo multiplicabitur effectus hujus ſacrificii, & Sacramenti, ut inquit S. Thomas, *in 3. p. q*. 79. *art*. 7. *ad tertium*.

32 Nec prædictis refragatur authoritas ejuſdem S. Thomæ *in 3. par. diſt*. 79. *art*. 5. ubi ait: (In ſatisfactionem magis attenditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis. Unde vidua plus omnibus obtulit, *Luc*. 21. quare hæc oblatio ſit ſatisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus ſecundum quantitatem ſuæ devotionis.
33 Quoniam reſpondetur hoc verum eſſe ſi conſideretur devotio, prout eſt meritum perſonale ipſius celebrantis, vel eorum, pro quibus celebratur, & hoc modo oblatio prodeſt offerenti ſecundùm quantitatem devotionis, quam ipſe habet. Item prodeſt ei, pro quo offertur ſecundum quantitatem devotionis ſuæ: ratio eſt, quia ſors gloriæ reddit menſuram accipientis: unuſquiſque autem ex ſuo actu diſponitur, non ex alieno, cap. *Nunquam*, *cum mul. ſeqq*. 56. *diſt*. & *in ſumma* 24.
34 q. 3. S. Thomas *in 4. diſt*. 45. *q*. 1. *art*. 1. *q*. 1. Item ad hoc ut Miſſa proſit virtute ſacrificii, & operis operati, requiritur ut ex parte ejus, cui applicatur, non ponatur obex Divinis beneficiis, c. *Non æſtimemus*, 13. q. 2. Hoc enim ſacrificium cùm ſit memoriale Dominicæ Paſſionis, effectum non habet niſi in illis, qui conjunguntur huic Sacramento per fidem, & charitatem, ut inquit S. Thom. *in 3. p. q*. 79. *art*. 7. *ad ſecundum*. Idque ad exemplum Sacramentorum, ut in Concilio Trident. *ſeſſ*. 7. *de Sacram. can*. 6. Unde ſicut poteſt quilibet impedire ex toto effectũ ſacrificii, ponendo ſe extra charitatem per culpam mortalem, ita poteſt ejuſdem effectus augere, vel minuere multiplicando, vel minuendo gradus devotionis, & charitatis. & ita intelligitur quod ait S. Thomas, ſacrificium prodeſſe offerentibus, & iis, pro quibus offertur, ſecundum quantitatem devotionis ſuæ. At ſecus eſt ſi conſideretur devotio unius in ordine ad alium, pro quo ſacrificiũ offertur; quia tunc oblatio efficaciam habet ex opere operato per ſolam intentionem offerentis, etiam ſine ulla ipſius devotione, ut oſtenſum eſt ſupra *n*. 28. Unde ſacrificium tuum prodeſt tibi, ò Sacerdos, ſecundum quantitatem devotionis tuæ, & prodeſt mihi ſacrificiũ tuum ſecundùm quantitatem devotionis meæ; ſed non prodeſt mihi tuum ſacrificium ſecundum quantitatem tuæ devotionis ex opere operato:
35 Licèt Miſſa tua proſit mihi ſecundũ quantitatem tuæ devotionis ex opere operantis, quia ſecundũ hoc fructuoſior eſt Miſſa melioris Sacerdotis, effectus enim Miſſæ ex opere operantis augetur, & minuitur juxta quantitatem meriti, & dignitatis miniſtri; & ita intelligitur textus in c. *Ipſi Sacerdotes*, 1. *q*. 1. in illis verbis: qui quanto digniores fuerint, tantò faciliùs pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur; prout authoritaté illã declarat S. Thom. *in 3 par. q*. 82. *art*. 6. Colligitur ſupradicta diſtinctio ex verbis claris ipſius D. Th. *in 4. cad. diſt*. 45. *q*. 2. *art*. 1. *q*. 3. *in corpore*.

36 Tertia opinio, quæ præcedenti aliquantulum accedit, eſt nonnullorum antiquorum, qui dixerunt ſuffragia pro uno aliquo facta non magis prodeſſe ei, pro quo ſiunt, ſed eis, qui ſunt magis digni: & in hac ſententia, ut refert S. Thomas *in 4. diſt*. 45. *q*. 2. *art*. 4. *q*. 1. *de corp*. fuit Præpoſitus, qui ponebat exemplum de candela, quæ accenditur pro aliquo divite, quæ non minus aliis prodeſt, qui cum eo ſunt, quàm ipſi diviti, & fortè magis ſi habeant oculos clariores. Et etiam lectione; quæ non magis prodeſt ei, pro quo legitur, quàm aliis, qui ſimul cum eo audiunt, ſed fortè aliis ma-
37 gis, qui ſenſu capaciores. Et ad objectum, quòd ſecundùm hoc Eccleſiæ ordinatio eſſet vana; quæ ſpecialiter pro aliquibus aliquas orationes inſtituit, reſpondebant Eccleſiam hoc feciſſe ad excitandas devotiones fidelium, qui promptiores ſunt ad facienda ſpecialia ſuffragia, quàm communia, & ferventius etiam pro ſuis propinquis orant, quàm pro extraneis.

38 Cæterum hæc ſententia vera eſt ſi penſetur valor ſuffragii, ſecundum quod procedit ex virtute charitatis, quæ unit membra Eccleſiæ; quia omnes, qui ſunt in charitate, ſunt quaſi unum corpus; & ita bonum unius redundat in omnes, c. *Charitatem*, 12. *q*. 2. c. *Loquitur Dominus*, 24. *q*. 1. & ſecundũ hoc quodcunque bonum factum ab aliquo valet cuilibet in charitate exiſtenti, valet enim opus bonum per modũ meriti, cujus radix eſt charitas, & ſic ſuffragia pro uno facta omnibus valent, quãtum ſcilicet omnes, qui ſciunt gaudent ex charitate de bonis, quæ ex charitate ſiunt. Et hoc reſpectu verum eſt ſuffragia plus valere illis, pro quibus non ſiunt, ſi ſint majoris charitatis: ſecus autẽ ſi conſideretur valor ſuffragii ſecundùm hoc quod per intentionem unius actus ejus transfertur in alterum per modum ſatisfactionis. Hoc enim modo ſuffragia non valent niſi illis, pro quibus

ſunt. Ita declarat B. Thom. loco cit. & in quodlib. 2. art. 14. & Turrecrem. in c. Non mediocriter, n. 9. de conſecr. diſt. 5. ubi hanc doctrinam tuetur ab impugnatione Durandi, & ſequuntur hic Canoniſtæ ferè omnes, ut dicam infrà n. 71.

39 Quarta opinio ſimiliter media eſt Sylveſtri in ver. Miſſa, 1. q. 9. n. 9. verſ. Eſt igitur, & tertia opinio qui ſic diſtinguendum putavit. Aut Sacerdos movetur à ſeipſo, vel ab aliquo uno tantum ad celebrandum pro pluribus primò, & principaliter, veluti ſi unus det ei eleemoſynam petens Miſſam pro anima patris, matris, & uxoris. Et hoc primo caſu ſacrificium non tantùm prodeſt ſingulis, pro quibus offertur, quantum ſi pro unoquoque ipſorum ſingulariter offerretur, quia affectus offerentis, cui proportionatur effectus ſacrificii, eſt unus tantum, qui fertur totus in omnes primò, ſed non primò totus in ſingulos, ſed, ut conveniunt in aliquo uno, puta in numero, vel multitudine eorũ, pro quibus ſacrificatur, & conſequenter effectus talis ſacrificii attribuitur totus omnibus, ſed non totus ſingulis, ſed dividitur, & conſequenter fit minor ad ſingulos. Si verò Sacerdos moveatur à pluribus ad celebrandum pro multis, ut quia unus petit Miſſam pro anima patris, alius pro anima matris, alius pro anima uxoris; unicâ Miſſâ omnibus ſatisfacit, & tantumdem valet ſingulis, quantum omnibus; quia affectus, quibus reſpondet effectus ſacrificii, primò feruntur in ſingulos ſecundum ſingulos moventes ad celebrandum; & conſequenter effectus ſacrificii attribuuntur primò ſingulis, & nullus eſt effectus primò reſpiciens multitudinem petentium; & ſic unius celebrationis ſunt multi effectus, & multæ ſatisfactiones: & hoc modo in uno ſenſu intelligi poteſt d. cap. Non mediocriter. Ita Sylveſter, ex cujus ſententia, ut vides, Sacerdos, qui à diverſis plura ſtipendia pro pluribus Miſſis celebrandis accepit, unicâ Miſſâ ſatisfacit omnibus; quia quilibet nihil minus habet. Idemque ante ipſum perſpicuis verbis aſſeruit Ang. in ver. Miſſa, n. 52. Et ad objectum, quod hoc modo unicâ Miſſâ liberari poſſent omnes animæ de purgatorio, Reſpondet Sylveſt. hoc eſſe poſſibile, quia cùm virtus ſacrificii ſit infinita quantacumque erit multitudo offerentium, ſcilicet eorum, qui dant ſtipendiũ, etiamſi arenam maris excederent, tanta erit multitudo effectuum ſacrificii, & conſequenter animarum liberatarũ, ſi unico tali effectu poterant omnes liberari: limitat tamen ſuam concluſionem niſi repugnet aliqua promiſſio licita Sacerdotis, quæ ſi interveniat, ſervanda eſt.

Verùm hæc diſtinctio videtur chymerica; quia cùm voluntas ſit potentia libera, nihil prohibet quin affectus Sacerdotis ferri poſſit totus in ſingulos etiam in eo caſu, in quo movetur ab uno ad celebrandum pro pluribus. Quinimò ut plurimum ſic contingit, quia in Memento cogitantur primò ſinguli, pro quibus ſacrificium offertur, nec diſtinguitur an unus, vel plures ſint, qui eleemoſynam contulerunt, unde ſecundùm hanc diſtinctionem utroque caſu unicâ Miſsâ ſatisfieret omnibus, quod ex diametro pugnat cum doctrina D. Tho. cui Sylveſt. profitetur ſe velle adhærere. Præterea neque in eo caſu, in quo Sacerdos dirigit intentionem ſuam primò in ſingulos poteſt unica Miſſa pluribus ſatisfacere, quia cùm effectus ſacrificii extenſivè ſit finitus; & diviſus in plures, minuitur, & quidquid datur uni, adimitur alteri contra juſtitiam, ut fusè explicabitur infrà in argumentis pro ſexta opinione. Unde jure optimo hanc diſtinctionem Sylveſtri reprobavit S. Congregatio Concilii in Decretis de celebrat. Miſſar. de quibus infr. n. 65. in illis verbis, plura ſtipendia ſive ab una, ſive à pluribus perſonis collata fuerint, aut conferentur in futurum.

40 Quinta opinio itidem media eſt Suarez tom. 3. in par. diſput. 79. ſect. 12. qui diſtinguit valorem ſacrificii quoad ſatisfactionem pœnæ, & quoad impetrationem. Primo modo putat ſacrificium non æquè eſſe ſatisfactorium ſi pro pluribus offeratur, ac ſi pro uno tantum, & in hoc convenit cum communi ſententia Theologorum, & Canoniſtarum. Secundo autem modo ſentit æquè impetratorium eſſe ſacrificium ſi pro pluribus, ac ſi pro uno ſingulariter offeratur. Cui diſtinctioni videtur etiam accedere Covarr. in c. Alma Mater, part. 1. §. 5. n. 9. nam quoad valorem ſatisfactionis conſentit cum communi, & mox ſubdit: At ſi conſideremus valorem operis quoad impetrandum à Divina liberalitate, nulla eſt certitudo quid Divina Majeſtas pluribus, vel uni tribuet.

41 Sed hæc diſtinctio implicitè reprobata eſt in iiſdem Decretis de celebrat. Miſſar. d. §. Deinde, in illis verbis: pro pluribus Miſſis etiam ejuſdem qualitatis, quæ apertè innuunt ut Sacerdos obſtrictus ad celebrandum plures Miſſas, ſive illæ ſint de Requiem, & ſic ad ſatisfaciendum; ſive de Spiritu S. & ſic ad impetrandum, ſive alterius qualitatis, non poſſit unicâ Miſsâ omnibus ſatisfacere; imò peccet contra juſtitiam, & ſit obnoxius reſtituti-
42 oni. Et quidem jure optimo; nam cùm ſacrificium extenſivè habeat efficaciam finitam, etiam reſpectu impetrationis, ſitque uni debitum; ſi diſtribuatur in plures, minus accipiunt ſinguli ad impetrandum, & ſic committitur injuſtitia, ut latè probabitur infrà à num. 51. Rurſus inſtitutio Eccleſiæ plurium Miſſarum ad eamdem rem impetrandam; & alia fundamenta omnia, quæ inferius adducentur pro ſexta opinione à n. 54. uſq. ad n. 65. æquè concludunt in impetratione, atque ſatisfa-
43 ctione. Præterquam quòd etſi admittamus cum Cajetano, & nonnullis aliis valorem ſacrificii eſſe triplicem, ſcilicet meriti, impetrationis, ſatisfactionis; verè tamen ſub genere impetrationis includitur & ſatisfactio; quia effectus ſacrificii ex opere operato, tam reſpectu remiſſionis pœnarum, quàm reſpectu aliorum effectuum non eſt per modum effectionis, ut in Sacramentis, ſed per modum impetrationis, ut c. Piſum, de conſecr. diſt. 1. cap. Non æſtimemus, & cap. Pro obeuntibus, 13. qu. 2. cum multis ſimilibus, & patet ex Concilio Trident. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſſæ, cap. 2. & obſervant Petr. à Soto, lect. 1. de inſtitut. Sacerd. & lect. 7. de Euchar. Vaſq. in 3. par. diſput. 229. cap. 2. Bellarmin. de Miſſa, cap. 4. & Tolet. lib. 2. cap. 2.

44 Sexta igitur, & ultima opinio eſt, Sacrificium Altaris magis prodeſſe illi, pro quo ſingulariter offertur, quàm ſi pro pluribus offeratur; ac proinde Sacerdotem, qui plures eleemoſynas accepit pro pluribus Miſſis celebrandis, non poſſe unicâ Miſsâ ſuæ obligationi ſatisfacere. Ita ex Canoniſtis Bernardus Hiſpanus relatus ab Archid. in c. Non mediocriter, ad fin. de conſecr. diſt. 5. & idem Archid. ibidem, qui aſſerit hanc eſſe veram ſententiam ſecundùm Theologos, quam tenent hic Jo. Calder. & Jo. Andr. n. 5. in gloſſ. 3. verſ. Dicas, Butr. n. 8.



n. 8. Anchar. n. 5. Cardin. n. 5. & 6. Abb. n. 4. & Jo. de Anania, n. 5. Henr. Boich. in fin. operis, ſeu inc. ult. ante finem de verb. ſignif. Cardin. Turrecrem. in d. c. Non mediocriter, n. 9. Abb. conſ. 99. incipien. Quidam condit. a teſtamentum, n. 5. verſ. Nunc tertium du-
45 bium, lib. 2. Roch. de Curte in tract. de jurepatr. in ver. Honorificum, q. 7. Cæſar. Lambert. eod. tract. lib. 3. in 3. q. principali, art. 3. Petr. Brixien. in ſuo Repertorio, in ver. Miſſa, ubi teſtatur hanc quæſtionem fuiſſe diſputatam in Concilio Baſilienſi, ſeque ex deputatione Concilii plenè allegaſſe, & adduxiſſe dicta Theologorum in 4. diſt. 45. Præpoſ. in cap. Sacroſancta, num. 2. 22. diſt. ubi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum opinionem. Navarr. in Man. c. 25. n. 92. & n. 111. verſ. Trigeſimo quinto, & conſ. 8. n. 2. & conſ. 9. n. 2. de celebr. Miſſar. & latius in Enchirid. de orat. cap. 20. n. 77. & in d. c. Non mediocriter, de conſecr. diſt. 5. Petr. Navarr. de reſt. lib. 2. c. 2. à n. 262. & Covarr. in c. Alma Mater, par. 1. §. 5. n. 9. ubi aſſerit hanc ſententiam veriorem, & frequentiori calculo receptam eſſe, & pro illa citat Innoc. in c. penult. Ne Prælat. vic. ſuas, qui tamen nihil in propoſito.

Et ex Theologis veteres Scholaſtici omnes, & in ſpecie S. Bonaventura in 4. ſententiarum, diſt. 45. art. 2. q. 3. ad ult. Richar. de media villa, ibid. q. 3. Duran. ibidem, q. 3. n. 11. Petr. de Palude, q. 2. art. 1. concl. 1. & 2. Major. q. 2. Scot. quodlibeto 20. §. De primo, & §. De ſecundo, Gabriel. lect. 27. in Canone litera I. & litera K. Adrian. quodlibet 8. art. 3. in ſolutione tertiæ rationis, Jo. Medina in tract. de orat. cap. De valore orationis pro multis fuſæ. Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. §. Illi autem, & §. Quocirca, ubi etiam teſtatur in ſuo ordine Decretum eſſe, ne quis pro una Miſſa à pluribus eleemoſynam accipiat. Gregor. de Valent. in 3. par. diſp. 6. q. 10. punct. 1. §. 25. Henriq. in ſumm. lib. 9. cap. 19. §. 5. Suar. tom. 3. in 2. par. diſp. 79. ſect. 12. & diſput. 86. ſect. 4. & tom. 4. diſp. 48. ſect. 6. Gabriel Vaſquez 3. par. diſp. 231. cap. 5. Petr. Ledeſma in ſumma p. 1. de Sacram. ubi de Euchariſt. c. 17. concl. 23. Tolet. lib. 2. inſtit. Sacerdot. cap. 8. Coninch. de Sacram. qu. 83. art. 1. dub. 10. § Et probatur. Citari etiam poteſt pro hac parte Viguerius, tametſi nonnulli eum citent pro contraria. Nam in libr. inſtruct. Sacerdot. cap. 16. verſ. Decimoſexto affirmat oppoſitam opinionem probatam non eſſe, quia, inquit, eſt diminutiva Divini cultus; nam quilibet petens ſaltem implicitè, vult hoc ſacrificium pluries fieri; & ſi ſciret Sacerdotem ab alio accepiſſe pecuniam, & promiſiſſe pro illo celebrare, alium Sacerdotem adiret: & concludit eum, qui hoc faceret, non eſſe tutum in conſcientia, nec excuſari à reſtitutione. Ex Summiſtis verò idem tenent Piſan. in ver. Suffragium, §. 7. & 8. Roſell. in ver. Miſſa, §. 22. & Tabien. in ver. Reſtitutio, §. fin. ubi ait contrariam opinionem communiter reprobari à Theologis, & Ca-
46 noniſtis. Hæc ſententia apertè eſt D. Thom. prout eam illi expreſsè attribuunt, Abb. Turrecr. & Covarr. locis citatis, & Sylveſter, in ver. Miſſa, 1. q. 9. & inferiùs explicabitur, n. 52.

47 Sicut autem hæc ſententia receptiſſima eſt, & authoritate Eccleſiæ approbata, ut inferiùs patebit n. 65. ita inconcuſſis nititur fundamentis, quorum illud eſt præcipuum, quòd valor ſacrificii ex opere operato, quamvis ſi conſideretur in actu primo, ut dicunt Scholaſtici, id eſt in ſeipſo intenſivè, ſeu quantum ad ſufficientiam, & indeterminatè ſit infinitus, eò quod Chriſtus Dominus, qui eſt principalis offerens, in hoc ſacrificio immolatur, ſit infinitæ virtutis, dignitatis, & meriti; ideoque in ſui quantitate ſufficiens ſit ad ſatisfaciendum pro omni pœna, nec unquam ſit applicabilis ad tot, tantoſque effectus, quin ſemper ad plures & majores in infinitum in omni genere impetrabiles applicari poſſit ad exemplum potentiæ Dei infinitæ, quæ plura ſemper poteſt in infinitum, c. Nullus, verſ. Sed quantum, de pœnit. diſt. 7. cap. Principium, §. Charitas, de pœnit. diſt. 2. Theol. in 1. ſent. diſt. 43. tamen ſi conſideretur in actu ſecundo, ſcilicet extenſivè, & determinativè, ſeu quantum ad efficientiam, & reſpectu effectus, eſt finitus, ſeu ut alii explicant, applicatur finitè, & finitatè ad finitos effectus, & hanc doctrinam ab omnibus receptam eſſe teſtatur Navarr. in Manual. cap. 25. n. 110. verſ. Trigeſimoquinto, Quod adeò verum eſt, ut nec ſacrificio Crucis cruento concedatur efficacitas infinita, nam licet fuerit infiniti valoris quoad ſufficientiam, finiti tamen fuit quoad efficientiam, quia non produxit niſi effectus finitos, ut egregiè explicat D. Thom. in 3. par. q. 79. art. 7. ad ſecundum, & ex aliis obſervat Suar. tom. 3. in 2. par. diſp. 79. ſect. 11. & Gabriel Vaſquez in 3. par. diſput.
48 230. cap. 3. Unde Cajet. tom. 2. Opuſcul. tract. 3. in præallegat. c. 2. verſ. Verumtamen. (Sicut, (inquit,) infinitas effectus Chriſti Crucifixi eſt ſecundùm ſufficientiam, & ſecundùm naturam cauſæ univerſalis, indeterminatæ ſcilicet, & non determinatæ ad hunc aut illum, ita hoc ſacrificium eſt & ſui ipſius natura infinitæ ſufficientiæ, & indeterminatæ efficaciæ. Verumtamen ſicut efficacia Paſſionis Chriſti quoad efficientiam determinatur ad hunc per hoc, vel illud Sacramentum, ita efficacia hujus ſacrificii, non quoad ſufficientiam, ſed quoad efficientiam per applicationem Sacerdotis determinatur ad hunc, vel illum, pro quo offertur.) Hæc ille.
49 Itaque effectus ſacrificii ad quem obtinendum Miſſa petitur, & promittitur, finitus eſt. Finitum autem in plures diviſum minus habetur à ſingulis, quàm ſi totum haberetur ab uno, cap. Cum. M. in princ. ſuprà de conſtitut. cap. fin. verſ. Quamquam inter pauciores, de conceſſ. Preben. lib. 6. & in hac ſpecie notant hic Joan. Andr. num. 5. in gloſſ. 3. verſ. Dicas, Butr. n. 8. Anchar. n. 5. & reliqui interpretes. Turrecrem. in d. cap. Non mediocriter, n. 9. in fin. de conſecr. diſt. n. 5. & Sylveſt. in ver. Miſſa, 1. n. 9. verſ. Sed iſta opinio. Quidquid igitur datur ſecundo, adimitur primo, & neutri ſatisfit; & conſequenter Sacerdos, qui unicam Miſſam dicit pro pluribus, à quibus plura ſtipendia accepit, peccat contra juſtitiam, nec liberationem conſequitur, quia minus ſolvit, l. Si ſtipulatus, §. Qui decem debet, ff. de ſolut. l. 2. §. 1. & l. In executione, §. Pro parte, ff. de verb. obligat. nam, ut formaliter arguit Scotus quodlibet 20. in princ. (Qui tenetur ad majus bonum non ſatisfacit ſolvendo minus bonum. Sed duæ Miſſæ ſunt majus bonum, quàm una. Una etiam Miſſa eſt majus bonum ſibi ſi dicatur pro illo, quàm ſi dicatur ſimul
50 pro illo, & alio. Ergo, &c.) Suffragia enim valent per modum ſolutionis debiti, cap. Animæ, 13. q. 2. S. Thom. in 4. diſtinct. 45. q. 2. art. 4. q. 2. ad pri-
51 mum, & juſtitia humana exemplatur à juſtitia Divina, c. Tunc vero, 12. q. 3. & in propoſito idem docuit d. art. 4. q. 1. in ſolutione quæſt. & Card. hic n. 7.
52 Hanc autem doctrinam, & diſtinctionem duplicis

valoris in Miſſa eſſe ipſius S. Thom, exiſtimo tam
eſſe clarum, quàm quod clariſſimum. Sed quia à
nonnullis id controvertitur, abs re non erit illius
verba hic fideliter referre. Nam, ( ut inquit Syl-
veſt. *in ver. Miſſa, 1. q. 3.* ) fundamenta ab ipſo pe-
tenda ſunt, qui in hujuſmodi ſecretis ſemper aut
ratione, aut revelatione fuit edoctus antequam
ſcriberet; ejuſque doctrina fuit ſolemniter ap-
probata per Extravag. Joan. XXII. & per Bullam
Urbani V. directam Archiepiſcopo, & Cancella-
rio, & Magiſtris, & univerſis in civitate Tholo-
ſana, cujus extrema verba ſunt hæc: ( Volumus
inſuper, & tenore præſentium vobis injungimus,
ut B. Thomæ doctrinam tamquam veridicam, &
Catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis vi-
ribus applicare. ) Refert idem Sylveſt. *in ver. Lex,*
*n. 9. in 3. dicto principali.* Ipſe igitur Angelicus Do-
ctor licet ejus verba in alium ſenſum ab aliqui-
bus detorqueantur, *in 3. par. q. 79. art. 5.* ſic ait:
( Quamvis ergo hæc oblatio ex ſui quantitate ſuf-
ficiat ad ſatisfaciendum pro omni pœna; ecce va-
lor infinitus quoad ſufficientiam: tamen fit ſatis-
factoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offe-
rentibus ſecundùm quantitatem ſuæ devotionis,
& non pro tota pœna, ecce valor finitus, & limi-
tatus, quoad efficientiam, & determinatos effe-
ctus ) fortè tamen hic locus vitari poſſet propter
ea, quæ dixi ſupra n. 32. Sed, idem apertius do-
cuit in *4. diſt. 45. q. 2. art. ult. q. ult. ad ult. argumen-*
*tum,* in hæc verba. ( Quamvis Chriſti virtus, quæ
continetur ſub Sacramento Euchariſtiæ, ſit infi-
nita ( ecce valor ſacrificii infinitus ſecundùm ſe,
& indeterminate ) tamen determinatus eſt effe-
ctus, ad quem illud Sacramentum ordinatur; un-
de non oportet, quòd per unum Altaris ſacrifici-
um tota pœna eorum, qui ſunt in Purgatorio, ex-
pietur: unde etiam quandoque plures Miſſæ in
ſatisfactionem unius peccati injunguntur. ) Hæc
ibi: Ecce infinita virtus ſacrificii applicata finitè,
53 ac limitatè ad determinatos effectus. Ruſſus *in*
*ead. art. 4. q. 2.* proponit in terminis quæſtionem,
utrum ſuffragia facta pro multis tantundem va-
leant ſingulis, ac ſi pro unoquoque ſingulariter
fierent, & in verſ. *Sed contra,* ſic ait: ( Suffragium
habet finitam efficaciam. Ergo diſtributum in
multos minus prodeſt ſingulis, quàm prodeſſet ſi
fieret pro uno tantùm. ) Et in corpore ( Si valor,
( inquit, ) ſuffragiorum conſideretur in quantum
ſunt ſatisfactiones quædam per intentionem fa-
cientis tranſlatæ in mortuos, tunc magis valet
ſuffragium ei, quod pro eo ſingulariter fit, quàm
pro eo, quod communiter fit & multis aliis; Sic
enim effectus ſuffragii dividitur ex Divina Juſti-
tia inter eos, pro quibus ſuffragia fiunt. Hæc S.
Thomas.

54 Quòd autem ſacrificii valor ex opere operato
ſit finitus, & taxatus quantum ad efficientiam,
deducitur etiam ex Scoto *in prealleg. Quodlibet.*
*20. in §. De tertio,* quia bonum, quod debetur vir-
tute ſacrificii correſpondet ſecundùm plenam ju-
ſtitiam alicui merito in Eccleſia: hoc autem me-
ritum eſt finitum, & certi gradus: ergo ſibi ſe-
cundùm juſtitiam plenam correſpondet bonum
certi gradus reddendum, ad hoc cap. *Tempus,* &
cap. *Non æſtimemus, 13. quæſt. 2.* & l. *Et virtutum, in*
*princ. C. de ſtat. & imagin.*

Sed & Dominus in cœna noviſſima ordinavit
ut tam Apoſtolis, quos tunc novi teſtamenti Sacer-
dotes inſtituit, quàm alii Sacerdotes aſſiduè of-
ferrent corpus, & ſanguinem ſuum, dum ait, *Hoc*
*facite quotieſcunque, &c.* ut *1. ad Corinth. 11.* Ergo
noluit ut ex unico ſacrificio, & ſemel ab Apo-
ſtolis peracto infiniti effectus producerentur, ſed
ut cujuſque oblationis eſſet fructus taxatus, & cer-
ti gradus ad hoc ut anguſtiſſimum hoc ſacrificiū,
ſine quo Religio non poteſt conſiſtere, frequen-
taretur in Eccleſia, tum ut memoria Dominicæ
Paſſionis in finem uſque ſæculi permaneret, tum
ut illius ſalutaris virtus in remiſſionem eorum,
quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum
applicaretur, prout hæc leguntur in Decreto
Concilii Tridentini *ſeſſ. 22. de ſacrific. Miſſæ, c. 1. &*
*cap. 2.*

Hujus autem Divinæ ordinationis clariſſimū
argumentum eſt, quòd Eccleſia, quæ fideliſſima
interpres inſtitutionis Chriſti, cùm à Spiritu San-
cto regatur, c. *Qui contempta,* & c. *Fruſtra, 8. diſt.*
c. *Loquitur, 24. q. 1.* cap. *Quis neſciat, 11. diſt.* quæ
vel à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam
erraſſe probatur, cap. *A recta, vad. cauſ. & quæſt.*
multas Miſſas ad eamdem rem obtinendam of-
ferre conſuevit. Ergo Divinam inſtitutionem ita
eſt interpretata, ut valor Miſſæ quantum ad effi-
cientiam, & prout determinatur ad hunc, vel il-
lum non ſit infinitus, alioquin ſupervacaneum
fuiſſet ad unum ſpecialem effectum unius rei im-
petrandæ plures Miſſas inſtituere, ſi unica ſuffice-
ret ad impetranda omnia quæ petuntur. Dicitur
enim fruſtra fieri, cùm non perficitur id cujus
gratia ſit, ut habetur in *2. Phyſicorum, c. 2. tex. 62.*
55 Quod etiam comprobatur ejuſdem Concilii
Decreto, *cap. 4. ſeſſ. 25.* ubi datur facultas Epiſco-
pis in Synodo Diœceſana, & Generalibus Ordi-
num in Capitulis generalibus reducendi onera
Miſſarum celebrandarum. Et quotidie etiam Se-
des Apoſtolica conſuevit ejuſmodi onera Miſſa-
rum cum certis conditionibus ad pauciorem nu-
merum reducere. Quod certè ſuperfluum fuiſſet,
ſi unius Miſſæ celebratione poſſet oneribus om-
nibus ſatisfieri. Conſuetudo autem Eccleſiæ præ-
valet authoritati cujuſcunque Doctoris, S. Tho-
mas *2. 2. quæſt. 10. art. 12.* & *quodlib. 2. art. 7.*

Similiter ut formaliter ratiocinatur idem S.
56 Thom. *in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4. q. 2.* in ſolutione
quæſtionis. Melius eſt plures juvare, quàm unum.
Si ergo ſuffragium pro multis factum tantum va-
leret ſingulis ac ſi pro uno tantùm fieret, Eccleſia
non debuiſſet inſtituere, ut pro aliquo ſingulari-
ter Miſſa diceretur, ſed ut ſemper diceretur pro
omnibus fidelibus. Quod patet eſſe falſum, ad
hoc textus optimus in cap. *Sacroſancta, verſ. Et li-*
*cet, 22. diſt.* ubi Anacletus Papa, ( Licèt ( inquit )
pro omnibus aſſidua apud Deum omnium San-
ctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus
Beatiſſimus Apoſtolus Romanis proprio chiro-
grapho pollicetur dicens: *Teſtis enim mihi eſt Deus,*
*quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in*
*orationibus meis*: ex quo textu colligit ibi Gemin.
*in 4. notab. num. 3.* magis prodeſſe orationem, quæ
ſit ſpecialiter pro uno, quàm generalem, quæ fit
univerſaliter pro omnibus ab Eccleſia. quod fu-
ſius proſequitur *ibi* Præpoſ. *n. 2.* ( Ad quid enim
( inquit ) jura facerent tantam vim inter particu-
lares Miſſas, maximè pro defunctis, & ordinarias
feſtorum, vel feriales, in quibus etiam fit genera-
lis commemoratio vivorum, & mortuorum, ut
in c. *Cùm creatura,* & c. *Quidam, de celebrat. Miſſar.*
in



in cap. *Et hoc advertendum,* & in cap. *penult. de con-*
*ſecrat. diſt. 5.* Si non plus operaretur illi, pro quo
fit peculiaris Miſſa, quàm commemoratio gene-
ralis. ) Hæc Præpoſ. facit textus cum gloſſ. in l. *I-*
*tem apud Labeonem, §. Hoc edictum, in ver. Neglecta, ff.*
*de injur.*

57 Et confirmatur ex conſideratione Scoti *quod-*
*libet. 20. §. De primo*: nam in amicitia humana di-
lectus per ſupplicationem meretur majus forum
uni, quàm ſi ſupplicaret pro multis: etenim pro
uno exaudiretur, ut tantum bonum impetraret
ei, qui ſi pro multis peteret, vel non pro omnibus,
exaudiretur, vel non tantum bonum impetraret,
& iſtud eſt ſecundùm juſtam legem amicitiæ. Er-
go ſimiliter apud Deum magis valet ad impe-
trandum oblatio ſi fiat ſpecialiter pro uno, quàm
ſi fiat generaliter pro multis; ad hoc l. *Si quis mihi*
*bona, §. Sed utrum, ff. de acquiren. hered.* Authen. *de*
*nupt. §. Soluto,* ibi, *unde donec, collat. 4.* & l. *Quæro, ff.*
*de action. empt.* nam quod ſpecialiter declaratur,
validiùs operatur, quàm quod in genere prædica-
tur, textus & ibi Bald. *in princ. in l. 2. C. de ſerv. pi-*
*gnor. dato,* & l. *Quintus, la prima,* §. *Sed quod Quintus,*
ibi, multum enim intereſt generaliter, an ſpecia-
liter hæc legentur, *ff. de aur. & arg. leg.*

58 Præterea ſi hic Sacerdos unicâ Miſſâ ſatisfa-
ceret multis, quorum ſinguli eleemoſynam con-
tulerunt pro unius Miſſæ celebratione, eadem
ratione hic Sacerdos unicâ Miſſâ ſatisfaceret ei,
à quo plura ſtipendia accepiſſet pro pluribus Miſ-
ſis celebrandis. Hoc autem conſtat eſſe falſum;
damnaretur enim ab Eccleſia, ut quis unicâ Miſ-
ſâ ſatisfaceret Miſſis B. Gregorii, quæ ſunt trigin-
ta; quippe is, pro quo fiunt plura ſuffragia, citiùs
liberatur à pœnis Purgatorii, ut docet Magiſter
ſententiarum in *4. diſt. 45.* & poſt eum S. Thom.
*quodlib. 2. art. 14.*

59 Poſtremò obſervandum eſt in ſacrificio Miſſæ
triplicem reperiri offerentem, nempè Chriſtum,
Eccleſiam, & Miniſtrum. De Chriſto hoc eſt ex-
preſſum in Concilio Tridentino *de ſacrific. Miſſæ,*
*ſeſſ. 22. cap. 2.* ubi ſic legitur, ( Una, eademque eſt
hoſtia, idem nunc offerens Sacerdotum miniſte-
rio, qui ſeipſum tunc in Cruce obtulit, ſola offe-
60 rendi ratione diverſa. ) De Eccleſia id colligitur
ex D. Thoma *in 3. par. quæſt. 79. art. 6. in corpore,* &
*art. 7. ad 3.* & Scot. *d. quodlib. 20. §. De primo,* & pa-
tet *ex ead. ſeſſ. 22. c. 6.* ubi S. Synodus docet, ( Miſ-
ſas privatas cenſeri communes, quia celebrantur
61 à publico Eccleſiæ miniſtro. ) Opus enim mini-
ſterii eſt magis principalis agentis, cap. *Litteris, ſu-*
*prà de reſcript.* cap. *Mulieres, §. Illi verò, infrà de ſent.*
*excommun.* S. Thom. *in 4. diſt. 45. q. 2. art. 1. quæſt. 3.*
*in corpor.* De miniſtro ſimiliter hoc eſt notiſſi-
mum: nam ut habetur in cap. *Perlectis, 25. diſt.* ( Ad
Sacerdotem pertinet Sacramentum Corporis, &
ſanguinis Chriſti Domini in Altari conficere. ) &
patet ex Concilio Trident. *ſeſſ. 22. de obſerv. & e-*
*vit. in celebrat. Miſſæ,* cap. *un.* ibi; ( vivifica illa ho-
ſtia, qua Deo Patri conciliati ſumus, in Altari
62 per Sacerdotes quotidie immolatur. ) Qua de re
S. Thom. & Theologi *in 3. par. q. 82. per totam.* Et
quidem in conſecratione quæ eſt eſſentialis ob-
latio, cap. *Utrum de conſecrat. diſt. 2.* non Eccleſiæ,
ſed Chriſti perſonam agit. Ideoque ac Chriſtus
loqueretur, dicit: *Hoc eſt Corpus meum.* In reliquis
verò orationibus loquitur in perſona, & nomine
Eccleſiæ, *Offerimus tibi Domine,* &c. *Placeat tibi ob-*
63 *ſequium ſervitutis noſtræ.* His autem tribus offeren-
tibus in ſacrificio Miſſæ triplex effectus reſpon-
det ex opere operato; ideoque Scotus *circa finem*
*d. quodlib.* relatus à Sylveſtro *in ver. Miſſa primo, n.*
*9. verſ. Scotus etiam,* effectum ſacrificii appellans
meritum, virtualiter ſic ait. ( Meritum Miſſæ in
tres partes dividitur, quarum una Chriſto, alia Ec-
cleſiæ attribuitur, tertia Sacerdoti, & hanc ter-
tiam partem dumtaxat poteſt diſpenſare Sacer-
dos, qui ſi eam attribuat alicui determinatæ per-
ſonæ, non poteſt alteri attribuere; quia tale me-
64 ritum eſt finitum, & limitatum; alioquin una Miſ-
ſa liberaret omnes de Purgatorio, quod eſt hære-
ticum; & ſi eſt finitum, diviſum minuitur tandem
uſque ad nihilum. Et ſi totum uni communicatur,
alius nihil habet. ) Hæc ex illo, cujus doctrina to-
ta eſt ſingularis, & meritò Eccleſiæ uſu recepta, ut
teſtatur Navar. *in Manual. cap. 25. num. 92.* & la-
tiùs *in Enchirid. de orat. cap. 20. n. 77.* & in cap. *Non*
*mediocriter, de conſecrat. diſt. 5.* & Covarr. alios ad-
65 ducens in d. cap. *Alma Mater, par. 1. §. 5. n. 5.* Sanè
hic abuſus, qui maximè avaritiam fovet, fidem
fallit, pietatem fidelium lædit, Sacerdotes illa-
queat, & animas Defunctorum fraudat debitis
ſuffragiis, videtur omninò abolendus in Decretis
*de celebrat. Miſſar.* de quorum editione nunc agi-
tur, cap. *Extirpanda, de Præbend.* cum concordant.
de quibus *ibi* per Hoſt. *n. 9.* Concilium Tridenti-
num *ſeſſ. 22. de obſerv. & evitand. in celebrat. Miſſar.*
*cap. unico, verſ. Cum igitur.*

Atque ita conſultis Theologis, & articulo pro
rei gravitate maturè diſcuſſo S. Congregatio
Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
hanc ſententiam poſteà ſequuta eſt in iiſdem De-
cretis *de celebrat. Miſſar.* juſſu Sanctiſſimi D. N. Ur-
bani VIII. me Secretario editis, & à Sanctitate
ſua approbatis, & confirmatis in §. *Deinde,* quæ ha-
bentur in Bullar. *tom. 4. pag. 314.* ubi ſic legitur:
( Deinde ubi pro pluribus Miſſis etiam ejuſdem
qualitatis celebrandis plura ſtipendia quantum-
cumque incongrua, & exigua ſive ab una, ſive à
pluribus perſonis collata fuerint, aut conferen-
tur in futurum Sacerdotibus, Eccleſiis, Capitulis,
Collegiis, Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſte-
riis, Conventibus, Congregationibus, Domibus,
ac locis piis, quibuſcumque tàm ſæcularibus,
quàm regularibus, S. Congregatio ſub obteſtati-
one Divini Judicii mandat, ac præcipit, ut abſo-
lutè tot Miſſæ celebrentur, quot ad rationem at-
tributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint; ita ut a-
lioquin iis, ad quos pertinet, ſuæ obligationi non
ſatisfaciant, quinimò graviter peccent, & ad re-
66 ſtitutionem teneantur. Id verò ut deinceps ob-
ſervetur exactiùs, S. Congregatio eadem autho-
ritate revocat privilegia, & indulta omnia qui-
buſvis perſonis, Eccleſiis, & locis piis tam ſæcu-
laribus, quàm regularibus cujuſcunque Ordinis,
Congregationis, & Inſtituti quamcumque ob
cauſam conceſſa; quibus indulgetur in certarum
Miſſarum, vel Anniverſariorum celebratione,
aut aliquibus collectis, ſeu orationibus plurium
Miſſarum oneribus in futurum ſuſcipiendis ſatiſ-
fiat. ) Hæc ibi.

Non obſtant modò argumenta primæ opinio-
nis oppoſitæ.

67 Ad primum enim, nempè ad textum in d. cap.
*Non mediocriter, de conſecrat. diſt. 4.* dantur à gloſſa,
& Doctoribus plures ſolutiones. Prima ſolutio eſt
Ber-

Bernardi Hiſpani, qui dixit authoritatem illam veram, quando Miſſa æqualiter pro omnibus dicitur; ſecùs ſi intuitu unius, quia tunc licet pro omnibus dicatur, plus proficit ei, pro quo orans ſpecialius intendit: & hanc eſſe veram ſententiam ſecundùm Theologos affirmat ibi Archidiaconus *in fine*, & Bellam. *n.2.* Sed certè hæc ſolutio quamvis in ſe vera ſit, ut ex dictis conſtat; tamen non congruit illis verbis, (acſi pro unoquolibet ipſorum diceretur,) quæ verba oſtendunt Miſſam dictam intuitu unius non magis prodeſſe, quam ſi pro omnibus æqualiter diceretur.

68 Secunda ſolutio eſt gloſſæ ibi *in ver. Dum igitur*, & Abb. *d. conſ. 99. n.* [illegible] *verſ. Contraria, lib. 2.* qui intelligunt illum textum in Miſſa, quæ juxta litteram dicitur pro centum cum hilaritate mentis: hæc enim non minus prodeſt ſingulis, quàm ſi diceretur pro quolibet ipſorum cum anxietate. Hæc ſolutio vera eſt, ſi valor Miſſæ penſetur ex virtute meriti, & operis operantis; ſic enim augetur juxta quantitatem charitatis, & fervoris miniſtri, c. *Ipſi Sacerdotes, 1. q. 1.* & dixi ſuprà *n. 35.* & quia orans pro multis majorem habet charitatem, hoc reſpectu Miſſa tantò eſt fructuoſior, quantò pro pluribus celebratur, ut dicam *infra n. 71.* Sed ſi valor Miſſæ conſideretur ex virtute ſacrificii, & operis operati, hæc ſolutio concidit cum ſecunda opinione Cajetani, & eſt apertè falſa, quia fructus ſacrificii reſpectu alterius, cui applicatur, non augetur, nec minuitur ex devotione, vel malitia Sa-
69 cerdotis, ut fuſè oſtenſum eſt ſuprà *n. 28.* Tertia ſolutio eſt ejuſdem gloſſæ, ut littera ſit referenda ad ipſum celebrantem, quò non minus valet ei ſi Miſſam celebret pro centum, quàm ſi pro uno, & ſecundùm hunc intellectum illud verbum *accipitur*, exponi debet, id eſt à Sacerdote celebrante: & hunc intellectum approbat Abb. *loc. cit.* & Sylveſt. *in ver. Miſſa primo. n. 9. verſ. Quod autem addu-*
70 *citur*, & valdè conſonat litteræ: nam ibi Hieronymus poſteaquam decantationem quinq; Pſalmorum cum alacritate, & puritate prætulit totius Pſalterii modulationi cum triſtitia, & anxietate cordis, ſtatim ſubnectit: (Dum igitur pro centum animabus Pſalmus, vel Miſſa dicitur, nihil minus, quàm ſi pro unoquolibet ipſorum diceretur, accipitur.) Quamobrem cùm loquatur illativè, manifeſtè apparet eum de Sacerdote intellexiſſe, ita ut non minus ſit ei meritorium celebrare pro multis, quàm pro ſingulis, imò magis ſi moveatur ex majori fervore charitatis, c. *Charitas, de pœnit. diſt. 2.* Unde hanc ſolutionem poſuit, & S. Bonavent. *in 4. diſt. 45. art. 2 quæſt. 3. ad ult.* dicens: (Hieronymus, ſicut patet ex adjunctis, loquitur quantum ad meritum facientis, non quantum ad utilitatem ejus, pro quo fit.) Et Scot. *d.*
71 *quodlib. 20. §. de primo, in fin.* Ultima ſolutio colligitur ex doctrina D. Thomæ *in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4. q. 2. in corpore*, ait enim: (Si valor ſuffragiorum conſideretur ſecundùm quod valent ex virtute charitatis unientis membra Eccleſiæ, ſuffragia pro multis facta tantum ſingulis proſunt, ac ſi pro uno tantùm fierent; quia charitas non minuitur etſi effectus ejus dividatur in multos, imò magis augetur, ad hoc c. *1. verſ. Credendum, de pœnit. diſt. 6.*
72 Et ſimiliter etiam gaudium quantò pluribus eſt commune, ſit majus, ut dicit Auguſt. *8. Confeſſ. c. 3.* & ſic de uno bono facto non minus lætantur multi in Purgatorio, quàm unius (& hoc primo modo intelligitur textus in d. cap. *Non mediocriter*, ſecundùm Card. *hic num. 6. verſ. Per hoc reſpondetur*, Abb. *d. conſ. 99. n. 6. verſ. Vel tertio*, & Tabien. *in*
73 *verb. Reſtitutio, §. fin.*) Si autem conſideretur valor ſuffragiorum in quantum ſunt ſatisfactiones quædam per intentionem facientis tranſlatæ in mortuos, tunc magis valet ſuffragium alicui, quod pro eo ſingulariter fit, quàm quod pro eo communiter, & multis aliis; ſic enim effectus ſuffragii dividitur ex Divina Juſtitia inter eos, pro quibus ſuffragia fiunt.) Hæc S. Thomas, qui idem docuit *quodlib. 2. art. 14.* ut dixi ſuprà *n. 38.* Cujus verba, licèt illius mentionem non faciat, ferè ad litteram tranſtulit Jo. Andr. *hic n. 5. in gloſſ. 3. verſ. Dicat*, & ſequuntur communiter Doctores noſtri, ut inquit Abb. *ubi ſup.* quinimò tam Theologi, quam Canoniſtæ, & Summiſtæ communiter, teſte Tabiena *loc. cit.*

74 Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis ſuprà *n. 47. in 1. argum.* pro hac ſententia: nam etſi valor ſacrificii in ſeipſo, & quantum ad ſufficientiam infinitus ſit; eſt tamen finitus quantum ad efficientiam, ſeu applicatur finitè; & ideo diviſus in plures minus prodeſt ſingulis. Præterea, ut ait Scotus *d. quodl. 20. in fin.* (virtus ſacrificii non adæquatur valori ejus, qui continetur in ſacrificio; non etiam adæquatur merito Paſſionis Chriſti, ſed correſpondet alicui merito in Eccleſia, quod quidem meritum eſt finitum.)

75 Ad tertium reſpondetur ex D. Thoma *in 4. diſtinct. 45. quæſt. 2. art. 4. quæſt. 2. in reſponſione ad primum*; non procedere ſimilitudinem inter lectionem, & ſuffragia, quorum ſuffragia ut ſunt ſatisfactiones quædam, non proſunt per modum actionis, ſicut doctrina prodeſt, quæ, ſicut etiam omnis alia actio effectum habet ſecundùm diſpoſitionem recipientis, ſed valet per modum ſolutionis debiti; & ideo non eſt ſimile, ſequitur Turrecr. in d. cap. *Non mediocriter, n. 9. verſ. Ad ſecundum, de conſecr. diſt. 5.*

76 Et eodem modo reſpondetur ad exemplum de candela, nam, ut inquit S. Thomas *in præallegat. diſt. 45. quæſt. 2. art. 4. quæſt. 1. ad primum.* Suffragia proſunt per modum luminis in quantum a mortuis acceptantur, & ex hoc quamdam conſolationem recipiunt, & tantò majorem, quantò majori charitate ſunt præditi. Sed in quantum ſuffragia ſunt quædam ſatisfactiones per intentionem facientis tranſlata in alterum, non ſunt ſimilia lumini, ſed magis ſolutioni alicujus debiti: non autem eſt neceſſe, ut ſi debitum pro uno ſolvitur, ex hoc aliorum debitum ſolvatur.

Ad quartum reſpondetur orationem conſiderari, & ex parte orantis, & ex parte ejus, qui oratur; & ex utroque effectus ejus dependet, & ideo quamvis Divinæ virtutis non ſit magis difficile abſolvere multos, quàm unum, tamen hujuſmodi oratio non eſt ita ſatisfactoria pro multis, ſicut pro uno. Ita S. Thom. *in 4. diſt. q. 2. in reſponſione ad tertium.*

77 Ad quintum reſpondetur ex Scoto *d. quodlib. 20.* in Miſſa reperiri triplicem valorem, videlicet generaliſſimum, medium, & ſpecialiſſimum, ut latiùs dicam infrà *n. 94.* & omiſſo ultimo, qui ad rem præſentem non pertinet, generaliſſimus eſt, qui debetur generaliter toti Eccleſiæ, nec non iis, quorum ſit mentio in Canone. Medius eſt, qui debetur ei, quem Sacerdos cogitat in *Memento.*





Primus valor applicatur juxta intentionem Eccleſiæ independenter ab intentione Sacerdotis. Secundus applicatur à Sacerdote juxta intentionem ipſius. Non igitur mirum ſi ex applicatione primi valoris, quam facit Eccleſia, nihil decreſcat de valore, quem applicat Sacerdos; quia cùm ſint ſeparati, ex diviſione unius in plures, non ſequitur diminutio alterius, arg. l. *fin. ff. de calumn.* l. *Eum alium ff. de negot. geſt.* & l. *Papinianus exult. ff. de minor.*

78 Ad confirmationem autem reſpondetur ex oblatione, quam facit Eccleſia pro circumſtantibus, & generaliter pro omnibus fidelibus, idcircò nihil decreſcere unicuique, quia, ut advertit Cajetan. *tom. 2. opuſc. tract. 3. cap. 2.* & ex illo Gabriel Vaſq. *in 3. part. diſp. 231. c. 3.* ſive in Eccleſia ſint plures circumſtantes, ſive pauciores, unicuique taxatur fructus ex opere operato pro modo quantitatis fidei, & devotionis cujuſque: & ideo in Canone dicitur, *& omnium circumſtantium, quorum tibi fides cognita, & nota devotio, &c.* Nihil mirum igitur ſi hoc ſacrificium generaliter oblatum non minus proſit ſingulis eorum ſi offeratur pro pluribus, quàm ſi pro paucioribus, quod fuſiùs explicat Navarr. *in Manual. c. 25. n. 110. verſ. Arbitror autem.*

79 Ad ultimum motivum, quod unico jejunio poſſit ſatisfieri pluribus cauſis jejunandi, reſpondet Abb. *in præcitat. conſ. 99. nu. 6. verſ. Ad ſecundum, lib. 2.* Procedere quando quælibet illarum cauſarum concernit certum diem: oportet enim ut impleatur eadem die meliori modo, quo poteſt. Sed magis adæquatè ad hoc objectum reſpondet Scotus *dicto quodlib. 20. circa finem, verſ. De tertio*, diſtinguendo an plures obligationes ſint ad idem numero, an verò ad idem in ſpecie; & quidem ut ipſe ait, (ſi ſint ad idem numero, ut quando pluribus obligationibus obligor hâc ſextâ feriâ jejunare, puta ex præcepto Eccleſiæ, quia eſt ſexta feria quatuor temporum, & iterum quia eſt vigilia Apoſtoli jejunanda, & iterum ex regula mea: Iſtis obligationibus, quia ſunt ad idem numero, ſatisfacio uno actu jejunandi; ſecùs autem eſt ad idem ſpecie, & ratio videtur, quia obligatio non eſt ad impoſſibile ſolvi. Quotcumque autem ſunt obligationes ad hoc, nulli poteſt ſatisfieri niſi ſolvendo hoc: non ergo tenetur ad aliud. Sed quando ſunt plures obligationes ad idem in ſpecie, poteſt ſatisfieri eis ſolvendo aliud, & aliud. Nunc autem in caſu propoſito eſt alia, & alia obligatio completa, & ad idem in ſpecie, ſcilicet ad dicendam Miſſam. Ergo ſimpliciter non ſatisfacit niſi reddat diſtincta.) Hæc Scotus. Probatur hæc in l. *Qui bis idem ff. de verb. obligat.* in l. *Si non ſortem, §. Libertus, ff. de condit. indeb.* in l. *Si uſusfructus mihi, ff. de uſufruct.* in l. *Cùm plures, ff. de evict.* & ex notatis per DD. in l. *Titium*, ubi in ſpecie Jaſ. *n. 8. ff. de verb. oblig.* Ad id verò, quod generaliter aiunt de probabilitate opinionis oppoſitæ, reſpondeo uti falſam, & omni probabilitate deſtitutam authoritate Apoſtolica reprobatam fuiſſe in præallegatis Decretis *de celebrat. Miſſar.* & in declarationibus poſteà editis, ut inferius patebit, & quatenus eſſet probabilis, tamen Sacerdotes in hac materia, in qua vertitur periculum animæ, tenentur ex præcepto tutiorem partem amplecti, ut probavi latiſſimè in cap. *Ne innitaris, ſuprà de Conſtitut.* Cùm præſertim, qui conferunt eleemoſynam pro celebratione Miſſæ, non petant opiniones, ſed id, quod certum eſt, videlicet integrum ſacrificium, argum. cap. *Si quis autem, de pœnit. diſtinct. 7.*

80 Sed circa prædicta quadruplex occurrit difficultas. Prima, an ſi ſtipendium non ſit juſtum, eò quòd deficiat ab eo, quod ad ſuſtentationem celebrantis lege, vel conſuetudine taxatum eſt, liceat tunc Sacerdoti pro unius Miſſæ celebratione plura ſtipendia accipere uſque ad præfinitam taxam. Ratio dubitandi eſt, quia miniſtrantibus in Altari debentur ſtipendia ex juſtitia, cap. *Ex his, 12. q. 1.* cap. *Quicumque*, cap. *Charitatem*, & cap. *Eccleſiaſticis, 12. q. 2.* cap. *Cùm ſecundùm, de Præb.* Nam qui Altari ſervit, de Altari vivere debet, *1. ad Corinth. 9.* *Et dignus eſt operarius mercede ſua. 1. ad Timoth. 5. nec denario fraudari debent in vinea Domini operantes*, cap. *fin. de Magiſtr.* Ergo ſi Sacerdos neceſſariam ſuſtentationem non habeat, & merces non reſpondeat labori, contractus eſt injuſtus, ac proinde licebit ei jure ſuo uti, ſeque indemnem ſervare plura ſtipendia partiaria ad ſui ſuſtentationem accipiendo uſque ad quantitatem præfixam, & unica oblatione omnibus ſatisfacere, Ita Sot. *de juſt. & jur. lib. 9. q. 3. art. 1.* Canus, & alii, quos ſequitur Suar. *tom. 3. in 3. parte, diſput. 86. ſect. 4.* & Azor *inſtit. moral. tom. 3. lib. 12. c. 6. §. Mihi verò.* Sed hanc opinionem refellit Navarr. *in Manual. cap. 25. n. 92.* eamque expreſsè reprobavit S. Congregatio Concilii tum in præallegato Decreto *de celebrat. Miſſar. §. Deinde*; in illis verbis; Plura ſtipendia quantumcumque incongrua, & exigua tum in declaratione poſteà edita tenoris infraſcripti, videlicet, an cùm Ordinarius præſcripſerit eleemoſynam congruam juxta qualitatem loci, perſonarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes ſtipendium minus congruum teneantur Miſſas illis ab offerente præſcriptas ce-
81 lebrare: Sacra Congregatio cenſuit teneri. Et quidem jure optimo; nam in ſtipulationibus, & aliis contractibus, qualis dicitur celebrari inter dantem eleemoſynam, & Sacerdotem, nempe do ut facias, ut notatur in cap. *Significatum, de Præb.* ſemper primò id ſequimur, quod actum eſt à partibus, l. *Semper in ſtipulationibus*, & ibi Decius *in 1. notab. ff. de reg. jur.* & l. *Sed Celſus, §. Sed ſi fundus ff. de contrahen. empt.* Contractus enim ex conventione legem accipiunt, ut in reg. ſexti *Contractus*, & in l. *Contractus ff. eod.* Unde ſi Presbyter liberaliter, & gratis cuipiam promiſiſſet Miſſam dicere, utique teneretur ſtare promiſſis, quantumcumque nudum eſſet pactum, & non veſtitum cohærentia rei, vel contractus, cap. 1. *Cum materia, ſuprà de pactis*, cap. *unic. eodem tit. lib. 6.* *Eleutherius, 18. quæſt. 2.* alioquin frangeret fidem ſecundùm Tabien. *in ver. Reſtitutio, §. fin. verſ. Concludo igitur.* Ergo multò magis tenetur ſtare promiſſis cùm ſe obligavit ſtipendio accepto quantumvis incongruo, & exiguo imputet enim ſibi qui accipit eleemoſynam ad victum inſufficientem, & tamen promittit ſacrificium offerre. Videtur enim ſic favori ſuo renunciare, prout poteſt, l. *Si quis in conſcribendo, C. de pactis*, ad exemplum ejus, qui acceptat beneficium tenue, quia non propterea excuſatur à reſidentia, & ſervitio, cap. *Conquerente*, & ibi DD. *ſuprà de Cler. non reſid.* gloſſ. in cap. *Clericum victum, in ver. Vigilia, 91. diſt.*

82 Nec refragantur illa verba decreti *de celebrat. Miſſar.* quibus Sacerdos adſtringitur ad tot Miſſas celebrandas, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint. Quoniam ex S. Congregationis ſententia intelligi debent de præſcriptione facta ab eo, qui eleemoſynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod ſi tribuens eleemoſynam numerum Miſſarum celebrandarum non præſcripſerit, tunc enim Miſſæ celebrari debent quot præſcripſerit Ordinarius ſecundùm morem civitatis, vel provinciæ. Habentur ſupraſcriptæ declarationes in Bullar. *tom. 4. pag. 317.* Præterea ſi Sacerdos aliunde haberet unde viveret, utique non liceret ei plura ſtipendia utcunque minima accipere pro unius Miſſæ celebratione, ut idemmet Sot. fatetur *vol. art. 5.* Igitur nec ratione paupertatis id ei licebit. Tum quia paupertas ſacrificantis non tollit juſtitiam, nec debitum alteri, arg. c. *Ex tenore, de foro compet.* & c. *Denique, 14.*
83 *q. 5.* Tum quia Miſſæ ſacrificium non eſt inſtitutũ ad pauperum inopiam ſublevandam, quin potiùs ſanxit Eccleſia, ut nullus pauper ordinaretur, ut cap. *Non liceat, c. Epiſcopus, c. Tuæ,* & cap. *Cùm ſecundùm, de Præb.* & qui ordinatus in paupertatem incideret, artificiolo, vel agricultura ſibi victum quæreret, c. *Clericus victum, 91. diſt.* cùm non deceat eos, qui Divinis obſequiis adſcripti ſunt, cum Ordinis dedecore mendicare, Concilium Trident. *ſeſſ. 21. cap. 2.* Tum denique, quia ſacri Canones in aſſignatione ſtipendii non conſiderant paupertatem, ſed mercedem laboris, cùm nemo militet propriis ſtipendiis, cap. *Cùm ex officii, de præſcript.* & probatur in c. *Clerici, 1. q. 2.* perpendendo illum textum, ut dixi in cap. *Si quis ſanè, n. 7. ſuprà de peculio Cleric.* Ergo ſi Sacerdoti habenti unde vivat non licet plura ſtipendia etiam incongrua accipere, utique nec licebit pauperi. Quibus demum accedit, quod non ſolum ſacrificio Altaris, ſed & in multis aliis Sacerdos inſervit Eccleſiæ, & ut minimum Horas Canonicas recitat cap. 1. *ſuprà de celebrat. Miſſar.* Igitur non tenetur ei victum præbere is tantùm, pro quo ſacrificium offert, & conſequenter ex eo quòd ſtipendium ab ipſo acceptum ſit minus congruum, non ideo minus tenebitur integrum ſacrificium illi applicare.

84 Secunda difficultas eſt an ſi conſuetudine regionis receptum ſit ut Sacerdos, qui tenetur alicui ad applicationem ſacrificii, nihilominus ab aliis quoque eleemoſynam accipiat pro celebratione Miſſæ, & unicam Miſſam celebret pro omnibus, ejuſmodi conſuetudine excuſetur necne. Et quidem Præpoſ. in cap. *Sacroſancta, n. 3. verſ. Ego tamen, 22. diſt.* format ſimilem quæſtionem; videlicet; Si conſuetudo ſit in patria ut unus Sacerdos, licèt obligatus ad Miſſam ratione beneficii, vel ſalarii, tamen accipiat onus, vel eleemoſynas pro Miſſis peculiaribus ead. die, qua ad aliam Miſſam tenetur, dicendis, & dictam Miſſam ordinariam ad quam tenetur, & pro votiva, vel peculiari faciat collectam; an Sacerdos ſit tutus propter conſuetudinem: & reſolvit eſſe tutum, nec cenſeri fraudare teſtatorem, & dantem eleemoſynam
85 pro tali Miſſa peculiari, vel votiva. Movetur, quia intentio teſtatoris, vel dantis debet in dubio intelligi ſecundùm conſuetudinem patriæ, ut notat Bart. in l. *Hæredes mei, §. Cùm ita, ff. ad Trebellian.* & in l. *Iusjurandi, §. Si liberi, ff. de oper. libert.* Imol. in cap. *Potuit, in fin. de locat.* ad hoc l. *Semper in ſtipulationibus ff. de reg. jur.* ibi: (Si non appareat quod actum eſt, conſequens erit ut id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur,) & ibi Decius, *n. 8.* dat concordant. Ergo legando, vel dando eleemoſynam pro tali Miſſa peculiari, vel votiva, mens dantis & recipientis recipit interpretationem paſſivam à conſuetudine prædicta, ut ſatis ſit in ordinaria Miſſa dicere collectam votivè, vel peculiaris.

Sed his non obſtantibus contrarium videtur de jure verius; quia hujuſmodi conſuetudo eſt prava, & nutritiva peccati, ut patet ex dictis ſuprà à *n. 51.* & præſertim, *n. 65.* & idemmet Præpoſitus loco citato fatetur ex hoc multos illaqueari in perditionem animarum ſuarum, unde non meretur nomen conſuetudinis, ſed potiùs abuſus, & corruptelæ, cap. *Schiſmat. 24. q. 1.* c. *Cùm venerabilis, c. Ex parte,* & c. *fin. ſuprà de conſuetudine,* & ita in terminis noſtris reſolvit Scot. cit. *quodlib. 20. §. De tertio articulo, verſ. Sed numquid in caſu aliquo,* ait enim, ſimplices Sacerdotes teneri ad ſingulas Miſſas propter ſingulas obligationes: nec excuſaret eos conſuetudo de non celebrando plures Miſſas eodem die, quia tantum licet eis ad illa ſe obligare, de quibus fuerint certi quòd poſſint completè ſolvere, & ceſſat omnis difficultas, quia in Decretis *de celebrat. Miſſar.* a S. D. N. approbatis in §. *Deinde,* diſtrictè præcipitur Sacerdotibus, ut tot Miſſas celebrent, quot ſtipendia acceperunt pro illa celebratione, ita ut alioquin non conſequantur liberationem, quinimò graviter peccent, & ad reſtitutionem teneantur, ut dictum eſt *ſuprà n. 65. & in fin. in §. Non obſtantibus,* quoad omnia, & ſingula in iiſdem Decretis contenta derogant conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

86 Non obſtat fundamentum Præpoſiti quòd intentio eorum, qui conferunt eleemoſynam, recipiat interpretationem à conſuetudine, quia reſpondeo hoc verum eſſe, ubi conſuetudo eſt rationabilis, prout loquuntur Bart. & Imol. citati, quod non contingit hoc caſu. Ad quod adducit notabilem doctrinam Marian. Socin. *In tract. de oblat. libello 18. n. 3. verſ. Niſi diceretur,* ubi videtur velle, ut mens offerentium non debeat interpretari ſecundùm conſuetudinem, ſi talis conſuetudo ſit à jure improbata: & propterea quamvis oblationes factæ imagini alicujus Sancti depictæ in muro quæri poſſint domino muri ex voluntate offerentium tacitè, vel expreſsè declarata; tamen hæc tacita voluntas non eliciatur ex eo, quod ex conſuetudine oblationes cedant laico muri domino; quia hæc conſuetudo reprobatur in hanc conſuetudinem, 10. q. 1. ac proinde ab illa non eſt ſumenda tacitæ voluntatis præſumptio, ſeu declaratio. Ita in propoſito cùm conſuetudo ſatisfaciendi unicâ Miſsâ pluribus obligationibus ſit improbata in præcitatis Decretis, ab illa non eſt ſumenda interpretatio voluntatis offerentium eleemoſynas.

87 Declarat hanc concluſionem Scot. *loc. cit.* ut nõ procedat (ſi conſuetudo ſit ut anniverſaria celebrentur in illis Eccleſiis, ubi corpora ſepeliuntur, & in quibus ipſi mortui dum vixerunt, perceperũt Eccleſiaſtica Sacramenta: nã ſi talis Eccleſia rationabilem conſuetudinem habeat, ut eod. die nõ dicatur niſi una Miſſa pro mortuis, ſi contingat eodem die plura anniverſaria concurrere, ſatis ſit illis pluribus per unam Miſſam: Rector enim, vel miniſtri non obligantur ad impoſſibile, vel omnino ad inconveniens illi Eccleſiæ, in qua miniſtrant, cujuſmodi eſſet ibi eod. die plures Miſſas pro mortuis ſolemniter celebrare, & eorum obligatio debet intelligi ſecundùm rationabilem
88 conſuetudinem illius Eccleſiæ. Præterea quilibet poteſt cedere juri ſuo conſentiendo ut Miſſa non dicatur pro ſe ſolo, ſed pro ſe, & aliis ſimul, & talis ceſſio licèt expreſsè nõ fiat in caſu propoſito; tamẽ rationabiliter intelligenda eſt fieri implicitè nõ ſolùm in animo ejus, qui ſe obligat, ſed etiam illius, cui fit obligatio, dummodo ille, cui fit obligatio, bene noverit conſuetudinem Eccleſiæ.) Hæc Scot. ſequitur Navarr. *in Man. cap. 25. n. 92. in fin.* & in hoc caſu poſſet ſalvari opinio Præpoſiti in d. c. *Sacroſancta,* & ita etiam intelligi poſſunt Petr. de Palud. Antonin. & alii apud Sylveſt. *in ver. Miſſa, 1. q. 10.* & Tabien. *in ver. Reſtitutio, § fin.* dicentes, Sacerdotem obligatum ad plures Miſſas excuſari celebrando unam pro omnibus propter impoſſibilitatem celebrandi pro quolibet ſpecialiter, vel propter rationabilem conſuetudinem maximè apud eum, qui ſcit, vel ſcire debet; quia dolus ſcienti non infertur. Cogita tamen an huic declarationi refragetur decretum ſuperiùs relatum *n. 65. de celebrat. Miſſar.* nam illius verba reſpiciunt non tantùm Sacerdotes, quibus eleemoſynæ conferuntur, ſed etiam Eccleſias, Collegia, capitula, monaſteria, & loca pia quæcumque; jubentque tot Miſſas celebrari, quot præſcriptæ fuerint ab offerentibus eleemoſynas, & in fine tolluntur conſuetudines etiam immemorabiles. Atque ita videntur ſublatæ etiam conſuetudines Eccleſiarum, & cùm juſtitia, ut ait Scotus ubi ſup. requirat pro ſingulis obligationibus ſingulas Miſſas, æquè requiritur juſtitia in Eccleſia Collegia-
89 ta, ſicut à ſimplici Sacerdote. Tertia difficultas eſt, an beneficiati, vel Capellani, quibus diebus tenentur Miſſam celebrare ratione beneficii, vel ſalarii, poſſint ab aliis eleemoſynam accipere, & unicâ Miſsâ omnibus ſatisfacere.

Ludovicus Romanus *conſ. ſuo 339. incipien. Dilectus Monachus,* reſolvit Beneficiatum, ſeu Capellanum non teneri ſpecialiter celebrare Miſſam pro anima dotantis Capellam, & ſuorum, nec generaliter pro mortuis, ſed ſufficere, ut in oratione, quæ offertur Deo in Miſſa, fiat commemoratio defunctorum in genere, quia, ut ipſe inquit, non minus indulgentiæ accipit Patronus à Deo ex tali commemoratione generaliter facta, quàm ſi pro eo ſpecialiter fieret; allegat textum, qui hoc expreſsè dicit, in c. *Non mediocriter, de conſecr. diſt. 5* & propterea ſuperfluum eſt nomina eorum, pro quibus Miſſa celebratur, ſpecificè commemorare; textus eſt in cap. *Viſum,* & in c. *De nominibus, de conſecr. diſt. 1.* Subjicit tamen Romanus, at ſi Sacerdos vellet facere ſpecialem commemorationem, poteſt, & pium eſt ſic facere, non ut Deus intelligat, cui nihil eſt ignotum, ſed ut ſupplicantiũ devotior reddatur affectus, ut ait gloſſ. in d. c. *De nominibus, in fin.*

90 Cæterùm opinio Ludovici admitti poteſt in eo tantùm caſu, in quo Beneficiatus, vel Capellanus ratione beneficii, vel ſalarii tenetur ad ſolam celebrationem Miſſæ, cum cõmemoratione ſeu collecta pro anima fundatoris, vel alterius, non autẽ ad applicationẽ ſacrificii; idque omnino certũ





eſt puta quia in inſtitutione beneficii, vel capellaniæ ita expreſsè fuit cautum. Tunc enim cùm habeat Miſſam liberam, non prohibetur illius valorem quibus voluerit applicare, ut ſcripſi plenè in c. *Significatum, n. 38. ſup. de Præb.* in quæſt. An Sacerdos, qui tenetur ad ſolam Miſſæ celebrationem, non autem ad illius applicationem, poſſit pro applicatione eleemoſynam accipere. At ſecus dicendum eſt cùm beneficiatus, vel Capellanus eſt obnoxius ad dicendam Miſſam pro anima ipſius fundatoris, vel dotantis Capellam, aut cujuslibet alterius, quia tunc tenetur illis ſacrificium applicare, ut dixi in prædicta Decretali *Significatum, n. 44.* ac proinde non poteſt ab aliis eleemoſynam accipere, & unica Miſſa omnibus ſatisfacere, ita in terminis Abb. *conſ. 99. Quidam condidit teſtamentum, n. 5. verſ. Nunc tertium dubium, lib. 2.* ubi pleniſſimè conſuluit in facti contingentia, beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis quibus diebus tenentur Miſſam celebrare ratione beneficiorum ſuorum, non poſſe adimplere alia onera Miſſarum quas teſtator pro anima ſua celebrari mandavit, & illud conſilium ſequuntur Roch. de Curte *de jurepatr. in ver. Honorificum, q. 57. n. 90. verſ. Limita,* Lambertin. *in eod. tract. lib. 3. in 3. q. principali, art. 3. verſ. Sequitur prædicta,* & Navarr. *conſ. 9. incipien. Ex Concilio, n. 1. & 2. de celebrat. Miſſar.* ubi redarguit Ludovicum Romanum quòd malè conſuluerit, & eſt ex mente gloſ. 1. in c. *Significatum, ſuprà de Preben.* dum ait obligatum ad celebrandum ratione be-
91 neficii non poſſe alteri locare operas ſuas. Fundamentum hujus concluſionis eſt, quia cùm ſacrificium jam ſit uni debitum, non poteſt ſecundùm juſtitiam alteri applicari, cùm illa obligatio præceſſerit, arg. l. *Qui prior, ff. de jud.* & l. *Cùm ex pluribus, ff. de ſolut.* & optimè per Innoc. in c. *Cùm jam dudum, de Præben.* vel certè quatenus obligatio fieret pro utroque, non tamen abſolutè dicitur fieri pro ſecundo, quia ex Divina juſtitia dividitur inter eos, pro quibus offertur, & ſic diviſum minus accipitur à ſingulis, quaſi pro uno tantum ſingulariter offerretur, ut latiſſimè oſtenſum eſt ſupra *à num. 50.* Ad hoc bonus textus in ſimili in cap. *Cùm in illis, in fin. de Præbend. lib. 6.* ubi ſi mandatur provideri de beneficio ſpectante ad collatione m unius, non poteſt impleri mandatum in beneficio, cujus collatio ad eum ſimul cum alio pertinet. Ad idem facit textus in l. *Si fuerit, ff. de rebus dub.* ubi dicitur legatum impediri factum uni ex cognatis, qui primus Capitolium aſcenderit, ſi ſimul duo aſcendiſſe dicantur, vel ſuit factum illi, qui monumentum fecerit, & plures dicantur feciſſe. Item facit quod plenè notat Bartol. in l. *Hoc articulo, ff. de hæred. inſtit.* Unde cùm Sacerdos ſit obligatus ad celebrandum pro aliquo, ſeu pro anima unius, tenetur celebrare pro illius anima, & intuitu illius duntaxat, & non alterius: ad hoc textus optimus juncta gloſſ. *penult.* in c. *Cum Apoſtolica, de conceſſ. Præben.* & hanc ſententiam probavit S. Congregatio Concilii, tum in præallegat. Decretis *de celebrat. Miſſarum,* tum in declarat. poſteà edita tenoris infraſcripti, videlicet: An Sacerdotes, qui tenentur Miſſam celebrare ratione beneficij, ſeu Capellæ, legati, vel ſalarii, poſſint etiam manualem eleemoſynam pro Miſſis votivis, aut defunctorum recipere, & unico Miſſæ ſacrificio utrique oneri ſatisfacere? S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Inter-

pretum authoritate ſibi à Sanctiſſimo D.N. attributa cenſuit Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, aut ſalarii, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eâdem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere. Habetur in Bullar. *tom.4 pag.317.*

92 Quarta, & ultima difficultas eſt, An Parochus poſſit eleemoſynam accipere pro Miſſa celebranda in iis diebus, in quibus tenetur ex præcepto celebrare pro ſuis Parochianis.

Hæc quæſtio non videtur omninò pertinere ad interpretationem Decretorum, *de celebr. Miſſar.* quia in §. *Deinde*, ſolùm ſtatuitur, ut qui ſtipendia acceperunt pro Miſſis celebrandis, debeant tot Miſſas celebrare, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, atque ita hoc Decretum loquitur de Sacerdotibus accipientibus eleemoſynas manuales, non autem explicitè de obtinentibus beneficia Eccleſiaſtica.

93 Sed quæſtionis ſolutio videtur magis pendere ab intelligentia decreti Concilii Trident. *in c.1. ſeſſ.23* ubi diffinitur præcepto Divino mandatum eſſe omnibus curam animarum habentibus oves ſuas agnoſcere, & pro his ſacrificium offerre: nam ſi Parochus teneatur applicare ovibus ſuis Miſſæ ſacrificium, certum erit eum non poſſe eleemoſynam manualem accipere pro ejuſdem ſacrificii applicatione, ex his, quæ latiſſimè ſuperiùs deducta ſunt à *n.44.* Contextus Concilii tres habet intellectus: quidam enim exponunt verba illa, *pro his ſacrificium offerre,* id eſt pro eorum commoditate ad hoc, ut ipſi poſſint Miſſam audire, & ſatisfacere Eccleſiæ præcepto, de quo in c. *in Dominicis, 9. qu. 2.* & in cap. *2. de Paroch.* Sed hic ſenſus non videtur admodum congruere verbis Concilii: nam verbum *offerre*, & verba *pro his*, magis ipſam ſacrificii applicationem, quàm populi commoditatem important, c. *Tempus, 13. q. 2.* Præterea præceptum de Miſſa audienda in Dominicis, & feſtis diebus eſt de jure Eccleſiaſtico, c. *Miſſas*, ibi, Speciali ordine præcipimus, *de conſecr. diſt. 1.* Quomodo ergo Parochus adſtringitur Jure Divino ad ſacrificium offerendum, ut populus audire poſſit Miſſam, ſi populus ad id non tenetur ex conſti-
94 tutione Eccleſiæ? Pro intelligentia ſecundi intellectus præmittendum eſt ſacrificio Miſſæ ineſſe triplicem valorem, ſeu fructum ſecundùm Scot. *quodl. 20. art. 2. & 3.* quem alii Theologi ſequuntur, & cujus doctrinam dicunt eſſe ſingularem, & uſu Eccleſiæ meritò receptam, Sot. *de juſt. & jur. lib. 5. q. 2. art. 2.* Corduba *lib. 1. q. 3. notab. 4.* & Navarr. *in Manual. cap. 25. n. 92.* Primus fructus dicitur generaliſſimus, & hunc applicat Eccleſia per Sacerdotem ſummo Pontifici, & aliis, de quibus in Canone, & generaliter in qualibet Miſſæ celebratione. Secundus eſt ſpecialiſſimus, quo fruitur ipſemet Sacerdos dum celebrat. Tertius appellatur medius, cujus diſpenſatio committitur Sacerdoti, & eum applicat illis, pro quibus offert ſacrificium. Hi autem fructus ita invicem ſe habent, ut ex applicatione unius non impediatur applicatio alterius. Ideoque Sacerdos etſi teneatur generaliter celebrare pro Pontifice, pro Imperatore, pro Epiſcopo, &c. non tamen prohibetur idemmet ſacrificium etiam pro his, qui eleemoſynam conferunt, ſicut è converſo qui tenetur ad Miſſam ratione eleemoſynæ, non tamen prohibetur, imò debet ſacrificium offerre etiam pro Papa, atque aliis prædictis, ſicut etiam tetigi ſuprà *n.77. & ſeq.* Itaque dum Concilium declarat Parochum teneri pro ovibus ſuis ſacrificium offerre, dicunt quidam hoc eſſe intelligendũ quoad applicationem fructus generaliſſimi, ita ut teneatur pro illis celebrare eo modo, quo tenetur pro Pontifice, atque aliis generaliter. Id autem ut diximus non impedit quominus poſſit applicare ſacrificium etiam particulariter offerenti eleemoſynam. Sed neque hic intellectus videtur omnino congruere cum Decreto Concilii: nam dum Concilium declaravit teneri Parochum offerre ſacrificium pro ovibus ſuis, indicavit in Parocho adeſſe aliquam ſpecialem obligationem diverſam ab illa, quam habent ſinguli Sacerdotes applicandi fructum omnibus Chriſti fidelibus. Videtur ergo verus, & conſonus verbis, & intentioni Concilii tertius intellectus, quo Parochus obligatur ad offerendum ſacrificium pro ovibus ſuis, id eſt ad ſpecialem ipſius ſacrificii, & fructus medii applicationem, quemadmodum videntur ſentire Sot. *de juſt. & jur. q. 3.* Vaſq. *in 3. par. diſput. 235. art. 6. cap. 6.* & alii Recentiores.

Atq; hinc ſequitur, ut quibus diebus Parochus tenetur ex præcepto celebrare, & ſacrificium ſuis ovibus applicare, non poſſit eleemoſynam accipere pro ejuſdem ſacrificii applicatione; quia nimirum hic fructus medius ſacrificii jam reperitur alteri debitus ex his, quæ dicta ſunt ſuprà *n.* 91. Ita in puncto cenſet Suarez *tom. 3. in 2. par. diſp.*
95 *86. ſect. 3 §. Et juxta hanc concluſionem.* Nec eſt omittendum in Concilio quarto Provinciali Mediolanenſi à S. Congregatione recognito, atque à Sede Apoſtolica approbato in tit. *de his, quæ pertinent ad ſanctiſſimum Miſſæ ſacrificium,* inter cætera prohiberi Curatis, ne diebus Dominicis, & aliis, quibus tenentur celebrare pro populo, aliud ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum onus.

96 Pro complemento materiæ libet ſubnectere declarationem S. Congregationis Concilii Tridentini Sanctiſſimi D.N. Alexandri Papæ VII. juſſu editam ſuper ſecundo Decreto ejuſdem Congregationis *de celebrat. Miſſar.* cujus tenor talis eſt.

(Cùm Authores nonnulli ſcriptis ſuis etiam typis aſſeruerint Sacerdoti pro alio Miſſam recepta eleemoſyna celebranti licitum eſſe aliam eleemoſynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, ſeu valoris ejuſdem ſacrificii ipſimet celebranti debitam (ſpecialem nuncupatam) applicet: ac proinde hunc caſum ſub Decreto S. Congregationis Concilii prohibente duplex pro unica Miſſa ſtipendium, ſeu eleemoſynam recipi, non eſſe comprehenſum.

Propterea S. Congregatio Eminentiſſimorum, ac Reverendiſſimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, quæ authoritate ſibi per Apoſtolicam Sedem ſpecialiter attributa ſedulò curat, ne à Sacerdotibus circa celebrationem ſacroſancti Miſſæ ſacrificii, unde in nos uberrima Divinæ liberalitatis munera derivantur, avaritiæ labes ulla, aut ſuſpicio contrahatur, antedictam aſſertionem maturè examinavit, eademque prorſus reprobata ſub die 25. Januarii 1659. cenſuit.

Nulli Sacerdoti licitum eſſe præfata ratione, ſive prætextu aliarum eleemoſynarum accipere præ-



ter illam, quam accepit ab eo, pro quo Miſſam offerre tenetur: ac proinde caſum hunc eſſe comprehenſum in decretis, alias per eamdem S. Congregationem Concilii editis, quibus prohibetur, ne duplex ſtipendiũ pro unica recipiatur.

Quam S. Congregationis ſententiam ad Sanctiſſimum D.N. Alexandrum Papam VII. relatam, Sanctitas Sua ſub die 29. ejuſdem menſis approbavit, & Decretum publicari, atque ad Epiſcopos, & Generales Regularium Ordinum tranſmitti juſſit; ut ipſi doctrinam hujuſmodi per ſuos Pœnitentiarios, & Confeſſarios, ac Lectores reſpectivè inſinuari, doceri, atque in tractatibus moralibus per eoſdem imprimendos evulgari paſtorali vigilantia curent. Publicatum die 27. Octobris 1659.

97 Hinc non abſimilis eſt alia doctrina hoc tempore à nonnullis Auctoribus ſubtiliter adinventa, videlicet cùm valor, ſeu fructus medius ſacrificii, de quo ſacrificans poteſt ad libitum diſponere, dividatur in ſatisfactorium, & impetratorium: ſi quis det Sacerdoti ſtipendium pro Miſſa cum applicatione fructus ſatisfactorii, & alius det eidem Sacerdoti aliud ſtipendium pro Miſſa cum applicatione fructus impetratorii: poteſt Sacerdos unicâ Miſsâ ſatisfacere utrique obligationi applicando cuilibet fructum petitum. De hac doctrina egi cum Sanctiſſimo, qui viſus eſt eam improbare, juſſitque mihi, ut dubium diſcutiendum mitterem ad S. Congregationem Concilii, à quo poſt paucos dies edita fuit declaratio ſequentibus verbis concepta.

A Reverendiſſimo D. Fagnano pro ſua egregia pietate, ac Divini cultus zelo dubium infraſcripto verborum tenore conceptum ad hanc Sac. Congregationem jubente Sanctiſſimo D. N. tranſmiſſum fuit,

An Sacerdos, qui unum ſtipendium accepit pro celebratione Miſſæ, v.g. pro defuncto, & ſic cum obligatione applicandi fructum ſatisfactorium, & aliud ſtipendium pro celebratione Miſſæ, v.g. pro infirmo, & ſic cum obligatione applicandi fructum impetratorium, poſſit unica Miſſa utrique obligationi ſatisfacere, applicando defuncto ſatisfactorium, & infirmo impetratorium: Anve hoc caſu locum habeat Decretum ſecundum S. Congregationis Concilii *de celebr. Miſſar.*

Die 13. Decembris 1659. S. Congregatio Eminentiſſimorum, ac Reverendiſſimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum reſpondit quoad primam partem non poſſe ſatisfacere. Quo verò ad ſecundam habere locum.

## De Parochiis, & alienis Parochianis.

### *Cap. Si Epiſcopus.*

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopatus dividitur modo hic expreſſo inter Epiſcopum ſubſtitutum Epiſcopo hæretico, & ipſum hæreticum reverſum, & ex diſpenſatione receptum.*

2 *Epiſcopi duo ex magna cauſa poſſunt conſtitui in uno Epiſcopatu.*

3 *Epiſcopus hæreticus ad fidem converſus recuperat primum locum diſpenſativè.*

4 *Reſtitutio ad bona publicata non trahitur ad ea, quæ medio tempore in alium legitimè tranſlata fuerunt.*

5 *Diviſionem bonorum frater major facit, & minor eligit, ſecundùm opinionem Canoniſtarum, & n.13.*

*Et major intelligitur non reſpectu ætatis, ſed reſpectu adminiſtrationis, n.7.*

6 *Frater minor non provocat ad diviſionem, ſed provocatur à fratre majore.*

8 *Fratres ſi debeant aliquam hæreditatem dividere, non major natu debet diviſionem facere, ſed ille qui diutiùs res paternas adminiſtravit.*

9 *Diviſio inter ſocios ſtudii fieri debet ab eo, qui diutiùs in ſtudio fuit.*

10 *Frater major ſecundùm Legiſtas non tenetur facere portiones, nec minor eligere, ſed diviſio facienda eſt judicis officio, vel ſortes mittendæ, & n. ſeq.*

11 *Frater poteſt fratrem ad diviſionem vocare judicio familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo.*

12 *Iudex quomodo ſe gerere debeat in diviſione facienda inter fratres.*

13 *Conſuetudo, ut frater major dividat, & minor eligat, teſte Auguſtino, traxit originem à diviſione Abrahæ, & Loth, & n. ſeqq.*

14 *Dictum Sancti fulcitum auctoritate veteris, vel novi Teſtamenti prævalet dictis aliorum omnium.*

1 SI EPISCOPUS. Ponit qualiter dividatur Epiſcopatus inter Epiſcopum ſubſtitutum Epiſcopo hæretico, & ipſum hæreticum reverſum, & ex diſpenſatione receptum. Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Abb. & Jo. de Anania. Habet quinque dicta ad idem tendentia, quæ patent ex littera.

2 Nota primò ex textu caſum ſingularem, in quo duo Epiſcopi poſſunt eſſe unius Epiſcopatus, videlicet, quando alter cum parte populi labitur in hæreſim, & alter canonicè eligitur, ſeu præficitur: nam primus cum plebe ad Eccleſiæ unitatem reverſus, & ex diſpenſatione receptus conſtituitur Epiſcopus in eodem Epiſcopatu unà cum Epiſcopo ſubſtituto, ut hic notat Bernardus poſt caſum, & eſt ſimile in cap. *Non autem, 7. q. 1.* Ubi Auguſtinus acceſſit Valerio incolumi, ita ut uterque in ſolidum eſſet Epiſcopus, & munia Epiſcopalia exerceret, ut ibi in text. & in gloſſ. *in ver. Et non ſuccederet.* Hoc tamen ſecundùm Abb. hic *n. 3* fieri non debet ſine magna cauſa, ne in eadem diœceſi videantur duo capita quaſi monſtrum, ut cap *Inter cætera*, & cap. *Quoniam, ſuprà de offi. Ordinar.* nam expreſſè hoc prohibetur in d. c. *Quoniam*, & ita hic factum fuit, tum pro multitudine ſequentium Epiſcopum ad Catholicam fidem reverſum; tum pro utilitate, ut notat gloſſa in figuratione caſus. Cæterum, ut formaliter inquit Jo. Andr. *n. 5.* non credo, quod tuis diebus practices hunc caſum. Si enim hodie Epiſcopus ad fidem reverſus ſic reſtitueretur, Eccleſia aliter provideret ſubſtituto, dando alium Epiſcopatum, vel deſignando certos reditus. & Jo. Andr. totidem verbis referunt, Butr. *hic n. 7. in fin.* & Cardin. *n. 3. circa medium, verſ. In quo dicit Ioan. Andr.*

3 Secundò nota ibi, *Dividant ea.* Epiſcopum lapſum in hæreſim, ac poſtea ad Catholicam unitatem reverſum recuperare primum locum. Pro-

pretum authoritate ſibi à Sanctiſſimo D.N. attributa cenſuit Sacerdotes, quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, aut ſalarii, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eâdem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere. Habetur in Bullar. *tom.4 pag.317.*

92 Quarta, & ultima difficultas eſt, An Parochus poſſit eleemoſynam accipere pro Miſſa celebranda in iis diebus, in quibus tenetur ex præcepto celebrare pro ſuis Parochianis.

Hæc quæſtio non videtur omninò pertinere ad interpretationem Decretorum, *de celebr. Miſſar.* quia in §.*Deinde*, ſolùm ſtatuitur, ut qui ſtipendia acceperunt pro Miſſis celebrandis, debeant tot Miſſas celebrare, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ præſcriptæ fuerint, atque ita hoc Decretum loquitur de Sacerdotibus accipientibus eleemoſynas manuales, non autem explicitè de obtinentibus beneficia Eccleſiaſtica.

93 Sed quæſtionis ſolutio videtur magis pendere ab intelligentia decreti Concilii Trident. *in c.1. ſeſſ.23.* ubi diffinitur præcepto Divino mandatum eſſe omnibus curam animarum habentibus oves ſuas agnoſcere, & pro his ſacrificium offerre: nam ſi Parochus teneatur applicare ovibus ſuis Miſſæ ſacrificium, certum erit eum non poſſe eleemoſynam manualem accipere pro ejuſdem ſacrificii applicatione, ex his, quæ latiſſimè ſuperiùs deducta ſunt à *n.44.* Contextus Concilii tres habet intellectus: quidam enim exponunt verba illa, *pro his ſacrificium offerre*, id eſt pro eorum commoditate ad hoc, ut ipſi poſſint Miſſam audire, & ſatisfacere Eccleſiæ præcepto, de quo in c. *in Dominicis, 9. qu. 2.* & in cap.2. *de Paroch.* Sed hic ſenſus non videtur admodum congruere verbis Concilii: nam verbum *offerre*, & verba *pro his*, magis ipſam ſacrificii applicationem, quàm populi commoditatem important, c. *Tempus, 13. q. 2.* Præterea præceptum de Miſſa audienda in Dominicis, & feſtis diebus eſt de jure Eccleſiaſtico, c. *Miſſas*, ibi, Speciali ordine præcipimus, *de conſecr. diſt 1.* Quomodo ergo Parochus adſtringitur Jure Divino ad ſacrificium offerendum, ut populus audire poſſit Miſſam, ſi populus ad id non tenetur ex conſti-
94 tutione Eccleſiæ? Pro intelligentia ſecundi intellectus præmittendum eſt ſacrificio Miſſæ ineſſe triplicem valorem, ſeu fructum ſecundùm Scot. *quodl. 20. art. 2. & 3.* quem alii Theologi ſequuntur, & cujus doctrinam dicunt eſſe ſingularem, & uſu Eccleſiæ meritò receptam, Sot. *de juſt. & jur. lib.3. q.2. art.2.* Corduba *lib.1. q.3. notab.4.* & Navarr. *in Manual. cap.25. n.92.* Primus fructus dicitur generaliſſimus, & hunc applicat Eccleſia per Sacerdotem ſummo Pontifici, & aliis, de quibus in Canone, & generaliter in qualibet Miſſæ celebratione. Secundus eſt ſpecialiſſimus, quo fruitur ipſemet Sacerdos dum celebrat. Tertius appellatur medius, cujus diſpenſatio committitur Sacerdoti, & eum applicat illis, pro quibus offert ſacrificium. Hi autem fructus ita invicem ſe habent, ut ex applicatione unius non impediatur applicatio alterius. Ideoque Sacerdos etſi teneatur generaliter celebrare pro Pontifice, pro Imperatore, pro Epiſcopo, &c. non tamen prohibetur idemmet ſacrificium etiam pro his, qui eleemoſynam conferunt, ſicut è converſo qui tenetur ad Miſſam ratione eleemoſynæ, non tamen prohibetur, imò debet ſacrificium offerre etiam pro Papa, atque aliis prædictis, ſicut etiam tetigi ſuprà *n.77. & ſeq.* Itaque dum Concilium declarat Parochum teneri pro ovibus ſuis ſacrificium offerre, dicunt quidam hoc eſſe intelligendũ quoad applicationem fructus generaliſſimi, ita ut teneatur pro illis celebrare eo modo, quo tenetur pro Pontifice, atque aliis generaliter. Id autem ut diximus non impedit quominus poſſit applicare ſacrificium etiam particulariter offerenti eleemoſynam. Sed neque hic intellectus videtur omnino congruere cum Decreto Concilii: nam dum Concilium declaravit teneri Parochum offerre ſacrificium pro ovibus ſuis, indicavit in Parocho adeſſe aliquam ſpecialem obligationem diverſam ab illa, quam habent ſinguli Sacerdotes applicandi fructum omnibus Chriſti fidelibus. Videtur ergo verus, & conſonus verbis, & intentioni Concilii tertius intellectus, quo Parochus obligatur ad offerendum ſacrificium pro ovibus ſuis, id eſt ad ſpecialem ipſius ſacrificii, & fructus medii applicationem, quemadmodum videntur ſentire Sot. *de juſt. & jur. q.3.* Vaſq. *in 3. par. diſput. 235. art.6. cap.6.* & alii Recentiores.

Atq; hinc ſequitur, ut quibus diebus Parochus tenetur ex præcepto celebrare, & ſacrificium ſuis ovibus applicare, non poſſit eleemoſynam accipere pro ejuſdem ſacrificii applicatione; quia nimirum hic fructus medius ſacrificii jam reperitur alteri debitus ex his, quæ dicta ſunt ſuprà *n.* 91. Ita in puncto cenſet Suarez *tom.3. in 2. par. diſp.*
95 *86. ſect.3 §. Et juxta hanc concluſionem.* Nec eſt omittendum in Concilio quarto Provinciali Mediolanenſi à S. Congregatione recognito, atque à Sede Apoſtolica approbato in tit. *de his, quæ pertinent ad ſanctiſſimum Miſſæ ſacrificium*, inter cætera prohiberi Curatis, ne diebus Dominicis, & aliis, quibus tenentur celebrare pro populo, aliud ſuſcipiant Miſſarum celebrandarum onus.

96 Pro complemento materiæ libet ſubnectere declarationem S. Congregationis Concilii Tridentini Sanctiſſimi D.N. Alexandri Papæ VII. juſſu editam ſuper ſecundo Decreto ejuſdem Congregationis *de celebrat. Miſſar.* cujus tenor talis eſt.

(Cùm Authores nonnulli ſcriptis ſuis etiam typis aſſeruerint Sacerdoti pro alio Miſſam recepta eleemoſyna celebranti licitum eſſe aliam eleemoſynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, ſeu valoris ejuſdem ſacrificii ipſimet celebranti debitam (ſpecialem nuncupatam) applicet: ac proinde hunc caſum ſub Decreto S. Congregationis Concilii prohibente duplex pro unica Miſſa ſtipendium, ſeu eleemoſynam recipi, non eſſe comprehenſum.

Propterea S. Congregatio Eminentiſſimorum, ac Reverendiſſimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, quæ authoritate ſibi per Apoſtolicam Sedem ſpecialiter attributa ſedulò curat, ne à Sacerdotibus circa celebrationem ſacroſancti Miſſæ ſacrificii, unde in nos uberrima Divinæ liberalitatis munera derivantur, avaritiæ labes ulla, aut ſuſpicio contrahatur, antedictam aſſertionem maturè examinavit, eademque prorſus reprobata ſub die 25. Januarii 1659. cenſuit.

Nulli Sacerdoti licitum eſſe præfata ratione, ſive prætextu aliarum eleemoſynarum accipere præ-



ter illam, quam accepit ab eo, pro quo Miſſam offerre tenetur: ac proinde caſum hunc eſſe comprehenſum in decretis, alias per eamdem S. Congregationem Concilii editis, quibus prohibetur, ne duplex ſtipendiũ pro unica recipiatur.

Quam S. Congregationis ſententiam ad Sanctiſſimum D.N. Alexandrum Papam VII. relatam, Sanctitas Sua ſub die 29. ejuſdem menſis approbavit, & Decretum publicari, atque ad Epiſcopos, & Generales Regularium Ordinum transmitti juſſit; ut ipſi doctrinam hujuſmodi per ſuos Pœnitentiarios, & Confeſſarios, ac Lectores reſpectivè inſinuari, doceri, atque in tractatibus moralibus per eoſdem imprimendos evulgari paſtorali vigilantia curent. Publicatum die 27. Octobris 1659.

97 Hinc non abſimilis eſt alia doctrina hoc tempore à nonnullis Auctoribus ſubtiliter adinventa, videlicet cùm valor, ſeu fructus medius ſacrificii, de quo ſacrificans poteſt ad libitum diſponere, dividatur in ſatisfactorium, & impetratorium: ſi quis det Sacerdoti ſtipendium pro Miſſa cum applicatione fructus ſatisfactorii, & alius det eidem Sacerdoti aliud ſtipendium pro Miſſa cum applicatione fructus impetratorii: poteſt Sacerdos unicâ Miſſâ ſatisfacere utrique obligationi applicando cuilibet fructum petitum. De hac doctrina egi cum Sanctiſſimo, qui viſus eſt eam improbare, juſſitque mihi, ut dubium diſcutiendum mitterem ad S. Congregationem Concilij, à quo poſt paucos dies edita fuit declaratio ſequentibus verbis concepta.

A Reverendiſſimo D. Fagnano pro ſua egregia pietate, ac Divini cultus zelo dubium infraſcripto verborum tenore conceptum ad hanc Sac. Congregationem jubente Sanctiſſimo D.N. transmiſſum fuit.

An Sacerdos, qui unum ſtipendium accepit pro celebratione Miſſæ, v.g. pro defuncto, & ſic cum obligatione applicandi fructum ſatisfactorium, & aliud ſtipendium pro celebratione Miſſæ, v.g. pro infirmo, & ſic cum obligatione applicandi fructum impetratorium, poſſit unica Miſſa utrique obligationi ſatisfacere, applicando defuncto ſatisfactorium, & infirmo impetratorium: Anve hoc caſu locum habeat Decretum ſecundum S. Congregationis Concilii *de celebr. Miſſar.*

Die 13. Decembris 1659. S. Congregatio Eminentiſſimorum, ac Reverendiſſimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum reſpondit quoad primam partem non poſſe ſatisfacere. Quo verò ad ſecundam habere locum.

## De Parochiis, & alienis Parochianis.

### Cap. *Si Epiſcopus.*

*SUMMARIUM.*

1 *Epiſcopatus dividitur modo hic expreſſo inter Epiſcopum ſubſtitutum Epiſcopo hæretico, & ipſum hæreticum reverſum, & ex diſpenſatione receptum.*

2 *Epiſcopi duo ex magna cauſa poſſunt conſtitui in uno Epiſcopatu.*

3 *Epiſcopus hæreticus ad fidem converſus recuperat primum locum diſpenſativè.*

4 *Reſtitutio ad bona publicata non trahitur ad ea, quæ medio tempore in alium legitimè tranſlata fuerunt.*

5 *Diviſionem bonorum frater major facit, & minor eligit, ſecundùm opinionem Canoniſtarum, & n.13.*

*Et major intelligitur non reſpectu ætatis, ſed reſpectu adminiſtrationis, n.7.*

6 *Frater minor non provocat ad diviſionem, ſed provocatur à fratre majore.*

8 *Fratres ſi debeant aliquam hæreditatem dividere, non major natu debet diviſionem facere, ſed ille qui diutius res paternas adminiſtravit.*

9 *Diviſio inter ſocios ſtudii fieri debet ab eo, qui diutius in ſtudio fuit.*

10 *Frater major ſecundùm Legiſtas non tenetur facere portiones, nec minor eligere, ſed diviſio facienda eſt judicis officio, vel ſortes mittendæ, & n. ſeq.*

11 *Frater poteſt fratrem ad diviſionem vocare judicio familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo.*

12 *Iudex quomodo ſe gerere debeat in diviſione facienda inter fratres.*

13 *Conſuetudo, ut frater major dividat, & minor eligat, teſte Auguſtino, traxit originem à diviſione Abrahæ, & Loth, & n. ſeqq.*

14 *Dictum Sancti fulcitum auctoritate veteris, vel novi Teſtamenti prævalet dictis aliorum omnium.*

1 SI EPISCOPUS. Ponit qualiter dividatur Epiſcopatus inter Epiſcopum ſubſtitutum Epiſcopo hæretico, & ipſum hæreticum reverſum, & ex diſpenſatione receptum. Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Abb. & Jo. de Anania. Habet quinque dicta ad idem tendentia, quæ patent ex littera.

2 Nota primò ex textu caſum ſingularem, in quo duo Epiſcopi poſſunt eſſe unius Epiſcopatus, videlicet, quando alter cum parte populi labitur in hæreſim, & alter canonicè eligitur, ſeu præficitur: nam primus cum plebe ad Eccleſiæ unitatem reverſus, & ex diſpenſatione receptus conſtituitur Epiſcopus in eodem Epiſcopatu unà cum Epiſcopo ſubſtituto, ut hic notat Bernardus poſt caſum, & eſt ſimile in cap. *Non autem, 7. q.1.* Ubi Auguſtinus acceſſit Valerio incolumi, ita ut uterque in ſolidum eſſet Epiſcopus, & munia Epiſcopalia exerceret, ut ibi in text. & in gloſſ. *in ver. Ut non ſuccederet.* Hoc tamen ſecundùm Abb. hic *n.3* fieri non debet ſine magna cauſa, ne in eadem diœceſi videantur duo capita quaſi monſtrum, ut cap. *Inter cætera*, & cap. *Quoniam, ſuprà de offi. Ordinar.* nam expreſſè hoc prohibetur in d.c. *Quoniam*, & ita hic factum fuit, tum pro multitudine ſequentium Epiſcopum ad Catholicam fidem reverſum; tum pro utilitate, ut notat gloſſa in figuratione caſus. Cæterum, ut formaliter inquit Jo. Andr. *n.5.* non credo, quod nis diebus pacifices hunc caſum. Si enim hodie Epiſcopus ad fidem reverſus ſic reſtitueretur, Eccleſia aliter provideret ſubſtituto, dando alium Epiſcopatum, vel deſignando certos reditus. & Jo. Andr. totidem verbis referunt, Butr. *hic n.7. in fin.* & Cardin. *n.3. circa medium, verſ. In quo dicit Ioan. Andr.*

3 Secundò nota ibi, *Dividant etc.* Epiſcopum lapſum in hæreſim, ac poſtea ad Catholicam unitatem reverſum recuperare primum locum. Pro-

pterea enim iſte Epiſcopus recuperavit dimidiã partem Epiſcopatus duntaxat, quia fuerat ei ſubſtitutus alius Epiſcopus. Ergo non dato ſubſtituto, totum recuperaſſet, ut *hic* per Butr. *n. 2.* Sed tu dicas ex hac littera potius colligi oppoſitum: nam quod hic dicitur, fuit diſpenſatio, & proviſio, ut idem met Butr. fatetur, & fuit intellectus Tancredi, Bernardi, Innocentii *hic in princ.* & gloſſæ Joannis in c. *Ipſa pietas in figuratione caſus, 23. q. 4.* Vel certè ſecundùm alium intellectum Abbatis Antiqui, & Hoſt. qui placet Jo. Andr. *n. 5.* hoc cap. Non ponit jus commune in eo, quod Epiſcopus reverſus de hæreſi recipiatur ad Epiſcopatum, ſed in eo, quod diſpenſativè recipiatur. Itaque utcumque res ſe habeat, ſemper Epiſcopus converſus indiget gratiâ, & diſpenſatione, licèt hæc diſpenſatio ſecundùm poſteriorem intellectum habeat fomentum à jure communi.

4 Tertiò nota ex hac Decretali argumentum optimum ſecundum Abbatem Siculum *in 1. notab.* Quod ſi quis, cujus bona fuerunt ob delictum publicata, reſtituitur, non recuperat bona legitimè in alium tranſlata; ſicut ipſe Epiſcopus converſus non recuperavit primum locum, quia medio tempore fuerat ei ſubſtitutus alius Epiſcopus, & reſtitutio non poteſt retrotrahi cum præjudicio illius, cui bona fuerunt collata. Ad quod vide bonum text. in cap. *Quamvis, de reſcript. lib. 6.* & quod dixi in c. *Mandato, n. 56. 57. de Simon.*

5 Ultimò nota ibi, *& minor eligat.* In diviſione facienda meliorem eſſe conditionem minoris, quia major facit portiones, & minor eligit, ut in text. & notat Bernard. poſt caſum. Quod memoriæ commenda, pro diviſionibus quæ indies fiunt inter fratres majores, & minores, ſecundùm Anton. de Butr. *hic n. 6.* & Anchar. *n. 2.* ibi, Nota quod
6 antiquior dividit, junior eligit. Et eſt ſimile in fratre minore, qui non provocat ad diviſionem, ſed provocatur à fratre majore, ut l. *Inter omnes,* & ibi Bald. & Salycet. *Cod. præſcr. minor.* & l. *Jubemus, C.*
7 *de ſacroſ. Eccleſ.* Sed tu adverte, quia illud non probatur hic: nam verba illa: *ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat:* intelliguntur à Doctoribus de majore non reſpectu ætatis, ſed reſpectu majoris temporis, quo fuit in Epiſcopatu: quia præſumitur melius ſcire facultates Eccleſiarum; ſemper enim in dubiis recurrendum eſt ad illos, qui melius veritatem noverunt, cap. *Videtur, §. 1. & 2. infra qui matr. accuſar. poſſ.* ſecundùm Hoſt. *hic n. 2. in ver. Amplius temporis.* Jo. Andr. *n. 2.* Cardin. *eod. n.* Anchar. *in 4. not.*
8 & Abb. *n. 4.* qui ex hoc ſumunt optimum argum. ut ſi fratres debeant aliquam hæreditatem dividere, non major natu debeat diviſionem facere, ſed ille, qui diutius res paternas adminiſtravit: & inter ſocios ſtudiorum, qui diutius fuit in ſtudio. Et
9 hanc opinionem tenent communiter Canoniſtæ, ut teſtatur Jaſ. alios citans in l. *1. n. 39. verſ. Et iſtam opinionem,* & infra *verſ. Et tenendo, ſi certum petatur.* Sed Legiſtæ magis communiter tenent con-
10 trarium, ut dicit. Jaſ. *d. n. 39.* id eſt fratrem majorem non teneri portiones facere, nec minorem eligere, ſed vel diviſionem faciendam eſſe judicis officio, vel ſortes mittendas. Et ita in ſpecie determinant Bart. & Angel. in l. *1. C. de his qui ſe def. lib. 10.* Bart. & Bald. in l. *2. C. Quando, & à quibus quarta pars debeatur lib. 10.* & idem Bald. in l. *Si major, n. 1. C. Commun. divid.* dicens inter fratres ſexu, vel ætate diſpares de jure non debere eſſe differentiam prælationis dividendi, vel optandi, ſed in omnibus debere æqualitatem ſervari, ut ibi in tex. & ſic debet optio brevium, vel ſortis felicitate contingere non prærogativa perſonæ, ut l. 2. C. *Quando, & à quibus quarta pars debeatur lib. 10.* Angelus in l. *Sancimus, §. 1. circa medium, verſ. Alias autem, C. de donation.* ubi ait, Cùm ad diviſionem venitur, non deferri optionem minori ætate, aut majori, ſed oportere hoc committi judicio fortunæ, aut per licitationem rem dividi, ut l. *Si ſuper, C. Comm. de legatis.* Jo. de Imol. in l. *Sum quoque, in princ. ff. de hered. inſtituen.* plenè Tiraquell. *in tract. de Primogenit. q. 60.* Covarr. *pract. quæſt. c. 40. n. 3.* & dicit Jo. de Anan. in c. *Qualiter, & quando, il ſecondo, n. 4. ante med. verſ. & vidi hanc altercationem, infra de accuſat.* alias dum hic caſus eveniſſet de facto in civitate Bononiæ, omnes Doctores Bononienſes, eo excepto, conſuluiſſe pro iſta opinio-
11 ne: alios refert Jaſ. *loco citato,* & ex Canoniſtis hanc partem ſequitur Abb. *hic n. 4.* nam ut ipſe putat, frater non tenetur hanc diviſionem facere ſi nolit; nam poteſt fratres ad diviſionem vocare per judicium familiæ erciſcundæ, vel communi dividendo, & judex ex officio ſuo tenetur divi-
12 dere ſecundùm quod ſibi videtur æquum conſiderata rerum qualitate, ut habetur *inſtitut. de offic. judic. quaſi per totum,* & in l. *Ad officium, C. Commun. divid.* vel fortè ſecundum eum judex poſſet hoc onus dividendi injungere ei, qui habet majorem notitiam rerum, ſicut fecit hic Concilium.

13 Sed pro opinione Canoniſtarum urget auctoritas Auguſtini relati à Baldo in d. l. *Si major, n. 1.* qui *lib. 16. de Civitate Dei, cap. 20.* primò commemorat diviſionem Abrahæ & Loth, cujus in hunc modum fit mentio Geneſ. *c. 13. n. 8.* ac deinde ſic ait: (Hinc fortaſſe effecta eſt inter homines pacifica conſuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum eſt, major dividat, minor eligat.) Hæc Auguſtinus. Unde cum hanc dividendi conſuetudinem originaliter deduxerit ex diviſione Abrahæ, Loth, & ſic ejus dictum fulciatur auctoritate veteris teſtamenti, prævalet dictis aliorum
14 omnium, ut eſt gloſſ. reputata ſingularis, in c. *De libellis, in ver. illorum, 20. diſt.* quam ad hoc ponderat Jaſ. in d. l. 1. *n. 39. verſ. In contrarium,* dicens durum eſſe ad illam reſpondere, & ante eum Jo. de Anan. in d. cap. *Qualiter, & quando, n. 4.* ubi etiam advertit Legiſtas non rectè reſpondere ad hanc Decretalem, dum dicunt eam loqui diſpenſativè, vel in caſu ſpeciali favore fidei. Quia ratio
15 hujus textus æquè militat in aliis diviſionibus, ſicut in iſta, quæ fit inter Coepiſcopos. Subdit tamen per Italiam extare ſtatuta diſponentia ſuper hujuſmodi diviſione facienda, vel ſaltem eſſe quaſi generalem conſuetudinem. In caſu ſtatuti conſuluit Ludovicus Rom. *d. conſ. 471.*

## De Parochiis, & alienis Parochianis.

### *Cap. Nullus.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus parochianum alterius nec ordinare, nec judicare poteſt.*

Ar-



2 *Argumentum à poteſtate ordinis ad poteſtatem juriſdictionis, & è converſo validum eſt.*
*Declaratur, n. 3. uſque ad n. 17.*
3 *Poteſtas juriſdictionis eſt præſcriptibilis; poteſtas ordinis ſecus.*
4 *Prælati inferiores habent poteſtatem juriſdictionis, ſed non ordinis.*
5 *Epiſcopus ante conſecrationem non poteſt exercere ea, quæ ſunt ordinis, ſed tantùm ea, quæ ſunt juriſdictionis.*
6 *Epiſcopus proximior poteſt perſonas nullius diœceſis ordinare, ſed non judicare.*
7 *Epiſcopus ordinans etiam ad primam tonſuram alterius diœceſanum ſine Ordinarii licentia eſt ſuſpenſus per annum à collatione Ordinum, & n. ſeq.*
8 *Ordinatus ab alieno ſine licentia proprii eſt ſuſpenſus ipſo jure ab executione Ordinum quamdiu proprio Ordinario videbitur.*
9 *Epiſcopus proprius quoad Ordines conferendos dicitur ratione originis, beneficii, vel domicilii.*
10 *Epiſcopus an, & quomodo poſſit loca nullius diœceſis viſitare, & illorum ſubditis ordines conferre, ac dimiſſorias concedere, & n. ſeqq. uſq. in fin.*
11 *Epiſcopus, qui poteſt Eccleſias nullius diœceſis viſitare, poteſt etiam illorum ſubditos ordinare, eiſq. dimiſſorias concedere.*
12 *Nullius diœceſis loca origine, privilegio, præſcriptione.*
13 *Urbes, & loca, quibus primates præſidere debent, ante adventum Chriſti ſtatuta fuerunt.*
14 *Epiſcoporum, & maiorum Prælatorum inſtitutio.*
15 *Diœceſum diviſio.*
16 *Nullius diœceſis locorum origo.*
17 *Farſenſe, ac Sublacenſe monaſteria ſunt in provincia Romana.*
18 *Nullius diœceſis loca, privilegio.*
19 *Caſinenſis Eccleſiæ ſtatus.*
20 *Territorii diſmembratio cum omnimoda juriſdictione in Clerum, & populum excluſo Epiſcopo facit locum nullius diœceſis.*
*Caſtri Durantis Abbatia nullius diœceſis, ibidem, & n. ſeq.*
21 *Nullius diœceſis loca aut ſunt intra fines alicujus diœceſis, aut extra.*
*Abbatia S. Ioannis in Venere eſt intra fines Theatinæ diœceſis, ibid.*
22 *Nullius diœceſis ſtatus, præſcriptione.*
23 *Epiſcopus vicinior habet jus viſitandi loca nullius diœceſis ſi ſint extra fines. Si verò intra, habet jus viſitandi Epiſcopus, intra cujus diœceſis fines exiſtunt, & n. 26.*
24 *Bona præſumuntur diſmembrata à territorio, cui adjacent.*
25 *Proximitas à Cathedrali, non à diœceſi ſumenda eſt.*
27 *Epiſcopus manutenetur in quaſi poſſeſſione juriſdictionis in locis, quæ probaverit eſſe intra fines ſuæ diœceſis, donec ab inferiori Prælato probetur ſtatus nullius diœceſis per rem judicatam, vel exercitium utriuſq. juriſdictionis, n. 33.*
28 *Et quando hoc procedat.*
29 *Epiſcopus admittendus eſt ad plenariam viſitationem locorum nullius diœceſis. Et quid in eius Vicario, ibidem.*
30 *Eccleſia eadem à pluribus viſitari poteſt, & n. ſeq.*
32 *Epiſcopi viſitantes loca nullius diœceſis debent declarare ſe id facere ut delegatos Sedis Apoſtolicæ.*
33 *Regulares Eccleſiæ nullius diœceſis non poſſunt ab Epiſcopo viſitari, & n. 37.*
34 *Idem in Eccleſiis regularibus exemptis.*
35 *Regulares Eccleſiæ commendatæ ſubſunt viſitationi Epiſcopi ſi tantùm ſint exemptæ.*
36 *Secus ſi nullius diœceſis.*
38 *Eccleſiæ regulares nullius diœceſis etiam curatæ non poſſunt ab Epiſcopo viſitari.*
39 *Abbatia Caſtri-Durantis, quæ regularis erat, non poterat viſitari ab Archiepiſcopo Urbinatenſi.*
40 *Epiſcopus non poteſt viſitare loca nullius diœceſis in tribus caſibus.*
41 *Eccleſia S. Hippolyti de Faventia eſt ſedes ordinaria Generalis Camaldulenſis.*
42 *Caſtrum Cetrarii, in quo Abbas Caſinenſis exercet utramque juriſdictionem, non poteſt ab Epiſcopo viſitari.*
43 *Pii V. Decretum circa viſitationem Eccleſiarum curatarum in locis, ubi regulares exercent utramque juriſdictionem.*
45 *Decreta generalia ante publicationem non ligant.*
46 *Sufficit tamen publicatio facta Romæ.*
47 *Declarationes S. Congregationis Concilii non publicantur, & cur.*
48 *Decretum Pii V. non extenditur ad loca nullius diœceſis.*
49 *Epiſcopus in viſitatione locorum nullius diœceſis cauſas ordinarias cognoſcendo nulliter procedit. Secùs in viſitatione diœceſis. Sed tunc datur appellatio ad utrumque effectum.*
50 *Iudex delegatus nulliter procedit extra fines delegationis.*
51 *Prælatus inferior nullius diœceſis poteſt convocare quem maluerit Catholicum Antiſtitem pro Sacramento Chriſmatis.*
52 *Epiſcopus non poteſt ordinare Clericos nullius diœceſis niſi in ſua diœceſi.*
53 *Epiſcopus in diœceſi ſua ordinare poteſt etiam ſubditos illorum locorum, in quibus Capita Ordinum ſedem principalem habent, vel alii inferiores utramque juriſdictionem exercent.*

1 NULLUS. Epiſcopus Parochianum alterius nec ordinare, nec judicare poteſt. Hoc dicit. Breve eſt, & non dividitur.

2 Nota primò ſecundùm Anton. de Butr. *n. 2.* ex poteſtate juriſdictionis licitum eſſe arguere ad poteſtatem Ordinis, & è converſo. Quod in hunc ſenſum eſt accipiendum, ut ad eum ſpectet facultas exercendi poteſtatem juriſdictionis, ad quem ſpectat facultas exercendi poteſtatem Ordinis. Et hoc intendit hæc littera in ratione illa: nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare poteſt, ex c. *2. 9. q. 2. in fin.* ibi; Nam qui ordinare non poterit qualiter judicabit? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit. Alias autem non procedit generaliter argumentum à poteſtate Ordinis ad poteſtatem juriſdictionis, vel econtra,
3 quia in multis differunt. Unde poteſtas juriſdictionis eſt præſcriptibilis, cap. *Cùm contingat, de foro compet.* c. *Auditis, de præſcript.* Poteſtas verò Ordinis impræſcriptibilis eſt, cap. *Quanto,* ubi Innoc. & omnes notant *de conſuet.* Poteſtas juriſdictionis eſt ex injunctione hominis, & ideo auferri poteſt per Eccleſiam. Poteſtas Ordinis per conſecrationem confertur, & ideo eſt indelebilis. S. Thom. *in 2. 2. q. 39. art. 3.* Poteſtas juriſdictionis poteſt reſtringi, & limitari ad certas perſonas tantùm, poteſtas Ordinis ſecus, ut latiſſimè probavi in cap. 1. *ſup. de ſupplen. neglig. Prælat.* ubi habes

bes plures differentias inter has poteſtates. Dein-
4 de hoc argumentum procedit tantùm in Epiſco-
po, non autem in inferioribus Prælatis, qui habent
poteſtatem judicandi, ſed non ordinandi, cap. *Per-
lectis, 25. diſt.* Concilium Tridentinum *de Sacram.
Ordinis, ſeſſ. 23. cap. 4. & Can. 7.* ſecundùm gloſſ. 2.
*hic* Innoc. Anchar. *n. 2.* & Abbat. *n. 4. in 2. gloſſ.* Tu
dic plenius argum. procedere ſuppoſita habilita-
te tam reſpectu Superioris ordinantis, quàm re-
5 ſpectu ſubditorum ordinandorum. Nam quoad
ordinantem non omnis Epiſcopus, qui poteſt ju-
dicare, poteſt ordinare, ut patet in Epiſcopo non
conſecrato, qui exercere poteſt ea, quæ ſunt juris-
dictionis, non autem ea, quæ ſunt ordinis, c. *Trans-
6 miſſam,* & cap. *Quæſivit, de elect.* Sicut vice verſa
non omnis Epiſcopus, qui poteſt ordinare, poteſt
judicare, ut patet in Epiſcopo proximiore, qui ex
Concilio Tridentino poteſt ordinare Clericos
nullius diœceſis; & tamen non poteſt in eos ju-
riſdictionem exercere, excepta viſitatione jure
delegato, ut patebit in ſequenti quæſtione: idque
videtur ſenſiſſe Hoſt. *hic n. 1.* dum dixit hanc re-
gulam habere locum, dummodo ex parte ordi-
nantis non ſit impedimentum: aliàs multi ſunt,
qui non poſſunt ordinare, & tamen poſſunt judi-
care, ut patet in cap. *Cùm ab Eccleſiarum, de offic. Or-
dinar. in tit. de offic. Archidiac. & Archipresb.* & in d.
cap. *Tranſmiſſam, de elect.* & notat gloſſ. *fin.* in cap.
*Nullus, 9. qu. 2.* Reſpectu itidem ſubditorum non
procedit argumentum niſi ſuppoſita habilitate,
& dummodo aliud Canonicum non obſtet, arg.
cap. *unic.* & ibi gloſſ. *penult. de ætate, & qualit. lib.
6.* Multi enim ſunt, quos Epiſcopus judicare po-
teſt, & tamen ordinare non poteſt, ut mulieres,
minores, illiteratos, criminoſos, irregulares, &
alios hujusmodi; quorum aliqui, ſi de facto ordi-
nentur, nec characterem quidem recipiunt, ut
mulier, præciſè coactus, & non baptizatus, de
quibus S. Thomas *in 4. diſt. 24.* & *diſt. 25. q. 1. & 2.
art. 2.* Sylveſt. *in ver. Ordo. 4. nu. 1.* & *in verb. Bapti-
ſmus, 6. num. 3.* Alii verò recipiunt ordinem, ſed
non ordinis executionem, cap. 1. 71. *diſt.* cap. *Sic-
ut, 68. diſt.* cum multis ſimil. Demum procedit
propoſitum argumentum in Ordinariis, non au-
tem in delegatis, qui poſſunt judicare, & tamen
ordinare non poſſunt, argum. cap. *Super eo, de offic.
deleg.* & declarant *hic* Hoſt. & Joan. Andr. *in verb.
judicare,* Butr. *n. 4.* & Joan. de Anan. *n. 2.*

7 Secundò nota Epiſcopum non poſſe Parochia-
num, id eſt Diœceſanum alterius ordinare, intel-
lige ſine licentia ſui Prælati. Ad hoc enim jure
optimo diœceſes fuerunt diſtinctæ, & unicuique
gregi proprii attributi Paſtores, qui ſuarum
quisque ovium curam habeant, ut Eccleſiaſticus
Ordo non confundatur, cap. *Pervenit, 11. quæſt. 1.*
Concilium Tridentinum *cap. 9. ſeſſ. 14.* concor-
dat *cap. 1. & per totam, 9. q. 2.* & idem Concilium
in *cap. 8. ſeſſ. 23.* ubi ſtatuitur, ut unusquisque à
8 proprio Epiſcopo ordinetur. (Quòd ſi quis ab alio
promoveri petat, nullatenus id ei permittitur,
niſi ejus probitas, & mores Ordinarii ſui teſtimo-
nio commendentur. Si ſecus fiat ordinans à col-
latione Ordinum per annum. & ordinatus à ſuſ-
ceptorum Ordinum executione, quamdiu pro-
prio Ordinario videbitur, ſit ſuſpenſus.) Hæc ibi;
& quoad pœnam ordinantis concordat *cap. 2. de
tempor. ordinat. lib. 6.* etiam quoad primam tonſu-
ram, ut in cap. *fin. eod. tit. & lib.* & quoad pœnam
ordinati Concil. Sardinenſe *c. 18. & 19.* ut in c. 1.
juncta gloſſ. *fin. 71. diſt.* & c. *Salonitanæ, 63. diſt.* In
quam quidem pœnam ſic ordinatum ipſo jure in-
9 cidere declaravit S. Congregatio Concilii. Pro-
prius autem Epiſcopus dicitur ratione originis,
beneficii, vel domicilii, cap. *Cùm nullus, de tempor.
ordinat. lib. 6.* Quis autem dicatur proprius Epi-
ſcopus eorum, qui nullius diœceſis eſſe dicuntur
in his, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. & de hujus-
modi locorum viſitatione, dicam latiſſimè *in qu.
ſequenti.*

10 QUÆRO igitur an, & quando Epiſcopus poſ-
ſit loca nullius diœceſis viſitare, & illorum per-
ſonis Ordines conferre, ac dimiſſorias ad Ordi-
nes ſuſcipiendos concedere.

11 Cùm jam pridem à S. Congregatione Concilii
declaratum fuerit Epiſcopum, qui poteſt Eccle-
ſias nullius diœceſis viſitare, poſſe etiam illarum
ſubditos ordinare, eisque litteras dimiſſorias
concedere pro Ordinibus ſuſcipiendis: huic de-
clarationi difficultatem ingerunt duo Concilii
Tridentini Decreta, quæ aliud ſuadere videntur,
nempe *cap. 9. ſeſſ. 24.* quod tribuit facultatem vi-
ſitandi loca nullius diœceſis proximiori Epiſco-
po, & *cap. 10. ſeſſ. 23.* quo facultas ordinandi Cle-
ricos nullius diœceſis, eisque dimiſſorias conce-
dendi tribuitur Epiſcopis, intra quorum diœceſis
fines ea loca ſita ſunt.

12 Pro ſolutione difficultatis præmittendum eſt
tribus modis contingere poſſe, ut aliquis locus ſit
nullius diœceſis, videlicet origine, privilegio, ac
præſcriptione. Origine, quia etſi urbes, & loca,
quibus Primates præſidere debent, non à moder-
nis, ſed etiam multis ante adventum Chriſti ſunt
ſtatutæ temporibus, quarum Primates etiam gen-
tiles pro majoribus in negotiis appellabant, ut
legitur in cap. 1. 80. *diſt.* tamen ut illic ſubnectit
13 Lucius Papa, in ipſis urbibus poſt Chriſti adven-
tum Apoſtoli, & ſucceſſores eorum Patriarchas,
vel Primates poſuerunt, ad quos Epiſcoporum
negotia, (ſalva in omnibus Apoſtolica authorita-
te) & majores cauſæ poſt Apoſtolicam Sedem ſunt
referendæ. Item Clem. Papa *ad Prob. epiſt. 1.* In illis
verò civitatibus, inquit, in quibus olim apud Eth-
nicos primi Flamines earum, ac primi legis Do-
ctores erant, Epiſcoporum Primates poni, vel Pa-
triarchas B. Petrus præcepit. & paulò pòſt: In il-
lis civitatibus, in quibus dudum apud prædictos
erant Archiflamines, quos tamen minores tene-
bant, quàm memoratos Primates, Archiepiſco-
pos inſtitui præcepit. & infrà: In ſingulis verò re-
liquis civitatibus ſingulos, & non binos, aut ter-
nos, aut plures Epiſcopos conſtitui præcepit.
Quod refertur in c. *In illis, 80. diſt.* Magiſter ſent.
*in 4. diſt. 24. de quadripartito ordine Epiſcoporum, verſ.
Horum autem diſcretio à Gentilibus introducta videtur.*
& idem de limitibus Provinciarum habetur in c.
15 1. 99. *diſt.* & Dionyſius Papa non diœceſes divi-
ſit, ſed Eccleſias ſingulas ſingulis attribuit, ut ha-
betur in c. 1. 13. *q. 1.* atque illic notat gloſſ. *in ver.
Diviſimus.*

16 In hac autem diœceſum, & provinciarum divi-
ſione, ſeu aſſignatione contigit, ut quædam loca
remanſerint omninò extra limites cujusque diœ-
ceſis, ut ſuprà Epiſcopis aſſignatæ, quæ utcumque
contermina, ſeu adjacentia uni, aut pluribus diœ-
ceſibus, tamen in nullius finibus apparebant in-
cluſa; & hæc ab initio fuerunt Sedi Apoſtolicæ
imme-



diatè ſubjecta, c. *Nulla ratione, 93. diſt.* Abb.
in cap. *Novit, n. 15. & ſeq. de judic.* donec conſtructis
ibi Eccleſiis, ſeu monaſteriis Pontifices Presby-
teros, ſeu Abbates deputarunt, qui illis præeſſent,
& juriſdictionem loco Epiſcoporũ in clerum, &
populũ exercerent, ut c. 1. *de verb. ſignif. lib. 6.* & de
his loquitur decretum Concilii Carthag. II. *cap. 5.*
relatum in cap. *Felix, 16. q. 1.* dum ſtatuit ut diœce-
ſes, quæ nunquam Epiſcopos habuerunt, non ha-
beant: & illa diœceſis, quæ aliquando habuit, ha-
beat proprium (licèt fortè illud decretum ſit in-
telligendum de diœceſibus unitis, prout videtur
induci à Gratiano, ut poſt alios notat ibi Bellam.)
& de his locis etiam reperio meminiſſe Jo. Andr.
*in addit. ad Specul. tit. de privil. verſ. Et ſciendum,* ubi
de Abbate Sublacenſi, Farfenſi, ac nonnullis aliis
poſt Hoſt. in c. *Cùm contingat, n. 1. verſ. Sunt tamen
aliqui Abbates, de foro compet.* ubi de Abbate Caſſi-
nenſi quamvis regulariter, ut poſt Laudun. inquit
Cardin. in Clem. 2. §. *Simili, n. 4. q. 4. de privil.* om-
nia loca originaliter, & ex natura ſint de diœceſi
quantum ad ea, quæ ſunt exercitii gladii, ſeu ju-
riſdictionis Eccleſiæ, ſeu temporalis, licèt acci-
dentaliter per exemptionem, ſeu privilegia quo-
ad quid non ſimpliciter ſubtracta ſint: & hæc qui-
dem loca, quæ origine omninò ſunt extra fines,
ut ibi ſcribit Joan. Andr. nullo modo poſſunt dici
exempta, quia exemptio ſupponit ſubjectionem,
non eſt in iſtis, quæ nunquam fuerunt ſubjecta;
licèt ſubdat hunc ſtatum ſine privilegiis parum
prodeſſe, quibus verbis apertè innuit ſe loqui de
locis, quæ origine ſunt extra fines, cùm ſupponat
ea nunquam fuiſſe ſubjecta, quod eſt ſecundùm
terminos dicti Concilii Carthaginenſis; & eorum
ſtatum eſſe poſſe etiam ſine privilegiis. quod non
poteſt contingere in locis, quæ originaliter re-
17 manſerunt extra fines cujusque diœceſis. Imò
paulò pòſt Jo. Andr. ſentit fieri poſſe, ut eadem lo-
ca ſint etiam extra fines provinciæ; dum ait: Fa-
teor etiam quod poſſet tale monaſterium ſic eſſe
extra territorium Archiepiſcoporum, ſicut Epi-
ſcoporum, quando eadem ſint confinia Archiepi-
ſcopatuum. & Epiſcopatuum viciniorum, & lo-
cus ille utrisque eſt intermedius, quamvis adjici-
at monaſterium Sublacenſe, & Farfenſe eſſe in
provincia Romana.

Privilegio verò fieri poteſt locus nullius diœ-
18 ceſis duobus modis. Primò ſcilicet per ſuppreſſio-
nem Epiſcopatus, ut contingit in Eccleſia Caſſi-
nenſi, quæ cùm olim nullius diœceſis exiſteret, ut
per Hoſt. *loco cit.* tamen poſtea effecta eſt Epiſco-
palis, ut refert Jo. Andr. in d. c. *Cùm contingat, n. 2.
19 verſ. Caſſin. hodie, de foro compet.* & poſteà rurſus re-
dacta eſt ad ſtatum nullius diœceſis: nam præten-
ſionem Abbatis aſſerentis eamdem Eccleſiam ad-
huc eſſe Epiſcopalem, vel in propria diœceſi, S.
20 Congregatio Concilii non admiſit. Deinde per
territorii diſmembrationem, quando ſcilicet Se-
des Apoſtolica ſeparat certum territorium ab a-
liqua diœceſi, atque in eo conſtituit inferiorem
Prælatum cum juriſdictione quaſi Epiſcopali in
clerum, & populum excluſo Epiſcopo, per hoc e-
nim inferior conſtituitur in ſtatu nullius diœce-
ſis, ut animadvertit S. Congregatio in cauſa juris-
dictionis inter Archiepiſcopum Urbini, & Com-
mendatarium Abbatiæ Caſtri Durantis, per do-
ctrinam gloſſæ in Clem. 1. *in ver. Diœceſanus, in fin.
21 de vita, & honeſt. cleric.* Et quidem ſi hujusmodi ter-
ritorii diſmembratio fiat ab aliqua parte extre-
ma diœceſis, territoriũ ſic diſmembratũ remanet
ſimiliter extra fines, ut contingit in dicta Abbatia
Caſtri Durantis, quæ à Bonifacio IX. diſmembra-
ta fuit ab extrema parte diœceſis Urbinaten. & re-
manſit inter eam, & diœceſim Feretranam in ſta-
tu nullius diœceſis, ut in eadem cauſa S. Congre-
gatio declaravit. Sin autem diſmẽbratio fiat ab
interiori diœceſis parte, tunc locus ſic diſmem-
bratus remanet intra illius diœceſis fines, à qua
ex privilegio Apoſtolico eſt diſmembratus, ut de
Abbatia S. Joannis in Venere decidit Rota in cau-
ſa Theatina juriſdictionis, *dec. 405. §. 1. recentior.*

22 Præſcriptione ſimiliter acquiri poteſt ſtatus
nullius diœceſis, ſi inferior Prælatus in certa diœ-
ceſis parte tamquam proprio territorio ſupra ho-
minum memoriam exerceat omnimodam juris-
dictionem quaſi Epiſcopalem in clerũ, & populũ
privativè ad Epiſcopum, c. *Auditis, de præſcript.* Ar-
chid. in cap. *Cùm Epiſcopus, col. 1. in ver. Per aliam* &
ibi etiam Jo. Andr. *de offic. Ordin. lib. 6.* Bald. *de præ-
ſcript. par. 4. q. 11. col. 1. in fin. n. 7. verſ. Quod prædixit.*
Et quamvis Hoſt. in d. c. *Cùm contingat, n. 1. de foro
compet.* teneat de jure communi Prælatum infe-
riorem non poſſe diu habere territorium, nec
conſuetudinem hoc poſſe operari ut in eadem ci-
vitate, vel diœceſi ſint in ſolidum duo capita qua-
ſi monſtrum, licèt aliqui Abbates hoc habeant ex
privilegio Papæ, qui ſolus poteſt hoc concedere:
& Anton. de Butr. *ibid.* dicat non eſſe poſſibile, ut
inferior ſibi quærat territorium ut ſeparatum ab
Epiſcopo, ita ut faciat caput in eadem civitate,
ſeu diœceſi, ſed ſi velit quærere quaſi ſub Epiſco-
po, ut Epiſcopus habeat univerſalem juriſdictio-
nem, ſaltem habitu, & inferior habeat quaſi ſub
eo, licèt exercitio excludatur Epiſcopus, hoc eſſe
poſſibile, ſicut contingit in exemptis: & hæc o-
pinio placeat ibi Abb. *n. 18.* tamen primam opi-
nionem Archid. tenet Collectar. in eod. cap. *Cùm
contingat, num. 1. verſ. Sed quid ſi Ordinarius,* eamque
veriorem eſſe oſtendit ibi Petr. de Anchar. *num.
9. verſ. Ego dico,* nec ratio prædicta monſtruoſita-
tis, & impoſſibilitas videtur hoc caſu habere lo-
cum, quia cùm totum jus Epiſcopale, excluſo Epi-
ſcopo in aliqua parte diœceſis ſit præſcriptibile,
ut eſt textus in d. c. *Auditis, de præſcript.* ubi Abbas
ſibi contrarius dicit hoc ſingulare dictum alibi
non ita benè probari, & reprehendit opinionem
Hoſt. in d. cap. *Cùm contingat, de foro compet.* utique
per hujusmodi juriſdictionis exercitium Præla-
tus inferior ſibi quærit proprium territorium ſe-
cundùm gloſſ. in Clem. 1. §. *Volumus, in verb. Diœce-
ſanis, de foro compet.* quam ibi ſequuntur Card.
*in 4. quæſt. num. 2.* Imola *num. 38.* Vitalin. *num. 4.*
& Abbas *num. 15.* Gemin. poſt Jo. de Gregorio
*in cap. 2. col. 8. verſ. Quæro an inferiores Prælati ha-
beant territorium, de Conſtitut. lib. 6.* & ſic inferior
per hoc conſtituitur in ſtatu nullius Diœceſis, ita
ut nec in Diœceſi, nec de Diœceſi Epiſcopi eſſe
dicatur, ut dixit Rota *deciſ. 207. num. 2. part. 2.
diverſ.* Unde cùm ſit omninò extra Diœceſim
Epiſcopi, ceſſat abſurdum quod in eadem civi-
tate, vel Diœceſi ſunt duo capita quaſi monſtrum:
etenim ſolus inferior eſt caput in ſuo territorio,
cujus reſpectu Diœceſanus appellatur, ſecundum
gloſſ. & DD. proximè citatos, & Abbas in cap.
*Sicut unire, de exceſſ. Prælator.* & in Clem. *Diœceſa-
nus, de vita, & honeſtate Clericor.* ubi concilians
Ii 4 gloſſ.

gloſſ. *ibi*, & in d. Clem. 1. quæ oppoſitæ videbantur, oſtendit appellatione diœceſanorum etiam in materia nova, & præjudiciali venire inferiores Prælatos habentes Epiſcopalem juriſdictionem excluſis Epiſcopis. Quamobrem retenta opinione Archid. & Jo. Andr. Territorium ſic præſcriptum remanet extra, vel intra fines, prout in externa, vel interna parte diœceſis jura Epiſcopalia inferior Prælatus exercuit, juxta diſtinctionem, quam ſuperius propoſui in diſmembratione, quæ fit privilegio Apoſtolico, *n.* 21.

23 Quibus præmiſſis, pro reſponſione ad dubium ſic diſtingue. Aut locus nullius diœceſis eſt omninò extra cujuſque diœceſis fines, ſive origine, ſive privilegio, ſive præſcriptione. Aut eſt intra limites alicujus diœceſis. Primo caſu facultas ordinandi Clericos, viſitandi, ac dimiſſorias concedendi ſpectat ad viciniorem Epiſcopum, & in his terminis procedit Decretum *d. cap. 9. ſeſſ. 24.*

24 Ratio eſt, quia eadem loca præſumuntur fuiſſe de juriſdictione illius civitatis, cujus territorio magis adjacent, arg. §. *Inſulæ, inſt. de rer. diviſ.* & cap. *Cùm olim, in ver. Adjacentibus*, ubi id notat Bald. *n. 1. ſupra de præſcript.* Cravett. *conſ. 949. num. 5.* & quamvis hæc ratio ceſſet in iis locis, quæ origine nunquam fuerunt in diœceſi alicujus Epiſcopi; tamen in dubio omnia præſumuntur diſmembrata à diœceſi propinquiori, ſicut mare attribuitur vicino territorio, gloſſ. in c. *Ubi periculum*, §. *Porrò, in ver. Territorio, de elect. lib. 6.* Anchar. *in cap. 2. ſub n. 10. verſ. Et addo, de Conſtitut. eod. lib.* quod dicit notari pro delicto ibi commiſſo: & tamen etiamſi probaretur originalis exiſtentia extra fines: tamen S. Synodus etiam eo caſu cenſeri debet voluiſſe attribuere proximiori Epiſcopo prædictam facultatem. Nam cùm inferior Prælatus indiſtinctè jus non habeat conferendi Ordines ſacros, Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin. Can. 7.* & quoad minores, & dimiſſorias reſpectu ſubditorum ſæcularium illis ademptum fuerit Decreto *d. c. 10. ſeſſ. 23. de reform.* operæ pretium fuit deputare aliquem Epiſcopum, qui prædicta exerceret, & loca ipſa, eorumque perſonas viſitaret: nullus autem aptiùs deputari potuit, quam

25 proximior Epiſcopus. Proximitas autem non eſt ſumenda à Diœceſi, ſed ab Eccleſia cathedrali, ut clarè patet ex d. *cap. 9. ſeſſ. 24.* ibi, ab Epiſcopo, cujus cathedralis Eccleſia eſt proximior, & alias cenſuit S. Congregatio.

26 Secundo autem caſu, id eſt cùm locus nullius intra fines alicujus diœceſis, facultas viſitandi, ordinandi, & concedendi dimiſſorias non ſpectat ad viciniorem Epiſcopum, ſed ad eum, intra cujus diœceſis fines idem locus conſiſtit, & in his terminis habet locum *cap. 10. ſeſſ. 23.* ut patet ex illis verbis, (infra fines alicujus diœceſis conſiſtentibus.) & inferius ibi; (ab Epiſcopis, intra quorum diœceſis fines conſiſtunt.) Facit optimè quod notat Anchar. in c. *Quoniam, n. 4. infra, de decim.* ubi ait, paſcua, paludes, & montana intra fines territorii alicujus civitatis exiſtentia cenſeri illius civitatis; quia in fundis intra territorium habet fundatam intentionem ſuam de jure communi, allegat c. *Dudum, de decim.* & quod notat Innoc. in c. *Nimis, de jurejur.* Quamobrem fuit rationi conſonum, ut à Concilio reſtitueretur diœceſano facultas, quæ illi per diſmembrationem territorii adempta fuerat, arg. c. *Ab exordio*, & quod ibi

27 notat gl. *in ver. Ad 1. 35. diſt.* Quinimò probata exiſtentia intra limites, conſuevit dari mandatū de manutenendo Epiſcopo in quaſi poſſeſſione omnimodæ juriſdictionis epiſcopalis, ob juris communis aſſiſtentiam, c. *Cùm Epiſcopus, de offic. Ordinar. lib. 6.* Rota *deciſ. 382. par. 2. recent.* quamdiu Prælatus inferior non probaverit ſe eſſe in ſtatu nullius diœceſis, vel utramque juriſdictionem in Parochos, & Parochianos exercere juxta terminos, *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* per tres ſententias conformes, vel unicam, quæ in rem judicatam tranſierit, ut reſpondit S. Congregatio Concilii à bon. mem. Ulpio Archiepiſcopo Theatino conſulta contra Commendatarium prædictæ Abbatiæ S. Joannis in Venere.

28 Quo loco prætermittendum non eſt deciſionem S. Congregationis, qua fuit conceſſa manutentio Archiepiſcopo ſtatim poſt probatam exiſtentiam, utcumque generalem, & indiſtinctam; tamen editam fuiſſe eo caſu, in quo Commendatarius nullum privilegium exhibuit, quod ſaltem præberet juſtam cauſam præſcribendi, ſed ſola nitebatur præſcriptione, ut liquet ex Scripturis utrinque exhibitis, ſed aliter decidendum fuiſſet ſi titulum coloratum Commendatarius exhibuiſſet, ac de poſſeſſione fidem feciſſet, ut apertè ſtatuitur in c. *Cùm perſonæ, de privileg. lib. 6.* atque illic omnes notant.

Porrò facultas, quam habent Epiſcopi viſitandi loca nullius diœceſis juxta propoſitam diſtinctionem, extenditur ut habeat locum non ſolùm in his, quæ curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, ſi Eccleſiæ ſint curatæ, ſecundum *d. c. 11. ſeſſ. 25. de Regular* ſed etiam in aliis extra dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem.

29 Cenſuit enim S. Congregatio in cauſa Caſſinen. S. Juſtinæ de Padua Epiſcopum loca nullius diœceſis viſitantem ad plenariam viſitationem eſſe admittendum, idque poſſe etiam per Vicarium Generalem; ſed opus eſſe ſpeciali in ſcriptis facultate, de eaque fidem faciendam eſſe.

30 Rurſus extenditur ut Epiſcopi poſſint viſitare etiam illas Eccleſias nullius diœceſis, quæ ſubſunt aliorum Prælatorum viſitationibus: neque enim improbatur, quinimò admittitur à Concilio, ut una Eccleſia à pluribus viſitetur, ut patet in *cap. 3. ſeſſ. 24* quinimò Eccleſiam ſæcularem dependentem à monaſterio Pomposianæ, quæ ſita eſt in ter-

31 ritorio Abbatiæ Caſtri Durantis, S. Congregatio cenſuit poſſe viſitari per Abbatem dicti monaſterii, à quo dependet, per Commendatarium Abbatiæ Caſtri Durantis tamquam Ordinarium, & per Archiepiſcopum Urbinatenſem tamquam viciniorem; licèt æquum putavit ut Archiepiſcopus abſtineret à viſitatione, ne illa Eccleſia tot viſitationibus gravaretur.

Recipit tamen facultas, quam habent Epiſcopi viſitandi loca nullius diœceſis, declarationes infraſcriptas.

32 Primò enim poſſunt hujuſmodi loca viſitare tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati dumtaxat, juxta *cap. 9. ſeſſ. 24.* Idque expreſsè ab eis declarandum, ut cenſuit S. Congregatio in eadem cauſa Caſſinenſi.

33 Secundò, poſſunt quidem viſitare caſtra, & loca nullius diœceſis, atque illorum Eccleſias ſæculares, ſed non Eccleſias regulares, ſive in eis vigeat regularis obſervantia, ſive non; quia Decre-



34 tum Concilii ſub Paulo III. quod tribuit facultatem Ordinariis viſitandi Eccleſias quomodolibet exemptas in *cap. 8. ſeſſ. 7.* S. Congregatio cenſuit vendicare ſibi locum in Eccleſiis ſæcularibus dumtaxat; non autem regularibus; & regulares cenſeri etiam monaſterio unitas, vel ab eo dependentes, ſi eis à regularibus deſerviatur. Et

35 quamvis decretum *cap. 8. ſeſſ. 21.* poſteà editum ſub Pio IV. concedat Epiſcopis tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatis jus viſitandi monaſteria commendata, in quibus non viget regularis obſervantia, ſi ordinum ſuorum capitibus non ſubſunt, juxta *c. 20. ſeſſ. 25. de regular.* tamen decretum *d. c. 8.* ſicut & præcedens habet locum in monaſteriis exemptis dumtaxat, ut patet ex illis verbis. (Qualitercumque commendata etiam exem-

36 pta:) Unde non habet locum in monaſteriis, ac beneficiis nullius diœceſis, quæ exempta dici non poſſunt. Rota *deciſ. 207. n. 2. par. 2. diverſ.* & Jo. Andr. *ſuprà cit. in addit. ad Specul. tit. de privil. verſ. Et ſciendum.* Ideoque Concilium in *cap. . ſeſſ. 24.* quæ ſtatuta fuerunt ſub Paulo III. & Pio IV. de viſitatione Eccleſiarum exemptarum, nempe in *d. c. 8. ſeſſ. 7.* & *c. 8. ſeſſ. 21.* extendendo ad Eccleſias nul-

37 lius diœceſis reſtringit ſe ad Eccleſias ſæculares tantùm, ut patet in illis verbis: eadem in illis Eccleſiis ſæcularibus obſerventur, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur. Ita ut propterea quoad Eccleſias regulares in his locis nulla Epiſcopis per Concilium ſit attributa facultas, niſi in *cap. 18. verſ. Et quia ad Collegii fabricam, ſeſſ. 23.* Quæ declaratio habet locum, etiamſi Eccleſiæ regulares eſſent

38 curatæ. Nam Epiſcopo nihilominus non liceret eas viſitare etiam in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. Ratio eſt, quia *cap. 11. ſeſſ. 25. de regular.* dat facultatem viſitandi monaſteria curata Epiſcopo in cujus diœceſi ſita ſunt, & quidem ordinaria authoritate, non delegata, & in his tantùm, quæ curam, & adminiſtrationem prædictam concernunt. Unde non extenditur ad Eccleſias nullius, quæ non ſunt in diœceſi, nec de diœceſi, ut dixit Rota *d. deciſ. 207. n. 2. par. 2. diverſ.* & quæ viſitari poſſunt plenaria viſitatione, & authoritate ſolùm delegata, ut dictum eſt. Et eodem modo reſpondetur ad *c. 8. ſeſſ. 21.* quod tribuit Epiſcopo facultatem viſitandi monaſteria, ac beneficia commendata, præſertim ſi illis, vel eorum annexis cura animarum immineat, quia hoc Decretum procedit in exemptis, non in iis, quæ nullius diœceſis eſſe dicuntur, ut paulò ſuperius probatum eſt. Ac pro-

39 pterea olim reſpondit S. Congregatio Archiepiſcopum Urbinaten. ſi ſit proximior, poſſe quidem viſitare Eccleſias ſæculares, & perſonas, ſed Abbatiam ipſam Caſtri Durantis, quæ regularis eſt, licèt illi cura animarum incumbat, non poſſe Archiepiſcopum viſitare, utcumque perſonis ſæcularibus commendari conſueverit.

40 Declaratur tertiò, ut non procedat in tribus caſibus exceptis in *d. c. 11. ſeſſ. 25. de regular.* videlicet Abbatis Cluniacenſis cum ſuis limitibus: locorum, in quibus Abbates Generales, ſeu Capita Ordinum ſedem principalem habent: & locorum, in quibus iidem juriſdictionem epiſcopalē, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent: nam etſi Decretum in exceptione videatur intelligendum de locis, quæ ſunt in diœceſi, ut exceptio ſit de regula; tamen ex majoritate rationis multò magis procedit in locis, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur: nam ſi Epiſcopus prohibetur viſitare, v. gr. Eccleſiam, ubi Generalis habet ſedem ordinariam principalem, licèt in ſua diœceſi ſita ſit, ut de Eccleſia S. Hippolyti de Faventia, quæ eſt ſedes ordinaria, & principalis Generalis Camaldulenſis S. Congregatio declaravit: longè minus poterit ea viſitare, ſi extra ſuam diœceſim ſita ſint. Rurſus, etſi tertius caſus exceptus ut ſit de regula videatur procedere in monaſteriis, ſeu domibus regularibus, non autem in caſtris à monaſterio ſeparatis: Hanc tamen interpretationem ſæpius S. Congregatio rejecit, ac præſertim in cauſa viſitationis oppidi Cetrarii

42 nullius diœceſis, quod cenſuit viſitari non poſſe ab Epiſcopo S. Mariæ, cujus Cathedralis Eccleſia proximior eſt, cùm in eo Abbas Caſſinenſis utramque juriſdictionem exerceat. Cæterùm Epiſcopus eſt conſervandus in quaſi poſſeſſione omnimodæ juriſdictionis in iiſdem locis, ſi in ſua diœceſi, aut ſaltem intra ſua diœceſis fines ſita ſint, donec Abbas probaverit per rem judicatam ſe in illis exercere utramque juriſdictionem, ut ſimiliter reſpondit S. Congregatio conſulta ab eodem Archiepiſcopo Theatino; adjiciens etiam verbum illud Concilii, *exercent*, eſſe intelligendum de juriſdictione, quæ exercetur actu, non autem de illa, quam aliquando exercuerit inferior Prælatus, ſed nunc non exercet. Nec omittendum eſt quod ſubnectitur in fine *d. c. 11.* videlicet ſalvum manere illorum Epiſcoporum jus, qui majorem in prædicta loca, vel perſonas authoritatem exercent.

43 Verùm hoc loco abs re non erit recenſere decretum olim editum à Pio V. tenoris infraſcripti, videlicet, Die 4. Decembris 1570. Sanctiſſimus D. N. Pius V. dixit quidquid Concilium videatur diſpoſuiſſe in *cap. 11. ſeſſ. 25. de regular.* excipiendo eas Eccleſias, in Regulares habent Epiſcopalem, & temporalem juriſdictionem, velle ut in omnibus Eccleſiis Parochialibus, in quibus cura animarum etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarii facultatem eas Eccleſias, & perſonas in eiſdem curam exercentes viſitandi, & corrigendi in iis dumtaxat, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, & ab hoc Decreto nullus cenſeatur exceptus. Sed quoad hoc Decretum, quod reperitur inſertum in libris S. Congregationis ſemper hæſitavi an fuerit publicatum necne, quia in caſibus contingentibus numquam vidi illud obſervatum fuiſſe. Quinimò S. Congregatio nulla facta mentione hujus Decreti, aut illius ratione habita, quoties accidit caſus, declaravit Epiſcopis nullum jus competere viſitandi loca, in quibus Abbates exercent u-

44 tramque juriſdictionem. Abſolutum autem videtur decreta hujuſmodi ante illorum publicationem non ligare. c. *In ſin. §. Leges*, ubi gloſſ. & Doctores notant *4. diſt.* S. Thomas *in 1. 2. q. 90. art. 4.* ubi docet de eſſentia legis eſſe publicationem. Quem refert, & ſequitur Navarr. *conſ. 1. verſ. Quinto dico, de Conſtit.* Abb. *conſ. 35. nu. 1.* Dec. in c. 1. *n. 30. de poſtulat. Prælat.* & tradunt communiter Ca-

45 noniſtæ in proœmio Clem., licèt ſufficeret publicatio facta Romæ. Cardin. poſt gloſſ. *in d. proœm. Clem. §. Univerſitati, n. 4.* Gomeſ. *in proœmio regul.* 

46 Caſtell. *q. 2. n. 13. & ſeq.* obſervandum eſt enim hic agi de nova lege contra Concilium edita, non autem

autem de aliqua Concilii declaratione, quæ ineſt Concilio, & ad illius tempus retrotrahitur, ac propterea publicari non conſuevit, ſicut mos eſt S. Congregationis Concilii in ſuis declarationibus, ut ſuit adnotavi in c. *fin. de conſtit.* Præterea dubitari poteſt an hoc Decretum ſublatum fuerit per poſteriores Conſtitutiones, præſertim Gregorii XIII. *in tanta*, editam 23. Martii 1573. qua litteræ, & Conſtitutiones in ea expreſſæ ejuſdem Pii V. quæ Decretis Trident. Concilii adverſantur, reducuntur ad terminos ejuſdem Concilii.
47 Sed quatenus eſſet obſervandum, non eſſe tamen extendendum ad loca nullius diœceſis, qualia eſſe ſolent loca, in quibus Abbates habent Epiſcopalem, & temporalem juriſdictionem in Clem. *Et populum*, excluſis Epiſcopis; tum quia *d. c. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* ad cujus derogationem emanavit Decretum Pii V. ſubjicit perſonas curam animarum in monaſteriis, ſeu domibus regularibus exercentes, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus diœceſi ſita ſunt; & ab hac regula excepit loca, in quibus Abbates utramque juriſdictionem exercent. Unde ut exceptio ſit de regula ad gloſſ. *in rubr. de reg. jur. lib. 6.* non poteſt verificari niſi in locis, quæ ſita ſunt in diœceſi Epiſcopi; atque ita nullo modo videtur poſſe extendi ad ea, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur. Tum quia Decretum Pii V. vult ut Ordinarii habeant facultatem viſitandi Eccleſias, & perſonas curam animarum in dictis locis exercentes. At Epiſcopus quoad loca nullius diœceſis nullo modo poteſt dici ordinarius, nec illi a Concilio in d. *cap. 9. ſeſſ. 24* tribuitur poteſtas viſitandi authoritate ordinaria, ſicut tribuitur in d. cap. 11. ſed tantum delegata.
48 Poſtremo in viſitatione locorum nullius diœceſis oportet Epiſcopum continere ſe infra limites viſitationis. Nam ſi progrederetur ad ea, quæ cauſæ cognitionem, atque indaginem judicialem requirunt, atque ita inſtructo proceſſu cauſas ordinarias cognoſceret; nulliter procederet.
49 Nec obſtat quod Epiſcopus in viſitatione diœceſis ſuæ quamvis cauſas ordinarias cognoſcere non debeat, ſed viſitationem celeriter abſolvere, tamen ſi cognoſcat, ac decidat proceſſus, ac ſententia ſuſtineatur, & ſolùm detur appellatio ad utrumque effectum ſuſpenſivum, & devolutivum, ut alias fuit reſolutum. Quandoquidem hoc procedit in viſitatione diœceſis. Epiſcopus enim etiam extra viſitationem in qualibet ſuæ diœceſis parte ordinariam habet juriſdictionem, c. *Cùm Epiſcopus, de offic. ordin. lib. 6.* cum concordan. Unde non mirum ſi actus ab Epiſcopo geſtus cùm non poſſit ſuſtineri tamquam factus a viſitatore, ſuſtineatur eo modo, quo poteſt valere, & ſic uti factus a judice ordinario, ut reſpondit Roman. *conſ. 543. n. 9.* At quoad loca nullius diœceſis Epiſcopus aliam non habet juriſdictionem quàm viſitandi authoritate delegata. Unde ſi procedat ad cauſarum cognitionem ordinaria authoritate, nihil agit; cum extra viſitationem nulla ei per Concilium ſit attributa poteſtas, ut declarat Feder. de Senis *conſ. 130. in fin. verſ. Proceſſus igitur factus:*
50 quippe manifeſti juris eſt delegatum nulliter procedere quotieſcumque fines delegationis egreditur, c. *Cùm olim, il primo*, c. *Cauſa matrimonii*, & c. *P. & G. de offic. deleg.*
51 Quemadmodum autem jus viſitandi, quod habent Epiſcopi in prædictis locis non extenditur ad alias juriſdictionis ſpecies; ita nec facultas, quam habent eorumdem locorum ſubditos ordinandi, extenditur ad alia, quæ ordinis ſunt Epiſcopalis; ac propterea S. Congregatio declaravit pro Sacramento Chriſmatis adminiſtrando licere inferiori Prælato convocare quem maluerit Catholicum Antiſtitem.
52 Quinimò etſi Epiſcopi facultatem habeant ordinandi Clericos nullius diœceſis ex d. *cap. 10. ſeſſ. 23.* tamen ipſos ordinare non poſſunt in iiſdem locis nullius diœceſis, ſed in ſua diœceſi duntaxat, ut ſimiliter declaravit S. Congregatio, niſi de ordinarii loci expreſſa licentia ad præſcriptum, *c. 5. ſeſſ. 6.*
53 Verùm facultas, quam habent illos in ſua diœceſi ordinandi, eiſque dimiſſorias concedendi, vendicat ſibi locum etiam quoad Clericos illorum locorum, in quibus Capita Ordinum ſedem ordinariam principalem habent, aut in quibus inferiores Prælati exercent Epiſcopalem, & temporalem juriſdictionem in Parochos, & Parochianos. Quandoquidem exceptio, quæ habetur in d. *c. 11. in verſ. Excepto, ſeſſ. 25 de regular.* fit tantùm à juriſdictione, viſitatione, & correctione Epiſcopi. Unde extendi non poteſt ad ea, quæ ſub regula non comprehenduntur, cap. *Aqua, de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* ac proinde ſalva manet authoritas conferendi Ordines, & concedendi dimiſſorias perſonis nullius diœceſis Epiſcopo attributa in *d. c. 10. ſeſſ. 23.* eique non adempta in d. verſ. *Epiſcopo*, ut pariter S. Congregatio reſpondit.

## De Parochiis, & alienis Parochianis.

### *Cap. Significavit.*

*SUMMARIUM.*

1 *Parochianus ſi domicilium transfert, primus Prælatus mox parochialia jura non vendicat.*
2 *Laicus poteſt de uno in alium Epiſcopatum transferre domicilium, etiam non habita prioris Epiſcopi licentia, & nn. ſeqq.*
3 *Domicilii conſtitutio ſicuti eſt voluntaria, ita & illius extinctio, vel mutatio.*
4 *Clericus non poteſt ex una ad aliam Eccleſiam, vel civitatem tranſire ſine litteris Epiſcopi proprii.*
5 *Laicus poteſt liberè domicilium transferre tam quoad temporalia, quam quoad ſpiritualia.*
6 *Non tamen poteſt ex contemptu proprium Parochum dimittere ſine tranſlatione domicilii.*
7 *Parochianus aliò ſe transferens non ex toto primùm quam recipiatur ad Eccleſiaſtica Sacramenta probari debet, & pauluper expectari.*
8 *Domicilii tranſlatione quis ſubtrahitur juriſdictioni prioris Epiſcopi.*
9 *Juriſdictio Epiſcopi expirat eo ipſo quòd incola inde diſcedit.*
10 *Et transfunditur in Epiſcopum loci, quò tranſlatum eſt domicilium.*
11 *Domicilium transferens ex loco originis non eximitur à juriſdictione natalis domini, nec quoad ſpiritualia, nec quoad temporalia.*
12 *Ordinari quis poteſt ab Epiſcopo originis, licèt alibi domicilium habeat.*
13 *Civilitatem ratione originis non poteſt quis ſola voluntate à ſe abdicare.*
14 *Incola eſt adſtrictus muneribus tum loci domicilii, tum loci originis.*

De-



15 *Decimæ perſonales ſolvi debent Eccleſiæ, ubi quis habet domicilium, prædiales verò ubi prædia ſita ſunt.*
16 *Niſi ex conſuetudine alteri Eccleſiæ debeantur.*
17 *Conſuetudine induci non poteſt, ut decimæ nulli Eccleſiæ ſint ſolvendæ.*
18 *Domicilium ad effectum recipiendi Eccleſiaſtica Sacramenta ibi quis dicitur habere, ubi habitat, & n. 27. 31. & n. ſeq.*
19 *Matrimonium contractum coram Parocho loci, ubi mulier juſſu Principis ad quatuor menſes relegata fuerat, poſt quartum habitationis menſem an valeat, & n. ſeqq. uſq. ad n. 40.*
20 *Habitatio qualis requiratur ad hoc ut quis dici poſſit alicuius Eccleſiæ Parochianus, latè diſcutitur uſq. ad n. 40.*
21 *Parochianus ut quis efficiatur, requiritur animus perpetuò habitandi.*
*Contrarium, n. 27. & 34.*
22 *Parochianus non efficitur qui propter bellum, vel peſtem fugit ad civitatem, ubi manet cum familia.*
*Contrarium, n. 29. & 32. Declaratur, n. 34.*
23 *Habitatio ſaltem annalis requiritur ad jus Parochiæ acquirendum.*
*Contrarium, n. 27.*
24 *Scholares, & incolæ ac mercenarii debent confiteri Sacerdoti Parochiæ, quam incolunt, & n. 31.*
25 *Matrimonium ruri contractum an ſit nullum, ſi contrahentes ruri eſſe non ſolebant per maiorem anni partem, & n. 36. & ſeqq.*
26 *Habitatio longior an requiratur ad recipienda Sacramenta voluntaria, quàm ad neceſſaria, & n. 32. & 33.*
27 *Parochianus Eccleſiæ quis efficitur ex ſola habitatione de præſenti, dummodo non ſit ibi ad ruralia exercenda, vel ex alia brevi cauſa, & n. 31.*
28 *Parochianus plurium Eccleſiarum quis eodem anno effici poteſt.*
29 *Fugiens propter bellum, vel peſtem de una in aliam Parochiam animo redeundi ad primam, bello ceſſante, cenſetur Parochianus ſecundæ, & n. 32. Declaratur, n. 34.*
30 *Intellectus huius Capituli.*
31 *Sacerdos proprius dicitur is, in cuius parochia quis habitat de præſenti, & nn. ſeqq. uſq. ad n. 40.*
32 *Peregrinus in caſu neceſſitatis poteſt recipere Sacramenta in parochia, ad quam divertit.*
33 *Parochus proprius is eſt ad Matrimonium contrahendum qui ad confeſſiones audiendas.*
34 *Bellum veriſimiliter non duraturum non eſt juſta cauſa percipiendi Sacramenta in aliena parochia.*
35 *Relegatus in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domicilium habet.*
36 *Parochus proprius quoad matrimonium contrahendum is dicitur, in cujus parochia contrahentes habitant tempore contractus, & nn. ſeqq. uſque ad n. 40.*
37 *Matrimonium ſcholaris, qui Patavii quinque, vel ſex menſes moratus, timens impedimentum à parentibus, ibi duxit mulierem plebeiam coram Parocho loci, & teſtibus validum declaratur.*
38 *Idem de matrimonio alterius, qui ob eamdem cauſam ſe in Angliam contulit, ibique aliquantuper moratus, contraxit cum meretrice.*
39 *Idem reſponſum de matrimonio Trajectenſium, qui Aquigranam ſe contulerunt, ſi ibi ſpatio ſaltem unius menſis morati fuerint.*
40 *Domicilium an transferatur eo ipſo, quod quis aliò ſe confert ad habitandum, an verò ad hoc ſit aliquod tempus à jure præfinitum, & nn. ſeqq. uſq. in finem.*
41 *Domicilium de jure civili non conſtituitur niſi per habitationem decem annorum.*
*Contrarium, n. 44. Declaratur n. 52.*
43 *Habitator ſimplex non cenſetur in loco domicilium conſtituere, niſi per decennium habitaverit.*
*Declaratur, n. 57.*
43 *Incolæ non cenſetur, niſi qui in loco moratus fuit per decennium.*
*Contrarium, num. 44.*
44 *Domicilium non conſtituitur ſine animo perpetuò habitandi.*
45 *Impubes, qui diu penes nutricem, vel tutorem ſtetit, non dicitur ibi domicilium contraxiſſe.*
46 *Domicilium conſtituitur animo, & facto ſimul, nec ſufficit unum ſine altero.*
47 *Animus verò ex conjecturis deprehenditur.*
48 *Et quæ ſint ejuſmodi conjecturæ, & nn. ſeqq.*
49 *Domicilium conſtitui poteſt etiam minori ſpatio, quàm decem annorum, ſi alia concurrant indicia.*
50 *Domicilium ſufficienter demonſtratur per habitationem decennalem.*
51 *Abſens per decennium præſumitur habuiſſe animum non revertendi.*
52 *Intellectus l. 2. C. de Incol. lib. 10.*
*Scholares non contrahunt domicilium ubi ſtudiorum cauſa morantur, niſi tranſacto decennio, & cur.*
53 *Idem in mercatore, & lectore publico.*
54 *Domicilium cenſetur quis immediatè conſtituere in loco, ad quem ſe tranſtulit cum familia, & fortunis ſi ibi poſſeſſiones emerit, aut animum ſuum declaraverit, & num. 56.*
55 *Alioqnin tempus erit arbitrarium.*
57 *Domicilium ceſſantibus aliis conjecturis non conſtituitur per ſimplicem habitationem, niſi ſit decennalis.*

1 SIGNIFICAVIT. Si Parochianus domicilium transfert, primus Prælatus in eo parochialia jura non vendicat. Decimæ tamen prædiorum ſuæ parochiæ ſibi debentur. Hoc dicit. Communis diviſio, ſecunda ibi, *fraternitati.*
2 Nota primò eſſe in poteſtate laici de uno in alium Epiſcopatum transferre domicilium, etiam non habita prioris Epiſcopi licentia, ut *hic* patet & tenent Hoſt. *n. 4.* Anton. de Butr. *in 1. not. &* *n. 3. in 1. oppoſit.* Cardin. & Anchar. ambo *nn. 2.* & Abb. *in 1. notab.*
3 Ratio eſt, quia ſicut voluntaria eſt domicilii conſtitutio, ita & illius extinctio, vel mutatio, ut in reg. *Nihil tam naturale, ff. de regul. jur.* prout enim unumquodque producitur, ſic reſolvitur, cap. 1. *eod. tit.* & l. 1. C. *quan. lic. ab empt. diſced.* Decens tamen eſt ſecundùm Hoſt. ut certificetur, & requiratur ſuper hoc primus judex, arg. c. *Cum Apoſtolica, infrà de ſponſal.* cap. *Cum inhibitio, de Clandeſt. deſponſ.* cap. *Fraternitatis, ſuprà de Cler. non reſid.* & cap. *Significaſti, de foro compet.* cum aliis per eum allegatis.
4 Et hinc colligitur differentia inter Clericum, & Laicum: nam clericus non poteſt ad aliam Eccleſiam, vel Diœceſim tranſire, neque ab alieno eſt recipiendus ſine litteris dimiſſoriis, ſeu forma-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

formatis Epiſcopi proprii, *c.1. & per totum*, 71. *diſt*, cap. *Clericum*, & c. *Placuit*, 21. *q.2.* cap. 1. & 2. *de Cler. peregrin.* Quod ſi locum inconſultò Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicitur, ut in Decreto Concilii Tridentini *cap.16 ſeſſ.23.*

5 At verò laicus poteſt liberè ſe transferre non tantùm quoad temporalia, ut l. *Domicilium*, & l.
6 *Incola, l. ſecunda ff. ad municipal.* ſed etiam quoad ſpiritualia, ut hic eſt caſus, niſi ex contemptu proprium Sacerdotem dimittat abſque domicilii translatione. In quo caſu loquitur textus in c. *Ut Dominicu, ſuprà eadem.*

7 Et quidem ſi ex toto domicilium transtulerit, ſecundùm Hoſt. *n.4.* indiſtinctè poteſt recipi, ut hic, alias ſine litteris proprii Epiſcopi quantum ad Sacramenta Eccleſiaſtica non eſt recipiendus. Addit etiam Hoſt. in hac translatione cautelam eſſe adhibendam, ne quis in fraudem ſe transferat ut ibi deſponſet aliquam, & dicat ſe reliquiſſe primum domicilium, & omninò translatum, ut hoc valeat obtinere. Unde putat talem, priuſquam omninò recipiatur, probandum eſſe, & aliquantulum expectandum. Quibus verbis Hoſtienſis videtur in ea fuiſſe ſententia, ut neceſſaria ſit translatio domicilij, nec ſufficiat ſimplex habitatio ad hoc, ut quis ſine licentia Epiſcopi proprii recipi poſſit ad Eccleſiaſtica Sacramenta, & in ſpecie ad Sacramentum matrimonii. Sed contraria opinio eſt verior, & magis communiter tenetur, ut dicam infrà *n.27.*

8 Secundò nota ex hac Decretali duos præcipuos effectus translationis domicilii. Primus eſt, quia per hujuſmodi translationem quis ſubtrahitur juriſdictioni prioris Epiſcopi, c. *Propoſuiſti, ſuprà de foro comper.* cap. *Eccleſias, §. Quia ergo*, 13. *q.*
9 1. gloſſ. 1. *hic*, & Abb. Antiq. *in princ.* Atque ita juriſdictio, quam quis habet in incolas, & advenas ratione domicilij, expirat eo ipſo quòd incola inde diſcedit; adeò ut in talem recedentem non poſſit poſteà juriſdictionem exercere, ut *hic* per Anchar. Abb. & Joan. de Anan. omnes *in 2. notab.*

10 Secundus effectus eſt, quia juriſdictio Epiſcopalis transfunditur in Epiſcopum loci, ubi conſtitutum eſt domicilium, ita ut ſicut dominus temporalis acquirit juriſdictionem in incolam, ut in d. l. *Incola ff. ad municip.* & in l. *Si patria, C. de incol. lib.10* ita & dominus ſpiritualis, ut hic, & in cap. *Cum nullus, de tempor. ordin. lib.6.* ſecundùm Hoſt. *num.1. in ver. Iuriſdictionem*, & Abb. *n.4.*

11 Adverte tamen, quia primus effectus abdicationis juriſdictionis à primo Epiſcopo vendicat ſibi locum, ſi is, qui domicilium transtulit, non erat ibi alias oriundus, ut in caſu hujus Decretalis. Nam iſti non erant oriundi ex Regno Hieroſolymitano, ſed elegerant ibi manſionem. Unde cùm non eſſent ſubjecti illis Prælatis niſi ratione domicilii; ipſo translato, in nihilo remanſerunt ſubjecti, cùm prorſus ceſſaverit cauſa ſubjectionis, ut in d. l. *Incola.* Et benè advertit Abb. *hic num.6.* At ſecus eſt in ſubjecto ratione originis; quia etſi aliò domicilium transferat, non tamen propterea eximitur à juriſdictione naturalis domini, nec quoad ſpiritualia, nec quoad
12 ad temporalia. De ſpiritualibus eſt textus in d. c. *Cum nullus*, ubi patet Epiſcopum poſſe Ordines conferre oriundo ex ſua Diœceſi, licèt alibi domicilium habeat. Quòd ſi ordinare poteſt; ergo & judicare, cap. *Nullus*, & in gloſſ. *fin. ſupra eod.* Similiter hic poterit nihilominus conveniri in loco originis, ut notat Bart. in l. *Aſſumptio. ff. ad municip.* De quo dic ut plenè notatur per Doctores, maximè per Butr. & Abb. & latiùs per Marian.
13 Socin. in c. *fin. ſuprà de foro compet.* Nam civilitatem ratione originis non poteſt quis ſola voluntate à ſe abdicare, cùm naturalia ſint immutabilia, ut legitur in d. l. *Aſſumptio*, & in l. *Origine, C.*
14 *de municip. & originar, lib.*10. Itidem remanet hic ſubjectus quoad onera perſonalia. Ideoque ſi extrahatur ad aliquod munus in loco originis, tenebitur illud ſubire: licèt habeat alibi domicilium; quoniam incola eſt adſtrictus muneribus, & oneribus tum loci domicilii, tum loci originis, ut in d. l. *incola*, & notat Bart. in d. l. *Aſſumptio*, & Abb. *hic n.6.*

15 Tertiò nota decimas perſonales eſſe perſolvendas Eccleſiæ loci, ubi quis habet domicilium, & recipit ſpiritualia, ut hic in fine, & in c. *Quæſti*, 16. *q.1.* Prædiales verò deberi illi Parochiæ, ubi ſita ſunt prædia, ut hic in verſ. *Et in ultramarinis*, & in cap. *Quoniam, infrà, de decim.* & hic tenet gloſ. *in ver. Prædiorum*, Hoſt. *num.7. & 8.* Butr. *num. 2. in 2. notab.* Cardin. *num.5. in 3. quæſt.* & Abb. *in*
16 *ult. notab.* Niſi obſtet contraria conſuetudo, id eſt niſi ex conſuetudine decimæ alteri Eccleſiæ debeantur. Ita enim intelligunt Doctores hanc Decretalem, ut per Hoſt. *n.7. in ver. In ultramarinis.* In hoc enim ſtatur conſuetudini, ut in cap. *fin. ſuprà, de pact.* & in cap. *Ad Apoſtolicæ, infrà, titulo*
17 *proximo*, Seraph. *deciſ.908. num.5.* At verò, ut decimæ alicui Eccleſiæ non ſint ſolvendæ nulla conſuetudine induci poteſt, ut hic determinat Innoc, *num.1. in verb. Perſolvuntur*, cui ſubſcribunt Hoſt. *num.7. in ver. Ratione prædictorum*, & *in ver. Perſolvuntur.* Petr. de Sampſone, & Abb. Antiq. *num.2. in ver. Ratione*, Joann. Andr. *num. 5. in verb. Perſolvuntur*, DD. in c. *Aliquibus, infra tit. proximo*, & eſt communis opinio, ut hic teſtatur Abb. *in ultimo notab, n.5.*

18 Ultimò nota ex illis verbis, *ad habitandum in ea ſe quamplurimi contuliſſent*, ad hoc, ut quis efficiatur Parochianus, & recipiatur ad Eccleſiaſtica Sacramenta non requiri formalem translationem domicilii, ſed ſufficere ſimplicem habitationem de præſenti. Nam ad hunc effectum ibi quis dicitur habere domicilium, ubi habitat, ut dicit gloſſ. 1. *hic* per textum in l. *Municeps, §. Miles, ff. ad municip.* ubi dicitur, Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret (id eſt ubi militat) etiamſi nihil in patria poſſideat: aliàs legitur, ubi inhæret, ſecundùm Hoſt. & Joan. Andr. *in prima gloſſa*, vel ubi moratur, ut ibi eſt adnotatum in margine, & omnes iſtæ lecturæ innuunt ſufficere habitationem. Et ita per hanc Decretalem firmat Feder. de Sen. *conſ.254.* ut latius dicam infrà *n. 27. & 28.* Et ſecundùm hanc opinionem hodie cùm ex Decreto Concilij Tridentini *c.1. ſeſſ.24. de reform. matrim.* non aliter contrahi poſſit matrimonium, quàm præſente Parocho, &c. validum eſſet matrimonium contractum coram Parocho habitationis. De quo tamen articulo dic pleniùs, ut in quæſtione ſeq.

19 Poſito quòd mulier ex civitate, in qua habitabat, ad ſcandala ſubmovenda ad oppidum ſuæ diœceſis juſſu Principis ſæcularis translata fuerit ſub



ſub præcepto illinc non diſcedendi, quamdiu ſecus ordinatum non eſſet: Item poſito quòd poſt quartum habitationis menſem coram Parocho d. oppidi cum viro incola ejuſdem civitatis matrimonium contraxerit: Item poſito decreto Concilij Tridentini *cap.1. ſeſſ.24. de refor. matrim.* Quæſitum eſt an ejuſmodi matrimonium ſit validum, nec ne.

20 Maxima eſt diſſenſio inter DD. qualis habitatio requiratur ad hoc, ut quis dici poſſit alicujus
21 Eccleſiæ Parochianus. Quidam enim putant requiri translationem domicilij, nec ſatis eſſe qualemcunque habitationem, niſi adſit animus perpetuò habitandi, ſine quo domicilium non acquiritur, l. *Ejus qui, §. penult. ff. ad municipal.* cum aliis, quæ adducentur in quæſtione ſeq. *nu.44.* Cujus ſententiæ fuit gloſ. in c. *Is qui*, in figuratione caſûs, *de ſepult. in 6.* ubi ait, ex ſola mora facta in loco non cenſeri aliquem parochianum illius loci, cùm oporteat ut animo ſit perpetuæ moræ, & Jo. Andr. *ibid. in princ. verſ. Et faciunt hæc ad quæſtionem*, ubi propterea infert, eum, qui propter bellum, aut peſtem fugit ad civitatem, ubi manet cum familia, non fieri illius parochianum, quia non mutavit domicilium, cùm non habuerit animum ibi perpetuò manendi, nec durante metu dici poteſt habuiſſe animum mutandi domicilium, & ſequuntur ibi Gemin. & Franc. idque pluribus comprobat Abb. in c. *In noſtra, n.10. de ſepult.* ubi alios adducit.

Quorum opinio ſi vera eſſet, nullum eſſet matrimonium ab hac muliere contractum, quia non habuit animum perpetuò habitandi in dicto oppido, ſed ibi fuit juſſu Principis moratura uſque ad ipſius Principis beneplacitum; ideoque Sacerdos, qui matrimonio interfuit, illius Parochus non fuiſſet, ut requiritur decreto *d. cap.1. ſeſſ.24. de reform. matrim.*

23 Quidam verò putant ad jus parochiæ acquirendum ſufficere habitationem, dummodo tamen illa ſit annalis, aut pro majori anni parte.
24 Cui opinioni videtur adhærere Innoc. in c. *Omnis utriuſque, n.6. de pœnit. & remiſſ.* ubi ait ſcholares, & incolas annales, & mercenarios debere confiteri Sacerdoti parochiæ, quam incolunt per annum, & ab eo poſſe abſolvi per tex. in c. *Quæſti*, 16. in illis verbis, & ubi per totum anni circulum Miſſas audiunt. Et quamvis poſtea referat opinionem illorum, qui dicunt idem eſſe, ſi ad minus tempus incolant vel domos, vel dominos; tamen cùm hoc ſecundo loco utatur illis verbis, *alij dicunt*; nõ ſecunda, ſed prima cenſetur ejus opinio, ut declarat Jaſ. in l. *Si idem, cum eodem, §. fin. nu.3. ff. de juriſd. omn. judic.* & Dec. in c. 1. *ad finem, de conſtit.* cùm præſertim poſt ſecundam opinionem Innocentius adjiciat. In omnibus tamen præmiſſis tutius eſt, ut viatores, & alij ſemper à proprio Sacerdote ſpecialem licentiam habeant, & Innocentij verba tranſcribunt *ibid.* Butr. Anchar, & alij.

Quæ ſecunda opinio, ſicut & prior innititur præcipuè dictæ decretali, *Is qui, de ſepult. in 6.* ibi, Is qui ad villam ſe transfert recreationis causâ, vel ut ruralia exerceat, ſi non electâ ſepulturâ decedat, non in Eccleſia dictæ villæ, ſed in ſua Parochiali ſepeliri debet. Qui tamen textus non dicit ad jus Parochiæ acquirendum requiri domicilium, vel habitationem annalem; ſed tantùm diffinit non eſſe ſatis ut quis ſe aliò transferat ob aliquam brevem cauſam.

25 Et ſecundùm hanc ſententiam eodem modo hæc mulier nullo modo contraxiſſet, quia ante matrimonium in dicto oppido non habitaverat, niſi per quatuor menſes, & Rota *in noviſſ. deciſ. 656. vol.1.* reſolvit in ſuo caſu matrimonium contractum coram Parocho rurali fuiſſe nullum, quia probatum non fuit contrahentes ſolere eſſe ruri in majori anni parte, nec pro dimidia, ſed tantùm per tres, aut quatuor menſes.

26 Alij autem diſtinguentes, cenſent habitationem ſaltem pro majori anni parte efficere aliquem Parochianum ejus Eccleſiæ, ubi habitat, quoad Sacramenta neceſſaria duntaxat, veluti confeſſionis, & communionis, ſemel in anno. Secus verò quoad Sacramenta voluntaria, veluti ordinis, & matrimonij. Atque ita diſtinguit Abbas in cap. *Nullus, n.4. ſuprà eod.* Sylveſt. *in ver. Domicilium, n.2.* Tabien, *eod. ver. ad fin.* & eſt ex mente Hoſt. *in Summa hoc tit. §.7. in fine*, & ſecundùm hanc ſententiam ſimiliter nullum eſſet matrimonium, de quo agitur.

27 At verò alij tenent ex ſola habitatione quem effici parochianum alicujus eccleſiæ dũmodo non ſit ibi recreationis gratiâ, vel ad ruralia exercenda, aut ex alia brevi cauſa ſtatim reverſurus ad primam Parochiam, juxta d. c. *Is qui, de ſepult. in 6.*

28 Atque hæc ſententia fuit originaliter Feder. Sen. *in conſ. 254. incip. Quæſtio ſubſequens*, ubi reſpondit ad jus Parochiale eſſe attendendam præſentem habitationem, non domicilium; ideoque in eodem anno quem effici poſſe Parochianum plurium Eccleſiarum, cùm non requiratur ut ha-
29 beat animum perpetuò habitandi. Unde concludit, eum, qui propter bellum, vel peſtem fugit de parochia in parochiam, & eò ſe tranſtulit animo redeundi ad primam bello ceſſante, cenſeri parochianum ſecundæ: & dicit eſſe de hoc caſum in
30 hac decretali. Quod veriſſimum puto, quia cùm habitatores illi, qui prius elegerant manſionem in Regno Hieroſolymitano propter occupationem terræ Sanctæ, ſe tranſtulerint ad habitandum in civitate Aconen. utique ceſſante prædictâ occupatione, & ſic cauſa translationis veriſimiliter redijſſent ad primam manſionem. Unde non habebant animum perpetuò habitandi in Aconenſi civitate, ſed durante impedimento duntaxat. Et tamẽ textus decidit eos poſſe ſpiritualia recipere ab Epiſcopo Aconenſi, & ibi teneri decimas perſonales perſolvere. Atque ita Federici ſententiam commendat, & ſequitur Abb. in cap. *Extirpandæ, §. Qui verò, num.11. de præbend.* & latè defendit Anchar. in cap. *De uxore, num.7. de ſepult*, & Abb. ſibi contrarius in cap. *Omnis utriuſque, nu. 23 de pœnitent. & remiſſ.* relatis aliorum ſententijs,
31 (Illa opinio, inquit mihi plus placet, & eſt magis communis, quòd ille dicatur proprius Sacerdos, in cujus parochia quis habitat de præſenti, nec poſſunt commodè adire proprium Sacerdotem.

Ad hæc cùm de jure communi ex Clem. 2. *de privil.* Religioſi, qui clericis, aut laicis Sacramenta Unctionis extremæ, vel Euchariſtiæ adminiſtrare, & matrimonia ſolemnizare audent, non habitâ ſuper his Parochialis Presbyteri licentiâ ſpeciali, excommunicationis ſententiam incurrant: gloſ. *in verb. Presbyteri Parochialis*, (Per hoc, inquit,

inquit quoad ſcholares, & mercenarios, & his ſimiles, intellige Presbyterum, in cujus parochia habitant: gloſſa ergo etiam ad effectum matrimonii cenſet illum eſſe proprium parochum, in cujus parochia quis habet habitationem. Quam gloſſam dicit eſſe notandam Cardin. *n. 8.* ſubdens: (Dic quod ſtatim cum quis vadit ad habitandum in certa parochia, intelligitur ibi fieri parochianus, niſi acceſſerit causâ recreationis, aut ob aliã cauſam temporalem ſtatim reverſurus ad propriam parochiam,) & ſequitur Vitalin. *n. 29.* ubi ait: (Proprius Curatus omnium ſuorum Parochianorum dicitur, etiamſi ad tempus habitet in parochia illa, ut ſunt ſcholares, familiares, mercenarii, & hujuſmodi ſimiles perſonæ: pro tunc enim non ſunt actu parochiani alterius parochiæ.)

Quæ opinio ſicuti eſt magis communis, ita eſt verior, ut patet ex alleg. per Anchar. in d. c. *De uxore, n. 7. de ſepultur.* & ſummam habet æquitatem in caſu præſenti: nam cùm hæc mulier juſſu principis relegata fuerit in d. oppido, nec poſſit abſque præcepti violatione, & incurſu pœnæ ad primam parochiam redire; iniquum eſſet ut non poſſet accipere eccleſiaſtica Sacramenta à paro-
32 cho loci, in quo habitat. Ideoque etiam auctores contrariæ ſententiæ cenſent propter periculum, aut neceſſitatem poſſe aliquem recipere Sacramenta in loco habitationis, ut tradit Abb. in d. c. *In noſtra, n. 11. de ſepultur.* his verbis: Ego dicerem quòd propria ſola habitatio non facit quem eſſe parochianum illius Eccleſiæ: Unde ex quo habet animum redeundi ad domum ſuam, illa eccleſia domicilii eſt propriè parochialis iſtius; ſed propter neceſſitatem poterit iſte in loco habitationis, vel ubi eſt peregrinus recipere Sacramenta, ita quod hæc eccleſia habitationis non ſit propriè parochialis iſtius, ſed in defectum propter neceſſitatem ſuccedit loco parochi quoad adminiſtrationem Sacramentorum, & infra. Ex quo infero, quòd ſi de loco habitationis non poteſt commodè ire ad eccleſiam domicilii pro Sacramentis, debet hic capere, & non in eccleſia domicilii, & ſequitur Navarr. in c. *Placuit, de pœnit. diſt. 6. n. 92. & 101.* Ob quam neceſſitatem ſicut qui belli, aut peſtis causâ aliò commigrant, poſſunt Sacramenta percipere à parocho habitationis ſecundùm communem Canoniſtarum ſententiam in cap. *Omnis utriuſque, de pœnit. & remiſſ.* ita eſt æquum, ut poſſit recipere hæc mulier, quæ vi, atque imperio principis extra locum domicilii commoratur: non minus enim impeditur ad primam parochiam redire, quàm ſi peſtis, aut belli causâ inde aufugiſſet.

33 Neque enim conſtituenda eſt differentia inter Sacramentum Pœnitentiæ, & Matrimonii, cùm ſæpè non minor ſit neceſſitas nubendi, quàm cõfitendi, ut contingit in his, qui continere non poſſunt, nam melius eſt nubere, quàm uri, ut 1. *ad Corinth. 7.* Ideoque communiter is dicitur eſſe proprius parochus ad conjungendos aliquos in matrimonium, qui in cap. *Omnis utriuſque,* appellatur proprius Sacerdos ad confeſſiones audiendas, ut conſtat ex d. Clem. *Religioſi, in ver. Parochiale Presbyteri,* & ibi notatur de privileg.

Non obſtat quòd hæc mulier non habuerit ani-
34 mum in d. oppido perpetuò morandi. Quoniam ſatis eſt, ut habuerit animum morandi quamdiu neceſſitas, & juſſus Principis durarent: nam & hi, qui peſtis, aut belli causâ aliò divertunt, non habent animum illic manendi, niſi quoad duraverit neceſſitas: & tamen contrahunt jus parochiæ ad effectum recipiendi eccleſiaſtica Sacramenta. Ad hoc enim, ut dictum eſt, jura non conſiderant domicilium, ſed ſimplicem habitationem, & ſatis eſt, ut cauſa ſubmovendi ſcandala, ob quam Princeps juſſit mulierem aliò transferri, non fuerit talis, ut potuerit probabiliter incontinenti ceſſare. Pro quo eſt doctrina Anchar. in d. c. *Is qui, de ſepult.* ubi ſequitur opinionem Feder. de Senis, quando bellum eſſet veriſimiliter duraturum. Secus ſi per tranſitum alicujus exercitûs tranſeuntis hoſtiliter per comitatum quis contuliſſet ſe ad civitatem: tunc enim, inquit, eſt verior opinio Jo. Andr. nam primo caſu venit animo commorandi; ſecundo non. In ſolo autem Ordinis Sacramento ſpeciale eſt, ut verum domicilium requiratur, ut patet in cap. *Cum nullus, de tempor. ord. in 6.* ponderando illa verba: Superior intelligitur hoc caſu, & rationem ſpecialitatis adducit Hoſt. *in Summa hoc tit. §. 7. in fine.*

35 Sed etſi ad hoc domicilium requireretur, fortè tamen non deeſſet hoc caſu per textum ſingularem in l. *Filij, ff. ad municipal.* in illis verbis: (relegatus in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domicilium habet,) & concordat text. in l. *Ejus qui, § fin. eod. tit.*

36 Ultimò quidquid ſit de his, ſententiam Feder. de Sen. ſæpius ſequuta eſt S. Congregatio Concilii in caſibus contingentibus.

Et in ſpecie cùm olim juvenis nobilis & meretrix Senenſis cuperent invicem matrimonio copulari, & dubitarent ne ſi matrimonium in civitate Senarum contraherent adhibendo Concilii Trid. ſolemnitates, juvenis parentes impedimento eſſent, Romam acceſſerunt, ibique aliquantiſper commorati, coram parocho & teſtibus S. Anaſtaſiæ, in cujus parochia tunc habitabant, matrimonium per verba de præſenti contraxerunt. Et cùm de ejus validitate dubitaretur, S. Congregatio cenſuit matrimonium eſſe validum eâ ratione, quia is eſt proprius parochus, in cujus parochia habitabant contrahentes tempore contractûs, gloſ. in Clem. 1. *de privil. ver. Parochialis,* Abb. in c. *Omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* ubi de communi teſtatur, & alias generaliter conſulta, An proprius parochus quis dicatur, in cujus parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahitur: reſpondit ita dici.

37 Atque ad exemplum deciſionis editæ in d. civitate Senenſi, alias cenſuit valere matrimonium Scholaris, qui Patavii quinque vel ſex menſes moratus timens impedimentum à parentibus, ibi duxit mulierem plebeiam coram parocho loci,
38 & teſtibus. Idemque reſpondit de matrimonio alterius, qui ob eandem cauſam ſe in Angliam contulit, & ibi aliquantiſper moratus, coram parocho habitationis, cum meretrice contraxit matrimo-
39 nium. Quinimò cùm vir, & mulier Trajectenſes timentes impedimentum à parentibus, ad vicinam urbem Aquiſgranam ſe contuliſſent, & ibi aliquandiu morati matrimonium contraxiſſent: S. Congregatio conſulta ſuper validitate cenſuit exprimendum tempus, quo contrahentes Aquiſgranæ manſerunt. Quod ſi fuerit ſaltem unius menſis, dandam eſſe deciſionem pro validitate, alias de novo referendum in Congregatione.

Ex



Ex quibus non videtur dubitandum quominus validum ſit præſens matrimonium contractum coram parocho habitationis poſt quartum habitationis menſem. Et in hanc ſententiam S. Congregatio reſpondit.

40 Ulterius QUÆRO, An incolæ regni Hieroſolymitani, de quibus hic, eo ipſo quòd poſt occupationem Terræ Sanctæ ſe contulerunt ad habitãdum in civitate Aconenſi, cenſeantur in ea domicilium contraxiſſe; adeo ut tam Epiſcopus, quàm Dominus temporalis poſſint immediatè juriſdictionem in eos vendicare. An verò ad transferendum domicilium tempus aliquod à jure ſit præfinitum.

41 De jure civili ad conſtituendum domicilium videtur requiri tempus decem annorum per tex. in l. 2. *C. de incol. lib. 10.* ubi dicitur: Nec ipſi, qui ſtudiorum causâ in aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, niſi decem annis tranſactis eo loco ſedes ſibi conſtituerint. Et ita videtur tenere gloſ. *ibi in ver. Conſtituerint,* ubi quærit, quid de alio, qui ſtat per decem annos non ſtudii causâ. Et reſpondet eodem modo præſumi domicilium animo conſtitutum, ſecùs in mi-
42 nori tempore, & Bart. *in conſ. 111. Factum tale eſt, in fine, lib. 2.* dicit ſimplicem habitatorem non cenſeri in loco domicilium conſtituere, niſi per decennium habitaverit. Et apertius hoc tenet Hoſtienſ. *hic n. 5.* dicens non cenſeri incolam, niſi qui in loco moratus fuit per decennium, per il-
43 lum textum, & arg. cap. *Apoſtolicæ, circa princ. infrà eod.* licet ſubdat illam legem de facto non ſervari, & ſequitur totidem verbis Jo. Andr. *n. 3. verſ. Nam nec ſecundùm leges.*

44 Sed omnino dicendum eſt, nec ſecundùm leges, nec ſecundùm Canones ullum tempus eſſe abſolutè neceſſarium ad domicilium contrahendum. Ad hoc enim præcisè neceſſarius eſt animus perpetuò habitandi, ſine quo domicilium non conſtituitur, l. *Nec utique,* & l. *Domicilium,* & l. *Ejus qui, la ſecunda, §. penult. ff. ad municip.* l. 2. & l. *Cives, C. de incol. lib. 10.* & notatur in l. 1. *C. de muner. & honor. eod. lib.* Hoſt. *in Summa de Paroch. § penult. ante fin.* Jo. Andr. in c. *Is qui, in princ. verſ. Et faciunt hæc ad quæſtionem, de ſepult. lib. 6.* cum aliis allegatis in præcedenti quæſt. *num. 21.* & Abb. *hic n. 8. verſ. Nam ad Conſtitutionem domicilii,* qui tamen dum allegat l. *Si quis inſtructus ff. ad municip.* debuit allegare l. *Ejus qui, la ſecunda, §. Celſus,* alias § *Si quis in-*
45 *ſtructus.* Et propterea impubes, qui diu penes nutricem, vel tutorem ſtetit, non dicitur eò domicilium tranſtuliſſe, cùm in ea ætate careat animo, & intellectu ad domicilii mutationẽ requiſito, ut conſuluit Feder. de Sen. *conſ. 213. Quidam puer, per totum,* & conſentit Bald. *conſ. 334. Factum tale eſt, magiſter. circa med. verſ. Et ex hoc apparet, lib. 4.*
46 Sed quia de animo, cùm ſit quid intellectuale, per ſe conſtare non poteſt; propterea dicit lex ad acquiſitionem domicilii nudam voluntatem non ſufficere, ſed requiri etiam factum quaſi animi indicem, ut d. l. *Domicilium, ff. ad municip.* & notat Feder. de Sen. *d. conſ. 253. n. 2.* & Bald. *conſ. 311. Quæſtio ſuper qua, n. 3.* quod eſt Petri de Abbatiis Piſani *cum duobus ſequentib. lib. 4.* Animus enim ex facto, & conjecturis deprehenditur, cap. 2. *De*
47 *renunc. lib. 6.* l. *Dolum, D. de dolo,* Abb. *hic n. 8.* Quapropter ut dicunt Hoſtienſ. & Joan. Andr. ſi in
48 loco relicto quis omnia vendidit, & ſecum quid-



quid habere potuit, aſportavit, & in alio loco domum, & poſſeſſiones emit, ſatis probabiliter cenſetur primum reliquiſſe, & ſecundum domicilium elegiſſe, & probatur in l. *Cives, C. de incol. lib. 10.* ubi dicitur: In eodem loco ſingulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit; unde rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil avocet. Itaque, ut Bald. inquit *d. conſ. 334. circa medium,* lares aſſidua converſatio, & major pars bonorum domicilium demonſtrant, l. 2. *C. Ubi Senat.*
49 *vel Clariſſ.* & d. l. *Cives.* Unde etiam minori ſpatio decem annorum quem ſibi conſtituere domicilium, quando concurrunt alia indicia, puta, ſi tranſtulerit familiam, ſupellectilem, & majorem partem fortunarum ſuarum, firmat idem Bald. *conſ. 393. in princ. lib. 1.* Angel. *conſ. 27. Quidam victor, n. 2. verſ. Sola enim.* Idque multò magis, ſi clarè appareat quem elegiſſe domicilium, ut quia hoc expreſſit, vel quia eſt effectus civis loci, vel per alium modum, ut per Bald. *loco proximè cit.*
50 Porrò inter alias conjecturas tranſlationis præcipua eſt habitatio decennalis. Nam eo ipſo quòd quis per decennium in loco habitavit, præſumitur in dubio habuiſſe animum ibi domicilium conſtituendi, Bart. in l. *Cornelia, § Si domum. ff. de injur.* Bald. *d. conſ. 311. in princ.* & latiùs *in 3. conſ.* ibi *inſerto n. 5. verſ. Sed modò videamus,* Abb. *conſ.*
51 *100. in princ. lib. 2.* Nam abſens per decennium præſumitur habuiſſe animum non revertendi, ut plenè per Alexand. *conſ. 91. Repetitus, n. 6. lib. 7.*

52 Non obſtat tex. in d. l. 2. *C. de incol. lib. 10.* quia ſecundùm Abbatem *hic n. 8.* illa lex loquitur in ſcholaribus. Et ſic loquitur in eo caſu, in quo ex conjectura apertiſſima liquet quem non habere animum conſtituendi domicilium. Scholares enim non veniunt ad locum animo ibi perpetuò permanendi, ſed ſtudendi. Et propterea ad eliciendam præſumptionem animi domicilium conſtituendi, lex præfinivit illud ſpatium decem annorum. Nam ad hoc majus, vel minus tempus requiritur, ſecundùm quod conjecturæ urgent. Et ſcholaris ſtudio abſoluto præſumitur habuiſſe animum recedendi, ut per Alexandrum *conſ. 216. num. 14. & 15. lib. 16.* ubi idem dicit in mercatore.

53 Idemque in lectore publico conducto cum ſalario, qui non præſumitur habuiſſe animum conſtituendi domicilium, plenè conſuluit Abb. *dict. conſ. 100. Videtur primò per totum, lib. 2.* In his igitur decennium requiritur ad eliciendam contrariam animi præſumptionem, ut *in d. l. 2.* At hæc ratio ceſſat in eo, qui ex toto primum domicilium dereliquit, & cum omnibus rebus ſuis aliò ſe tranſtulit. Et propterea textus *in d. l. 2.* poſteaquam dixit ante decennium tranſactum ſcholares non cenſeri in loco domicilium habere, immediatè ſubnectit: Sed ſi aliis rationibus domicilium in civitate Laodicæorum habere probatus fueris, &c.

54 Itaque qui ad alium locum cum familia, & fortunis ſuis ſe tranſtulit, aut ibi emit poſſeſſiones, & præſumitur immediatè habuiſſe animum illic do-
55 micilium conſtituendi; aut non emit poſſeſſiones, ſed ſtat ſic in ſuſpenſo; & tunc dicam tempus ar-
56 bitrarium, prout concludunt Hoſt. Joan. Andr. & Abb. *ubi ſupra.* Unde ſi talis declararet animum ſuum, id eſt, ſe velle ibi domicilium habere, illicò


ſine

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſine expectatione alterius temporis dicendus eſſet ibi domicilium contraxiſſe per textum in d. l. *Ejus qui, la ſecunda, §. Celſus, ff. ad municip.* ſecundum
57 Abb. *in fine.* Ceſſantibus autem omnibus aliis indiciis & præſumptionibus, ſimplex habitatio fortè non ſufficeret ad domicilii tranſlationem, niſi tranſlato decennio. Et in hoc caſu ſalvari poteſt gloſ. & Bart. *ſupra cit. n. 42.*

# DE DECIMIS, PRIMITIIS, & Oblationibus.

## Cap. Quoniam.

### SUMMARIUM.

1 *Decimæ novalium debentur Eccleſiæ in cujus Parochia ſurgunt: Si verò non ſunt in certa Parochia, Diœceſano debentur.*
2 *Decimæ prædiales debentur Eccleſiæ, in cujus Parochia ſita ſunt prædia; perſonales verò, ubi ſpiritualia recipiuntur.*
3 *Proventus ſpirituales noviter emergentes infra limites Parochiæ non debentur Epiſcopo, ſed Parocho.*
4 *Oblationes, quæ fiunt imagini alicujus Sancti depictæ in pariete extra Parochialem Eccleſiam, cui debeantur.*
5 *Reditus ſpirituales debent dividi in quatuor partes, ſi ſpectent ad Eccleſias Matrices: Secus ſi ad Capellas.*
6 *Ad decimas præſtandas Epiſcopus etiam non requiſitus poteſt ex officio compellere poſſeſſores terrarum.*
7 *Decimarum quartam Epiſcopus exigere poteſt immediatè à Parochianis, & n. 27.*
*Contrarium, n. 14. & 17.*
*Diſtinguitur à n. 20. uſq. in fin.*
8 *In decimarum perceptione Epiſcopus, & Parochus ſunt quaſi portionarii, & n. 26. & 19.*
9 *Decimæ prædiales totius Epiſcopatûs integrè ad Epiſcopum pertinent, ſi prædia decimatoria non ſint infra limites alicujus Parochiæ, aut incertum ſit de cujus Parochia exiſtant, & nn. ſeqq.*
10 *Dictio, alioquin, venit adverſativè ad præcedentia, & includit ex propria ſignificatione contrarium intellectum.*
11 *Decimæ prædiorum exiſtentium in altera ex duabus Parochijs ſunt dividendæ inter utramque Eccleſiam, ſi non appareat infra cujus limites prædia ſunt ſita.*
12 *Inſula, ſi in mari appareat, decimæ novalium cui Eccleſiæ debeantur.*
13 *Epiſcopus an pro ſua quarta decimarum agere poſſit immediatè contra Parochianos; an verò illam petere debeat à Parochis, & nn. ſeqq. uſq. in fin.*
*Quid ſi Parochi jam exegerint à Parochianis integras decimas, n. 21.*
*Et quid ſi nondum exegerint, ſed tamen non negligunt illas petere, n. 22.*
*Et quid ſi ſint negligentes, an tunc Epiſcopus agere poſſit nomine Eccleſiæ contra Parochianos pro integris decimis, n. 23. & ſeq.*
*Et an jure proprio poſſit agere actione directâ pro ſua quarta canonica, n. 25.*
*Anve poſſit agere officio judicis nobili, n. 33.*
15 *Intellectus c. Conquerente, de offic. Ordin. & n. 17. 21. & 32.*
16 *Epiſcopus in prædijs decimatorijs habet jus reale, & coæquale cum Parocho, & n. 29.*
*Quæ realitas, & coæqualitas tolli non poteſt per negligentiam, vel malitiam Parochorum non competentium, n. 30.*
18 *Doctorum opinio non habens contradicentiam dicitur caſus legis.*
21 *Parochiani per ſolutionem decimarum factam Parocho conſequuntur liberationem, nec ſuper quarta poſſunt ab Epiſcopo moleſtari.*
24 *Decimæ qua ratione dicantur eſſe in poteſtate Epiſcopi.*
25 *Parochia duplex.*
28 *Actio oritur, quotieſcunque lex mandat aliquid ſervari.*
31 *Actio ſimultanea Epiſcopi, & Parochi ſuper decimis admittitur.*
33 *Decimarum quarta debetur Epiſcopo propter conjunctionem, & curam univerſalem, quam habet in Eccleſiis ſibi ſubjectis.*
34 *Officium judicis nobile ſemper datur ubi deficit actio ad conſequendum quod ſibi debetur, vel ad cogendum obligatos, qui actione directâ non poſſunt adſtringi.*
*Fundatur in æquitate, ibidem, & n. 37.*
35 *Conceditur ad inſtar actionis.*
36 *Et lato ſumpto vocabulo venit actionis appellatione.*

1 QUONIAM Decimæ novalium debentur eccleſiæ, in cujus Parochia ſurgunt. Si verò non ſunt in certa Parochia, Diœceſano debentur. Hoc dicit. Communis diviſio, Conſultatio, & Reſponſio. Secunda, ibi, *reſpondemus*, in qua diſtinguit, & ſecundum membrum perſequitur ibi, *alioquin.*

2 Nota primò ibi, *infra certam alicujus Eccleſiæ Parochiam*, decimas prædiales, ſeu reales deberi eccleſiæ, in cujus parochia ſita ſunt prædia: Nam decimæ & tributa debentur ratione prædiorum, & non perſonarum, c. *Si quis laicus*, & c. *Decimæ*, 16. q. 1. l. *Imperatores ff. de publican. & vectigal.* & l. *Forma cenſuali, §. Si vero quis ff. de cenſibus*, licèt ſecus ſit in decimis perſonalibus, quæ debentur eccleſiæ, ubi ſpiritualia recipiuntur, cap. *Quæſit.* 16. q. 1. Et ita hic notant gloſ. *ult.* Hoſt. *num.* 2. Jo. Andr. *in fin.* Card. *num.* 2. & eſt communis opinio, ut teſtatur Butr. *itidem in fine.*

3 Secundò nota ibi, *decimas earum*, proventus ſpirituales noviter emergentes infra limites Parochiæ non pertinere ad Epiſcopum, ſed ad parochialem
4 eccleſiam, ut hic eſt caſus. Unde infert Abbas *num.* 1. ut oblationes, quæ fiunt imagini alicujus Sancti depictæ in pariete extra parochialem eccleſiam, ſed in limitibus parochiæ, debeantur ipſi eccleſiæ, non autem Epiſcopo. Cæterùm an hæc illatio ſit vera, & in quibus caſibus vendicet ſibi locum, plenè examino in c. *Paſtoralis, in quæſt. ſuprà de his, quæ fiunt à Prælat.*

5 Tertiò nota ibi, *eidem Eccleſiæ*, decimas novalium, quæ ſurgunt in parochia, acquiri pleno jure eccleſiæ parochiali: jura enim quæ diſponunt ut de reditibus eccleſiarum fieri debeant quatuor partes, videlicet, cap. *Quatuor, cum cap. præced. & ſeq.* 12. q. 1. loquuntur de Matricibus. At in Capellis, ſeu Parochialibus ſalvâ portione Epiſcopi omnes ſunt Rectoris, ut hic, & in cap. *Cum contingat, infrà eod.* in cap. *Plerique, ſuprà de Paſt.* & in d. c. *Paſtoralis*; & declarant hic Hoſt. *circa fin. verſ. Nota etiam*, & Joan. Andr. *num.* 1. *in ver. Facias*, Butr. *num.* 4. Cardin. *num.* 1. *in* 1. *oppoſit.* & Anchar. *num.* 3.

6 Quartò nota ibi, *facias aſſignari ad officium Epiſcopi pertinere Parochianos compellere ad ſolutionem decimarum*, & ita verum eſt quod ait Cardin. poſt Land. & alios in Clem. *Diſpendioſam, n. 28. de judic.* nempe judicem etiam non requiſitum poſſe ex officio cogere poſſeſſores terrarum ad præſtandas decimas, ſi ei conſtet hujuſmodi terras eſſe infra limites parochiæ. Quod dictum ſequitur Rota *deciſ. 357. n. 6 par. 5. Recent.*

7 Quintò nota ibi, *tuâ parte retentâ*, Epiſcopum poſſe ſuam quartam decimarum exigere immediatè à parochianis, quod ſatis probatur hîc: non enim poſſet ſuam partem ibi retinere, niſi illam priùs percepiſſet. Percipere autem non potuiſſet ab eccleſia, quia decimæ nondum fuerant eidem eccleſiæ aſſignatæ, ut patet ex littera ibi, *facias aſſignari.* Supereſt igitur ex neceſſitate ut quotam ſuam à parochianis exegerit. Quod eſt contra opinionem Rotæ, exiſtimantis Epiſcopum agere non poſſe pro ſua quarta canonica directè adverſus laicos, ſed tantummodo contra eccleſias, ſeu illarum Rectores, ut fuſiùs dicam *infrà n.* 27.

8 Sextò nota, Diœceſanum, & Parochum eſſe quaſi portionarios in perceptione decimarum, prout eos appellant Hoſt. *n.* 2. & Joan. Andr. *n.* 3. Uterque enim fundat intentionem ſuam de jure communi in illarum perceptione; Epiſcopus quidem in ſua portione canonica, ut patet ex littera ibi, *ſuâ parte retentâ.* Parochus vero in reliquis decimis, ut patet ibi, *decimas earum*, & eſt receptiſſima Canoniſtarum ſententia, ut ſcripſi in cap. *Cum contingat, n. 21. & 23. infrà eod.*

9 Ultimò nota ibi, *alioquin*, decimas prædiales totius epiſcopatûs integrè ad Epiſcopum pertinere, ſi prædia decimatoria non ſint infra limites alicujus parochiæ, aut incertum ſit de cujus parochia exiſtant; ut hic probatur evidenter, ponde-
10 rando dictionem, *alioquin*, quæ cùm veniat adverſativè ad præcedentia, includit ex proprio ſignificatu contrarium intellectum ſecundùm Abbatem *n. 4. verſ. Sed quæro*, & non tantùm orationem conditionalem facit, ſed in ſeipſa orationem continet, & inducit conditionem contrariâ, ut notat Bart. in l. 1. *n. 11. ff. de condit. & demonſtr.* unde cùm textus priùs dixerit, ſi terræ arabiles ſint infrà certam alicujus Eccleſiæ parochiam, decimæ debentur eidem eccleſiæ: dum poſteà ſubjungit, alioquin debentur epiſcopo, perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſi terræ hujuſmodi non ſint alicujus parochiæ, ſecundùm Innoc: Petr: de Sampſon: Abb: Antiq: & Ægid: vel incertum ſit de cujus ſint parochia, eò quòd limites non ſint certi, ſecundùm Hoſt: *nu:* 2. Jo. Andr. *eod. n.* Cardin. *n.* 1. & Abb: *dicto num:* 4. *verſ: Sed quæro.*

11 Addit Jo: Andr: quòd ſi conſtet terras exiſtere in altera ex duabus Parochiis, ſed ignoretur intra cujus limites, eò quòd limites appareant tantummodo in locis propinquis, non autem in loco ubi ſita ſunt prædia, hoc caſu fieri debet diviſio decimarum inter utramque eccleſiam, allegat. c. *Cum quis, §. 1. de ſepultur: lib: 6.* & cum eo tranſeunt Cardin. *num.* 4. Anchar. *num:* 6. & Abb: *num:* 5. quod nota ad limitationem hujus textûs.



12 Si verò inſula in mari appareat, & ibi ſurgant novalia, ſecundùm gloſ: 1. conſiderabitur cui provinciæ inſula adhæreat, ut illius provinciæ ſit, & ibi præſtentur decimæ, ut l. *Inſula, ff. de judic:* & cum gloſ: tranſeunt Butr: *nu:* 8. & Cardin: *nu:* 4. Sed pleniùs ſecundùm Hoſtienſem *in princip.* Conſiderabitur provincia, diœceſis, parochia, & ripæ, cui proximius inſula accedit, ut l. *Inter eos*, l. *Ergo*, & l. *Inſula, ff. de acquir: rer: domin:* ut illius Provinciæ, Diœceſis, & Parochiæ inſula intelligatur, d. l. *Inſula*, & l. *Nationem*, § *Commentes ff. de verb: ſignif.* Id eſt, ſi inſula emergat infra duas provincias, decimæ dabuntur parochiali viciniori illius provinciæ, cui proximius inſula accedit. Si verò emergat infra duas diœceſes, præſtabuntur decimæ parochiali viciniori illius diœceſis, cui ſimiliter proximius adhæret inſula, etiamſi parochialis ex alia parte inſulæ eſſet proximior; quia abſurdum eſſet ut decimæ novalium illius diœceſis, cujus eſt inſula, ſolverentur parochiali alterius diœceſis. Quod ſi inſula appareat infra limites unius diœceſis, erunt perſolvendæ parochiali, cui inſula proximior eſt; & hanc puto fuiſſe mentem Hoſtienſis notabilè, & veram. Dubium tamen remanet, an in ſuprafcriptis caſibus ſpectanda ſit propinquitas diœceſis, vel parochiæ; an verò eccleſiæ cathedralis, vel parochialis. Gloſſa cum Cardin. non meminit niſi provinciæ, Hoſt. conſiderat provinciam, diœceſim, parochiam, & ripas, nullâ factâ mentione eccleſiæ, Butr. meminit eccleſiæ tantum. Vide tu quod ſcripſi in cap. *Nullus, n. 23. 24. & 25. ſuprà de Paroch.*

13 QUÆRO, an Epiſcopus pro ſua quarta decimarum agere poſſit immediatè contra parochianos; an verò illam petere debeat à Rectoribus parochialium Eccleſiarum.

14 Hæc eſt quæſtio quotidiana, & difficilis, in qua Rota ipſa variavit. Nam in cauſa Novarien. decimarum 15. Aprilis 1611. coram Gregor. XV. *deciſ:* 519. *n.* 1. & 2. reſolvit Epiſcopo Novarien. non deberi quartam decimarum ab hominibus cujuſdam pagi; quia etſi de jure communi habeat intentionem fundatam ſuper dicta quarta, tamen hoc intelligitur contra Eccleſias percipientes decimas, ut ſcilicet ab eis quartam partem decimarum exactarum poſſit exigere, & non immediatè à Parochianis, allegat Abb: Antiq: in c. *Conquerente. n. 5. verſ: In gloſſ: Sed videtur de offic: Ordin.* ubi ait illam decretalem non decidere, ut Epiſcopus habeat jus percipiendi decimas, ſed ut decimis ab Eccleſia perceptis Epiſcopo detur quarta: & cum eo conſentiunt ibi Bellam. *circa finem*, & Abb: Sicul: *num:* 2. *prope fin: verſ: Duodeci-*
15 *mò*, habet quartam, ad quod Rota inducit d. cap: *Conquerente*, ubi Pontifex poſtquam mentionem fecit de quarta decimationum, & aliis juribus, quæ ab Eccleſiis debentur Epiſcopo, immediatè ſubjungit: Tu autem his juribus in præfatis Eccleſiis contentus exiſtens non ampliùs ab eis exigas: Quæ verba clarè inſinuant Epiſcopum debere ſuam quartam exigere ab Eccleſiis, non autem à perſonis laicis, quæ de jure illas tenentur ſolvere parochialium eccleſiarum Rectoribus, ut in c. *Cum contingat, infrà eod:* & in Clem: *unica, eod. tit.* eamdem concluſionem firmavit Rota apud Card. Seraph. *deciſ:* 1449. *n.* 5. & 6.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

16 Sed die 7. Maij 1627. in eadem cauſa Nova-
rien. coram Pirovano contrariam ſententiam
probavit, videlicet Epiſcopum habere intentio-
nem fundatam pro ſua quarta decimarum, etiam
contra Parochianos, & habere in prædiis deci-
matoriis jus reale, & coæquale cum Rectoribus
parochialium, & eſſe quaſi inter ſe portionarios,
prout etiam firmatum fuit in deciſionibus, quæ
referuntur *deciſ: 442. 485. & 520. par: 1. Recent.*
17 Verùm poſtea 17. Decembris 1627. Cauſâ ne-
rum propoſitâ receſſit à deciſis, cenſuitque Epi-
ſcopum non habere fundatam intentionem in
quarta decimarum contra laicos, *ut deciſ: 122. n.
7. part: 5. Recent.* Moti fuerunt Domini primò per
textum in d. cap. *Conquerente*, ubi actio pro quar-
ta decimarum non dirigitur contra laicum, ſed
contra Eccleſiam, inducendo illum prout ponde-
ratus fuit *in deciſ. Gregorij, ſuper n. 15.* Deinde mo-
ti fuerunt per cap. *De quarta, de præſcript.* ubi ad-
mittitur, ut Parochus poſſit præſcribere quartam
decimationum, quæ ſi à laicis per Epiſcopum
exigenda eſſet, utique Rectori non daretur præ-
ſcriptio ob defectum poſſeſſionis, ſine qua præ-
ſcriptio non procedit, gloſ: in l. *Malè agitur*, & ibi
Bald. *n. 6. C. de præſcript. cum alijs in deciſ: allegatis.*
18 Ac demum, quia opinio Abbatis Antiqui & alio-
rum, de quibus in deciſ. Gregorij XV. cùm non
habeat contradicentem, dicitur caſus legis, itaut
ab ea non ſit recedendum, Jaſ. in l. *penult: n. 21. C.
de pact.* Becc. *conſ: 23. n. 6.* Surd. *deciſ: 229. n. 36.*
Eandem ſententiam probavit Paul. de Caſtro *in
conſ: 38. incip: Dico, lib. 1.* ubi ex facto reſpondit
19 Epiſcopum ſuper quarta decimarum non habe-
re jus immediatum contra laicos, ſed tantum-
modo contra Eccleſiam, allegat 10. *q. 3 per to-
tam*: & ideo perempto jure Eccleſiæ per illius
deſtructionem, fuiſſe etiam extinctum jus, quod
adverſus eam Epiſcopo competebat ſuper dicta
quarta, ut ibi fuſius per eum.
20 Quid dicendum? Pro clariori quæſtionis ſolu-
tione mihi videntur diſtinguendi caſus infra-
ſcripti.
Primus caſus eſt, cùm Rector Parochialis jam
21 exegit à laicis debitoribus integras decimas, &
tunc cùm laici per hujuſmodi ſolutionem jam
conſequuti ſint liberationem, extra dubium eſt
Epiſcopum non poſſe ab eis ſuam quotam pete-
re, vel exigere, ne contra bonam fidem bis idem
ſolvere compellantur, cap. *Bona fides, de reg: jur:
lib. 6.* & l. *Bona fidei, ff. eod.* ſed debere tantummo-
do actionem dirigere, & experiri contra Eccle-
ſiam, ſeu illius Rectorem ad præſcriptum d. cap.
*Conquerente, de offic: Ordin.* in quo caſu propriè lo-
quitur ille textus, & Abb. Antiq. cum aliis in de-
ciſ: Gregorij allegatis. Quam concluſionem ut
indubitatam firmavit eademmet Rota *deciſ: 357.
n. 4. & 7. part: 5. Recent.* & in hoc caſu etiam intel-
ligi poteſt textus in c. *De quarta, de præſcript.* in
eadem deciſ: inductus. Nam Rector Eccleſiæ
quando jam exegit à laicis integras decimas, uti-
que poſſidet etiam quartam Epiſcopo debitam:
meritò poteſt illam præſcribere, & in hoc primo
caſu nulla eſt diſcrepantia.
Secundus caſus eſt, cùm Rector Eccleſiæ non-
dum exegit decimas, ſed tamen non eſt negli-
gens in illis exigendis, & tunc arbitror tenen-
dam eſſe opinionem Rotæ, videlicet Epiſcopo
nullum jus competere contra laicos pro ſua quar-
ta decimationum, ſed tantummodo contra Ec-
cleſiam, poſteaquam illius Rector integras deci-
mas ab eis fuerit conſequutus, per rationes ut
ſuprà in deciſionibus adductas *num: 14. & 17.*
23 Tertius caſus eſt, cùm Parochus aut negligit,
aut non vult, aut non poteſt contra laicos agere,
& tunc puto ſubdiſtinguendum. Aut Epiſcopus
intendit agere contra eos pro integris decimis
nomine Eccleſiæ parochialis, aut nomine pro-
24 prio pro ſua quarta canonica. In primo membro
ſequor opinionem Hoſt. in cap. *Cum contingat, n.
1. ad fin: infrà eod.* Cujus hæc ſunt verba: Quinimò
& Epiſcopus fundat intentionem ſuam de jure
communi in totum quoad petitionem nomine
parochialis Eccleſiæ ſuæ diœceſis faciendam, cap.
*fin. de ſucceſſ: ab inteſt.* Unde & dicitur quòd de-
cimæ in poteſtate Epiſcopi ſunt, ſcilicet quantum
ad petitionem, tuitionem, & ordinationem. c. *In
ſacris, 16. q. 1.* & cap: *Omnes decimæ*, & cap: *Nullus,
q. 7.* quæ omnia generaliter habet regere, cap:
*1. 2. & per totam, 10. q. 1.* cap. *Præcipimus*, & cap:
*Eccleſiaſticarum, 12. q. 1.* cap: *De Xenodochijs, infrà de
relig: domib.* Sed & duplex eſt Parochia, particu-
25 laris ſcilicet, ſive ſingularis, ſicut eſt quælibet
capella parochialis. Item collectiva, ſcilicet to-
ta diœceſis, quæ & dicitur Parochia Epiſcopi, c.
*Ad Apoſtolicæ, ſuprà eod.* Dum ergo hæc decretalis
dicit: perceptione decimarum de jure commu-
ni ad parochiales Eccleſias pertinere, Epiſcopum
non excludit, imò includit, cap. *Scire, 7. q. 1.* Ita
Hoſt. quem hic ſequitur Jo. Andr. *n. 1. in ver. Paro-
chiales.* Subdit tamen Hoſt. Salvâ portione ſuâ
nihil debere Epiſcopum imburſare, ſed in utili-
tatem Eccleſiæ totum convertere ſecundum ea,
quæ leguntur, & notantur in cap. *Cùm vos, ſuprà de
offic: Ordin.* Hanc doctrinam Hoſt. ego intelligo
veram in hoc tertio caſu, Parocho ſcilicet negli-
gente, vel nolente, aut non valente agere, prout
eam intellexit, & probavit Rota *in præalleg: deciſ:
64. n. 6. part: 5. Recent.* ubi firmavit Epiſcopum
poſſe agere contra laicos pro omnibus decimis,
non quidem jure proprio, ſed nomine Eccleſiæ
parochialis, cui tenetur illas conſervare, & hoc
ſi Parochus non ſit in cauſâ, aut negligat exigere
decimas. Quod etiam prius admiſit Rota in *Cari-
nen. decimarum, 13. Martij 1587.* coram Orano. Ne-
que hanc concluſionem retractavit in poſteriori-
bus deciſionibus ſupracitatis *num: 17.* quia in eis
Epiſcopus non agebat nomine Eccleſiæ, ſed jure
proprio.
26 In ſecundo autem membro, id eſt, cùm Epiſco-
pus intendit agere proprio nomine contra Paro-
chianos pro ſua quarta canonica, duo ſunt inſpi-
cienda. Primum eſt, an poſſit agere actione dire-
ctâ. Secundum, quatenus non poſſit, an ſaltem ei
27 competat officium judicis nobile. Circa primam
inſpectionem, ut vides, Rota fuit varia; aliquan-
do enim cenſuit Epiſcopum poſſe agere directè,
& immediatè contra Parochianos: aliquando
reſolvit contrarium, & in hoc tandem perſtitit,
ut patet ex deciſionibus ſuprà citatis *à n. 14.* Pri-
ma tamen opinio in puncto juris videtur verior,
pro qua pondero iſtum textum judicio meo ſatis
clarum, ut etiam tetigi *ſuprà in 5. notab.* nam hic
Pontifex reſcribit Epiſcopo in hæc verba: (Si
terræ arabiles infra certam alicujus Eccleſiæ pa-
rochiam fuerint, decimas earum tuâ parte reten-
tâ eidem Eccleſiæ facias aſſignari.) quæ verba
apertè



apertè oſtendunt Epiſcopum poſſe ſuam partem
exigere imediatè ab ipſiſmet parochianis; etenim
ante aſſignationem decimarũ textus dat ei facul-
tatem ſibi retinendi ſuam portionẽ, & ſic non po-
tuit illã exigere ab Eccleſia, cui nondum facta e-
rat decimarum aſſignatio, unde neceſſe eſt, ut à
28 Parochianis potuerit eam exigere, & ſic exa-
ctam ſibi retinere: & hoc per viam actionis,
quia ubicunque lex mandat aliquid ſervari, inde
oritur actio, ut l. *Statuas, ff. de acquir. rer: domin.* &
declarant in c. 1. *ſuprà de Pact.* Butr. *num: 1.* & Abb.
*num: 5.* & propterea cùm *d. c. 1.* jubeat pacta ſer-
vari quamvis de actione nihil determinet; tamen
propter illa verba ex pacto nudo de jure canoni-
co oriri actionem inferunt ibi gloſ: Hoſt. Joan.
Andr. Collectar. & communiter Canoniſtæ, ut
ibi dixi *in 4. notab.* Ergo eodem modo cum tex-
tus hic mandet Epiſcopo ut faciat aſſignari Ec-
cleſiæ decimas, prius tamen ſibi retentâ portio-
ne ſuâ: hinc ſatis deducitur eum poſſe ſuam quo-
tam petere immediatè à Parochianis etiam per
viam actionis: quod nota, quia Doctores, & Ro-
29 ta hunc textum ad hoc non ponderant. Neque
obſtat quòd Parochus fundet intentionem de ju-
re communi ſuper decimis prædialibus Parochię
ſuę, ut eſt textus in cap. *Cum contingat*, & ibi gloſ.
2. Hoſt. & Jo. Andr. & DD. notant; & in cap. *Cum
in tua, infrà eod.* nam reſpondetur Epiſcopum quo-
que de jure communi fundare intentionem ſu-
per quarta decimarum, ut hic, & in c. *Dudum*, ibi,
intentione tua de jure fundata periſti, *infrà eod.* &
eſt communis ſententia Canoniſtarum ferè om-
nium, quam paſſim ſervat Rota, ut ſcripſi plenè
in d. decretali, *Cùm contingat, n. 23.* & ſic Epiſco-
pus habet jus reale, & coæquale cum Parocho,
& ſunt quaſi portionarii, ut dicunt hic Hoſt. *num:
2.* & Joan. Andr. *num. 3.* & tetigi *ſuprà in 6. notab.*
30 Hæc autem realitas, & coæqualitas tolli non po-
teſt per neglixentiam, aut malitiam Rectorum
non comparentium, cùm habeat fundamentum
in proprio jure immediato, non autem mediato
ex perſona Parochi, ut per Rotam *in præcitata
31 deciſ: 64. n. 8. & 9. par: 5. recent.* & conſequenter
poterit Epiſcopus ſuam quartam canonicam di-
rectè petere à Parochianis, ſicut poteſt Parochus
reliquas decimas, ut per Hoſt. in d. c. *Cùm contin-
gat, n. 1. verſ: Unde*, & Joan. Andr. *num: 4.* Neque
enim una diſpoſitio aliam deſtruit, ſed invicem
compatiuntur, & hanc ſimultaneam actionem
admiſit Rota *d. deciſ: 64. n. 10.* & *in Cervien: deci-
marum 22. Aprilis, 1602.* coram Penia.
32 Rurſus non obſtat authoritas Abbatis Antiqui
in c. *Conquerente, n. 5. de offic: Ordin.* dicentis illud c.
non decidere ut Epiſcopus habeat jus percipien-
di decimas, ſed ut de decimis ab Eccleſia perce-
ptis Epiſcopo detur quarta. Quoniam reſpondeo
hanc doctrinam obtinere in duobus caſibus. Pri-
mus eſt, cùm Rector Eccleſiæ jam exegit integras
decimas; tunc enim Epiſcopo non competit jus
petendi ſuam quotam à laicis, qui liberationem
ſunt conſequuti, ſed ab ipſa Eccleſia duntaxat, ut
dixi ſuprà *in 1. caſu n. 21.* Secundus eſt, cùm Re-
ctor non eſt negligens in decimis exigendis: nam
& hoc caſu admitti poteſt Epiſcopum non habe-
re actionem contra laicos, ſed tantummodo con-
tra Eccleſiam pro ſua quarta canonica, poſtea-
quam decimæ ab ipſa Eccleſia perceptæ fuerint,
ut ſimiliter dixi ſuprà in ſecundo caſu *num: 22.*
At ſecus eſt ubi Parochus negligit, aut renuit
decimas petere; quia tunc Epiſcopus poteſt jus
ſuum proſequi, & actionem dirigere etiam con-
tra laicos. Quod admittitur à Rota *in d. deciſ: 64.
n. 11.* & *Paſſavien: decimarum. 18. Martij 1591.* co-
ram Gipſio, & hoc puto verius. In practica ta-
men, & maximè in Curia fortè prævaleret con-
traria opinio, in qua tandem reſedit Rota in po-
ſterioribus deciſionibus.
33 Circa ſecundam inſpectionem, videlicet, an
Parocho negligente, aut renuente decimas exi-
gere, poſſit Epiſcopus pro ſua quarta canonica
agere contra laicos ſaltem officio Judicis notabi-
li, videtur affirmativè reſolvendũ: nam cùm extra
controverſiam ſit quartam decimationum Epi-
ſcopo eſſe de jure debitam, ut ſæpius repetitum
eſt; idque propter conjunctionem, & coram uni-
verſalem, quam habet in Eccleſiis ſibi ſubjectis, ut
poſt Hoſtienſ. & alios notat Butr. in d. cap. *Cùm
contingat, n. 9. verſ: item quia de decimis, infrà eod.* &
Innocent. in cap. *Requiſiſti, n. 3. ſuprà de teſtamen;*
quatenus eam conſequi non poſſit actione dire-
ctâ; non tamen debet eſſe deſtitutus aliis reme-
34 diis. Unde ſubveniendum eſt illi officio Judicis
nobili, quod ſemper datur ex æquitate, ubi defi-
cit actio ad conſequendum quod ſibi debetur, vel
ad compellendum aliquem ad impellendum id
ad quod actione non poteſt adſtringi, ut cap. 2.
*ſuprà de offic: judic.* l. *Quintus*, & ibi Bart. *n. 1. ff. de
ann: legat.* Bald. in l. *Cùm mulier, n. 32. ff. ſolut: ma-
35 trim.* Oſaſch. *deciſ: 40. n. 7.* Rota coram Gregorio
XV. *deciſ: 503. num. 4.* & ſolet concedi adinſtar
actionis, ut notat Bart. in l. 1. *n. 10. ff. de juriſd: omn:
Iudic.* quem ſequitur in d. c. 2. Jo. de Imola *num: 4.*
Abb. *num: 2.* & Felin. *num: 4.* ubi aſſerunt Judicis
36 officium, quamvis idem non ſit quod actio, ta-
men in latiori ſignificatione poſſe actionem ap-
pellari, per text: in l. *Actionis verbum, in ver: Inſtar,
ff. de act: & obligat.* in l. *Quod ſi minor, §. fin: ff. de mi-
nor.* & in d. cap: 2. Quamobrem cùm Parochiæ
incolæ, &c. cogi poſſint à Rectoribus Eccleſia-
rum ad ſolvendas decimas, Rectoreſque tenean-
tur de exactis quartam præſtare Epiſcopo, debet
utique intrare Judicis officium nobile ad com-
pellendum obligatos ad præſtationem decima-
rum, ut Epiſcopus quotam ſuam conſequi poſſit
Rectoribus agere negligentibus, vel non valen-
tibus, vel nolentibus, eò quòd non ſit in cauſa, ne
per illorum malitiam, vel deſidiam jus ſuum a-
mittat.
37 Quod ſanè æquitatem reſpicit, in qua funda-
tur Judicis officium nobile, l. *Si me, & Titium, ff. ſi
cert. pet.* & tradunt Socin Jun. *conſ. 52. n. 5. lib. 2.*
Natta *conſ. 334. n. 6.* Rolan. *conſ. 1. n. 55. vol. 1.* ne
alioquin decimarum debitores locupletentur
cum jactura Epiſcopi ob carentiam directæ actio-
nis, ut per Imol. in c. *Licet cauſam, n. 23. ſuprà de
probat.* Felin. in cap. *Ex parte, il 2. n. 18. de offic. deleg.*
Barbat. *conſ. 36. in fin. lib. 1.* Facit quod dixi *ſuprà in
4. notab.* & ita in propriis terminis reſolvit Rota
*in eadem cauſa Novarien. decimarum 5. Decembris,
1619.* & iterum 11. *Maij 1630.* ut *in deciſ. 327. n. 1.
& deciſ. 357. n. 1. par. 5. Recentior.*

# DE DECIMIS.

## Cap. Cum contingat.

### SVMMARIVM.

1 Decimas qui præſcribit in aliena parochia, ſi ibi inſurgunt novalia, ipſorum decimas non habebit.
2 Decimas præſcribere poteſt una Eccleſia in parochia alterius Eccleſiæ.
3 Requiritur tamen quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis.
4 Decimas an poſſit Clericus præſcribere non intuitu Eccleſiæ.
5 Decimarum perceptio in aliena parochia non extenditur ad novalia, ſi competat ex præſcriptione, vel conſuetudine: ſecus ſi ex privilegio, & quæ ſit ratio differentiæ, & num. ſeqq. uſque ad n. 11.
6 Decimas petens ex præſcriptione, de ſingulis prædiis probare debet.
7 Præſcriptio eſt odioſa, & reſtringenda.
8 Privilegium ſuper decimis an ſit latè, vel ſtrictè interpretandum.
9 Decimarum conceſſio includit etiam futuras.
10 Conſuetudo quamvis ſit favorabilis, tamen non extenditur in materia multum præjudiciali.
11 Decimandi jus an, & quando extendatur de ſpecie ad ſpeciem, & num. ſeqq. uſque ad n. 16.
12 Intellectus cap. Cum in tua, infra eod.
13 Quaſi poſſeſſio decimandi fructus unius fundi, ex quo ſolum frumentum colligebatur, extenditur etiam ad milium.
14 Decimas percipiens ex paſcuis, piſcariis, aut nemoribus, obtinere debet etiam de novalibus, quæ ibi inſurgunt.
15 Idem ſi percipiat decimas ex agro pro parte culto, qui poſtea pro alia parte factus eſt novalis.
Præſcriptio partis indiviſibilis ad totum extenditur, ibidem.
16 In decimis percipiendis quis fundet intentionem de jure communi, & nn. ſeqq. uſq. in fin.
17 Quid ſi Epiſcopus concurrat cum Eccleſia Baptiſmali, vel Parochiali, & nn. ſeqq. uſq. ad n. 31.
Et quid ſi Baptiſmalis cum Parochiali concurrat, n. 31. & ſeqq. uſq. in fin.
18 Conſuetudo plurium valet in transferendo jus decimarum de una ad aliam Eccleſiam, & n. 36.
19 Super decimis tranſactio, ſeu compoſitio fieri poteſt inter Eccleſiaſticas perſonas ſine beneplacito Apoſtolico & afficit etiam ſucceſſores.
20 Decimæ perſonales pertinent ad Eccleſiam ubi quis audit Divina, & percipit Sacramenta, & n. 32. & 56.
21 Parochialis Eccleſia de jure communi fundat intentionem ſuper decimis prædialibus ex fructibus, qui colliguntur infra limites Parochiæ ſuæ.
22 Sive Parochialis ſit etiam Baptiſmalis ſive non.
23 Epiſcopus fundatam habet intentionem de jure communi ſuper quarta decimarum ſui Epiſcopatûs.
24 Sive concurrat cum Eccleſia Baptiſmali, ſive cum Parochiali.
25 Epiſcopus an fundet intentionem quoad petitionem decimarum in totum faciendam nomine Parochialium Eccleſiarum; annuè pro ſua quarta decimarum agere poſſit immediatè contra Parochianos, remiſſive, & n. ſeq.
27 Cathedralis Eccleſia ſi habet limitatam Parochiam fundat intentionem in perceptione decimarum in totum infra ſuos limites.
28 Idem ſi decimæ non ſint in Parochia alicujus Eccleſiæ.
29 Idemque ſi Parochiæ non ſint diſtinctæ, aut in diœceſi non ſit alia Parochia, quàm Cathedralis, & nn. ſeqq.
31 Decimæ in Parochia noviter erecta de jure communi an ſpectent ad Eccleſiam matricem, an verò ad novam Parochialem, & nn. ſeqq. uſq. ad n. 43.
Et quid poſt Conc. Trid. n. 43. uſq. ad n. 52.
Et quid in decimis perſonalibus, n. 52.
33 Decimæ de jure communi non ſunt Plebibus ſubtrahendæ, ut dentur Capellis, & n. 42.
34 Baptiſmalis Eccleſia eſt Parochialis totius Plebanatus ratione adminiſtrationis Baptiſmi.
35 Et dicitur etiam Matrix, & circ.
37 Parochiali noviter erectæ an poſſit Epiſcopus aſſignare campos, vel alia bona ad Eccleſiam Matricem pertinentia.
38 Epiſcopus ordinator non eſt ſolùm ſpiritualium, ſed etiam temporalium ad Eccleſiam pertinentium.
40 Eccleſia eo ipſo quod habet limitatam Parochiam, de jure communi debentur illi redditus ſpirituales provenientes ex prædiis intra Parochiam incluſis.
41 Oblationum, & obventionum appellatione veniunt etiam decimæ.
43 Concilium Tridentinum de portione aſſignanda Sacerdotibus, qui Parochialibus noviter erectis erunt præficiendi, expenditur, & nn. ſeqq. uſq. ad n. 52.
44 Decimæ, vel alia corpora redditum Matricis Eccleſiæ ab Epiſcopo aſſignari poſſunt Rectori Parochialis noviter erectæ, & n. ſeq.
45 Fructuum appellatione veniunt decimæ, & quicquid ex fundo naſcitur, & renaſcitur, & num. ſeq.
47 Dos Eccleſiæ non poteſt conſtitui ad tempus.
48 Fructuum aſſignatio facta Eccleſiæ in perpetuum dat utile dominium.
49 Aſſignetur, eſt verbum facti requirens hominis miniſterium.
50 Factum hominis an, & qualiter concurrat cum miniſterio juris, & n. ſeq.
51 Arbitrium non intrat in his, quæ ſunt determinata à jure.
52 Decimæ perſonales tranſeunt in Parochialem noviter erectam etiam ante ullam Epiſcopi aſſignationem, & nn. ſeqq.
53 Decimæ perſonales non debentur primæ Parochiali, ſi quis mutaverit domicilium, ſed ſecundæ.
54 Parochianus quis dicitur illius Parochiæ, in qua inhabitat.
55 Decimæ perſonales cui Eccleſiæ debeantur ſi quis perceperit Sacramentum Baptiſmi in Eccleſia Matrice, & reliqua Sacramenta in Parochiali.
56 Decimæ perſonales ſunt dividendæ inter plures Eccleſias pro rata temporis, quo Parochiani in eis audiunt divina, & recipiunt Sacramenta.
57 Matrici Eccleſiæ non poteſt Epiſcopus in vim Concilii Tridentini aliquam portionem detrahere, eamque aſſignare Parochiali, in qua poſuit baptiſma.
58 Baptiſmalis Eccleſia non eſt Parochialis.
59 Baptiſmalis fons an eſſe debeat in omnibus Parochialibus.

CUM



1 CUM CONTINGAT. Qui præſcribit decimas in aliena parochia, ſi ibi inſurgunt novalia, ipſorum decimas non habebit. Hoc dicit, & eſt textus valde utilis in materia. Dividitur in duas partes. In prima ponitur quæſtio; in ſecunda, quæſtionis ſolutio, ibi: *Unde inquiſitioni*.

2 Nota primò ibi, *Ad quaſdam Eccleſias*, unam eccleſiam poſſe præſcribere decimas in parochia alterius eccleſiæ: concordat cap. *De quarta*, cap. *Veniens*, & cap. *Ad aures*, *ſuprà de præſcript.* & c. 2. *De decimis*, *lib. 6.* & tenet Speculator *in tit. de præſcript. n. 9. verſ. Item licet laicus.* Balb. *in tract. de præſcript. in prima part. quintæ partis principalis, q. 7. n. 13. verſ. Secunda quæſtio*, & Rota *deciſ. 14. Fuit dubitatum, n. 2. verſ. Sed conſtat, de judic. in novis.* Hæc enim præſcriptio juri Divino non adverſatur; quia nihil refert, an potius hæc, vel illa eccleſia decimas habeat, cap. *Cum Apoſtolica*, *ſuprà, de his quæ fiunt à Prælat.* ſecundùm Abbatem *hic*
3 *in 2. not.* Requiritur tamen, vel quadragenaria cum titulo, vel ſpatium tanti temporis, ut de contrario non extet memoria. Textus eſt in c. 1. *de præſcript. lib. 6.* ubi gloſſa, & DD. notant: & ex facto reſpondit Cardinalis *conſ. 88. incip. Capitulum Civitatenſ. n. 1. & ſeqq.* plenè Balb. *loco cit.* & Covar. *lib. 1. variar. reſol. cap. 17. n. 7.* & reſolvit Rota coram Cardinali Seraphino *d. deciſ. 802. n. 1.* & *deciſ. 1404. num. 3.* & coram Cardinali Ubaldo *deciſ. 203. par. 5. Recent.*

4 Secundò nota, Clericum poſſe decimas præſcribere etiam non intuitu eccleſiæ, ut probat hæc littera ibi, *ad quaſdam Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas*: tum ponderando particulam disjunctivam, *vel*; tum quia ſi hîc ageretur de præſcriptione nomine eccleſiæ, ſupervacua eſſet adjectio illa, *vel Eccleſiaſticas perſonas*. Quamvis ergo laici decimas præſcribere non poſſint, quia nequeunt illas poſſidere, ut c. *Cauſam, de præſcript.* cap. *Sacroſancta*, & cap. *Maſſana, de elect.* Clerici tamen poſſunt, ut per Card. *d. conſ. 88. n. 3.* & Covar. *loc. cit.* licet Abb. *hic in 2. not.* videatur intelligere hoc c. de Clerico, qui præſcribit intuitu eccleſiæ, & pro eo facit optimè quod ſcripſi in c. *Cum contingat, n. 16. & 17. ſuprà de foro compet.*

Tertiò nota ibi, *Rationabilis cauſa oſtendatur*,
5 junctâ expoſitione ultimæ gloſſæ in materia extenſionis differentiam eſſe inter præſcriptionem, & privilegium: nam ſi aliqua eccleſia acquiſierit perceptionem decimarum in aliena parochia ex præſcriptione, hæc perceptio non extenditur ad novalia, ut hîc eſt caſus ſecundũ Jo. Andr. Butr.
6 Card. & omnes. Quo fit, ut ſi eccleſia petat decimas, quas præſcripſit in aliena parochia, probare hoc debeat de ſingulis prædiis, ut per Innoc. *in fin.* & Jo. Andr. *nu. 5.* alioquin ſi de aliquo non probaverit, de prædio illo non adjudicabitur ſibi decima, arg. hujus c. & c. *Ex litteris*, *ſuprà de probat.* & c. *Auditis*, & c. *Cum olim*, *§. fin. de præſcript.* licet ſecus ſit, cùm parochus petit ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas ex aliquo prædio infra limites parochiæ ſuæ: tunc enim ſufficit probatio generalis quaſi poſſeſſionis decimandi, quia attenditur magis cauſa poſſeſſionis, quàm exercitium. Seraphin. poſt alios *deciſ. 1047. n. 1. & 2.* & *deciſ. 1295. n. 6.* At verò privilegium de percipiendis decimis includit etiam novalia, ut c. *Tua*, & c. *Ex parte*, *il primo*,
7 *ſuprà eodem*. Rationem differentiæ aſſignat Innocent. *hic in princip.* & Hoſt. *num. 4.* quia præſcriptio eſt odioſa, & reſtringenda, l. *fin. C. de annal.*
8 *except.* c. *Vigilanti*, *§. 1. ſuprà de præſcript.* Privilegium verò favorabile, & ampliandum, ut notatur in d. c. *Tua*, & d. c. *Ex parte*. Sed hæc ratio non videtur procedere; quia & privilegium in præjudicium tertii, & juris communis debet ſtrictè interpretari, c. *Relatum*, *ſuprà de præben.* c. *Archidiaconum Florentinum*, *8. 5. diſt.* gloſ. *ult.* & Doctores in c. *Olim*, *infrà de verb. ſignif.* Oldrad. *conſ. 268. Quæſtio eſt, n. 1. verſ. Sed in contrarium.* Privilegium autem ſuper decimis abſque dubio tollit jus tertii, id eſt, parochialis eccleſiæ, & vulnerat jus commune, ut hîc patet apertè in verſ. *Cum decimarum perceptio*. Neque obſtat d. c. *Ex parte*, *ſuprà eod.* quoniã ut hîc obſervat Abb. Antiq. *circa fin. verſ. Ad illam*, ibi (Fuit privilegium, per quod ille Abbas juri communi fuit reſtitutus contra conſuetudinem.) Undè illud tanquam beneficium largè debuit interpretari, etiam in præjudicium juris alterius, quàm concedentis. Sed hoc caſu privilegium & tertio, & juri communi præjudicat, ut prædixi.
9 Dic igitur privilegium ſuper decimis ideò comprehendere etiam novalia, quia verbum, *decimarum*, generaliter prolatum ex proprietate vocabuli includit decimas tam præſentis temporis, quàm futuri, arg. l. *Si ſervitus ff. de ſervit. urban. prædior.* l. *fin. C. quæ res pignor. obligar. poſſit*, c. *Si Romanorum*, *19. diſt.* & tenet hîc gloſ. *penult.* Et in privilegiis etiam contra tertium fit lata interpretatio quatenus requirit verborum proprietas: quia hæc non eſt extenſio, ſed comprehenſio, ut benè declarat Decius *conſ. 113. Viſ. tenore, n. 6.* & dixi in prædicta Decretali *Olim, n. 23. de verb. ſignif.* Unde ſi quis concedat alicui omnem decimationem, quam habet in certo loco, intelligitur ei concedere etiam futuram decimationem novalium, quæ ibi emergunt de novo, ut poſt Hug. notat Archid. in c. *Cognovimus*, *n. 3. 12. q. 2.* & Collectar. *hic n. 3.* At præſcriptio decimarum innititur poſſeſſioni, ſine qua præſcriptio non procedit, c. *Sine poſſeſſione*, *de reg. jur. lib. 6.* & quia præſcribens non poſſedit decimas prædiorum, quæ facta ſunt novalia; idcirco ad illas non fit extenſio, c. *Commiſſum*, *ſuprà eod.* & infra c. *Proxim.* & c. *Cum olim*, *in fin. de præſcript.* quia tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum, l. *Quod meo*, *§. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* & l. 1. *§. Si quis hoc interdicto ff. de itin. actuq. privato.* Hæc in effectu eſt mens gloſſæ noſtræ in ver. *Novalium*, & conſentiunt Abb. Antiq. *circa medium*, *verſ. Item in hac decretali*, & Cardin. *in 4. notab.* & *in 2. oppoſ.* & Rebuff. *in tract. de decim. n. 9.* Archill. *deciſ. 3. circ. fin. de decimis*, & Seraphin. *deciſ. 802. n.*
10 *6.* & *deciſ. 1404. n. 2.* Quod benè nota. Et quod dictum eſt de præſcriptione, idem intellige de conſuetudine ſecundum Hoſtienſ. quia licet aliàs conſuetudo ſit favorabilis, & extendenda, ut leg. & not. in l. 1. C. *Quæ ſit longa conſuetudo*, & in l. *De quibus*, *ff. de legib.* hoc tamen eſt verum in materia non multum præjudiciali; aliàs ſecus, ut hîc ſecundum Collectar. *n. 1. & 2.*

11 Cæterùm in hac materia extenſionis juris decimandi, quæ eſt valdè difficilis, Antonius de Butr. *hic nu. 4. verſ. Pro ſolutione*, ponit notabilem theoricam pro conciliatione trium jurium, quæ videntur invicem adverſari, videlicet hujus c. & cap. *Ex parte*, *ſuprà eod.* & *infrà c. Cum in tua*. Nam quan-

quandoque agitur, an ſtricta diſpoſitio relata ad jus decimarum extendi debeat ad ſpeciem ſub eod. genere, & ad rem, & ad materiam eamdem; 12 & tunc fit extenſio, maximè quando ſpecies, ad quam fit extenſio, eſt inferioris gradûs. Et hic eſt caſus in d. c. *Cum in tua*, & ibi notant Butr. *num.* 2. & Abb. *nu.* 3. *Seraph. deciſ.* 1123. *n.* 2. nam ibi eſt eadem materia, quia idem fundus; & idem genus, quia minutæ, & groſſæ ſunt de genere decimarum, & minutæ ſunt inferioris gradûs; unde non mirum ſi fiat extenſio. Cauſa extenſionis eſt, quia hic datur contiguum, ſeu potius identitas generis & ſubjecti, quo caſu admittitur extenſio etiam in poſſeſſione, & conſequenter in præſcriptione. Ad hoc textus optimus in l. 3. *in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi eſt expreſſum, ad poſſeſſionem fundi acquirendam non requiri ut aliquis omnes glebas circumambulet, ſed ſufficere quamlibet
13 partem ejus fundi introire. Qua ratione exiſtens in quaſi poſſeſſione decimandi fructus unius fundi, ex quo ſolum frumentum antea colligebatur, dicitur etiam eſſe in quaſi poſſeſſione decimandi milium, quod poſt... loco frumenti fuit ſatum, ut firmant Hoſt. Jo. Andr. Butr. & Card. in c. *Cum in tua, infrà eod.* Covar. dicens hanc eſſe communem opinionem, *pract. quæſtionum c.* 37. *n.* 5. & alij, quos refert. & ſequitur Rot. *dec.* 17. *n.* 10. *par.* 2.
14 *diverſ.* Et ex hoc primo membro diſtinctionis notanter infero, ut ſi quis probet ſe præſcripſiſſe decimas hoc modo, videlicet quia aliquid percepit de paſcuis, piſcarijs vallium, vel arundineto, aut nemore, ſi ea loca ad culturam redigantur, ita ut ibi inſurgant novalia, obtinere debeat etiam de novalibus per ſupradictam theoricam Ant. de Butr. quia idem ſubjectum, ſeu fundus, & idem genus decimarum; & ita in terminis decidit Jo. Andr. *nu.* 5. Pariſ. *conſ.* 73. *Licet jus commune, col.* 2. *n.* 17. *vol.* 4. Ruin. *conſ.* 163. *Jeſu Chriſti*, & c. *Sicut alias. n.* 15. *vol.* 5. & Rebuff. *in prææallegato tract. de decim. q.* 1. *n.* 22. Hinc etiam infero, ut ſi Clericus
15 nomine Eccleſiæ ſuæ præſcripſerit decimas ex agro pro parte culto, ſi ager pro alia parte fiat novalis, etiam de novalibus habebit decimas; quia præſcriptio partis indiviſibilis ad totum extenditur ratione individui, arg. c. *Cognovimus*, 12. *q.* 2. & c. *Cum in tua, infrà eod.* & hic agitur de eod. fundo, & de decima ejuſdem generis: & ita ex facto reſpondit Abbas *conſ.* 71. *Caſus talis, Quidam Clericus lib.* 2. & ſequitur Rebuff. *d. q.* 14. *num.* 20. Quandoque verò agitur an diſpoſitio ſtricta fundata ſuper decimis extendi debeat ad ſpeciem diverſam fructuum, & diverſam materiam, ſive ſubjectum, & tunc non fit extenſio, ut eſt caſus hic, & in c. *Tua, ſuprà eod.* nam præſcriptio de decimis unitur in parochia, & non extenditur ad novalia; quia novalia differunt ab alijs, & ſic eſt diverſa ſpecies in ſe. Item fundus, ex quo percipiuntur novalia, diverſus eſt ab alijs fundis, ex quibus percipiuntur decimæ antiquæ, & propterea non fit extenſio, & ex hoc habes clarum intellectum hujus cap. Nam in parochia, in qua decimæ hic fuerunt præſcriptæ, ſita erant prædia, ex quibus præſcribens nihil perceperat, quia nondum erant culta; ſed poſtmodum redacta ad cultum facta fuerunt novalia. Deciditur hic, ne decimæ de illis novalibus non debeantur præſcribenti; & hoc ideo, quia cùm fundus, & ſubjectum ſit diverſum, in hac materia ſtricta non eſt locus extenſioni. Fallit hoc, ſi ratio diſpoſitionis, & proprietas verborum aliud ſuadeant, ut in cap. *Ex parte, il primo, ſuprà eod.* ſequitur hanc theoricam, licet minus perfectè illam referat Joan. de Anan. *hic n.* 7.

16 In gloſſa ſecunda examinanda eſt utilis, & quotidiana materia, videlicet An perceptio decimarum ſpectet ad Epiſcopum, an verò ad Eccleſiam baptiſmalem, vel potius ad parochialem. Articulus eſt difficilis, quia quædam jura tribuunt decimas Baptiſmali, ſeu Plebi, ut c. *De decimis*, ibi, *Plebibus tantum, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur*, & c. *Statuimus* 16. *q.* 1. Quædam Parochiali, ut hic patet; quædam verò Cathedrali, vel in totum, ut in c. *Dudum, infrà eod.* & *ſuprà* in c. *Quoniam in fin.* vel ſaltem in aliqua parte ipſarum ut in c. *Conquerente, ſuprà de offic. Ordinar.* & in d. c. *Quoniam.* Gloſſa conciliat hæc jura, ſed minus benè, ſecundùm Hoſt. *nu.* 3. & communiter ſcribentes. Unde pro ſolutione duo ſunt inveſtiganda. Primum, quid juris ſit quando Epiſcopus in perceptione decimarum concurrit cum parochiali, vel baptiſmali. Secundum, quid juris ſit quando Baptiſmalis ipſa concurrit cum Parochiali.

17 Primò igitur QUÆRO, quando Epiſcopus concurrit cum Eccleſia Parochiali, vel Baptiſmali, quis fundet intentionem ſuper decimis percipiendis.

18 Ut veritas clariùs appareat, excludendi ſunt primò caſus non dubij. Et quidem primus caſus indubitabilis eſt, ubi apparet de conſuetudine; illa enim ſervari debet, quia in transferendo jus decimæ de una in aliam eccleſiam, plurimum valet conſuetudo, ut c. *In aliquibus*, c. *Dudum*, c. *Cum in tua, infrà eod.* & ſuprà c. *Ad Apoſtolicæ*, & c. *Cum ſint*, ubi Abb. *num.* 6. & communiter DD. Butr. *hic n.* 8. Achil *deciſ.* 3. *de decim.* Puteus *deciſ.* 154. *n.* 6. & *ſeqq. lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 802. *n.* 3. Rota
19 *deciſ.* 333. *n.* 4. *par.* 5. *Recent.* Secundus caſus non dubius eſt, ubi conſtat de compoſitione, ſeu tranſactione: nam in talibus compoſitio fieri non poteſt, ut c. *Ex multiplici, ſuprà eod.* & notat Butr. *d. n.* 8. plenè Domini de Rota *dec.* 218. *n.* 3. & 4. *par.* 7. *Recent.* ubi decidunt ſuper decimis licere inter perſonas eccleſiaſticas paciſci pro bono pacis, etiam ſine beneplacito Apoſtolico, per text. in c. 1. & c. *fin. de pact. lib.* 6. ubi DD. communiter in d. c. *Ex multiplici*, & in c. 2. *De tranſact.* eſt enim ſpeciale, ut pacta & conventiones initæ cum Rectoribus parochialium Eccleſiarum ſuper rebus ad parochialitatem pertinentibus ſubſiſtant, & afficiant ſucceſſores, licèt neque à ſuperioribus, neque à Sede Apoſtolica ſint roborata, ut notant Anchar. in d. c. *fin. n.* 1. & *in* 3. *not.* & ibi etiam Franciſcus præſertim *num.* 2. quos ſequitur Rota *ubi ſuprà.* Tertius caſus indubius eſt, ubi de aliquo privilegio apparet: nam & illud ſervandum eſt, ut c. *Ex tranſmiſſa*, & cap. *A nobis, ſuprà eod.* Quartus caſus itidem indubius, ubi conſtat de ſpeciali præſcriptione, ut cap. *Cum in tua, infrà eod.* cap. *De quarta, de præſcript.* & conſtat ex dictis *ſuprà in* 1. *not.* & pro his caſibus facit littera hujus cap. in illis verbis: Rationabilis cauſa oſtendatur, quæ à gloſ. Innoc. & Doctoribus exponuntur, ſcilicet privilegium, tranſactio, vel ſpecialis præſcriptio in ſingulis agris.

20 Sed ceſſante omni jure ſpeciali, & reducendo materiam ad jus commune, refert an agatur de

de



decimis perſonalibus, an verò de prædialibus. Perſonales decimas clarum eſt pertinere ad Eccleſiam illam, ubi quis audit divina, & percipit eccleſiaſtica Sacramenta, ſive illa ſit Cathedralis, ſive Plebs, ſive parochialis, ut c. *Quæſi. juncta gloſ. ult.* 16. *q.* 1. c. *Ad Apoſtolicæ, ſuprà eod.* & c. *fin. infrà de Paroch.* & in hoc conveniunt omnes, ut hic teſtatur Abb. *n.* 16. *verſ. Nam aut quæritur.*

21 In decimis verò prædialibus, ad quas reducitur tota difficultas, gloſſa 2. facit duas concluſiones. Prima concluſio eſt, Eccleſia parochialis de jure communi fundat intentionem in perceptione decimarum prædialium ex fructibus qui colliguntur infra limites parochiæ ſuæ. Hæc concluſio habetur expreſsè in hac decretali in illis verbis, (Cùm perceptio decimarum ad parochiales eccleſias de jure communi pertineat,) & in cap. *Cum in tua, infrà eod.* ibi, (alioquin parochialibus exolvantur, ad quas de jure communi ſpectat perceptio decimarum) Et ita hic firmant gloſ. præalleg. Hoſtienſ. *num.* 1. Butr. *in* 1. *not.* Card. *in* 3. Anchar. *in* 2. & cæteri omnes, Imol. in c. *fin. poſt princ. ut lit. pendent.* & alij apud Rebuff. *in tract. de decim. q.* 7. *n.* 5. eamque paſſim ſervat Rota, ut in pluribus deciſionibus relatis à Cardinal. Seraph. *deciſ.* 802. *n.* 1. in quibus Rota firmavit parochialem eccleſiam fundare intentionem ſuper decimis etiam contra Epiſcopum.

22 Et procedit hæc concluſio etiamſi eccleſia ſit baptiſmalis; nam & ipſa in ſua parochia eſt parochialis, & ideo fundat intentionem de jure communi ſuper decimis prædiorum infra ſuos limites exiſtentium, juxta textum hic, & habetur expreſsè in cap. *De decimis*, & in cap. *Statuimus.* 16. *q.* 1. ubi enim baptiſmalis, vel parochialis ſeorſim conſiderantur, utraque fundata eſt in perceptione decimarum prædialium infra ſuos limites, & hoc planum. Quod ſi baptiſmalis habeat ſub ſe capellam, ſeu parochialem; & inter baptiſmalem, & parochialem ſit controverſia ſuper decimis prædiorum exiſtentium in limitibus parochialis: tunc ſuccedit difficultas inferiùs examinanda in 2. quæſt. principali.

23 Secunda concluſio gloſſæ eſt. Ex decimis prædialibus non debet Epiſcopus habere aliquam portionem, allegat c. *Quoniam, ſuprà eod.* & *infrà* c. *Dudum.* Hæc concluſio à Doctoribus communiter reprobatur. Undè dic Epiſcopum de jure communi nec prorſus excludi à perceptione decimarum prædialium, ut malè putavit gloſſa noſtra; nec fundare intentionem ſuper omnibus decimis, ſed tantummodo ſuper quarta decimarum totius Epiſcopatûs: textus eſt clarus in c. *Conquerente, ſuprà de offic. Ordinar.* ubi inter jura Epiſcopalia recenſetur in ſpecie quarta decimationum, & in c. *Quoniam*, ibi, *decimas earum ſuâ parte retentâ, ſuprà eod.* Ad idem, c. *De quarta, de præſcript.* cap. *Officij*, & cap. *Requiſiſti*, §. *Sexta*, & cap. *fin. de teſtam.* & c. *De his, de ſepulturis*, & ſecundùm hoc intelligi poteſt textus in c. *Dudum, infrà eod.* ubi Epiſcopus fundat intentionem ſuper decimis, id eſt, in quarta canonica, ſecundùm Hoſtienſ. & DD. communiter, & ſic utrumque verum eſt & quod ibi, & quod hic dicitur: nam Epiſcopus fundat intentionem in ſua canonica, ut ibi, & Parochus ſuper reliquis decimis, ut hic, & in d. cap. *Quoniam, ſuprà eod.* Quare huic ſententiæ adhæſerunt in ſumma hujus tituli Goffred. §. 2. & Hoſtienſ. §. *Cui ſtanda*, & in d. cap. *Conquerente, de offic. Ordinarij*, idem Hoſtienſ. *num.* 15. Jo. Andr. *ad fin.* Butr. *n.* 44. Cardin. *in* 11. *notab.* & *in* 4. *oppoſ.* Anchar. *in* 5. *oppoſ. n.* 8. & *ſub n.* 27. Abb. *n.* 2. *prope fin.* & *n.* 6. *circa medium.* Archid. in c. *De his, n.* 1. 16. *q.* 1. Bald. Butr. Card. Imol. Anchar. & Abb. in d. c. *De quarta, ſuprà de præſcript.* omnes *in* 1. *notab.* & hic firmant Hoſtienſ. *nu.* 1. Jo. Andr. *n.* 44. *verſ. Dicit hic, Hoſt.* Butr. *num.* 8. & Abb. *n.* 7. *ad fin.* Quibus authoritatibus Rota *deciſ.* 31. *n.* 5. *p.* 2. *diverſor.* firmavit hanc opinionem eſſe communem omnium ferè DD. eamdem ſequuta eſt *deciſ.* 402. *n.* 1. *p.* 2. & *deciſ.* 64. *n.* 1. *par.* 5. *Recent.* Quinimo ita fuiſſe ſolemniter pronunciatum pro Epiſcopo Siſtaricen. qui ſuam canonicam portionem petebat ab Hoſpitalarijs S. Joannis Hieroſolymitani, quæſtione plenè diſputatâ, & examinatâ coram Innoc. IV. teſtatur hic Hoſt. *n.* 1. *verſ. Sed Goffredus*, & quamvis nonnulli putaverint quartam decimarum deberi Epiſcopo ex conſuetudine, non autem de jure communi ut gloſ. in d. c. *Conquerente, in ver. Decimationum*, & Innoc. *ibi n.* 4. Hæc tamen opinio eſt contra jura ſuprà citata, ideoque à Doctoribus communiter reprobatur teſte Seraphin. *dec.* 1449. *n.* 4.

24 Procedit autem hæc concluſio etiamſi Epiſcopus concurrat cum eccleſia baptiſmali, quia cum baptiſmalis fundata ſit ſuper decimis prædiorum exiſtentium in ſua parochia, utique de decimis ab ea perceptis Epiſcopus debet habere ſuam quartam. Et hoc dicunt tenendum Hoſt. *loco cit.* & Joan Andr. *num.* 4. Quòd agatur de decimis prædiorum exiſtentium in limitibus parochialis fundatæ in parochia baptiſmali; tunc quamvis valdè ſit controverſum, an eccleſia matrix, vel parochialis fundet intentionem ſuper decimis novæ parochiæ, quòd latè examinabitur infrà in 2. quæſt.: tamen ad quamcumque eccleſiam pertineant decimæ, ſemper verum eſt de illis Epiſcopum percipere debere ſuam canonicam portionem, & hoc ſimiliter planum.

25 Limita primò concluſionem ut ſuprà firmatam, quà dictum eſt Epiſcopum non fundare intentionem ſuper omnibus decimis, ſed tantummodo ſuper quarta decimarum, ut non procedat quoad illam petitionem faciendam nomine parochialium eccleſiarum: nam quoad hoc fundat intentionem de jure communi ſuper decimis in totum, ut hic tenet Hoſt. *n.* 1. *ad fin. verſ. Quin-*
26 *imo*, per tex. in c. *fin. ſuprà de ſucceſſ. ab inteſt.* Sed an hoc ſit verum, & quomodo ſit intelligendum, ſcripſi plenè in c. *Quoniam, n.* 13. *ſuprà eod.* ubi etiam latè examinavi an, & quibus caſibus Epiſcopus poſſit petere ſuam quartam canonicam immediatè à parochianis, & an per viam actionis, an verò per judicis officium nobile, *à n.* 13. *uſque in fin.* ubi videas, quia articulus eſt ſatis implexus, & à Doctoribus controverſus.

27 Limita ſecundò ſupradictam concluſionem, ut locum non habeat quando cathedralis eccleſia eſt etiam parochialis, & habet certam, & limitatam parochiam: tunc enim Epiſcopus fundatam habet intentionem de jure communi ſuper perceptione decimarum in totum infra limites parochiæ ſuæ, & vincit omnes eccleſias, ſive ſint baptiſmales, ſive parochiales, & in hoc caſu poteſt intelligi textus in d. cap. *Dudum, infrà eodem*, & de his decimis Epiſcopus tenetur facere

qua

quatuor partes,ut cap.Vobis,cap.Vulterana, & c. Quatuor, 12.q.2. & ita tenet gloſ.2.hic poſt medium,ibi,& illa dudum, Butr. n.8.verſ:Ceſſantibus autem,& Abb.num:7.idem tenet gloſ:ult. in cap. Queſti,16.quæſt:1.

28 Limita tertiò eandem concluſionem, ut non procedat quando decimæ non ſunt in parochia alicujus Eccleſiæ,veluti ſi prædia ſint multum diſtantia,& non incluſa in limitibus alicujus parochiæ,& ſic ad nullum Parochum ſpectant: nam & tunc Epiſcopus abſque dubio fundat intentionem ſuper perceptione decimarum in totum; quia cenſetur eſſe ſub illius parochia, & hic propriè eſt caſus,cap. Quoniam ſuprà eodem,ſecundùm intellectum,quem ponit hìc gloſ:2.poſt med: ibi. vel illa decima quem quidem intellectum approbant inter DD.in d.cap. Quoniam,& hic Anton.de Butr.d.n.8.verſ:Si autem non ſunt prædia,& Abb.d.n.7.verſ:Aut hæc decima.

29 Limita quartò eandem concluſionem ubi parochiæ non eſſent diſtinctæ,ut in decreto Concilij Trid.c.13.verſ:Inque quoque civitatibus, ſeſſ:24. nam & eo caſu Epiſcopus percipere deberet omnes decimas prædiales, quemadmodum olim percipiebat ante diſtinctionem parochiarum, non tamen deberet illas ſibi retinere, ſed inter clericos pro cujuſque meritis diſpenſare, ut eſt text.notabilis in c.1.16.q.7.& tenet Abb.d.n.7. verſ:id non intelligo, & Put.deciſ.371.n.6.lib:1.

30 Limita quintò ſupradictam concluſionem, ut locum non habeat, ſi in tota diœceſi non reperiretur alia parochia,niſi cathedralis; quia tunc abſque dubio Epiſcopus fundaret intentionem in totum ſuper perceptione decimarum totius diœceſis,ut patet in d.cap:1.§.Has verò decimas, & notat Butrius eod:n.8.verſ:idem & fortius,& Abb.num:7. & ſæpius firmavit Rota,ut refertur in deciſ:22.n.1.par:7.Recent.

31 Secundò QUÆRO, Poſito Trid. Concilij decreto c.4.ſeſſ:21. quis fundet intentionem ſuper decimis in parochia noviter erecta intra fines alterius parochiæ juxta formam cap. Ad audientiam, il primo,infra de Eccleſ:ædific: an ſcilicet Plebs,ſeu Eccleſia Matrix; an vero Capella,ſeu Parochialis noviter ædificata infra Plebanatum.

Hæc eſt quæſtio quotidiana,& valdè difficilis, in qua variæ fuerunt antiquorum opiniones ſuper interpretatione illius decretalis, Ad audientiam.

32 Prima opinio fuit gloſſæ Bernardi ibidem in ver. Obventiones, ubi putavit decimas non deberi Eccleſiæ noviter conſtructæ,ſed Eccleſiæ Matrici,quæ fundat intentionem de jure communi ſuper decimis percipiendis,ut c.Cum in tua,infrà eodem,& ad illud cap. Ad audientiam, quod præcipit aſſignari obventiones Sacerdoti in nova Eccleſia inſtituendo,dat duos intellectus.Primus eſt,quòd Papa ibi ſub nomine obventionum non intellexit de decimis prædialibus, ſed de aliis obventionibus,videlicet de oblationibus, de decimis perſonalibus, quæ dantur diebus,quibus parochiani accedunt ad Eccleſiam de mortuariis, & conſimilibus: nam ſi de illis intellexiſſet, utique expreſſiſſet, ſicut expreſſit de obventionibus, arg.cap. Ad audientiam, ſuprà eod. Secundus intellectus eſt, quòd quatenus verbum, obventiones, includat etiã decimas prædiales, tamen Papa illud fecit ibi de plenitudine poteſtatis propter periculum animarum, & quia Rectori antiquo remanebant ſufficientes redditus ad ſuſtentationem. Sed Epiſcopus abſque mandato Papæ non poteſt decimas novo Parocho aſſignare, niſi de conſenſu Rectoris Eccleſiæ antiquæ; quia non poteſt jura unius Eccleſiæ dare alteri,c.1.ſuprà de reb:Eccleſ:non alien. & arg. c. Conſtitutum,§.Sicut duo,16.q.1. Eamdem opinionem tenet,& pluribus confirmat Hugo in c. Eccleſiæ, 16.q.1. ut ibi notatur in gloſ.ult. & Innoc.in c. Ad Apoſtolicæ,ſuprà eod.& Raym. in ſumm. titul.de Decim.part.3.verſ.Item aliquis.

33 Secunda opinio fuit Jo. Andr. in addit.ad Specul.in t.t.de Decim.littera D in ver. Verùm, ubi plenè examinat hanc quæſtionem, & poſt multa in effectu ſic diſtinguit. Aut Eccleſia baptiſmalis erecta fuit poſt parochialem, ita ut parochialem comprehendat ut capellam; & tunc clarum eſt parochiali Eccleſiæ deberi ſuas antiquas decimas reales ad eum modum,quo primitus ei competebant; quia conſtructio nova Eccleſiæ baptiſmalis intelligi debet ſine præjudicio parochialis: allegat jura, quæ hoc probant in ſui ratione, videlicet c.Si quis laicus,c.Quicumque,c.De decimis,& c.Statuimus,16.q.1.& in hoc primo membro conſentiunt Butr.Cardin,& Abb. Aut vice verſà parochialis Eccleſia erecta fuit poſt baptiſmalem, ſeu plebem, & infra limites plebanatûs; & tunc Jo. Andr. concludit decimas deberi Matrici Eccleſiæ,ſeu plebi:& hoc intelligit de decimis prædialibus:nam perſonales debentur capellæ: allegat jura, quæ dicunt expreſſè decimas non eſſe ſubtrahendas antiquis Eccleſiis,& plebibus, ut dentur capellis in illarum parochia ædificatis,videlicet c.Eccleſiæ d.c.Quicunque, c. De decimis,& c. Statuimus,16.q.1. & c. Decimas,13 q.1. alias eſt verſ:Sub ſecundo,§.Et videtur caſus, in c. Ex tranſmiſſa,cum ſua gloſſa in ver. Decimas ſuprà de præſcript. Et pro hac opinione, quam,ut ipſe ait, approbat conſuetudo, facit vitatio enormis præjudicii, quod pateretur Eccleſia baptiſmalis, ſi præter decimas perſonales,& oblationes, quas perdidit ob erectionem novæ parochiæ, amitteret etiam
34 prædiales contra canones ſuprà inductos: cùm præſertim baptiſmalis adhuc ſit parochialis totius plebanatûs ratione adminiſtrationis Baptiſmi,quod eſt fundamentum omnium Sacramen-
35 torum,cap.fin.de Presbyter.non baptiz. Quo reſpectu etiam nuncupatur Matrix, quia ſicut mater generat,ita hæc baptizando regenerat,ut notatur in Clem.1.circa med.in gloſ.in ver: Matricem, de ſent: excomm. Atque ita in hoc ſecundo membro Joan. Andr. concordat cum primâ opinione
36 Hugonis, & Bernardi. Sed poſtea limitat ſuam concluſionem dupliciter: primo ſcilicet,ſi conſuetudo habeat ut decimæ debeantur parochiali noviter erectæ: ſecundò, ſi Epiſcopus in limine erectionis, cùm aliter animabus provideri non poſſet, illas parochiali Eccleſiæ aſſignaverit de ſui Capituli conſenſu: & in hoc diſcrepat à prima opinione Bernardi, qui putavit Epiſcopum hoc non poſſe abſque ſpeciali commiſſione Papæ,niſi de conſenſu Rectoris majoris Eccleſiæ.

37 Tertia opinio fuit in d. c. Ad audientiam, il primo,de Eccleſ.ædific.in gloſ.in ver. Proventus, qui tenuit novæ Eccleſiæ non deberi niſi proventus ſpirituales, quos Eccleſia Matrix habebat in ea villa, ubi nova Parochia fuit conſtituta: Non enim credimus, inquit, quòd ei dare deberet cam-



pos,vel alia bona, quæ haberet in ipſa villa, & cum eo tranſit ibi Abb.Antiq.num.3.in eod.ver. Non tamen aperit Innoc. an ſub nomine proventuum ſpiritualium intellexerit de decimis, necne.Et nihilominus illius opinionem refellit ibid.
38 Hoſt.n.2.in ver.Obventiones,quia Epiſcopus Ordinator eſt non ſolùm ſpiritualium,ſed etiam temporalium ad Eccleſiam pertinentium,cap.1.2.& 3.& per totam,10.q.1. Unde ſi veniat periculum animarum, debet præponere ſpiritualia temporalibus,arg.cap.Præcipimus,12.q.1. cum aliis per eum allegatis,& cum Hoſt. conſentiunt illic Jo. Andr.n.2.in ver.Proventus, Butr.n.8. Cardin.n.5. in prima quæſtione,& Abb.n.7.

39 Quarta opinio fuit Goffredi in ſumma hoc tit.§.2. aſſerentis decimas prædiales deberi Parochiali, intra cujus fines prædia ſita ſunt: perſonales verò dividendas eſſe inter baptiſmalem,& illam, in qua Parochiani audiunt Divina, pro qua facit quod ſcripſit Jo.Andr.in cap. De his,ſuper gloſſ.2.de Sepult.& quod dicam infrà n.35.

Quinta opinio, quæ aliquantulum accedit ad præcedentem, fuit Hoſtien. in ſumma eod.tit.§ Cui danda,in princ. qui cenſ. perſonales dandas eſſe parochiali,ſeu baptiſmali,id eſt ubi audiuntur Divina,& percipiuntur Sacramenta, per cap.Quia, 16.q.1.Prædiales verò Parochiæ prædiorum, ut cap Quoniam,ſupra eod. & cap fin.de parochiis, niſi aliud habeat conſuetudo,cap. Cùm ſint, ſupra eod.

40 Sexta demum opinio fuit Jo. Calder. filii adoptivi Jo.Andr.qui reprobata hic patris opinione, arbitratus eſt decimas prædiorũ novæ Parochiæ deberi Eccleſiæ parochiali noviter conſtructæ, etiamſi eas Epiſcopus illi non aſſignaverit; quia de jure communi eò ipſo quòd Eccleſia habet limitatam parochiam, debentur illi reditus ſpirituales provenientes ex prædiis intra parochiam incluſis, ut in cap. Paſtoralis, ſuprà de his quæ fiunt à Prælat. Et hanc rationem dicit eſſe inconvincibilem Abb.in d.cap. Ad audientiam,n.14.verſ.Et poteſt allegari,infrà de Eccleſ.ædifican. Cui opinioni valde
41 etiam ſuffragatur littera illius Decretalis, Ad audientiam, in verb. Obventiones: nam decimæ veniunt appellatione oblationum,ut cap.Cùm inter,de verb.ſignif.Ergo fortius veniunt appellatione obventionum, quod eſt verbum magis generale. Sed obventiones debentur Sacerdoti novæ parochiali præficiendo,ut eſt textus in d. c. Ad audientiam,ibi, Obventiones Eccleſiaſticas percepturum. Ergo illi debentur & decimæ. Eamdem opinionem tenuit gloſſa in ſumma 13.q.1.& ibi etiam Archid. dicens de hoc eſſe caſum in cap. Ad decimas,de reſtitut.ſpoliat. Paul Zenzelin. & Laudun.in Clem.1.de decim.Collectar. in cap. Quoniam,n.1.ſuprà eod. Anchar. inter conſ. Calderini in tit.de decim conſ.2. Et pro hac parte poſt prolixam diſputationem concludit hic Butr. col. ult, verſ. Mihi videtur ſic concludendum, & Cardin. in 2. quæſt. niſi tamen Eccleſia eſſet parochialis certorum Parochianorum ſine limitibus; quia tunc planum putat decimas prædiales deberi Eccleſiæ matrici, quia ad hoc Parochia remanet matrix, ſecundùm eum: quam limitationem ante eum poſuit & Collectarius loco cit. ſequitur Abb. hic n. 8.col.ult. poſt medium, dicens, hanc opinionem tenere communiter moderniores. Pro qua etiam ipſe in facti contingentia conſuluit, ut idemmet teſtatur in d. cap. Ad audientiam, n.14.de Eccleſ.ædific.habetur illius conſ.lib.1.conſ.58.incipien.in quæſtione quæ vertitur, per totum. Et ad jura per Jo.Andr.inducta, quæ dicunt novas Capellas nõ eſſe conſtruendas in præjudicium baptiſmalis nec decimas eſſe ſubtrahendas plebibus ut dẽtur Capellis, reſpondent Butr. & Abb. non habere locum quando ad erectionem, & ſubtractionem hujuſmodi proceditur ex juſta,& neceſſaria cauſa, vel illa jura ſecundùm Calder. loquuntur de Capellis non habentibus aliam parochiam ſub ſe,quod etiam dixit Butr.in cap. Ex tranſmiſſa,n.7 ſuprà de præſcript. Demum hanc ſententiam multoties probarunt Domini de Rota, videlicet in Comen.decimarum 28 Junii 1602. & 27.Novembris 1606.coram Cardinali Sacrato,item in Conchen. decimar.de Corteton.11.Maii 1615.coram Pirovano,& in Mediolanen.decimarum S.Iuliani 16.Ianuar. 1613.coram Card.Pamphil. Ac demum in Mediolan. decimarum de Carlatio, 18.Martii 1616.coram Mant.Andr.

42 Ex his vides quanta ſit in hoc articulo ſententiarum varietas: unde vix aliquid certi firmari poſſet ſi quæſtio dirimenda eſſet ex jure commu-
43 ni. Verùm hodie totam hanc controverſiam non obſcurè diſſolvit jus noviſſimum Concilii Trid. in c.4.ſeſſ.21. (Statuit(enim) ut in omnibus Eccleſiis parochialibus, vel baptiſmalibus poſſint Epiſcopi ex cauſis ibi expreſſis novas Parochias erigere etiam invitis Rectoribus; & mox ſubdit: Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Eccleſiis noviter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocumque pertinentibus.) Hæc ibi. Expendenda ſunt ſingula verba cum myſterio appoſita ad ſummovendas antiquas Doctorum altercationes. Primò enim in illis verbis, (Poſſint Epiſcopi etiam invitis Rectoribus) correxit primam opinionem Bernardi,& Hugonis, qui putabant Epiſcopum ſine ſpeciali commiſſione Papæ non poſſe novas Parochias erigere,& Sacerdotibus ibi inſtituendis obventiones aſſignare abſque conſenſu Rectoris Eccleſiæ antiquæ, ut dictum eſt ſuprà n.42. Jam enim ex Concilio Epiſcopus poteſtatem habet ut ſuprà erigendi, & aſſignandi etiam invitis Rectoribus,
44 Deinde in verbis (ex fructibus ad Eccleſiam matricẽ quomodocumq; pertinentibus) correxit opinionem Hugonis, & Bern. dum dixerunt Epiſcopum non poſſe auferre decimas Eccleſiæ matrici,& illas dare Eccleſiæ noviter erectæ: nam
45 ex Concilio poteſt Epiſcopus novæ Eccleſiæ aſſignare fructus ad Eccleſiam matricẽ pertinentes; & ſic etiam decimas, quæ veniunt fructuum appellatione, c.Nuncios, & c. Ex parte,il ſecondo ſuprà eod. cum ſimil. præſertim cùm Conciliũ adjecerit adverbium illud univerſale, quomodocumq;, quod eſt valde prægnans, & extendit diſpoſitionem etiam ad ea,quæ aliàs non fuiſſent incluſa, c.Solitæ, & ibi Abb.in ult.not.de major.& obed.gloſ.fin.in addit.marg.in l.Cum pœna,ff.de arbitr. dixi in c. Cùm veniſſet,n.70.ſuprà de judic. Quam interpretationem jam pridem probavit S. Congregatio ejuſdem Concilii Interpres,dum declaravit licere Epiſcopo aſſignare Sacerdotibus, qui erunt præfecti novis Parochiis ſecundùm d.cap.4. conſtitutis competentem portionem arbitrio ſuo ex omnibus fructibus ad matricem pertinentibus, non diſtinguendo magis decimas, quàm alia corpora redi-

reditum ejus. Ruſſus in eiſdem verbis, ex fructi-
bus, &c. Concilium ſuſtulit tertiam opinionem
Innocentii, de qua ſuprà *n. 37.* quatenus putavit
novo Parocho dari non poſſe niſi proventus ſpi-
rituales, & probavit opinionem Hoſtien. qui ſen-
ſit dari poſſe etiam temporales urgente neceſſi-
tate. Indubitatum eſt namque reditus, & proven-
tus temporales venire appellatione fructuum, l.
46 *Frugem ff. de verb. ſignific.* cum ſimilibus. Sed è con-
verſo videtur magis adhæſiſſe ſententiæ Inno-
centii in eo, quod dixit, novo Parocho non poſſe
dari campos: idem enim videtur & Concilium
intellexiſſe, dum juſſit portionem aſſignari ex
fructibus, quorum appellatione non venit pro-
prietas, ſeu fundus, ſed quod ex fundo naſcitur,
& renaſcitur, ut in d. l. *Frugem*, notat gloſſ. *ult.* &
47 Abb. in cap. *Salubriter, infrà de uſur.* Quod tamen
videtur intelligendum reſpectu proprietatis, non
autem reſpectu utilis dominii; quia cùm Epiſco-
pus ex Concilio poſſit aſſignare novo Parocho
fructus alicujus fundi matricis Eccleſiæ, & hæc
aſſignatio debeat eſſe perpetua, quia dos Eccleſiæ
non poteſt conſtitui ad tempus, ut c. *Nemo, de con-
ſecrat. diſt. 1.* & in Authen. *Ut nullus fabricet Oratoris
48 domum, §. Ut qui Eccleſias;* hinc neceſſariò ſequitur,
ut facultatem habeat aſſignandi etiam fundum
ipſum quoad dominium utile: hoc enim impor-
tat aſſignatio perpetua fructuum, vel uſusfructus,
ut eſt tex. in l. 1. §. *Qui in perpetuum*, & ibi notatur,
*ff. Si ager vectigal. vel emphyteuticar. petat.* & tradit
Paul. de Caſtr. *conſ. 376. Licet judex, col. 2. ante me-
dium, verſ. Ultimò probatur, lib. 1.* Et ita arbitror
conciliari poſſe diſſidentes opiniones Innoc. &
Hoſt. ut ſcilicet opinio Innocentii procedat re-
ſpectu proprietatis, & dominii directi; opinio ve-
rò Hoſtienſis reſpectu utilis dominii. Ad hæc
Concilium in illis verbis (Competens portio ar-
bitrio Epiſcopi) apertè ſuſtulit ſextam opinio-
nem Calder. & aliorum, qui putant parochiali
noviter erectæ deberi proventus, & decimas o-
mnes ad matricem pertinentes, ut dictum eſt ſu-
prà *n. 40.* nam Concilium noluit deberi omnes,
ſed competentem portionem ſecundùm arbitri-
um Epiſcopi. Simile in cap. *Expoſuiſti, in fin.* & in
c. *Extirpandæ, §. Qui verò, ſuprà de Preb.* & in c. *Pa-
49 ſtoralis, de his, quæ fiunt à Prælat.* Ultimò in eadem
clauſula (competens aſſignetur portio arbitrio
Epiſcopi.) S. Synodus apertè approbavit ſecun-
dam opinionem Jo. Andr. de qua ſuprà *n. 33.* ſen-
tientis ceſſante Epiſcopi aſſignatione, decimas
remanere Eccleſiæ baptiſmali, ſeu plebi: & im-
probavit ultimam opinionem Jo. Calderini, &
ſequacium, qui exiſtimarunt decimas prædiales
tranſire ipſo jure ad Eccleſiam noviter conſtru-
ctam. Etenim unumquodque verbum prædictæ
clauſulæ excludit tranſitum ipſo jure; & primò
huc ſpectat verbum illud, *aſſignetur*, quod eſt ver-
bum facti, & requirit hominis miniſterium, ut in
d. c. *Expoſuiſti*, & d. §. *Qui verò*, l. *Si quid §. fin. ff. de le-
gat. 3.* & l. 1. §. *fin. ff. naut. caupon. ſtabular.* & tra-
dunt Alciat. Parergon. *lib. 1. c. 88.* Pariſ. *conſ. 53.
n. 6. vol. 3.* & Decius *conſ. 640. n. 6.* Si enim portio
eſt aſſignanda ab Epiſcopo: ergo non tranſit ipſo
jure. Idemque colligitur ex illis verbis, *competens
portio*: nam Concilium noluit, ut nova Eccleſia
fundaret intentionem ſuper omnibus decimis
prædiorum intra ſuos limites exiſtentium, juxta
textum in cap. *Paſtoralis, ſuprà de his, quæ fiunt à Præ-
lat.* Sed ut illi congrua tantùm portio aſſigna-
retur ab Epiſcopo, quippe ante ejus declaratio-
nem ignoratur quæ portio ſit competens; & con-
ſequenter non poteſt ipſo jure in Eccleſiam tran-
ſire, cùm præſertim portionis appellatione ve-
niat pars, & non totum, l. *nomen filiarum, §. Portio-
nis, ff. de ver. ſignif.* & ibi notat Rebuff.
50 Et confirmatur ex verbis, *arbitrio Epiſcopi*, quia
repugnant ut decimæ omnes tranſeant in Eccle-
ſiam ipſo jure abſque facto hominis, & compe-
tens portio dumtaxat aſſignetur ab Epiſcopo pro
51 ejus arbitrio. In his enim quæ ſunt determinata à
jure arbitrium non intrat, ut l. 1. §. *Ait Prætor, ff. de
jur. deliber.* l. *Mora, ff. de probat.* cap. *fin. ſuprà de
tranſact.* Text. optimus in c. *De cauſis, §. Illud, de offic.
delegat.* cum concordant. de quibus ibi per Hoſt.
*n. 9. verſ. In iſtis enim.* Atque ita non obſtat quòd
etſi aliquid inductum ſit ipſo jure, non tamen ex-
cludatur factum Superioris, c. *Cùm ad noſtram*, &
ibi gloſ. *in ver. Irritare, ſuprà de elect.* c. *Cùm ſecun-
dùm, de hæret. lib. 6.* & tradit Tiraquellus in l. *Si un-
quam, in verb. Revertatur, n. 44. C. de revoc. donat.*
Quoniam reſpondetur hoc verum eſſe in facto
hominis, quod eſt in executione juris præexiſten-
tis, & ita loquitur Tiraquell. ait enim; (Licet in
his, quæ ipſo jure conceſſa ſunt, non ſit neceſſe
adire judicem, poteſt tamen officium judicis, ſi de
facto expedit, implorari. At Concilium non præ-
cipit Epiſcopo, ut in aſſignatione portionis ex-
equatur jus præcedens, ſed ut arbitretur quanta,
& qualis eſſe debeat portio; & tunc demum il-
lam aſſignet novo Parocho. Nam verba illa, *com-
petens portio*, referuntur ad quantitatem; ſequen-
tia verò, *ex fructibus ad matricem quomodolibet perti-
nentibus*, referuntur ad qualitatem portionis per
Epiſcopum aſſignandæ. Ergo nihil eſt quod poſſit
executioni demandari antequam appareat ex
declaratione Epiſcopi quanta, & qualis ſit hu-
juſmodi portio: nam quod pendet non eſt pro
eo quaſi ſit, dicit textus in l. *Si damnum, §. Quod
pendet, ff. de regul. jur.* & notatur in cap. 2. *infrà de
appellat.* & cùm ſit in arbitrio Epiſcopi aſſignare
portionem novo Parocho ſive ex decimis, ſive
ex aliis fructibus ad matricem pertinentibus,
quamdiu hoc arbitratus non fuerit, decimæ non
debentur; quia poteſt contingere, ut non aſſi-
gnet decimas, ſed alios reditus, & ratione incer-
titudinis, & ambiguitatis nihil debetur, ut l. *Duo
ſunt Titii, ff. de teſtam.* & l. *Si ita fuerit, ff. de rebus
dub.* facit textus in l. *Ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig.*
& in l. *Cùm poteſt, §. Genere, Cùm ibi notat, ff. de jur.
dot.*

Non obſtant deciſiones Rotæ ſuprà in contra-
rium allegatæ, quoniam loquuntur in terminis
juris communis: ſequuntur enim opinionem Cal-
derini uti magis communem, ſed non advertunt
ad Decretum Concilii. Item non obſtat quod
Concilium innovaverit cap. *Ad audientiam, il pri-
mo, infrà de Eccleſ. ædifican.* non autem illi deroga-
verit. Nam reſpondetur Concilium non derogaſ-
ſe prædictæ Decretali, ſed Doctorum opinioni-
bus. Præterea obſervandum eſt Concilium inno-
vare d. c. *Ad audientiam*, in ea tantùm parte, in qua
diſponit de erectione novæ Parochiæ, non autem
ubi agit de fructibus novo Rectori aſſignandis:
quinimò ubi de fructibus agit, adverſative lo-
quitur, ut in verſ. *Illis autem Sacerdotibus*, pon-





derando dictionem, *autem*, de cujus natura eſt ad-
verſari præcedentibus, ut notat Bart. in l. *Mariti,
§. Eum autem, n. 1. ff. de adulter.* & in l. *Hoc amplius,
§. De his autem, n. 1. ff. de damn. infect.*

Poſtremò eademmet Rota in prædicta cauſa
Mediolanen. decimarum de Carlatio propter
verba Concilii de ſua concluſione hæſitavit;
ideoque rejecit cauſam ad S. Congregationem
Cardinalium ejuſdem Concilii interpretum, quæ
anno 1617. me Secretario, partibus auditis, atque
articulo accuratè diſcuſſo, de cenſ. decimas ad
Eccleſiam matricem pertinentes non tranſire i-
pſo jure in Parochialem Eccleſiam noviter ere-
ctam, ſed remanere apud Eccleſiam matricem, ni-
ſi eas Epiſcopus novo Parocho ad præſcriptum
Concilii aſſignaverit.
52 Nunc declara notabiliter concluſionem ut ſu-
prà firmatam, ut vendicet ſibi locum in decimis
prædialibus tantùm, in quibus terminis articulus
fuit examinatus, & reſolutus à S. Congregatione,
non autem in decimis perſonalibus, quæ tranſe-
unt ipſo jure in Parochialem noviter erectam et-
iam ante ullam Epiſcopi aſſignationem, ut notat
gloſſ. in d. c. *Ad audientiam, in ver. Obventiones*, quæ
in hoc communiter approbatur, & Joan. Andr. *in
addit. ad Speculat. in tit. de decim. littera D. in ver. U-
nica.* Ratio eſt evidens; quia decimæ perſonales,
ſeu ſacramentales debentur illi Eccleſiæ, ubi quis
audit Divina Officia, & percipit Eccleſiaſtica Sa-
cramenta, ut oſtenſum eſt ſuprà *n. 20.* Ergo cùm
populus poſt erectionem novæ Parochialis ad
eam confluat pro Divinis audiendis, & Sacra-
mentis recipiendis; non autem ad Eccleſiam ma-
tricem: conſequens eſt ut decimæ perſonales
non eidem matrici, ſed novæ Parochiali ſint per-
53 ſolvendæ. Præterea perſonales non debentur pri-
mæ Parochiali ſi quis mutaverit domicilium, ſed
ſecundæ ſi ibi audiat Divina, & recipiat Sacra-
menta, ut eſt textus in c. *Ad Apoſtolica, ſuprà eod.* &
ibi notant Butr. & alii; Rota *deciſ. 124. n. 7. par. 5.
54 Recent.* Cenſetur enim quis Parochianus illius Pa-
rochiæ, in qua inhabitat, ut de Scholaſticis, &
Mercenariis notat gloſſ. in Clem. 1. *in ver. Paro-
chialis, de privileg.* Si igitur Parochiani recedentes
à Parochia antiqua, etiam ex cauſa voluntaria, &
ad tempus non tenentur amplius illi ſolvere de-
cimas perſonales, quia dantur pro illis tantùm
diebus, quibus Parochiani accedunt ad Eccleſiá,
ut ait gloſſ. in d. cap. *Ad audientiam, il primo, in ver.
Obventiones, de Eccleſiis ædifican.* utique longè minus
ad id tenentur cùm recedunt ex cauſa neceſſaria,
& perpetua diſmembrationis Parochiæ: jam e-
nim Parochiani Eccleſiæ noviter erectæ in nova
Parochia habitationem, & domicilium habent,
ibique tenentur Divina audire, & Sacramenta
percipere, & conſequenter ſoluti ſunt ab obliga-
tione ſolvendi decimas perſonales matrici Eccle-
ſiæ, etiam ſine facto, & miniſterio Epiſcopi, Rota
*in d. deciſ. 124. n. 4. par. 5. Recent.* Et eſt ſimile in
futuris obligationibus, quæ debentur novæ Pa-
rochiali, etiamſi illas Epiſcopus non aſſignaverit,
ut ex ſententia S. Congregationis tetigi in d. c.
*Ad audientiam, n. 39.* & hoc planum.
55 Sed remanet dubium quid juris ſit ſi aliquis
perceperit Sacramentum Baptiſmi in Eccleſia
matrice, & reliqua Sacramenta in Parochiali,
cuinam Eccleſiæ decimæ perſonales debeantur.
Butr. *hic n. 8. col. 4. in princ. verſ. Quantum autem ad
decimas*, Card. *n. 8. verſ. Perſonales autem*, & Abb.
*hic n. 6. verſ. Remanet.* tamen unum dubium, pu-
tant decimas perſonales partim deberi Eccleſiæ
Baptiſmali ratione Baptiſmi, qui eſt janua om-
nium Sacramentorum, c. *fin. de Presbyt. non bapti-
zat.* partim parochiali propter reliqua Sacra-
menta. & allegant notata per Jo. Andr. *loco ſuprà
citato, n. 33.* Inducunt etiam quod notat Innoc. in
cap. *De Sepultur.* & textum cum ibi notatis in c. 2.
*eodem tit. lib. 6.* & quod notatur in cap. *Novum ge-
nus, ſuprà eod.* fatetur tamen in hoc ſtandum con-
ſuetudini. Verùm perſonales deberi illi Eccleſiæ,
in qua audiuntur Divina, non autem Baptiſmali
ſi ibi Divina non audiantur, tenet gloſſ. in c. *Sta-
tuimus, in ver. Baptiſmalem, 16. q. 1.* gloſſ. *ult.* in cap.
*fin. de Parochiis.* Jo. Andr. & Anchar. in d. c. *Ad Apo-
56 ſtolica, ſuprà eod.* Rebuff. *de decimis, d. q. 6. n. 21.* Et
huic opinioni ſuffragatur quòd perſonales deben-
tur illi Eccleſiæ, ubi Parochiani audiunt Divina
Officia, & percipiunt Sacramenta per totum an-
ni circulum, ut cap. *Quæſti, 16. q. 1.* ſeu frequentius,
ut per Rebuff. *d. q. 6. n. 2.* ubi refert ſe ita inveniſſe
in quadam Decretali, Alex. III. incipien. *Nota quæ
ad honeſtatem.* In integra, ita ut ſi aliquoties in una
Eccleſia, & poſteà in alia Divina audierint, vel
in hyeme in una Parochia, & in æſtate, in altera:
tunc perſonalis æqualiter ſit dividenda authorita-
te Superioris, ſi æquale fuerit tempus; alioquin
proportionabiliter pro rata temporis, ut poſt In-
noc. notat Butr. in cap. 2. *in fin. ſuprà eod.* & Re-
buff. *loco citato.* Sed Parochiani Eccleſiæ noviter
erectæ nec audiunt Divina, nec per anni circu-
lum percipiunt Sacramenta in Eccleſia Bapti-
ſmali, ſed ſemel tantùm in vita Sacramentum Ba-
ptiſmi. Ergo non tenentur eidem matrici ad
perſonales. Prima tamen opinio videtur ſatis
rationi conſona, & fuit originaliter Goffredi *in
ſumma hoc tit. §. 2.* ut dixi ſuprà *n. 39.* Pro qua fa-
cit optimè textus in d. c. *Quæſti, 16. q. 1.* ponderan-
do illa verba (ibi dent decimas ſuas, ubi infantes
eorum baptizantur, & ubi per totum anni circu-
lum Miſſas audiunt) quæ ſatis clarè innuunt de-
cimas perſonales utrobique ſolvendas, id eſt tam
in Eccleſia, ubi quis baptizatur, quàm in illa, ubi
per anni circulum audit Divina Officia, & perci-
pit reliqua Sacramenta: & hoc placet, ceſſante
tamen Epiſcopi aſſignatione, vel conſuetudine,
ut per Cardin. & Abb. *locis citatis*, & per Rebuff. *in
d. quæſt. 6. n. 21.*
57 Porrò cùm Archiepiſcopus Urbini aſſignaſſet
quamdam portionem decimarum ad matricem
pertinentem, quam vocant Quarteſium, alteri Pa-
rochiali eò quòd Baptiſma, quod in matrici tan-
tùm miniſtrabatur, poſuiſſet etiam in d. Paro-
chiali: S. Congregat. Concilii cenſ. *c. 4. ſeſſ. 21.* ad
hunc caſum non pertinere. Item per disjunctivam,
*vel*, poſitivam in *d. cap. 4.* ibi, Parochialibus, vel
baptiſmalibus, cenſuit Eccleſiam baptiſmalẽ, non
eſſe parochialem, nec habere curam animarum,
quod notant Doctores in Clem. *unica, de Baptiſm.*
quia actus Baptiſmi poteſt exerceri per laicum;
& ſic non eſt de cura pœnitentiali, vel judiciali,
cujus laicus ſicut & mulier eſt incapax. Et hoc
intellige ſi baptiſmalis non habeat niſi admini-
ſtrationem Baptiſmatis; ſecus ſi habeat admini-
ſtrationem omnium Sacramentorum; quia tunc
eſt parochialis reſpectu ſuæ Parochiæ, ut hic de-
clarat Butr. *num. 8. ante medium, verſ. Si prædiæ*

ſint. Demũ cenſuit S.Congregatio in omnibus ec-
19 cleſiis parochialibus debere eſſe fontem baptiſmalem,niſi eſſent in aliquibus ſpecialiter Eccleſiis deputati fontes baptiſmales,qui matrices,vel baptiſmales Eccleſiæ vocantur, ita ut fiat diſtinctio matricum Eccleſiarum ab aliis curatis.

CUM IN TUA. Decima omnium fructuum prædii debetur illi, qui ſibi præſcripſit illud prædium decimale : alterius verò prædii, quod non præſcripſit, decimam non habebit. Hoc dicit ſecundum Jo.Andr.Butr.& Ancharan. vel ſecundum Cardin.Abb.& Joann.de Anan. decima omnium fructuum prædii debetur ei,qui præſcripſit,ibi, *decimas*; ſed ad aliud prædium præſcriptio non extenditur. Communis diviſio,Conſultatio,& reſponſio, ſecunda ibi, *Reſpondemus*,& eſt pars cap.*Cùm in tua,ſup. de teſtam.* & c. *Cùm in tua,infrà de ſponſ.& qui matr.accuſ. poſſ.*

Pro intelligentia hujus textus vide quod ſcripſi in cap.*Proximo,n.21.ſup.eod.*

# DE DECIMIS.

## *Cap. In aliquibus.*

### *SUMMARIUM.*

1 *PRædiorum domini cogi poſſunt ut prædia colenda dent talibus, à quibus ſine contradictione Eccleſia poſſit decimas conſequi.*

2 *Decimas integrè non ſolventes excommunicari debent, & ſic mortaliter peccant.*

3 *Decimæ ſaltem prædiales etiam hodie ſunt ſolvendæ de jure Divino,& num.ſeqq. uſq. ad n.10.& n.16.*

*Quid in decimis perſonalibus, n.5.& 15.*

4 *Decimarum præceptum in lege veteri partim fuit morale,partim judiciale, partim ceremoniale, & n.6.& 8.*

*Reſpectu quota hodie eſt de jure Eccleſiaſtico, n.9.*

7 *Detinere idem eſt quod rapere, & idem eſt auferre quod non dare.*

9 *Præcepta judicialia legis veteris , etſi non obligent tempore gratiæ; tamen ſervari poſſunt , ac etiam debent ſi ab Eccleſia ſtatuantur.*

10 *Conſuetudo eximens à ſolutione decimarum an ſit attendenda, & n.ſeq.*

11 *Quid in Clericis, & Religioſis,*

12 *Et quid in Laicis.*

13 *Conſuetudo induci non poteſt, ut laici ex toto ſint exempti à ſolutione decimarum prædialium , ſed ad hoc requiritur vel privilegium, vel immemorabilis cum fama privilegii.*

14 *Et quid poſt Bullam Urbani VIII.*

1 IN ALIQUIBUS. Domini prædiorum cogi poſſunt ut prædia colenda dent talibus, à quibus ſine contradictione Eccleſia poſſit decimas conſequi : hoc dicit uſque ad §. *Ille*, qui ob ſui brevitatem non ſummatur. Prima pars ponit exceſſum,quem ſecunda corrigi mandat,ibi, *Volentes*.

2 Nota primò ibi,*per cenſuram Eccleſiaſticam*.Non ſolventes decimas cum integritate, ad id compellendos eſſe per excommunicationem, Concordat Concilium Rothomagenſe relatum in c. *Omnes,16.q.7.*ibi. ( Anathematis vinculo feriantur uſque ad ſatisfactionem, & emendationem congruam.) Et Concilium Trident, *c.12.ſeſſ.25.* ibi,( Integre perſolvant,qui verò eos ſubtrahunt, aut impediunt,excommunicentur.) Et hinc collige contravenientes mortaliter peccare, cùm excommunicatio non feratur niſi pro culpa lethali,cap.*Nemo Epiſcoporum, 11 q.3.* & ita hic tenet gloſſ.*ultima*,& Abb.*n.4.*

3 Secundò nota ex §. *Ille*, ibi, *ex lege Divina textum expreſſum quòd decimæ ſaltem prædiales hodie neceſſariò ſunt ſolvendæ de jure Divino* : & hinc collige apertiſſimè præceptum legis veteris circa decimarum ſolutionem non expiraſſe per legem Evangelicam, ſed adhuc neceſſariò ſervandum eſſe, & conſequenter ad præcepta merè judicialia,ſeu ceremonialia non pertinere, quæ fuerunt evacuata per adventum Chriſti , ſecundum ea, quæ docet S.Thom.*in 1.2.q.103.art.4.* & *q.104.*
5 *art.3.*& ita docet gloſ.*ult.hic*,& Innoc.in c. *Significavit,n.2.ſuprà de paroch.*ubi relatis authoritatibus veteris,& novi Teſtamenti, fusè probat omnes decimas tam perſonales, quàm reales hodie eſſe integrè perſolvendas de jure Divino , & debere confundi iſtos novos Magiſtros,& Prædicatores contrarium aſſerentes.Imol.*n.3.ad fin.*(Mirum eſt (inquit) de quibuſdam,qui quaſi inſani, & hæretici dicunt, quòd perſonales decimæ non ſunt dandæ,cùm habeatur contra *Num. 10. circa finem,& Deuteron.12.circa princ.*& major ratio ſit, quòd quis det tributum de eo,quod producit manus ſua tanquam dignius,quàm quod de eo,quod producit humus. Item Abbas *ſuprà in Rubrica, n.2.verſ.Et adverte.* Oſtendit omnes DD.Eccleſiæ in hanc ſententiam convenire,ut etiam hodie decimæ debeantur ſcilicet de jure Divino; & opi-
6 nioni Canoniſtarum apertè ſuffragatur Conciliũ Tridentinum in d. *cap.12.ſeſſ.25.* in illis verbis : ( Cùm decimarum ſolutio debita ſit Deo, & qui eas dari noluerint,aut dantes impediunt,res alienas invadunt. ) quæ verba deſumpta ſunt ex cap. *Decimæ,16.q.1.*& non obſcurè innuunt hoc præceptum eſſe morale,& contineri ſub præcepto il-
7 lo Decalogi, *Non furtum facies.* Nam (ut ait gloſſa in d.cap. *Decimæ, in ver.invaſit* ) idem eſt detinere quod rapere, ut ibi, & in cap.*Sæpe, de reſtitut. ſpoliat.* & idem eſt auferre quod non dare, cap. *Sicut,47.diſt.*& c.*Indigne, 12.q.2.* Præcepta autem moralia legis veteris cùm ſint juris naturalis, immutabilia ſunt, & ſervari debent ab omnibus etiam poſt legem Evangelicam.§.*His itaque*, & ibi gloſſ. *1.6.diſtinct.*S.Thom. *in 4. ſentent.diſt.2.q.1. art.4.quæſt.1.ad ſecundum*,& in *1.2.quæſt.98.art.5.*
8 & ita expreſsè docuit Archid. in cap.*Decimæ,n.3. 16 quæſt.1.*ex eodem D.Thoma *in 2.2.quæſt.87. art.1.in corpor.* dicens ( præceptum de ſolutione decimarum in veteri lege partim fuiſſe morale inditum naturali ratione, partim autem judiciale ex Divina inſtitutione robur habens ; quod enim eis, qui Divino cultui miniſtrabant ad ſalutem populi totius, populus neceſſaria victus miniſtraret, ratio naturalis dictat, ſicut & his, qui communi utilitati invigilant , ſcilicet Principibus,& militibus, & aliis hujuſmodi ſtipendia victus debentur a populo ; Unde & Apoſtolus hoc probat 1. *ad Corinth.9.* per humanas conſuetudines dicens : *Quis militat ſuis ſtipendiis unquam? aut*

*quis*



*quis plantat vineam,& de fructibus ejus non edit ?* Sed determinatio certæ partis exhibendæ miniſtris Divini cultus non eſt de jure naturali, ſed eſt introducta inſtitutione Divina ſecundùm conditionem illius populi,cui lex dabatur;& ſic quantum ad determinationem decimæ partis hoc præceptum erat judiciale , licèt ſignificaret aliquid in futurum; & hoc reſpectu conveniret cũ ceremo-
9 nialibus præceptis; judicialia verò etſi non obligent tempore gratiæ : tamen poſſunt obſervari abſque peccato, & ad eorum obſervantiam aliqui obligantur ſi ſtatuantur authoritate eorũ,quorũ eſt condere legem:unde determinatio decimæ partis ſolvendæ eſt authoritate Eccleſiæ tempore novæ legis inſtituta ſecundùm quandã humanitaté,ut ſcilicet non minus populus novæ legis miniſtris novi teſtamenti exhibeat , quàm populus veteris teſtam. exhibebat; Sic ergo patet ad ſolutioné decimarum homines teneri partim quidem ex jure naturali,partim ex inſtitutione Eccleſiæ, quæ tamen penſatis opportunitatibus temporum & perſonarum, poſſet aliam partem determinare ſolvendam.)Hæc ex illo. Et prædictis adde Covarr.*var.reſolut.lib.1.c.17.n.3.* ubi latiſſimè diſſerit, an, & quomodo decimæ tam reales, quàm perſonales debeantur jure naturali,Divino, vel humano. Et ſimiliter concludit deberi jure naturali quantum ad ſuſtentationem miniſtrorum,ſed jure Eccleſiaſtico poſitivo quantum ad determinationem quotæ,& hoc communiter tenetur.

10 Gloſſa ultima quærit, An conſuetudo non ſolvendi decimas,ſit attendenda; & diſtinguit inter laicos, & clericos; Et quantum ad laicos tenet, conſuetudinem non valere etiam reſpectu quotæ, niſi ſit approbata per Papam : & in hoc conſentit Innoc.& alii quos refert, & ſequitur Turrecr.in cap.*Revertimini,n.14.16.q.1.*Sed quoad clericos, & Eccleſiam gloſſa tenet præſcriptionem procedere non ſolum reſpectu partis, ſed etiam totius decimæ,DD.in hoc multum ſe involvunt,& aliorum opiniones recenſet Abb. *n.7.*& de qua conſuetudine loquatur hæc Decretalis , & de illius intellectu vide Archid.in c.*Quicunque,n.6.verſ.Et dicat aliis omiſſis,16.q.7.*

11 Breviter dicendum conſuetudinem hanc non ſolùm reſpectu quotæ , ſed etiam reſpectu totius decimæ quantum ad Clericos, & Religioſos eſſe attendendam, ut probat textus à contrario in c. *Nuper*,ibi,*quibus anteà ſolvebantur*,infra eod.dummodo tamen ſit legitimè præſcripta,hoc eſt dummodo ſit immemorabilis,vel quadragenaria cum titulo, juxta textum in cap.*1.de præſcript.lib.6.* ut pleniùs ſcripſi in prædicta Decretali, *Nuper,in ultima quæſtione*.poſt Abb.ibi *n.5.*

12 Quo verò ad laicos dicendum valere conſuetudinem reſpectu quotæ, licet non fuerit in ſpecie per Sedem Apoſtolicam approbata,ut contra hanc gloſſam, & Innocentium tenet hic Vincentius,& Abb.*n.8.*& alii complures,quos refert,& ſequitur Covarr.*lib.1.var.reſolut.cap.17.n.8.verſ. Quidam verò cenſent*,dicens hoc obtinere non tantùm in decimis perſonalibus,ſed etiam in prædialibus poſt Franciſc.Balb.*in tract. de præſcript.in 5. part.principali, q.7.* quam ſententiam multoties etiam probavit Rota.

13 Sed reſpectu totius decimæ concludendum eſt nulla conſuetudine, vel præſcriptione induci poſſe, ut laici ex toto ſint exempti à ſolutione decimarum prædialium : & in hoc conveniunt gloſſa *ultima hic*,& communiter omnes,Rocc.de Curte *in tract.de conſuetud.n.94.* Covar.*d.c.17.n.8.*Quod vendicat ſibi locum etiamſi conſuetudo,vel præſcriptio ſit tanti temporis, cujus contrarii memoria non exſtat, quia ubi agitur de exemptione à toto,ſola immemorabilis non ſuffragatur ad præſumendum privilegium fuiſſe obtentum, ſed requiritur exhibitio ipſiuſmet privilegii Apoſtolici, vel probatio famæ privilegii juncta cum immemorabili,ut decidit Rota *deciſ.474.n.3.parte 1.recentior.* dicens hanc eſſe magis communem opinionem,de qua per Innoc.& Abb.in cap.*Cum Apoſtolica, de his quæ ſiunt a Prælat.* & alios ibi allegatos; eamque uti communem ſequutam fuiſſe Rotam in pluribus cauſis,& præſertim *in Toletana decimarum inter impreſſas deciſ.215.part.2.diverſ.* & in aliis concordam : & quamvis doctrinæ & deciſiones ibi adductæ non loquantur in præſcriptione juris decimandi , in quo longè major viget ratio prohibitionis, tum propter Concilium Lateranen.in cap.*Cùm & plantare,de privileg.* tum propter laicorum incapacitatem, ut dixi in d.c. *Cum Apoſtolica*,nihilominus Rota idem cenſuit in terminis emptionis, licèt in hoc caſu non adſit tanta juris reſiſtentia,quanta ad hoc ut laici fiant capaces juris decimarum, ut in *prædleg.deciſ.474.* & in *Pampilonen.decimarum 26.Octobris 1589.* coram bon.mem.Cardinali Pamphilio, & pleniùs *in Mediolanen. reſignationis permutationis, 21. Maii 1597.*coram eod.

14 Hodie tamen fama privilegii Apoſtolici non videtur ampliùs ſuffragari ad eximendos laicos à ſolutione decimarum prædialium,aut eos habilitandos ad illas percipiendas,propter Conſtitutionem Urbani VIII.editam die 5. Junii 1641. quæ incipit : *Romanus Pontifex*,ut plenè notavi in c.1. *n.53.55.& 57.ſuprà de conſuetudine.*

15 Quo verò ad decimas perſonales,an conſuetudo vim habeat eximendi laicos in totum ab illorum ſolutione,DD.non conveniunt : nam gloſſ. *final.hic*,& Innoc. indiſtinctè tenent nullam conſuetudinem, niſi à Romano Pontifice ſit approbata,eximere poſſe laicos à ſolutione decimarum nec perſonalium,nec prædialium, nec ab earum aliqua parte. Exiſtimant enim etiam perſonales deberi jure Divino, & ideo eſſe impræſcriptibiles,ut tetigi ſuprà *n.5.* & hanc opinionem fatetur eſſe communem Rocch, de Curte in *d. tract. de conſuet.n.94.*Licèt eum Covarr.citet pro contraria ſententia, ait enim : communis videtur concluſio,quòd non valeat conſuetudo , maximè in decimis prædialibus : nam illa dictio , *maximè*, implicat idem eſſe in perſonalibus.

16 Cæterum à juris utriuſque interpretibus frequentiùs in eam itum eſt ſententiam, ut conſuetudo eximere poſſit laicos à ſolutione decimarum perſonalium, eò quòd non debeantur jure naturali,ſed tantùm jure humano, quod tolli poteſt per conſuetudinem. Ita poſt Raymundum firmat Turrecrem. in d.c. *Revertimini,n.13.16. q.1.* Hoſt. *in Summa in titulo de decim.* §. *Et utrum, quæſt.7.* Henric.Boich. in cap.*Pervenit,col.5.n.20. ſupra eodem*,Felin.in cap.*Cauſam quæ,col.1.de præſcript.* idque communius receptum eſſe atteſtantur Cardin, in *cap.1.num...* *ſupra eodem*, & Covarr. alios referens *lib.1.var.reſolut.d. cap.17.n.8.* & verba illa textus noſtri ; Illæ quippe decimæ

cimæ ſunt ſolvendæ, quæ debentur ex lege Divina, vel loci conſuetudine approbata: exponunt ſcilicet prædiales, ut per Turrecr. *ubi ſuprà.*

# DE DECIMIS.

## *Cap. Nuper.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſiverunt poſt generale Concilium, tenentur decimas ſolvere, ſi prius ex illis decimæ ſolvebantur.*

2 *Ciſtercienſes emere non poſſunt prædia decimalia, niſi pro monaſteriis fundandis, & acquiſita ex largitione fidelium, vel empta pro monaſteriis fundandis, debent tradere aliis excolenda.*

3 *In decimis prædialibus, quæ debentur Eccleſiis non parochialibus ex privilegio, vel præſcriptione, aut alio jure ſpeciali an habeat locum hoc Capitulum, & n. ſeqq. uſque ad n. 10.*

*Quid ſi decimæ debeantur Eccleſiæ Cathedrali, n. 8. Et quid ſi debeantur inferioribus Eccleſiis ex conſuetudine, vel privilegio, aut præſcriptione, n. 9.*

4 *Ratio in lege expreſſa ejus eſt potentiæ, ut determinet omnes caſus ſub ratione comprehenſos, etiam ad correctionem juris communis.*

5 *Decimæ communes, non autem ex pacto, pollicitatione, vel voto, comprehenduntur in Clem.* Diſpendioſam, de judic.

6 *Præjudicium majus eſt amittere quod competit de jure communi, quàm competit de jure ſpeciali.*

7 *Privilegium non cenſetur Princeps voluiſſe concedere contra alium qui eſt dignus eodem favore.*

8 *In decimis debitis Cathedrali Eccleſiæ, Epiſcopus fundat intentionem de jure communi.*

10 *Decimæ etiam de fructibus prædiorum dotalium Eccleſiæ, vel monaſterii ſolvi debent illis Eccleſiis, quibus anteà ſolvebantur.*

11 *Item ſolvi debent de fructibus fundi, vel manſi monaſterii ante illius conſtructionem ſive excolatur propriis manibus, ſive aliis excolendus tradatur.*

12 *Secus poſtquam monaſterium fuerit ibi ædificatum.*

13 *Privilegium eſt revocandum quando incipit tendere in grave præjudicium aliorum.*

14 *Decimæ prædiales à Regularibus privilegiatis ſolvendæ ſunt de fructibus illarum poſſeſſionum, quas acquiſiverunt poſt datam Concilii generalis.*

*Secùs de acquiſitis ante n. 16.*

15 *Dictio, amodò, quid importet.*

17 *Lateranenſe Concilium ſub Innoc. III. quo tempore fuerit celebratum.*

18 *Decimas de poſſeſſionibus acquiſitis poſt generale Concilium regulares privilegiati ita demum tenentur ſolvere, ſi de illis anteà decimæ ſolvebantur.*

19 *Aliàs ſecùs, & nn. ſeqq.*

*Et quid ſi decimæ anteà ſolvebantur ratione ſolius adminiſtrationis Sacramentorum, num. 23. verſ. Quod autem dictum eſt.*

20 *Conſuetudo immemorabilis non poteſt in totum eximere quemquam laicorum à ſolutione decimarum prædialium.*

21 *Et quo caſu poſſit eximere Religioſos ab hujuſmodi ſolutione.*

22 *Privilegium quod habent Religioſi non ſolvendi decimas de novalibus, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, per hoc cap. non fuit ſublatum.*

23 *Novale quid ſit.*

24 *Compoſitio ſuper decimis facta per Parochum ſine beneplacito Apoſtolico an tranſeat in ſucceſſorem.*

25 *Exemptio à decimis prædialibus poſt generale Concilium obtenta an valeat, & num. ſeq. uſq. ad num. 32.*

*Quid ſi in privilegio fuerit expreſſè derogatum huic cap.* Nuper, *ibidem.*

*Et quid ſi derogatum non fuerit, n. 27.*

26 *Conſtitutio edita à Papa in Concilio non impedit quin ſucceſſor poſſit contra eam privilegium, vel diſpenſationem concedere.*

27 *Derogatio c.* Nuper, *in privilegio exemptionis à decimis prædialibus non requiritur quoad illa prædia de quibus decimæ priùs non ſolvebantur.*

28 *Sed quoad illa, de quibus anteà ſolvebantur, neceſſaria eſt derogatio: aliàs privilegium eſt nullum ex defectu intentionis in concedente.*

29 *Derogatio primæ partis hujus cap.* Nuper, *non cenſetur conceſſa, niſi in ſpecie fuerit expreſſa.*

30 *Conſtitutio cap.* Nuper, *ad effectum ut requiratur derogatio, eſt Conciliaris.*

31 *Derogatum cenſetur cap.* Nuper, *ſi in litteris exemptionis à decimis prædialibus derogetur alicui Concilio generali, & poſteà addatur clauſula,* & aliis Conciliis.

32 *Idem ſi dicatur non obſtante aliqua Conſtitutione in generali Concilio edita.*

33 *Communicatio privilegiorum quantumvis ampla exemptionem à decimis prædialibus non includit.*

34 *Exemptio à decimis prædialibus non conceditur niſi magna cum difficultate, & cauſæ cognitione.*

35 *Exemptio à decimis intelligitur de extraordinariis, non autem de ordinariis.*

36 *Decimæ poſſunt præſcribi à Religioſis, aut Clericis ſæcularibus tam activè, quam paſſivè.*

37 *Requiritur tamen immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*

1 NUPER. Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſiverunt poſt generale Concilium, tenentur decimas ſolvere, ſi priùs ex illis decimæ ſolvebantur. Hoc dicit ſecundùm Joann. Andr. cum quo concordant Butr. Cardin. Anchar. Abb. & Jo. de Anan. Dividitur in duas partes. Prima ponit ſtatutum Ciſtercienſium, ſecunda confirmationem, & proviſionem Papalem ibi, *ne occaſione.*

2 Ad intelligentiam textus præmitte, Ciſtercienſes, Templarios, & Hoſpitalarios ante Concilium Innocentii fuiſſe privilegiatos in hoc, ut non tenerentur decimas ſolvere de fructibus poſſeſſionum quas propriis manibus, vel ſumptibus excolebant, ut in cap. *Ex parte, il primo ſupra eod.* Sed quia hujuſmodi privilegium redundabat in Eccleſiarum præjudicium, ob ingentes illorum acquiſitiones, Abbates Ciſtercienſes ab Innoc. qui tunc univerſali Concilio præſidebat, commoniti, in generali Capitulo congregati conſtitutionem ediderunt, ut deinceps Monachi ejuſdem ordinis non emerent poſſeſſiones decimarum ſolutioni obnoxias, niſi pro monaſteriis de novo fundandis; poſſeſſiones verò, quas non titulo emptionis, ſed ex largitione fidelium acquirerent, aut pro monaſteriis fundandis, ſeu dotandis emerent, nō colerent per ſeipſos, ſed aliis traderent excolendas, à quibus decimæ ſolverentur, hoc enim modo Eccleſiarum indemnitati conſultum erat, & ipſi eorum privilegium non violabant, & hæc eſt prima Conſtitutionis pars. Sed nihilominus Papa volens pinguius providere ne occaſione privilegiorum hujuſmodi gravarentur Eccleſiæ, decrevit ut tam ipſi Ciſtercienſes, quàm alii Religioſi quomodolibet privilegiati, ſcilicet Templarii, Hoſpitalarii, & conſimiles de cætero teneantur ſolvere decimas de fructibus poſſeſſionum, quas poſt hoc Concilium quocumque titulo acquirent, etiamſi illas excolant propriis manibus, vel ſumptibus, ſi de illis ante ratione prædiorum decimæ ſolvebantur, præſervat tamen amicabiles compoſitiones, quas Religioſi cum Eccleſiis duxerint ineundas.

3 Nota primò ibi, *Eccleſiis*, hanc Conſtitutionem habere locum non tantùm in decimis de jure debitis Eccleſiis Parochialibus, ſed etiam in illis, quæ aliis Eccleſiis debentur cùm textus indiſtinctè loquatur de Eccleſiis; & ejus ratio generalis

4 ſit ibi, *ne Eccleſiæ ulterius prægraventur.* Quæ ratio in textu expreſſa ejus eſt potentiæ, ut determinet omnes caſus ſub ratione comprehenſos, etiam ad correctionem juris communis, gl. in cap. 1. *in ver. Italiæ, de tempor. ordin. lib. 6.* Bald. in Auth. *quas actiones, n. 4.* ubi etiam Jaſ. *n. 22. C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ita perpetuò intellexit in hoc cap. Rota, ut *in Valentina Decimarum 14. Maii* 1604. coram Cardinali Lancellotto Juniore impreſſa apud Hieron. Campan. *in diverſ. Iur. Canon. rubr. 12. c. 13. n. 154. verſ. Poſtremo.* & coram Coccino *dec. 192. lib. 2.* ubi allegantur aliæ deciſiones concordantes.

5 Sed certè de jure videtur poſſe attentari contrarium, quia cùm hæc Conſtitutio loquatur de Decimis, quæ debentur Eccleſiis, videtur intelligenda de Decimis, quæ debentur de jure communi; non autem de jure ſpeciali privilegii, vel præſcriptionis, ex gloſſ. in Clem. *Diſpendioſam, in ver. Decimis, de judic.* recepta ibi à Vital. *num. 58.* & communiter ſcribentibus, quæ dicit Conſtitutionem illam, quæ loquitur de decimis, eſſe intelligendam de decimis communibus, non autem de illis, quæ debentur ex pacto, pollicitatione, vel voto. Sed de jure communi ſolæ Parochiales fundant intentionem ſuper decimis prædialibus, c. *Cùm contingat*, & ibi omnes. & c. *Cùm in tua, ſupra eod.* Rota apud Cardin. Seraph. *deciſ. 802.* & alias paſſim. Ergo hæc Conſtitutio licèt de Eccleſiis indiſtinctè loquatur, tamen de Parochialibus eſt intelligenda prout eam intelligit Hoſt. qui non loquitur exemplificativè, ſed exponendo litteram, ut patet ex illius lectura hic in ver. *Committantur,* & *in ver. Perſolvantur.* Item jura in hoc con-

6 ſiderant præjudicium Parochialium Eccleſiarum, ut in c. *Dilecti, ad fin. ſupra eod.* & in cap. *Quid per novalem.* ibi (abſque gravi detrimento Parochialis Eccleſiæ) & paulò infrà ibi, (de quo Parochialis Eccleſia magnos percipit decimarum ratione proventus,) *infrà de ver. ſignific.* Nam & major ratio gravaminis viget in Parochialibus, quibus debentur decimæ de jure communi, quàm in aliis Eccleſiis, quibus debentur de jure ſpeciali, puta ex privilegio, vel præſcriptione. Unde facilius tollitur quod competit de jure ſpeciali, quàm quod de jure communi, l. *Eum militii* § *Militia ff. de militar. teſtam.* & ibi gloſſ. *in ver. Quocunque*, & Bart. *in princ.* & notant in c. *Eccleſia S. Mariæ, de Conſtitut.* Butr. *n. 20.* Imol. *n. 11.* Felin. *n. 81.*

7 Dec. *n. 2.* Præterea credendum non eſt Concilium voluiſſe adimere privilegium Ciſtercienſibus, & aliis Religioſis ſuper exemptione à decimis prædialibus ad hoc ut redintegraret aliorum privilegia ſuper decimis percipiendis; nam inter æqualiter privilegiatos locum non habent communes regulæ, l. *Sed etſi milites, § Acquabitat, ff. de excuſat. tutor.* Anchar. *conſ. 37. n. 2.* ubi ait non eſſe veriſimile, ut Princeps voluerit privilegium habere locum contra alterum, qui eſt dignus eod. favore, & ſequitur Rota *deciſ. 251. n. 4. part. 3. Recent.* & eò magis, quia privilegium, quod habent Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii, eſt clauſum in corpore juris, ut in d. c. *Ex parte, il primo ſupra eod.* & ſic facit jus commune inter nominatos, ut dixi in c. *Ex quæ, nu. 35. ſupra de major. & obed.* Ergo longè minus Concilium cenſetur voluiſſe illud abrogare ad reintegranda privilegia aliarum Eccleſiarum in corpore juris non inſerta, *arg. d. § Militia.* Interpretatio enim fit pro jure communi, quando concurrit cum privilegio, ut per Feder. de Sen. *conſ. 250. circa medium, verſ. Item quando jus commune.* Cogitandum tamen propter Rotæ authoritatem, & pro concordia

8 fortè ſic poſſet diſtingui. Aut decimæ debentur Cathedrali Eccleſiæ ex donatione, vel alio modo; & tunc planum eſt intrare hanc Conſtitutionem. Tum quia Epiſcopus in his fundatam habet intentionem de jure communi, ut tenet Rebuff. *in tract. de decim. q. 7. n. 13.* Tum quia hoc caſu viget ratio in textu conſiderata, nempe ut Prælati promptiores exiſtant ad exhibendum Religioſis juſtitiæ complementum, eorumque privilegia ſtudeant obſervare, & in his terminis emanavit

9 prædicta deciſio Valentia Decimarum. Aut agitur de Eccleſiis inferioribus; & tunc ſubdiſtinguendum: nam aut decimæ illis debentur ex conſuetudine, & ſuſtineri poteſt habere locum hoc capitulum, quia conſuetudo favorabilis eſt, & pro lege tenenda, c. *In his, 11. diſt.* gloſſ. *ult. in c. In aliquibus, ſupra eod.* Ideoque tametſi in præſcriptione juris decimandi requiratur tempus immemorabile, vel quadragenaria cum titulo, ut c. 1. *de præſcript. lib. 6.* tamen Rota *in cauſa Corduben. redecimarum*, quæ eſt in *Recent. deciſ. 203. part. 5.* admiſit ſecus eſſe in conſuetudine, quia cùm introducta ſit ex ſolutione ſponte, & ex mera liberalitate facta per civitatem, & populum; & ſic habeat initium voluntarium, & non coactum, proptereà ſervanda eſt etiamſi probaretur ſpatio decem annorum duntaxat, juxta notata in cap. *Ad Apoſtolicam, de Simon.* Caſſador. *deciſ. un. per totam,* & præſertim, *n. 5. de conſuetud.* ut in terminis noſtris hoc voluit Hoſtien. *hic in ver. Solvebantur,* dum ait præſervatas eſſe decimas Eccleſiarum, quibus debebantur de jure, ſive de conſuetudine, & eum ſequuta eſt Rota *in dicta Valentina decimarum,* & coram Coccino *deciſ. 192. lib. 2.* Aut decimæ debentur Eccleſiis non parochialibus ex privilegio, vel præſcriptione; & tunc procedant ſuperius dicta, adhuc tamen cogita, & vide Rotam *deciſ. 193. par. 7. Recent.*

10 Secundò nota ibi, *Pro monaſteriis de novo fundandis*, etiam de fructibus poſſeſſionum, quæ acquiruntur pro fundatione monaſterii, decimas eſſe perſolvendas, ut in littera. Cæterum adverte, quia hoc dupliciter poteſt intelligi, primò ſcilicet exponendo verba illa, *pro monaſteriis fundandis*; id eſt pro monaſteriis dotandis, veluti cùm datur fundus, ut ſit loco dotis monaſterio erigendo, & hoc primo caſu de fructibus talis fundi dabitur decimatam ante, quàm poſt conſtructionem monaſterii; & ſic etiam de prædiis dotalibus Eccleſiæ debet ſolvi decima illis Eccleſiis, quibus anteà ſolvebatur, ſive talia prædia pia devotione fidelium ſint oblata, ſive empta pro monaſteriis fundandis, ut *hic* per Abb. *in 1. notab.* ubi ait de hoc eſſe textum hic, quem neſcit alibi æquè bonum, & qui non conſuevit ad hoc allegari,
11 licet contrarium tenuerit gloſſ. 1. in c. *Novum genus, ſupra eod.* Secundò poteſt intelligi textus exponendo verbum *fundandis*, ſtrictè, cùm ſcilicet confertur, vel emitur fundus, ſeu manſus pro monaſterio inibi ædificando: & tunc antequam monaſterium ibi ſit conſtructum, de fructibus illius fundi dabitur decima ſive excolatur propriis manibus, ſive aliis excolendus tradatur, ut patet in
12 textu. Poſtquam verò monaſterium fuerit ibi conſtructum, de illo manſo non ſolvetur decima. Fruſtrà enim quæritur de decima, cùm nihil inde recolligatur, cap. 1 *infra de cenſib.* & hæc fuit mens gloſſæ *in ver. Committantur*, quam ſic declarat, & ab impugnatione Hoſtienſis tuetur Jo. Andr *n.8.* cum quo tranſeunt Butr. *n.9.* Cardin. *num.3.* Abb. *n.4.* & reliqui omnes: & adde quod ſcripſi in c. *Non minus, n.8. infra de immunit. Eccleſ.* ubi allegando Rot. *deciſ.339. n 40 part.6. recent.* dixi bona Eccleſiarum quoad fundationem, vel manſum eſſe immunia ab oneribus nedum publicis, ſed etiam privatis, & antea impoſitis.

13 Tertiò nota ibi, *Eccleſiæ ulterius prægraventur*, privilegium eſſe revocandum, quando incipit tendere in grave præjudicium aliorum. Butr. *hic in 2. not.* ad hoc capitulum *Suggeſtum, ſupra eodem.*

14 Quartò nota ibi, *& amodo acquirendis*. Decimas prædiales à Regularibus privilegiatis eſſe ſolvendas de fructibus illarum poſſeſſionum duntaxat, quas acquiſiverunt poſt datam hujus Concilii, & privilegia omnium Religioſorum prius conceſſa quoad bona hujuſmodi eſſe revocata. Abbas *hic in 3. notab.* & ita hic eſt caſus ſecundùm
15 Jo. Andr. & omnes in ſummario textus, nam dictio *amodo*, idem importat, quod *ab hac die in antea*, ut inquit Hoſt. *n.1. in ver. Et amodo*, & Jo. Andr. *n.2*
16 *in eodem verb.* Ergo à contrario ſenſu quoad poſſeſſiones ante Generale Concilium acquiſitas hæc Conſtitutio nil novi juris induxit. Unde in illis ſervabitur privilegium Adriani, de quo in c. *Ex parte, il primò, ſupra eod.* videlicet ut Ciſtercienſes, Templarii, & Hoſpitalarii de fructibus prædiorum, quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, decimas ſolvere non teneantur, argumento, cap. *Ad audientiam ſupra eod.*

17 De acquiſitione autem poſt Concilium conſtabit ex data inſtrumenti acquiſitionis, & ex data ipſius Concilii, quod fuit celebratum Romæ in Baſilica Lateranen. anno Domini 1215. anno 17. Pontificatus Innocentii ſecundùm Jo. Andr. *hic n.2. in ver. Et amodo*, cum quo concordant Butr. *n.3.* & Abb. *eod. num. verſ. Papa verò*, & patet ex Epiſtola Encyclica ipſius Innocentii de Synodo celebranda ad omnes Epiſcopos, Prælatos, & Principes Eccleſiæ, quæ incipit: *Vineam Domini Sabaoth*, & habetur initio Actorum Concilii Lateranenſis IV. *tomo 3. Conciliorum parte ſecunda, pag. 674.* & in Bullar. *tom.1. pag.41.* ex qua Epiſtola liquet Concilium hoc fuiſſe indictum anno Dominicæ Incarnationis 1213. ad duos annos cum dimidio; & ideo initium ſumpſit poſt diem 15. Septembris anni 1215. qui erat Pontificatus Innocentii decimus ſeptimus. Durabat tamen anno Pontificatus 18. cum eo anno 14. Decembris in Concilio edita fuerit Conſtitutio c. *Ad liberandam, de Judæ.* ut in Bullar. *d. tom.1. pag 42.* & hoc modo intelligendi ſunt Abbas Urſpergenſis, & alii, qui dicunt Innocentium celebraſſe hoc Concilium anno 18. ſui Pontificatus, ut ſcripſi in cap. 1. *n.9. ſuprà de Summ. Trinit. & fide Cathol.* ubi plenè de hoc Concilio.

18 Quintò nota ibi, *in quibus ratione prædiorum anteà ſolvebantur.* Regulares privilegiatos de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſiverunt poſt datam hujus Concilii, ita demum teneri decimas ſolvere, ſi de illis anteà ſolvebantur. & ita hic eſt caſus ſecundùm Jo. Andr, Butr. Abb & omnes, ut dixi in ſummario textus; & ſic duo copulativè requiruntur ad hoc ut privilegiati ſint obnoxii ſolutioni decimarum prædialium. Alterum eſt, ut prædia fuerint acquiſita poſt Concilium, ut dictum eſt in præcedenti notabili. Alterum ut ante acquiſitionem de illorum fructibus decima ſolve-
19 retur, ut in littera. Ergo à contrario ſenſu de illis prædiis etiam poſt Concilium acquiſitis, de quibus ante acquiſitionem nulli Eccleſiæ decimæ ſolvebantur, non dabitur decima, & hoc innuit Hoſt. *hic n.1. in ver. Solvebantur*: dum arguit dicens: Ergo à contrario ſi nulli ſolvebantur, nulli ſolventur; ergo conſuetudo excuſat à ſolutione decimarum.

20 Nec obſtat quòd conſuetudo non poſſit eximere quemquam laicorum in totum ab obligatione decimarum prædialium, ut firmat gloſſ. *ult.* Hoſt. & alii in cap. *In aliquibus, ſupra eod.* Turrecr. in cap. *Revertimini, art.7. n.11. 16 q.1.* & eſt communis opinio, ut teſtatur Covarr. alios citans *var. reſolut. lib. 1. cap.17. num.8.* quam ſequuta eſt Rota *dec.474. n.5. part.1. recent.* ubi reſolvit exemptionem laicorum à ſolutione decimarum per ſolam immemorabilem non induci ſine Apoſtolico pri-
21 vilegio, vel privilegii fama. Nam reſpondetur hoc non procedere quoad Religioſos privilegiatos. Ratio eſt, quia cùm de validitate privilegii Apoſtolici ſuper hoc hæſitari non poſſit, ut cap. *Suggeſtum*, c. *Ex multiplici*, c. *Anobis*, & c. *Ex parte, ſupra eodem*, & *infra c. ult.* c. *Accedentibus*, c. *Si de terra.* & cap. *Dudum, de privil.* & probat Covarr. d. c. 17. *n.9.* Cumque hæc Conſtitutio non revocet eorum privilegium generaliter, & indiſtinctè, ſed tantum quoad illa prædia, de quibus decimæ antè ſolvebantur: hinc ſequitur, ut quoad illa prædia, de quibus decimæ non ſolvebantur, privilegium remanſerit in ſuo robore; & ſic exemptio ab obligatione decimarum non oritur ex vi conſuetudinis, ſed ex vi privilegii Apoſtolici, quod Papa noluit eſſe abrogatum quando decima de illis bonis anteà non ſolvebatur; & ſic quando cum ipſo privilegio concurrit etiam conſuetudo, & ſecundùm hoc ſi ex aliquo prædio laicus



laicus nunquam ſolviſſet decimam, quamvis hæc conſuetudo, vel præſcriptio illi non ſuffragaretur, ut prædixi, ſi tamen prædium illud poſteà tranſiret ad Ciſtercienſes, vel alios privilegiatos, decima de illius fructibus non eſſet ſolvenda; quia in illo verificari non poſſet quod hic diſponitur, nempe ut decima ſolvatur Eccleſiis, quibus anteà ſolvebatur, cùm hoc caſu nulli Eccleſiæ prius ſolveretur. Stabit ergo privilegium, quod immutatum non invenitur, l. *Sancimus, C. de teſtam.* l. *Præcipimus, in fin. C. de appellat.* gloſſ. in c. *Conſtitutionem, in ver. Prorogamus, ſupra eod.* & imputet ſibi Rector Eccleſiæ, qui tamdiu diſtulit decimam exigere à laico non privilegiato: non enim eſſet conveniens ut illam inciperet exigere, poſtquam prædiũ pervenit ad privilegiatum. Facit text. in c. *Cum Apoſtolica, ſuprà de his quæ fiunt à Prælat.* & ita intel-
22 ligo hanc Decretalem. Et ex hoc infero, ut privilegium, quod habent Religioſi non ſolvendi decimas de novalibus quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, ut in c. *Ex parte, il primo, ſup. eod.* minimè ſublatum fuerit per hoc capitulum, & ita tenet Abbas *hic n.3. in fin. verſ. Item credo.* Ra-
23 tio eſt evidens, quia cùm novale ſit ager de novo ad cultum redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuiſſet, ut diffinitur in cap. *Quid per novale, infrà de verb. ſignif.* & ſic decima de illius fructibus anteà non ſolveretur; non poſſunt in ea verificari verba illa hujus textus, quibus decimæ anteà ſolvebantur, & conſequenter privilegium illud remanet in ſuo robore, utpotè non ſublatum per hanc Conſtitutionem, arg. c. *Ad audientiam, ſuprà eod.*

Quod autem ſuperius dictum eſt Religioſos privilegiatos teneri decimas ſolvere de illis prædiis, de quibus anteà ſolvebantur, limita niſi decimæ debeantur ſolummodò ratione adminiſtrationis Sacramentorum, ut in ſubjecta declaratione S. Congregationis Concilii, videlicet Canonici Cathedralis Eccleſiæ Ferrariæ conqueſti ſunt apud S. Congregationem, quòd Regulares Ordinis Mendicantium recuſabant ſolvere decimas eorum prædiorum, quæ antequam ad eos pervenirent ſolita erant ſolvere; imò dictæ decimæ dividebantur inter ipſos Canonicos loco diſtributionum quotidianarum. Unde cùm Regulares vigore ſuorum privilegiorum non ſolverent, redditæ erant ita tenues dictæ diſtributiones, ut probabiliter poſthac metuerent ne negligerentur; ac proinde ſervitium Eccleſiæ minueretur, S. Congregatio reſpondit ex ſententia Sanctiſſimi, quòd ſi dictæ quartæ, ſeu decimæ ſunt impoſitæ rei, quia à principio conceſſæ à Clericis, vel ſolutæ cum hac conditione, & onere, quòd ſolvantur ipſis Clericis tales decimæ: tunc ad quoſcumque vadant etiam Mendicantes, tenebuntur omnes eas ſolvere: Si verò iſtæ decimæ debentur pro adminiſtranda cura animarum; tunc quia Clerici non adminiſtrant iſtis Mendicantibus aliqua Sacramenta, non vult eos Mendicantes ad eas teneri, quia ceſſat cauſa, propter quam impoſitæ ſunt, nempe cura animarum. Nec obſtat, quòd pro diſtributionibus quotidianis ſolvatur decima, quia iſtud eveniſſe potuit, quia Parochiales unitæ Cathedrali, quibus aliàs iſta decima pro cura ſolvebatur; ſed iſta cura ceſſat in Mendicantibus.

24 Ultimò nota, ibi, *Niſi cum ipſis Eccleſiis aliter duxerint componendum.* Presbyterum parochialem poſſe inire amicabilem compoſitionem ſuper decimis, ut hic, & in c. *Ex multiplici, ſupra eodem*; & hic notant gloſſ. *in ver. Componendum*, Hoſt. *n.1. in eod. ver.* Et communiter Doctores. Facit cap. 1. & cap. *fin. de pactis, lib.6.* Hæc tamen compoſitio perſonalis eſt, niſi per Sedem Apoſtolicam fuerit confirmata, c. *Veniens, ſuprà de tranſact.* & tenet præcitata gloſſ. & Butr. *hic n.10.* & hoc videtur ſenſiſſe Hoſt. *ubi ſuprà* dum dixit valere compoſitionem amicabilem, ſed non tranſactionem, per cap. 2. cap. *Super eo*, & d. cap. *Veniens, de tranſact.*

Sed Domini de Rota *deciſ. 218. n.3 par.7. Recent.* inter perſonas Eccleſiaſticas pro bono pacis licere paciſci ſuper jure decimandi etiam ſine beneplacito Apoſtolico, ad textum in d. c. 1. & c. *fin. de pact. lib 6.* & ibi Doctores communiter. Et hujuſmodi concordias afficere etiam ſucceſſores. Quod ſatis placet, quia cùm talis compoſitio firmetur hic juris authoritate, hujuſmodi authoritas operatur, ut ex perſonali fiat realis, ut bene per Anchar. in d. cap. 1. *in 3. quæſt.* & ibi etiam per Franc. *n.2.* Prætereà hic textus præſervat compoſitionem cum ipſis Eccleſiis: ergo intelligi debet de compoſitionibus realibus, quia Eccleſia ſemper eadem, ut per Anchar. *ubi ſuprà.*

25 QUÆRO, an valeat privilegium exemptionis à ſolutione decimarum prædialium poſt hanc Conſtitutionem à Sede Apoſtolica impetratum?

26 Pro ſolutione quæſtionis diſtingue. Aut in privilegio reperitur expreſsè derogatum huic c. *Nuper*, & privilegium abſque dubio eſt validum, & obſervandum, quia Conſtitutio etiam edita à Papa in Concilio univerſali nullum generat præjudicium ſucceſſori, quominus contra eam poſſit diſpenſationem, vel privilegium impertiri, ut eſt textus ad litteram in c. *Innotuit, §. quamvis autem, ſuprà de elect.* & in terminis hujus Conſtitutionis tenet Hoſtien. *hic num.1. in ver. Niſi cum ipſis*, ibi, (niſi antiquum renovetur per ſpeciale privilegium de novo impetratum, ſicut iidem faciunt tota die.) ſequitur Joann. Andr. *num.3. in ver. Niſi cum ipſis*, dicens ſe vidiſſe privilegium Ciſtercienſium datum ſuper poſſeſſionibus acquiſitis poſt Concilium, & propius ad noſtra tempora Gregorius XIII. conceſſit Religioſis Societatis JESU privilegium exemptionis à ſolutione decimarum prædialium cum ſpecifica derogatione hujus cap. *Nuper* ut in ejus Conſtitutione 51. incipien. *Paſtoralis officii*, in Bullar. *tom.2. pag.421.* de quo privilegio actum fuit in Rota *deciſ. 193. n.5. par.7. Recent.* Et ſæpè alias. Et hic junge quæ de validitate ſimilium privilegiorum tetigi ſuprà *num.21.*

27 Aut in privilegio Apoſtolico non reperitur derogatum huic Conſtitutioni: tunc puto diſtinguendum: Nam aut agitur de prædiis, de quibus decima prius non ſolvebatur: & exiſtimo privilegium quoad illa eſſe obſervandum. Ratio eſt, quia, ut dixi ſuprà in 5. *not.* iſte textus non revocat, quin potiùs præſervat privilegia quoad illa prædia, de quibus decimæ ante acquiſitionem non ſolvebantur. Unde cùm hæc Conſtitutio quoad prædia hujuſmodi non obviet privilegio, non fuit opus hac in parte illi derogare, cùm derogatio non fiat niſi ad contraria, cap. 1. *de Conſtit. lib.6.* cap. *Ex parte, de Capell. Monach.* Clem. *Dudum, §. Nos etenim*, ibi. In quantum ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contraria, *de ſepultur.*

Aut

28 Aut agitur de prædiis, de quibus, antequam
tranſirent ad privilegiatos, decimæ ſolvebantur
Eccleſiis, & tunc neceſſaria eſt derogatio hujus
cap. *Nuper*, quia cùm ſit conciliare, cenſetur ha-
bere clauſulam derogatoriam ad ſequentes di-
ſpoſitiones, & datur defectus intentionis in con-
cedente, textus eſt in cap. *Ex parte, infrà de Capell.*
*Monachor.* Archid. in cap. 1. *n.* 2. *de Conſtit. lib.* 6. Ol-
drad. *conſ.* 326. *Quod articuli*, Felin. in cap. *Nonnulli*,
& ibi dixi *à num.* 21. *ſuprà de reſcript.* & in terminis
hujus cap. *Nuper*, articulo diligenter examinato
decidit Rota *deciſ.* 122. *par.* 1. *diverſ.* & *in Recent.*
*deciſ.* 341. *n.* 2. *par.* 1. & *deciſ.* 42. *n.* 9. *par.* 7. & co-
29 ram Coccino *deciſ.* 192. *lib.* 2. Quinimò ampliùs
reſolvit ſimplicem derogationem, cap. *Nuper*,
non ſuffragari ad effectum emendi prædia deci-
malia, ſed oportere ut primæ illius parti fuerit
expreſsè derogatum, cùm derogatio hujuſmodi
concedi non conſueverit niſi cum magna maturi-
tate, & cauſæ cognitione, ut *in cauſa Oriolen. De-*
*cimarum*, 21. *Maii* 1586. coram Orano impreſſa a-
pud Hieronymum Campan. *in diverſor. juris Ca-*
*non. Rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 154. & in *Recent. deciſ.* 229.
*n.* 2. *par.* 2.

Nec obſtat quòd hoc capitulum ſit redactum
in corpore juris, & Papa cenſeatur de ipſo habere
plenam notitiam, d. c. 1. *de Conſtit. lib.* 6. Quia ni-
hilominus neceſſaria eſt derogatio, ut in d. cap.
*Ex parte*: ſemper enim dici poteſt adeſſe defectus
intentionis in concedente propter clauſulam de-
rogatoriam, quicquid dixerit Innocentius in cap.
*penult. de Capell. Monach.* ut benè per Rotam *dict.*
*deciſ.* 122. *n.* 2. ubi etiam tolluntur alia objecta.

30 Rurſus non obſtat, quòd hæc Conſtitutio non
fuerit edita immediatè à Concilio, ſed ab Inno-
centio III. in Concilio Lateranen. ut patet ex il-
lius ſupraſcriptione. Quia nihilominus dicitur
Conciliaris ad effectum ut ſit neceſſaria deroga-
tio, ut optimis fundamentis reſolvit Rota *deciſ.*
123. *p.* 1. *diverſor.* & probavi latiſſimè in d. cap. *Ex*
*parte, à n.* 1. *uſque ad n.* 27.

31 Adverte tamen, quia ad validitatem hujus pri-
vilegii videtur ſufficere ſi in litteris derogetur a-
licui Concilio Generali, & poſteà ſubdatur clau-
ſula, *& aliis Conciliis, &c.* ex hoc enim cenſetur et-
iam derogatum d. Concilio Lateranen. ut in ter-
minis reſolvit Rota *in cauſa Conchen. emptionis de-*
*cimarum*, 17. *Martii* 1589. coram Orano, & aliàs
ſæpiſſimè, ut dicitur in *deciſ.* 316. *nu.* 11. *par.* 5. *Re-*
32 *cent.* Quin etiam ſatis eſſet derogatio per clauſu-
lam. Non obſtante aliqua Conſtitutione in gene-
rali Concilio edita, ut per Dec. *conſ.* 341. *n.* 10.
*Probo, ad Monach.* in cap. *Cùm in tua, num.* 23. *verſ. Et*
*quòd neceſſaria ſit, de Conſtit. lib.* 6. quos in puncto
ſequitur Garz. *de benefic. par.* 4. *c.* 5. *n.* 40.

33 Ulterius QUÆRO, an in generali privilegio-
rum communicatione comprehendatur exem-
ptio à ſolutione decimarum prædialium. Brevi-
ter reſpondeo non comprehendi; quia communi-
cationes, ſeu adæquationes privilegiorum,
quamvis amplæ, & prægnantes, non extenduntur
ad ea, quæ non ſolent concedi, vel ſaltem magna
cum difficultate conceduntur, ut notant Docto-
res in l. 1. ubi in ſpecie Jaſ. *n.* 21. *&* 22. *ff. de legat.* 1.
& eſt celebre conſilium 19. Antonii de Butr.
quod ſæpius & S. Congregatio, & Rota ſequuta
34 eſt. Sed exemptio à ſolutione decimarum prædia-
lium non ſolet niſi cum magna difficultate, &
cauſæ cognitione concedi, Joan. Andr. in cap. *Du-*
*dum, n.* 5. *verſ. Ratio diverſitatis, de privileg.* ergo non
venit in generali privilegiorum communicatio-
ne etiam cum clauſulis prægnantibus omnimo-
dæ adæquationis; & ita in terminis reſolvit Rota
*in Valentina Decimarum*, 28. *Novembris* 1603. co-
ram Cardinali Lancellotto juniore impreſſa a-
pud Campanil, *ubi ſuprà, & in Recent. deciſ.* 214. *n.* 5
*par.* 2. ubi allegantur aliæ deciſiones concordan-
tes.

35 Quod procedit etiamſi in litteris communica-
tionis facta fuerit mentio de decimis, quia hoc in-
telligitur de decimis extraordinariis, non autem
de ordinariis, ſeu prædialibus, ut notat Bald. per
illum textum in l. *Fiſtulas*, §. *Frumenta, in fin. ff. de*
*contrahen. emption.* Cujus dictum referunt, & ſe-
quuntur Puteus *deciſ.* 65. *lib.* 3. Cremen. *ſingular.*
108. Felin. in c. *Sedes, n.* 3. *in fin. verſ. & iſta faciunt*
*ad quæſtionem de reſcript.*

36 Ultimò QUÆRO, An Religioſi, vel Clerici
ſæculares poſſint decimas præſcribere.

Gloſſa tertia, & Doctores hic multum in hoc
ſe involvunt. Sed breviter conclude ſecundùm
Abbatem *n.* 5. tam Religioſos, quàm Clericos
poſſe præſcribere decimas tam activè, id eſt jus
ſolvendi decimas, prout loquitur hoc capitulum,
quàm paſſivè, id eſt jus percipiendi decimas ab a-
liis, ut cap. *Cùm in tua*, & c. *Dudum, ſupra eod.* utro-
37 que tamen caſu debent habere immemorabi-
lem, vel quadragenariam cum titulo; quia cùm
jus commune eis reſiſtat tam quoad jus percipi-
endi decimas, eò quòd non habeant Parochiam,
quàm quoad jus decimas non ſolvendi Parochia-
li Eccleſiæ, cui debentur de jure communi, d. cap.
*Cùm in tua, in fin.* non poſſunt abſque titulo præ-
ſcribere, ut eſt textus rotundus in c. 1. & ibi om-
nes, *de præſcript. lib.* 6. quem in hac ſpecie dicit inſi-
gnem Covarr. & aliis relatis de communi teſtatur
*lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 17. *num.* 7. & adde quod
ſcripſi poſt gloſſ. *ult.* in cap. *In aliquibus, ſupra eod.*
*à num.* 10. *uſque in fin.*

Explicit Pars prima libri tertii Decretalium.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE